

## C A P. VIII.

**R**egia lex. 12. non intendit hanc correctionem inducere, cum adscripta sit titulo generali de verborum significatione: & tandem viri doctissimi, qui eam ex Pandectarum legibus deduxerunt, sequuti sunt interpretationem veterum quorundam, qui ut meminit gloss. in l. si possessor. ff. de relig. & sumpti. funer. opinati sunt, viro & uxore simul extintis, presumendum esse, fœminam præmortuam fuisse, quod non est omnino admittendum.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quinque traduntur conclusiones, quibus constat, quædo divino, vel humano iudicio quis ob alterius culpam absque criminis labe puniatur.*
- 2 *Ob crimen laesa maiestatis humanæ, sicut & diuinæ, ne potes delinquens afficiuntur poena, quæ per legem filii inflicta est.*
- 3 *Filij illegitimis etiam continentur sub legibus punientibus delinquentium filios.*
- 4 *Filij hæreticorum non puniuntur in hoc: quod priuentur beneficijs Ecclesiasticis iam obtentus tempore commissi criminis.*
- 5 *Poena per Canones & leges indicia filij hæreticorum, etiam eos complectitur, qui ante crimen nati fuere.*
- 6 *Perpenditur & examinatur Gratiani locus in cap. non impunitur. l. quest. 4.*
- 7 *Scarugo, consuetudine, vel lege quanvis innocens non posset poena corporis puniri ob crimen alterius, potest tamen pecuniaria. & inibi an pater teneatur solnere pecuniariam poenam, qua filius mulctatur?*
- 8 *Examinatur glo. in capitul. cum homo. 23. questione quinta.*
- 9 *Quare in universitatem ferri non posset excommunicatio. & ibi intellectus capit. Romana. §. in universitatim de sent. excom. in 6.*
- 10 *Ecclesiastica interdictio plerunque subjiciuntur innocentes ob alterius culpam.*

An iustum sit, lege vel statuto aliquem ob alterius culpam puniri.

**D**ILÆRVNQVE IN CON trouersiam incidit quæstio: quæ de iustitia legum dubitatur, & præsertim earum, quæ poenam innocentis ob alterius culpam & crimen infligunt. Nam eas ini quis esse probatur Ezech. capitulo. 18. Anima inquit quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: iustitia iusti super cum erit, & impietas impij super eum. capitu. Iudæi. capitulo. iam itaque. capitulo primo. &. 2. 1. quæstione quarta. ex Augustino ad Vincent. Epist. quæ dragesima octaua. hoc idem constat ex. 1. crimen. ff. de poenis. Et præterea, quia poena sequitur criminis authorem. l. sancimus. C. de poenis. capitulo secundo. de const. capit. quæsiuit. de his quæ sunt à maior. part. ca. & capit. Romana. in fine. de sententia excommuni. l. 2. §. in filiis. ff. de decurionib. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred. eaque ratio à iure naturali procedit, cum criminis poena culpam necessario præmitat, alioqui poena non esset, imo potius iniuria, quæ rationi naturali minimè conuenit. deinde in nocentem puniri, occidi, aut verberari à iustitia alienum est. l. absentem. ff. de poenis. quibus & alijs, quæ passim adducuntur, constat leges istas in iustas esse. ex aduerso non desunt Sacri eloquij testimonia, quæ suadere videantur, leges has non esse ab instituto diuino alienas: & frequenter leges statuuntur, quibus ob aliena crimina innocentes puniuntur, nec possunt vlla iusta ratione improbari, quippe quæ reipublice conueniant omnino, & ideo distinctim aliquot subijciuntur adseriones, quo harum constitutionum iustitia manifesta sit, commemorans authoritates, quibus dubium istud solet dissolui.

Prima. Quāuis ex lege iustitię absque culpa, & causa nemo sit puniēdus, quādoq; tamen ex causa etiam absque culpa diuino & humano iudicio poena infertur. cap. quoniam + frequenter. §. si vero. vt lit. non contest. tex. & ibi gloss. in cap. renouantes. 22. dist. & in cap. antiqua. de priuileg. glo. communiter recepta in ca. 2. de consti. Sic Leuitici. ca. 20. interprete Augustino, pecus licet ratione careat, & à culpa immune sit, suspenditur cum ipsa fœmina, quæ se ei commiscerit, nè tali flagitio contaminatum indignam refricet facti memoriam. ca. mulier. 15. q. 1. cuius post alios meminit

## Variarum Resolutionum

nit Iason in l. furiosum. C. qui testam. facer. pos-  
sunt numer. decimo l. secunda. titulo. 21. part. 7.  
Guido Papç. quæstione. 338. quo in loco citat le-  
gem illam Exod. capitu. 21. si animal hominem  
occiderit, lapidibus obruatur. & addit seipsum vi-  
disse animalquoddam furca suspensum, eo quod  
puerum quendam occidisset. Olim sane apud A-  
theniensis ex Draconis legibus non homines  
modo, sed & animantes aliae, atque etiam inani-  
mata cædis perpetratæ iudicium subire teneban-  
tur: eaque accusatio aduersus animalia ratione  
carentia, & inanimata in Prytanico iudicabatur:  
vt inquit Demosthenes in oratione aduersus Ari-  
stocratem. Quod & ex eo adnotauit Budæus in  
l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. Quibus mire  
conuenit quod scriptum est Genet. cap. 9. Sed &  
hoc apud nos minimè seruatur, omittitur etc.  
nim hæc punitio animalis, quod sensu rationali  
caret: culpaque, vbi non est causa maxima id agé-  
di propter delicti immanitatem. sic sane, paulo  
post plures adducemus humanas leges, quibus  
absque culpa pœnam inferunt ratione criminis  
commisæ ipsi legum latores, iusta tamen causa  
moti. ad hæc est etiam tex. optimus in cap. Eccle-  
sia, quæ pactione. 1. q. 4.

Secunda, Quandoque ex causis humano iudi-  
cio occultis, & latentibus, Deus Optimus Maxi-  
mus ob alterius culpam, innocentes temporali  
pœna bonorum, & corporis afficere dignatur,  
quod manifestissimè constat Exod. 20. cap. Ego,  
inquit, sum Deus Zelotes visitans iniuriam pa-  
trum in filios usque ad tertiam, & quartam gene-  
rationem. hic vero locus & si varie intelligatur  
ab Augustino. & alijs. ca. homini. 1. quæstione. 4.  
tamen hanc conclusionem probat, si veram ver-  
borum significationem pensitemus, siquidem vi-  
sitare Deum cuiuspam iniuriam, idem est  
quod eam punire. Sic dominus per David Pro-  
phetam psalmo. 88. dixit. si iusticias meas propha-  
nauerint, & mandata mea non custodierint, visi-  
tabo in virga iniurias eorum & in verberibus  
peccata eorum. eadem ratione constat, quod puer  
natus David ex illico coitu ob parentis crimen  
a Deo extinctus est. Reg. 2. capit. 12. & præterea  
parvuli Sodomæ absque vlo proprio peccato si-  
mul cum adultis peccatoribus igne consumpti  
fuere. Genesis capit. 19. sicuti & terra viuos deglu-  
tiuit cum Dathan, & Abiron sine vlla criminis  
labe ob scelera parentum, diuina quidem ultio-  
ne. Numer. capitul. 17. facit tex. celebris in capit.  
vergentis. §. nec huiusmodi. de hære. & Iosue ca.  
6. 4. Regum. capit. 5. & Gene. capitul. 9. quibus au-

thoritatibus opinionem istam probarunt diuus  
Augustinus. quæstio. 8. super Iosue. Alex. Alensis  
3. par. quæstio. 41. membro. 4. articul. 1. Thomas  
2. 2. quæstio. 108. articul. 4. idein. 1. 2. quæst. 87. ar-  
ticulo vltim. Cardi. à Turre Cremata in ca. vnde  
cunque. 56. dist. Ioan. Arboreus libro. 6. Theoso-  
phiæ capi. 9. Alfonsus à Castro de iusta hæretico.  
punitio. lib. 2. cap. 11. idem Plutarchus scribit lib.  
de sera numinis vindicta.

Tertia, Humana lex minimè potest imitari iu-  
dicium diuinum, quo pro alterius culpis & crimi-  
nibus innocentes, corporis pœna afficiuntur. tūc  
etenim licet hominibus diuina iudicia imitari,  
quando ea ex manifestis causis procedunt, at vbi  
ex occultis, nobisque latentibus diuinum. iudi-  
cium instruitur, secus est, cum homines prorsus  
ignorent quid expedit, vnde nulla humana le-  
ge iuste quacunque ex causa corporis damno, &  
pœna puniri poterint innocentes ob aliorum cri-  
mina ita sane scriptum est Deutero. capit. vige-  
mo quarto. Non occidentur patres pro filijs, nec  
filij pro parentibus, sed vnuquisque pro peccato  
suo morietur. Exod. 23. insontem, & iustum non  
occides. & expressim hanc sententiam adseuerat  
Augustinus dicta quæstione octaua. Alexan. Ha-  
leſis. Thomas dicto articulo quarto. Card. à Tur-  
re Cremata. Ioan. Arbore. Castro, & Plutarchus  
paulò antè nuncupatim adducti. quamobrem sa-  
tis inique à Cæsaribus in l. si quis. C. ad l. Iuli. ma-  
iestas. dictum esse constat, ex imperatoria indul-  
gentia, & lenitate si vitam concedere filijs eorum  
qui crimen læzæ maiestatis commiserint. nam &  
seclusa Cæsarum mansuetudine minime possent  
iuste ob parentum etiam grauissima scelera filij  
occidi, nec verberari. & licet Innocentius Sūmus  
Pontifex in dicto capitul. vergentis. huius Cæſa-  
reæ lenitatis meminerit, non probabile videtur,  
quod ipsi Cælāres semota lenitate, & indulgen-  
tia significarunt.

Quarta, Poterit sanctissime ex causis &  
propter reipublicæ utilitatem, quo promptius & cau-  
tius a delictis & criminibus homines abstineant,  
humana lex filios, & nepotes pœna bonoru, alia-  
ve simili africere: atq; ita passim legibus & Cano-  
nibus definitu est, quemadmodum statim latius  
probabimus, & in specie adnotarunt August. De  
ci. Tho. Alex. Halensis. Arbore. Alfonsus à Caſtr.  
qui præcedentis opinionis authores fuere, cōmu-  
nique, aut saltem omniū frequentiori sententia  
idem asseritur. Sic etenim satis cōstat defendi hu-  
manas leges, humana iudicia, quibus innocentes  
ob aliorum crimina & peccata pœnis temporali  
bus

## Libri secundi, Caput. VII.

578

bis affiduntur, quod norant gl. in summa. i. questione. 4. & ibi Docto. gl. & ibi Cardina. à Turre Gemata. in dict. ca. vnde cuncte.

<sup>10</sup> Quinta poena æterna, aut temporalis: quæ spiritualis sit, nunquam diuino iudicio puniti fuerunt, nec punientur innocentes ob alterius culparum, nec poterunt humana lege puniri. hoc constat ex ipsius iustitiae diuinæ ratione secundum Augustinum dicta questione octaua. & in Epistola ad leptuagensem quintam. ad Auxilium Episcopum capitul. non imputantur. ubi glos. & in summa. i. questione quarta. & in dicto capitulo vnde cuncte vbi Cardin. Thomas 2. 2. questione. 108. articulo. 4. & i. 2. quest. 87. art. vlti. Io. Arbo. & Castro dicas locis, quorum opinio receptissima omnino est. Spirituali poenam hic intelligo non quancunque Ecclesiasticam Canoniam, quæ hæc est irregularitas, nam hæc non est spiritualis poena; quicquid dixerit glo. in dict. summa. quest. 2. fed cam, inquam, quæ sit amissio iuris ad gloriam suscipienda, aut ipsius glorie, coruere, quæ ad animam salutem maxime necessaria sunt, priuationem ex mente Thomæ & aliorum, qui rem istam diligenter tractauerint. Ex his vero, quæ premisimus plura constant, quorum ratio ab his deducitur. & manifestam reddit huius questionis resolutionem.

<sup>11</sup> Primum, hinc conciliantur diuini eloqij. testimonia, quæ frequenter uti pugnantia in disputationem istam adduocuntur. Nam Exod. 20. probatur, iuste ob culpam parentum filios innocentibus puniri. & tamen Ezechieli capitu. 18. ditina multas per prophetam inquit, anima, quæ pecatauerit ipsi morietur, & filius non portabit iniuriam patris. quæ in loco scribit post alia Hieronymus hæc quidem: Hoc interim de prouerbio, si de parola diuina sufficiat, quod lex, & prophetæ: Exodus & Ezechiel, imo & ipsæ Deus quod ehec & ibi loquutus est, nequaquam in sententijs discrepare videatur, aut hic corrige, quod ibi multa dixerat. Hactenus Hieronymus iti hunc plane sensum, ut omnino aliqua æquissima, & propria interpretatione oporteat ita hæc. Sacra Scriptura loca ad concordiam deducere, quod minimè contraria videatur cum idem utriusque testimonij author nequaquam discrepare videatur, imo idem docere, nec idem videatur hic corriger, quod prius male dixerat. vnde aperte dictissimus & sanctissimus vir fensit, non esse villo pacto dicendum quod Ezechieli capit. decimo octavo. Deus corixerit, quod prius Exodi. 20. male dixerat. Sic profecto Hieronymi verba

sunt intelligenda, tametsi viri alioqui doctrina, & eruditione insignes opinentur, diuum Hieronymum in hunc modum loquutum sub disiunctione existimasse Deum Ezechieli. capitu. 18. corrigere quod Exod. cap. 20. male dixerat, siquidem hic sensus prorsus alienus est à viro pietate & religione Christiana per celebri. erit igitur necessarium inquirere, & examinare utriusque loci interpretationem. Primo quidem dici vere potest, verba Ezechieli esse intelligenda de poena æterna, aut spirituali, verba vero Exodi de temporali, secundum diuum Augustinum & alios, quorum superius mentionem fecimus. Secundo, Exodi locus referri potest ad iudicium diuinum, alter autem ad iudicium humanum iuxta ea quæ modo diximus. quod vero Hieronymus scribit, puniri quandoque filios propriæ parentum scelerar, eo quod in his perpetrandis filij parentes imitentur, & ita intelligi posse Exod. locum, idemque probant Nicolaus Lyranus dicto capitu. 20. Diuus Thomas dicto articulo quarto, & vlti. minime placet, tunc etenim filius punitur propter proprium crimen, & culpam ab eo commissam, non ob crimina parentis, quamobrem ea interpretatione admittenda non est, quemadmodum eleganter probat Alfonso à Castro libro. 2. de iusta haeret. punit. ca. 10. etiam si Plutarchus de sera numinis vindicta agens scripsit, Deum punire filios imitatores scelerum parentum, successores quidem in prauitatis supplicio, sicuti in haereditatis ære alieno.

Secundo infertur, iustissime diuum Ambrosium Cæsarem Theodosium incusasse, eo quod milite quodam furoris populi impetu apud Thessalonicanum occiso, ipse iussit populum, vt quisque obvius esset obtruncari. potuit enim Cæsar militis occisores gladiaculo punire, inique tamen, etiam ex causa fedirioris, iussit innocentes occidi. cap. 1. cum apud Thessalonicanam. 11. questio. 3. Diuus Augu. lib. 5. de ciui. Dei. capi. 26. Ruffinus lib. Ecclesiastice Historiae. in capi. 18. Theodosius libri. 5. cap. 17. & sequenti. Sozomenes lib. 7. ca. 24. Cassiodorus lib. 9. Historia tripartita. ca. 30. tametsi Theodosius clementi fuerit animo præditus, seueraque precepta interdum dilatio ne modica mollebat authore Paulo Diacono. libro. 13. text. in. l. si vindicari. C. de poenis. Cui adeo quæ ex Suetonio in Tyberio ca. 75. & Cornelio Tacito. lib. 3. tradit Cuiacius libr. 5. obseruat. capitulo. 9.

Tertio, ab eadem resolutione procedit quod iure Pontificio, & Cæsareo statutum est: nepe, vt filij

filii & nepotes eorum, qui diuinā, vel humanā maiestatem lacerint, infamia notetur, & indigni censentur, qui t obtinere valeant officia, & beneficia. Ecclesiastica, aliaque reipublicæ munera. hoc etenim sancitum est ob ctiminum grauitatem, ex qua innocentes filii ob icelera parentum pœna temporali bonorum, & simili puniuntur. l. quisquis. C. ad. l. Iuli. maiest. §. filij. capi. vergentis. de heret. capitulo secundo. §. heretici. capitul. statutum. in. 2. cod. titul. in. 6. traditque duodecim casus, quibus pro parentum sceleribus filii puniuntur. Matthæ. Afflict. in constitutio. Neapol. titulo secundo. numero. 33. quem legitio numer. 24. Tametsi leges istas nec probet, nec laudet Dionysius Halicar. libr. octavo: de antiquitatibus Roma. easque quodammodo ab eius republica relegauerit Plato libr. 9. de legibus. Ceterum ad harum constitutionum interpretationem sunt aliquot discutienda: ex quibus in praxi apparebit verus earum intellectus.

Primum, An ob crimen læse maiestatis humanae commissum à parentibus nepotes afficiantur infamia, ac publicorum officiorum indignitate? Sicuti de filiis expressum est: de his etenim tantum meminit dicta: l. quisquis. §. 1. Regia. l. 2. titulo. 2. part. 7. nam appellatione filiorum in his, quæ ad peccatum & odium pertinent, non veniunt nepotes. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupti. patr. ff. de adul. Bartol. communiter receperunt in l. liberorum. numeto. sexto. ff. de verborum significatio. qua ratione ad nepotes predistam informe notam minime extendi, responderunt Bart. in dicta l. patri. ff. de adul. Frandus in caput. statutum in. 2. de heret. in. 6. Decius consili. 6. 4. cotulum na prima. quibus ex aduerso restagatur quod constitutio Frederici, quam Alber. in dict. l. quisquis. num. 9. refert; probat infamiam istam ad liberos deduci: & sub mentione liberorum constat nepotes contineri. Barto. & communis in dict. l. liberorum. quantumcunque sit odiosa dispositio, ut ipsi fatetur, & ideo, etiam nepotes infamia notari ob crimen læse maiestatis ab aucto commissum, tenent. Cinus, Alber. num. 4. & Saly. consil. 1. in dict. l. quisquis. vbi hanc esse communem opinionem ascribit idem Salyctus.

Secundum est considerandum, filios, & nepotes hereticorum hac eadem infamie pœna affici, etiam si illegitimi sint, ne plus t fauoris habeat luxuria quam castitas. gl. celebris & ibi Ioan. Monachus, Archid. Ancha. & Docto. communiter in dict. c. statutum. Gundisal. Villadiego in tract. de heresi. questione. 23. Repertorium inquisitorum verb.

filij. & probatur, siquidem hæc pœna filijs inferatur ex eo quod à sanguine illius hereticorum processerint, & sint eius corporis pars, quæ quidem ratio etiam in filijs illegitimis obtinet, vt ex Barto. deducitur in. l. 2. ff. de accusat. & ex. l. hos accusare. §. omnibus. ff. eo. sic sanè lege Pompeia de patricidijs puniendus est filius etiam spurius parenti occidens, quod ipse adnotauit in Epitome de Sponsali. 2. part. ca. 8. §. 6. in princi. ex Bald. in ca. 1. §. naturales. si dote feud. fuer. controuer. int. domi. & agnat. vas. hanc tamen principalem opinionem gloss. in dicto capitol. statutum. intelligunt Domini. Ancharræ. & Franc. ibi in filijs illegitimis, naturalibus tamen non in spurijs aut vulgo quæstris. idem eos sequitus scribit Ioan. Lupi Se gobiensis decanus in tracta. de heresi. in fine, qui adscriptus est in l. 1. titulo. 26. par. 7. idem Saly. in dicta l. quisquis. 3. questio. Cinum sequutus. Sed ipse Cinus. questione. quarta: non ita vti. Salicetus refert, questionem istam definit. scribit de nomine constitutionem dictam, quisquis habere locum in filio nato ex concubinatu; aliove coitu. etiam damnato modo pater sit certus, quasi securus sit in filio illegitimo tuus pater incertus sit. idem Albertic. ibi question. 3. ex quibus ipse opinor decisionem tex. in ca. statutum: & in dict. l. quisquis. non tantum obtainere in filijs naturalibus illegitimis, sed etiam in spurijs; ac incestis, natisque ex alio coitu damnato modo pater sit certus.

Tertio, Circum eisdem constitutiones controvertitur, an filij hereticorum priuentur beneficiis Ecclesiasticis: quæ ipsi iam obtinebant etiam per pote: quo. pater criminis commisit. Cui questioni premitendum est regulariter, vbi quis ob criminis efficiatur indignus ad obtainenda beneficia Ecclesiastica, seu alia munera, & honores publicos, non esse iam obtentis tempore commissi criminis priuandum. gloss. insignis in Clementina prima. §. ipsius. de poenis. quam sequuntur in ibi. Cardin. Imol. & Bonifac. numero. quinquagesimo quarto. Et Panormita. in Clementina secunda. co. tit. vbi verbo, obtentis. scribit glo. eadem ratione cu qui ob delictum priuatur obtentis, non esse indignum, nec inhabilem ad obtainenda. quam sententiam probant ibi Zenzelinus. Cardin. Panormit. Imol. & Bonifac. numero. quinquagesimo. Sic licet infamis infamia facti inhabilis sit ad obtainenda beneficia Ecclesiastica. vbi Abb. Aretin. & alij post gloss. in capitol. omnipotens. de accusat. Dinus in reg. infamibus. de reguli. iur. in. 6. glo. in ca. cum inter Canonicos. de elect. glo. & ibi Abb. columnæ secundæ. in capitul. super co. cod. titu. & nota-

# Libri secundi, Caput. VIII. 575

notatur in cap. inter dilectos. de excessib. præla. obtentis tamen non priuatur. vt tradit Panorm. in cap. per inquisitionem. col. 3. de electio. probatur in cap. Nonne. 8. quæst. 4. notant Docto. in dicto cap. omnipotens. glo. singula. in capi. sçpe. de appellat. communiter recepta secundum Abba. ibi nume. 14. & eam commandant Ias. in l. 1. col. 3. ff. de re iud. Areti. in cap. si constiterit. 2. col. de accusat. optimus tex. in l. 2. §. vltimo. ff. de pœnis. gloss. in ca. cum non liceat. de præscri. Bald. in capitul. 1. qui success. teneant. feud. confir. 2. colum. glo. in summa. 8. quæst. 4. quibus constat. accusatum de crimine, & ideo pendente lite infamem infamia facti, non priuari obtentis dignitatibus, nec beneficijs nec honoribus, nec eorum administratione. l. 1. §. integer. ff. nil nouare appell. pend. l. qui à latronibus. §. si quis. l. eius. §. vltim. ff. de testam. l. furt. §. 1. ff. de his qui no. infamia. Nihilominus ex materia subiecta, & criminis commissi conditione iuribus saltem tacite expressa, quandoque etiam dicendum erit, priuatum obtentis beneficijs, inhabilem fore ad obtainenda, & è contrario, inhabilem ad obtainenda etiam obtentis priuandum esse: ita fanè hæretici, & eorum fautores, ac receptatores, non tantum indigni efficiuntur ab obtainenda beneficia, sed & obtentis iam tempore commissi criminis priuantur. tex. celebris in ca. vt commissi. §. priuandi. de hæret. in. 6. quo in loco adnotandum est, hæreticos. ipsos beneficijs obtentis ipso iure priuari. cap. quo iure. 8. distinctio. vbi glo. Domi. & Præposi. Ioan. Andr. & Docto. communiter in dict. cap. vt commissi. dum exponunt literam illius capit. in. §. priuandi pæterea, vel priuatos denuntiandi. in hūc modum, vt dictio vel exponatur, id est. eandem opinionem veram esse censem Abb. in dicto. capit. inter dilectos. columna vltima. & Felin. in capitulo secundo. columna. 4. de rescript. Ioann. Bernardus in pract. criminali. capit. 106. licet Alfon-sus à Castro. de iusta hæret. puni. capit. 9. lib. 2. tenuerit, hæreticum non esse ipso iure priuatum beneficijs obtentis, sed per sententiam priuandum. ipsi vero hæreticorum fautores, & receptatores non sunt ipso iure priuati beneficijs obtentis, sed per sententiam priuandi. cap. excommuni-camus. in. 1. §. credentes. vñ. si vero clericus. unde commodior erit interpretatio dict. §. priuandi. vt dictio priuandi, ad receptatores, fautores, & hæreticorum defensores: dictio vero priuatos de-nuntiandi, ad ipsos hæreticos referatur. Cæterum quod filii hæreticorum, & receptatorum priuentur beneficijs obtentis tempore commissi crimi-

nis, ipso iure, asserunt Joannes Andreas in dicto capitul. vt commissi. columna secunda. & Domi. ibi in. §. Priuandi. Henri. in cap. vergentis. columna. 4. & ibi Ananias columna secunda. de hæreti. Imola in. l. in insulam. in princ. ff. solut. matri. Præposi. in cap. satis peruersum. 56. disti. Ioan. Lup. in tracta. de Regno Nauarræ. 5. part. §. 8. vbi fate-tur hæc opinionem magis communem esse. pro qua adducitur text. in ca. Fœlicis. §. quod si quis. de pœnis. in. 6. ex quo pater, filios percutientis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ipso iure priuari beneficijs, quæ tempore commissi criminis obtinebant. & tamen crimen illud multo minus, ac leuius est, quam crimen hæresis. Sed hæc consideratio, non probat omnino præmissam opinio nem: quia non sequitur maiora, & grauiora crimi ne esse vindicanda maioribus, aut saltem eisdem pœnis, quibus minora. Sçpe enim respublika minorâ crima varijs ex causis maioribus pœnis insequitur ob euitandam delinquendi audaciam. contrariam sententiam, imo quod filij hæreticorum nec ipso iure, nec per sententiam priuen-tur beneficijs Ecclesiasticis, quæ tempore commissi criminis iam obtinebant, probant Panor-mitanus in dicto capit. vergentis. post Anton. ibi Gonsalus à Villadiego de hæresib. quæstione vi-gesimateria. & Repertorium inquisitorū. verb. Filij. ex glo. in capitul. satis peruersum. distinctione quinquagesimæ sexta. quæ scribit, filios ob cri-men læsæ maiestatis commissum à parentibus nequaquam priuari beneficijs obtentis eo tempore, quo pater scelus perpetrauit. eam sequitur Ro-ma. Singul. 686. dicens idem esse siue sit crimen læsæ maiestatis secularis, siue Ecclesiastica. Hæc vero glo. non potest commode ad hanc opinio-nem adduci, quippe quæ expressim loquatur in crimen læsæ maiestatis secularis, & vtatur ea ratione, quia Princeps secularis non potest proprijs legibus clericos punire, eosve priuare Ecclesiasti-cis dignitatibus, atque ita hanc illius gloss. ratio-nem perpendunt Imol. in dicta. l. in. insulam. Hæ-ric. in dicto capi. vergentis. columna quarta. Ab-bas in capit. cum laici. de iure patro. idem in cap. quanto. de iudic. Hippo. in rubr. ff. de fideiust. nu. 120. vnde alia ratio querenda est, quæ præfatam opinionem proberet, cum ea ex dict. gloss. deduci nequeat. & fortasse quanuis iure Canonico hæ-reticus ipse effectus inhabilis ad obtainenda beneficia Ecclesiastica, obtentis etiam priuetur, non idem erit in filiis hæreticorum, quo ad beneficia quæ obtinuere ante parentis lapsum: hi eter-nim ob alterius culpam inhabiles efficiuntur ad Ec-clisia.

clericalia beneficia, nec tamen bonis proprijs priuantur, & ideo potuerunt retinere beneficia obtenta. maxime illæc opinio probatur ex eo quod nullib[us] expressum est filios obtentis beneficijs priuati ob paternum scelus, & qui inhabili efficit ad obtainenda, regulariter obtentis non priuatur.

**Quarto,** quæritur quid de filijs hæreticorum ante crimen commissum natis, an & hi puniantur pœnis harū constitutionum? Et quibusdam placet his pœnis + tatum obnoxios esse filios post delictum & parentis lapsum natos, non filios ante scelus ipsum genitos. hocvisum est Calderino consilio tertio. titu de hæret. Dominico & Fran. in capitulo secundo. §. hæretici. de hæret. in. 6. Annan[us] in ca. vergentis. columnna quarta. eo. tit. qui bus suffragatur primo text. in. l. secunda. C. de libert. & eorum libe. vbi probatur, filios eam parētum conditionem sequi, quæ est tempore nativitatis, aut certæ conceptionis: non quæ ante fuerit aut postea. quo in loco Bald. notat, delicta parentum non nocere filijs primo natis, sed tantum naſcitur, quoniam contrahunt rubiginem à linea iam infecta. Sed text. in dict. l. 2. cui conuenit Regia. l. 9. titul. 22. par. 4. loquitur quo ad statum libertatis, & ieruitur, non quo ad alia, nam plerūque quantum ad alia non consideratur status patris tempore conceptionis. l. 2. §. in filijs. & ibid. ff. de decurio. & l. diuino Marco. C. de quaſtio.

**Secundo,** pro Calderi. facit quod notant Cinus, Petrus, & Angel. in dicta. l. quisquis, dicentes legem illam solum punire filios post crimen, non ante crimen natos. contrarium tamen, immo quod filij etiam nati ante crimen commissum eademi affiantur poena probant inibi ob eandem iuris rationem Alberi. columnna secunda. & Saly. 3. gl. in cap. si quis cum militibus. versicul. filij. 6. quaſtione prima. Ioann. Lupi de Regno Nauarræ par. 5. §. 8. Angel. de maleſicijs. §. che ay tradito la tua patria. columnna quinta. dum, & si codex mendosus sit, Salycet. refert & sequitur, prior tamen opinio maximè probatur in. l. 6. titulo vigesimo septimo. par. 2. & l. vltima. titulo. 31. part. 7. & l. 3. titulo. 9. libro quarto. ordina. Hodie. l. tertia. titulo octavo. libro octavo. Recopilat. nihilominus non sequitur necessario idem esse in crimine hæresis, & læsa maiestatis diuinæ, quod multo grauius censetur.

**Tertio,** opinioni Calderini patrocinatur glo. in cap. iam itaque. verb. reatum. l. quaſt. 4. dicens reatum patris transire in filium postea natū, non in eum, qui prius natus fuerat. ad idem gloss. in. l.

Imperialis. §. illud. C. de nupt. quam Bald. ibi sequitur, expressim scribens, non dici filium Regis eum, qui natus fuerit priusquam pater Regnum obtineret, nec preferendum fore in successione ei, qui natus fuerit post adeptum Regnum. idem Bartol. in. l. cum satis. columnna vltim. C. de agric. & ibi Platea lib. 11. Præpo. in ca. Adrianus. 63. distin. Abb. in cap. licet. columna vltim. de voto. Jacob. Rauen. & Andr. Pilanus in. l. Senatoris filiū. ff. de senatori. Deci. in c. inter cæteras. de rescript. colum. 5. & plerique alij, quos refert Andr. Tiraquel. de primogenijs. quaſtio. 31. nume. 8. vbi ex historijs plura ad hanc partem adducit: atque esse hanc sententiam communem fatentur Dec. & Ripa colum. 2. in dict. cap. inter cæteras. optimus tex. in l. si quis decurio. & l. vltima. C. de decurio. libro. 10. Hanc profecto opinionem ipse falsam esse censeo: nec existimo seruandam fore: siquidem contraria probatur omnino in. l. Senatoris filium. ff. de senato. vbi dicitur senatoris filius etiam, qui natus est ante senatoriam dignitatem. vbi Gui. de Suxaria, Albe. & Cora. hanc posteriorem sententiam sequuntur. idem Feli. & Ripa in dicto cap. inter cæteras. Alber. 1. part. Statu. quaſtio. 157. Cirier de primogenit. lib. 1. quaſt. 12. Iacob. de S. Georgio. tracta. de feudis. col. 4. Tiraquel. dicta quaſtio. 31. numer. 21. & 27. vbi plura adducit, quibus ostenditur veram esse hanc opinionem. Quibus accedit & conuenire videntur quaſtio insignis, qua discuti solet, an priuilegium nobilitatis à Princeps datum alicui proſit eius filijs ante prætigij conſessionem natis. Sunt etenim qui ecceant, ex eodem priuilegio nobiles censi, filios, etiam natos ante nobilitatem patris per priuilegium Principis queſitam, autoritate iuris. in dict. l. senatoris filium. vbi nihil interest, ut quis senatoris filius dicatur, an in senatoria dignitate constitutus pater cum ſuscepit, an ante dignitatem senatoriam. Atque ita Guillielm. de Cuneo locum illum inducit ad nobilitatem, vt vi delicit is sit nobilis, qui natus sit antequam pater nobilitatem sit aſſecutus. idem notat Ioan. de Platea in. l. si senator. C. de dignitat. libr. 12. ad idem conducit plurimum quod scribit Anto. de Rosellis in tract. de legitima. quaſ. 61. aſſuerans, quod si in priuilegio legitimādi fuerint excepti filij nobilium: intelliguntur excepti & hi, qui nati sunt ante nobilitatem patris. idem notat Præposit. in ca. per venerabilem. §. vltim. cap. antepen. versi. quæro secundo principaliter. Qui filij sint legit. Sed quāuis hæc prior opinio recepta fuerit apud Gallos teste Tiraquel. in tract. de nobilit. capi. 15. num. 8.

numero octauo, tamen contraria opinio iure ve  
rior est, & probatur ex l. vltim. C. de decurio. lib.  
10. notant expressim, & in specie Bart. in l. secun  
da. §. in. filijs. ff. de decurio. Bal. in. l. Imperialis.  
§. his illud. C. de nup. Plate. in. l. cū adoptiuū. C.  
de decurio. lib. 10. Præposit. in capitul. iam itaq;  
i. quæstio. 4. & in hanc partem declinant Tiraq.  
dicto capit. 15. numero. 9. & in tractatu de primo  
gen. quæstio. 31. numero. 28. quam sententiā vi  
di se pīssimē in hoc Regio Granatensi prætorio  
admissam fuisse. Nec eidem obstant quæ primo  
loco fuere adducta. Siquidē illa tantum hoc pro  
bant, quod dicatur filius Senatoris etiam is, qui  
natus est ante Senatoriam dignitatem, quod ip  
se itidem fateor: & ea ratione opinor, priuilegia  
iure data filiis Senatorū, & filiis nobilium etiam  
competere filiis natis ante Senatoriam dignita  
tem, & ante nobilitatem: non tamen sequitur ex  
hoc filios nobiliū, natos tamen ante consecu  
tam priuilegio Principis nobilitatem nobiles  
censendos fore: cū hi tempore nobilitatis ac  
quisita conditionem habeant certam, quæ non  
mutatur priuilegio patri tantum concessio. Imò  
ipse idem responderem, quoties priuilegiū no  
bilitatis datum est patri, & eius liberis, posteris,  
ac descendantibus. Hæc etenim concessio ita e  
rit interpretanda, ut posteros, & descendētes na  
tos post priuilegiū intelligamus: quēadmodum  
in dicta l. vltim. manifestē constat quia priuile  
gium radicem habet, & constituit in patre, à quo  
Princeps deriuare vult huiusmodi concessio  
neim, & ius in ipso priuilegio comprehensum.  
Qua ratione ut priuilegium nobilitatis etiā com  
petat his filijs, qui nati iam crant tempore con  
cessiōnis, necessarium est hoc à Princeps expre  
ssim significari: aut saltem his conceptis verbis,  
quæ eius incitatem satis aperiāt. Sicuti factum est  
à Catholicis Regibus Ferdinando, & Elisabeth,  
pragmatica factiōne Salmanticæ data Anno do  
mini. M. CCCCLXXVII. Hodie. l. 10. titul. II.  
libro secundo Recopilationum, qua confirman  
tur quædam priuilegia nobilitatis data per Re  
gem Henricam Quartam, quæ non omnino fue  
re reuocata, sed certis quibusdam limitibus con  
firmationem sunt consequata: nempe ut pro sit  
nobilitatis priuilegium filiis etiam natis tempo  
re confirmationis, modo tunc matrimoniuū non  
dum contraxerint: quin & illud, uifallor, erit ob  
seruandum, prædictam confirmationem ita esse  
intelligendam, quod minime pro sit filiis natis  
tempore, quo illa priuilegia fuere concessa à Re  
ge Henrico etiam si tempore confirmationis

nondum matrimonium contraxerant. Nam  
cū hi non fuerint comprehensi priuilegijs no  
bilitatis à Rege Henrico datis, etiam validis, ne  
quaquam confirmationes illis prodesse debent,  
qui non fuerant ipsis priuilegijs expressim, vel ta  
cte inclusi.

Quarto, Solet pro Calderino induci gloss. cō  
muniter recepta in l. diuo Marzo. C. de quæstio.  
asseuerans, maculam patris filijs antea natis mini  
mè præjudicare: quin vrantur priuilegijs, quibus  
vti poterant ex paterna dignitate ante crimen  
cōmissum. Sed ibidem agitut de priuilegijs, quæ  
filijs competunt ex transmissione parentis con  
ceptionis ratione: quia iam acquisita non pos  
sunt ob patris crimen à filijs tolli, at nos loqui  
mur in ea specie, in qua ob crimen à patre com  
missum expressim à lege puniuntur filij. Vnde  
nisi leges Regiae obstant in criminē etiam les  
mai etatis humanæ, falsam esse existimarem Cal  
derini sententiam: sed in hæresis criminē quan  
tus Ioan. Lupi in capit. per veltras. 3. nota. §. 23.  
quæstionem indecisam dimiserit: ego opinor fi  
lios etiam natos ante parentis lapsū, Canonici  
s pœnis affici. quemadmodum assuerat idem  
Ioan. Lupi de Regno Nauarræ. 5. part. §. 8. Gon  
salus à Villadiego de hæresib. quæstione. 23. Re  
pertorium inquisitorum verb. Filij. Castro libro  
secundo, de iulta hæret. punitione, cap. vltim. &  
libro primo, de potestate legis pœnal. cap. 7. co  
rol. 1. huiusque opinionis censentur hi, qui opini  
nantur, filios hæreticorum priuandos esse, seu iu  
re priuatos cēseri beneficijs Ecclesiasticis obti  
nēti iam eo tempore, quo crimen à patre commis  
sum fuerit: non video, quo pacto possit hæc sen  
tentia admitti: nisi præmittamus filios natos an  
te hæresim pœnis Canonicis puniri. Sed manife  
ste probatur posterior opinio in cap. filij, de hæ  
ret. in. 6. vbi filij eorum, qui in articulo mortis hæ  
resim cōmiserunt, pœnas Canonicas patiuntur  
igitur de iam natis nulli potest esse dubium. Præ  
terea est rex, qui satis vrget in dict. cap. statutum  
in. 2. quo in loco expressum est filios hæretico  
rum esse infames: hæreticorum inquam, qui ta  
les deceſſisse, vel tales esse probentur, igitur ut fi  
lij hæresis pœnis notentur, satis erit patrem hæreti  
cum deceſſisse: nec oportebit, aut necesse erit  
probare, patrem ante mortis tempus, & cū fi  
lij nati fuerint, hæreticum fuisse, ex quibus mihi  
certum est ob tanti sceleris prauitatem Canonib  
us placuisse, etiam filios natos ante crimen, in  
famia & alijs pœnis omnino afficere, eodem fe  
re tempore, quo ex prima editione opus istud,

exiere in publicum Catholicæ institutiones Iacobi Septimancensis viri omnium consensu doctissimi, qui cap. 29. numero. 6. pro Calderini sententia adducit caput primum Concilij Toletani decimi tertij nuper itidem typis excusi: ex quo maxima quidem cōiectura sumitur, filios natos ante crimen hæresis à parente commissum, non affici iuris pœnis. Nam cum in eo Concilio restituantur parentes in pristinos honores ex indulgentia & gratia, restituuntur & filii nati post scelus commissum, quasi nati antea non indigeant aliqua restitutione. Nec diffitieor, esse hanc virginem argumentationem, quæ tamen non omnino conuincit contrariam opinionem, præter quam quod Cōcilium illud Toletanum generali non est, quāuis nec propriè prouinciale, quippe quod ex totius Hispaniæ fere prælatis fuerit congregatum.

Cæterū, priùs quām ab hoc digrediamur tractatu oportet diligenter perpendere ex Gratiani Miscellaneis tex. in cap. non imputatur, prima questione quarta, eius hæc est litera. Non imputantur filijs peccata parentum, quæ post eorum natuitatem à parentibus cōmittuntur: nec pro peccatis parentum spiritali pœna filij sunt plectendi, officio autem vel beneficio Ecclesiæ priuati spiritalis pœna est: nō igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Haec tenus Gratianus ex Augustino, ad Auxiliū Episcoporū Epist. 75. ab hoc Canone duo solent adnotari. Primum, filios natos ante hæresim à parentibus commissam minimè pœnis eius criminis affici. Secundum, filios hæretici non esse priuandos beneficijs Ecclesiasticis, quæ iam tempore commissi crimini obtinebāt, horum prius constat verè apud Augustinum in hæc verba. Etenim Classiciani filius, & si traxit ex parte primi hominis culpam, sacro fonte baptismatis expiandam: tamen quid quid postea quām genuit peccati pater eius admisit, vbi particeps ipse nō fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? Hæc Augustinus, à quo Gratianus adsumpsit primam Canonis partem, siquidem Canonis non est iuxta Augustini literam translatus in ipsum Decretorum librum: sicuti statim ostendemus. Adhuc tamen nihil obstat: quominus vera sit opinio eorum, qui scripsere, pœnas Canonicas in filios hæreticorum statutas etiā eos afficere, qui ante crimen nati fuere. Nam Augustinus de pœna spiritali tractat nempe de sententia excommunicationis: qua, inquit ipse, ob crimen hæresis à patre commissum filii nati ante crimen plecti non debent: quod ex ipsa

Epistola ita manifestum est: vt nemo possit hoc inficiari: & notauit gloss. in diēt. capi. non imputantur. Nos verò dum de pœnis Canonicis aduersus filios hæreticorum agimus, temporales pœnas intelligimus: quibus constat puniri posse filios etiam natos prius quam parentes in hæresim lapsi fuerint. Quod si dixeris: igitur D. Augustinus concedit, filios post crimen à parentibus commissum natos, pœna spiritali puniri posse: quod falsum est? Respondeo, sensum istum alienum esse ab Augustino à quo omissus est casus, omissa est quæstio de filijs postea natis: & in his, quæ omittuntur ab authoribus, nō licet sensum absurdum coniectare. Deinde ita diuus Augustinus scripsit: quasi præsumeret filios post crimen natos ex sanguine infecto participes futuros criminis: & ideo posse ob eam culpam pœna etiam spiritali puniri: tanquam verè delicti participes. Et præterea arguens Augustinus Auxilium Episcopum quod perperam ob crimen parentis innocentis filios pœna spiritali puniūset, ostendit ad maiorem persuasionis vim id male fieri etiam si ratione sanguinis infecti ea punitio processerit: cum filij esent ante crimen commissum nati. Extat eadem Epistola Diui Augustini fere integrā apud Gratianum capitul. si habes. 24. questio ne tertia.

Quinimodo quidquid sit de his interpretationibus: illud est obseruandum, ætate Augustini non dum fuisse à Canonicis statutas pœnas istas aduersus hæreticorum filios: siquidem filius hæretici etiam post crimen natus ab Ecclesia recipiebatur ad sacros ordines, & beneficia: text. est in capitul. placuit. 1. quæstio. 4. ex his sanè constat, priorem partem dicti Canonis parum obesse his qui assuerunt, filios hæreticorum etiam natos ante crimen commissum Canonicis pœnis affici, & omnino plecti.

Posterior Canonis pars quatenus adserit, filios non esse puniendos spiritali pœna ob culpā parentum: verè Augustini Epistolæ conuenit: & ab ea optimè deducitur. Quæ autem statim sequuntur, versiculo, officio, verba sunt Gratiani non Augustini: à cuius sensu ea Gratianus intulit. Et profectò si is author inibi agit de officijs, & beneficijs Ecclesiasticis: quod gloss. & Doctor, ibi sentiunt, & eius intentioni cōuenit: Ego non video qua ratione ab Augustino, qui de spiritali pœna loquitur, siat congrue illatio pertinēs ad temporalem, nam officijs, & beneficijs Ecclesiasticis quemquam priuari, pœna est temporalis, non spiritualis: quandoquidem si spiritualis eset, non

## Libri secundi, Caput VIII.

579

set, non posset quis ea pœna ob alterius culpam puniri: si esti cōstat apud Augustinum: & tamen frequentissime innocētes his pœnis absque propria culpa afficiuntur, hoc pater in dicto capit. statutum in. 2. & in dicto capitulo secundo. §. hæretici. Sic bigamus, qui corruptā duxit in uxorem, adulteratave coniugem etiam ignorans cognovet, in habilis est ad officia & beneficia Ecclesiastica: ex quibus etiam patet, sicut esse iuxta hūc sensum Gratiani illationem. Quod si is intellexerit de officio Ecclesie id est, suffragijs, & eorum cōmunione: beneficio Ecclesie id est, Sacramentis, & eorum perceptione: quibus priuantur excommunicati: optimè constat sensus: hæc enim officia, & beneficia sunt Ecclesie ad animarum salutem instituta: corumque priuatio pœna spiritualis est: de qua ipse Augustinus tractat, atque ita iuxta hanc interpretationem nihil pertinet authortas Gratiani, ad id quod secundo loco ex ea deduximus de beneficijs obtentis tempore commissi criminis, prior verò sensus, quem impugnamus, ut falsus, minimè nocebit, cum non habeant Gratiani opiniones vim legis, sicut tradidit post alios Felin, in capitulo secundo, de rescriptis, num. 52.

Quarto, principaliter ab huius capituli resolutione infertur, veritas illius questionis, qua tractatur: possitne quis statuto puniri pro alterius crimine? Et iure verissimum est posse quem ob alterius crimen ex causa puniri pœna pecuniaria: non tamen corporali, hoc deducitur ex his, quæ hoc capite præmissimus: & probatur authortate gloss. insignis in rubric. C. de decre. decurio. libro. 10. cum consensu proprius cuiusque possit eum submittere damno pecuniario etiam absque eius culpa: non sic damno membrorum, & corporis. l. liber homo. ff. ad. l. Aquil. cap. continet. de senten. ex cōmu. Sic etenim prædicta glossa Doctor. sequuntur, & cōmendat maximè Bald. in. l. prima. C. ne filij. pro patre, idem in rubric. C. res inter alios acta. & in. l. seruum. §. publice. ff. de procura. 2. colum. Alex. in. l. s. p. n. m. 10. ff. de re iudic. Angel. & Ias. num. 68. in. §. actiones. de actionib. Iat. in. l. si quis in iu. §. legis. & in auth. Nouissima, columa tertia. C. de inoffic. testa. vbi scribit hanc opinionem cōmitem esse, idem tradit Hippo. in. l. infans, num. 16. ff. de Sicarijs. Deci. in capitulo secundo, de constit. post Feli. ibi. adducitur præterea ad hoc text. in capitulo. 2. de delict. puerorum, ibi tamē non præmittitur statutum, ex quo pater pro crimine per filium commisso puniatur pœna pecunia-

ria: & ideo inibi non probatur omnino præfata communis sententia: nam licet ibi exigebatur pœna pecuniaria criminis à patre iuxta cōstituendum, quæ eam pœnam indixerat: non tamen constat ex illa consuetudine patrem pro filio ad pœnam obligari, nihilominus verum est quod cōmuni sententia assertur, etiam quantum ad pœnam infamie: qua quis puniri poterit: etiam per statutum pro peccato & culpa alterius, text. Optimus in. l. quisquis. C. ad. l. Julianus Maiest. non tauit in specie post alios Alex. in dict. l. s. p. n. m. 10. Fel. in cap. itis generale. distinct. col. pen. Deci. in dicto capitulo. 2. lectione. 2. Soplin. in. l. cum filius familias. numero octauo. ff. de verbo. obligat. licet Bald. contrarium voluerit in dicta rubric. C. res inter alios acta. Verum de intellectu legis, & statuti, quo quis punitur pro alterius crimine, præter alios legit Deci. consil. 523. Rōman. consilio. 154. Socin. consilio. 57. libro. 3. columna penultimi. Corne. consil. 211. lib. 3. Hpol. singul. 362. & consil. 82. colum. 3. Socii. in. l. Modeltinus. ff. de exceptionibus. Sic valet statutum, quod filii mercatorum teneantur solvere debita parentum: licet non sint eorum heredes. Bald. in l. dotis. C. de iure dotium. Alexan. consil. 42. lib. 1. Deci. in dicto cap. 2. de constit. item Deci. consilio. 359. Hippoly. singul. 224. Ioan. Crōtus in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, columna. 5. verific. Prima an statutum.

Hinc apparet, posse lege vel statuto sancti patrem teneri ad soluēdam pœnam pecuniariam quæ filius fuerit condemnatus: ad quantitatem usque debitam filio ratione legitimæ partis, ita Bart. probat in quæst. 3. incipienti. Perusina ciuitatis statuto. idem Bar. in. l. cum filius familias. ff. de verb. obligat. vbi cæteri Doctor. idem sequuntur præsertim Bartho. Soci. num. 8. dicens hanc opinionem communem esse: Quanvis secluso statuto iure obtentum sit, patrem non esse cogendum soluere pœnam pecuniariam pro crimen filiorū etiam ex bonis, quæ pro legitima parte post mortem parentes filiis deberentur. gloss. Panormi. & alij in capi. 2. de delict. puer. Speculum. de sent. exequut. versic. quod si filius. Bald. in. l. si quæ pœna per tex. ibi. ff. de his, qui sunt sui text. & ibi Bart. in. l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bono. Decius in consil. 438. Cremon. singul. 12. & 89. notatur in. l. tam ex contractibus. ff. de iudic. & in. §. actiones. Instit. de actioni. quod amplius probatur si consideremus ea quæ solēt tradi ad questionem: vtrum filio delinquente, & ob id crimen damnato ad certam pecunia quatita-

tem: sit ea soluēda ex peculio profectio, aduentiove? qua in re solet etiam de peculio castrensi adnotari. Et quod publicatis ob crimen bonis filijfamilias non publicetur peculum castrense: Imò id patet iure peculij possit obtainere, probat text. in l. si filius. C. de bonis damnat. vbi Petrus, Cinus, Bald. & Salyce. Barto. item. Imol. Cast. & Alex. nume. 49. in l. si finita. §. si de vestigalibus. idem Bart. & Imol. in l. filius. ff. de damno infect. hoc ipsum etiam hodie iure verum esse censem. Ioan. Lupi in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 66. numero vigesimo quarto, quorum opinionem sequitur dicens eam communem esse Paul. Parisi. consi. 157. numero trigesimo sexto. Sicut nec publicatis bonis ipsius patris ob crimen ab eo commissum publicatur peculium filij profectum. text. egregius in l. tercia. §. sed utrum. ff. de minori. Cuius prefati Doctor. memineret, & Bald. in l. executorem, numero. 34. C. de exequit. rei iudic. Roman. tamen in dicto. §. si de vestigalibus. numero decimo quinto, post Angel. ibi. idem Ange. & Roma. in l. si filiusfa. ff. de damno infect. Nellus in tract. bannitorum. l. parte secundi temporis. quest. 25. Coatraria sententiam hodie veriorem esse censem pluribus rationibus quarum una tantum eorum opinioni aptatur: ea scilicet, quod iure Authenticorum filius habeat in castrensi peculio haeredem ab intestato. Auth. defuncto. C. ad Tertulli. & in Authen. in succeſſione. C. de legit. liber. haec verò ratio sufficiens non est, ut statim arbitremur sublatam esse decisionem in dict. l. si filius. C. de bonis damnatorum. liquide in ante mortem naturalem ipsius filijfamilias, tempore, quo haredi locus non est, patri peculum Castrense, filijfamilias delinquent, defertur in solatum patris potestatis, & ideo ipsa Codicis constitutio non fuit ea ratione sancta quod filiusfamilias non haberet ab intestato haeredem in Castrensi peculio: quamobrem ea ratione sublata, minime dicendum est, dictam constitutionem antiquatam esse.

Ex his patet nec peculium aduentitium posse publicari ob crimen filijfamilias: nam in eo habet pater usumfructum, & sic maius ius, quam in castrensi: & tamen hoc non publicatur: sed patri competit: ergo nec illud etiā quoad proprietatem. Barto. Paul. Imol. Alex. nume. 44. in dict. §. si de vestigalibus. Angel. numero. 13. & Iason numero. 62. in. §. actiones, de action. & alij relativi per Nicol. Boerium decisio. 7. numero. 10. & Parisiū dict. consilio. 157. col. 2. libr. 4. vbi inquit hanc opinionem communem esse, quam post

alios sequitur simul & precedentem Ioan. Bernard. Praesul Calagurriensis in practi. criminis canonica. cap. 12. 4.

Sic delinquenti filio: & eius bonis publicatis, fortiori ratione peculium profectum non cadit in publicationem bonorum, textus in dicta l. tercia. §. sed utrum, atque ita à Barto. & Doctoribus cōmuniter scribitur in dict. §. si de vestigalibus, vbi Alexad. num. 44. Iason. in dict. §. actiones, numero. 62. Ripa in l. vltim. C. de reuocan. donat. quæſtione. 53. Carol. Molinæ. in consuet. Parisiensi titu. 1. §. 30. quæſtione. 18. omnium latissimè præter Alexand. Parisius dict. consi. 157. libro quarto. Boer. dict. decisio. 7. plura tradunt ad harum conclusionum interpretationem, quæ omnino legenda sunt, & his addendum, quod publicatis bonis filij non censemur publicata legitima portio ei debita ex bonis parentis qui tempo re sententiæ viuebat: etiam ut post ipsius obitum in fiscum deferatur. Bald. in l. si qui sunt sui, vel alien. iur. Alexand. consi. 37. lib. 1. columna antepenult. Socin. Iunior consi. 51. libro. 1. Eodem patre ratione sumpta ex dictis Iurisconsultorum, & Cæsarum authoritatibus: propter crimen matriti non publicantur bona, quæ ex adquisitis matrimonio constante ad vxorem pertinent. Ioan. Lupi in repet. rubric. de donatio. §. 66. num. 24. Didacus à Segura in tracta. de acquisitis matrimonio. constante, numero. 16. Cassian. in consuetu. Burgundiæ rubric. 2. §. 2. ad fin. Regia. l. 77. Tauri. Hodie. l. 10. titulo. 9. libro quinto Recopil. licet contrarium iure probare conetur Carol. Molinæ. dict. §. 30. quæſtio. 15. numero. 74. & tamen poterit omnibus in his casibus lege, aut statuto sancire, ob crimen filij publicandum esse peculium profectum, castrense, aut aduentitium etiam in læsionem patris innocētis: cùm hic agatur de poena temporali bonorum, qua puniti ex causa possunt innocentes ob aliorum scelera.

\* Sed si pater poenam pecuniariam pro delicto filij soluerit, an ea sit in legitimam imputanda, tradidere Barto. in l. Stichus. ff. de pecul. legato. Alexand. num. 23. Paul. à Monte Pico. numero. 286. & Cæsar Fumagnum. 440. in l. in quartam. ff. ad l. Falcid. post Ripa ibi, & Anto. Gomiti. in l. 29. Tauri. num. 20. Ioan. Gutterri. in. §. sui, Instit. de haered. qual. num. 93. idem in cap. quanuis pactum. verb. à filia. num. 13. & Tellus Fernandus in l. 23. Tauri. num. 14. \*

Quintō principaliter huius quæſtionis disputatione proderit ad interpretationem gloss. in cap. cùm homo. 23. quæſtione quinta, verbo. suppli- cium.

## Libri secundi, Caput VIII.

581

cium. Cuius non sine authoris laude plerique passim & meinere, eius priori parte probatur: non posse quenquam proprio, & libero consensu seipsum adstringere, ut pro alio criminis reo poena corporis afficiatur, arg. liber homo. ff. ad l. Aquil. cap. contingit, de senten. excōmu. atque ita frequentissimo omniū consensu recepta est hec glo. sententia, vti constat ex Felin. in cap. 2. de constit. & Hipp. in rubric. de fideiis. quæst. 29. quo sit, vt in causis criminalib⁹ vbi poena corporis imminet reo qui in carceribus detinetur, nunquā is dimittitur datis fideiis oribus: id vero sit quoties poena pœuniaria est pro reo crimen in flagēda, optim. text. in l. diuus. in. 1. ff. de cust. reorum. Regia. l. 16. titu. 1. part. 7. notant post alios Paul. Griland. in tract. de relax. carcerat. cap. de fideiis. reorum. Hippo. dict. quæst. 29. idem in l. infans. ff. de Sica. nu. 16. Xuares in tract. de fidē iusti. crimi. Posteriori parte glo. constat, cōsuetudine, & moribus posse induci: quod innocens seipsum obliget, & adstringat pro alterius criminē ad corporis pœnā, nam ad hoc glo. illam cōmendant Roma. consil. 15. & idem in singu. 128. Hippo. in dict. quæst. 29. Deci. in dict. capit. 2. de constit. 1. & 2. lectione. Felin. in cap. 2. num. 8. de probat. Rochus Curtius in capitul. vltim. de consuetud. Fol. 45. colum. 4. quasi legis seu consuetudinis authoritas accedens consensi priuatorum possit id efficere: quod solo consensu permīsum nō est, his accedit, quod Deci. eleganter scribit in cap. quæ in Ecclesiariū, de consti. col. 4. dicens posse fieri statuto simul & pacto id, quod solo pacto fieri non poterat. item & illud quod ab eodem Decio eruditè traditur in cap. iurauit. de probatio. col. vltim. vbi non appellans à sententia latā in capitali causa, ei pœnæ consentire viderit; & ea sententia transit in rem iudicatam ex eo consensu, simul & authoritate legis: quod & ipse latius deduxi in Epitome de sponsalib. & matrimo. §. vltim. num. 15. & sequentibus, idem quod diximus in consuetudine, dicendum est in statuto, quāvis gloss. loquatur de consuetudine. ob eandem rationem, & ita ad statutum eam retulit Iason in. §. quædam. de actioni. num. 37. notat idem Deci. in dict. c. 2 de consti. 1. & 2. lectione. Ego verò non video qua ratione, nec in consuetudine, nec in statuto possit opinio gl. defendi: siquidem paulò antè probauimus, lege humana non posse innocētem pro culpa alterius, corporis pœna puniri: cōsensus proprius multò minus potest id efficere: nec vila potest iusta causa dari, ex qua pœna corporis innocēs pro alterius

crimine puniatur: & idq; o mihi magis placet contraria sententia, quam tenet Felinus in dicto capitulo secundo, de constitutio. columna secunda, & idem in cap. ius generale. 1. distinct. ad finē reprobans vltimam glo. partem: licet eath negli genter explicuerit. Non obest, quod in contrarium adduximus de legis & consensus authoritate: nam id verum est: quia tūc & lex ipsa culpam in consiente præsumit: & ea iam est in processum iudiciale, & cognitionē deducta: quam obrem mirum non est, si consentiens puniatur ratione consensus, simul & legalis authoritatis: quæ non temerè ministratur: sed præmissa culpæ examinatione.

Sexto principaliter à præmissis deducitur vetus intellectus ad text. in cap. Romana. §. in vniuersitate m. de senten. excōmu. in. 6. quo cautum est nē sententia excommunicationis in vniuersitatē, aut collegium proferatur, nam id mirum viderit: cū vniuersitas ex personis constat, capitul. cū clericis, de verbo. signifi. & per & totum titulum. ff. quod cuiusque vniuersit. nomi & personæ possint excommunicari. Præterea ipsa vniuersitas potest delinquere, culpamque contrahe re excommunicatione dignam, gloss. in. l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersit. nomi. Cuius præter doctores. ibi meminere Abb. in cap. in Genesi. colum. 3. de electio. Deci. in capit. cū omnes. 1. lectio. colum. 7. de constitu. nempe vbi omnes de vniuersitate concurrunt, & consentiunt in deliq̄tum: vnde vniuersitas puniri iuste potest: etiam spirituali pœna, quibus aliquot iuris P̄tificij interpretes respondent: vniuersitatem esse fictam representatam quandam personam, non veram & ideo anima rationali carentem, nec capacem spiritualis pœnæ, & excommunicationis, quæ non potest aptari animæ irrationali, capitulo primo, de sentent. excōmu. in. 6. cap. P. G. de offic. delectat. capit. sicut. in. 3. de iure iur. Hæc autem ratio sufficiens non est, constat etemim vniuersitas ex personis, quæ capaces sunt Canonicae censuræ: nec aliud est ipsa vniuersitas, si rem ipsam materialiter consideremus, quam personæ eam admistrates: nec aliud est ciuitas, quam ipsa ciuium collectio. Cardin. in capitul. requisisti, de testam. l. ciuib⁹, vbi Ludouic. Lusitan. 6. col. ff. de reb. dub. tradit Bart. in. l. aut facta. §. vltim. ff. de pœnis, qua ratione absque vlo dubio apparet: eam posse excommunicari.

Fortassis ea est vera ratio, quod actus & passiones, vt consistant in facto, & ad factum referuntur, singulis omnino tribuendæ sunt: non colle-

# Variarum Resolutionum

gio, aut vniuersitati: nam hic tribuūtur, & eorum esse censemur: quantum attinet ea res iuris effectum: optimus text. in capitul. 2. de testib. libr. 6. colligitur ex Bart. in dict. l. aut facta. §. vltim. Cu*ius* scripta explicat Io. Oldendorpius post alios in tracta. de iure, & æqualitate, tit. 14. excommunicatio verò ferenda in aliquem non est, nisi ob actum verè proprium, culpa mortal is criminis perpetratum. capitul. nemo. 11. quæstio. 3. qui quidem actus & si ab vniuersitate processerit: ad quemlibet peculiariter referendus est quo ad pœnam excōmunicationis, & similem, cùm non agatur de iuris effectu, né si vniuersitati tribuatur, absurdum sequatur, scilicet, quod puniantur hi, qui verè sunt innocent es: sicuti text. in dict. §. in vniuersitatem, probat: qui omnino punirentur, si excōmunicatio possit ferri in vniuersitatem, hanc rationem collegimus ex capit. si habes. 24. quæst. 3. Dominic. & Præposit. in cap. sicut vir. 7. quæst. 1. Fel. in cap. responso. de senten. excōmu. & in cap. dilecta. colum. 2. de exceptionib. Iaso in. l. l. §. vltim. colum. 1. ff. de acquirēd. poss. Anna in capit. dilectus. in. 2. num. 10. & sequent. de simo. Chassanæ. consilio. 1. argumen. 8. ex quibus apparet, excommunicationem posse pronuntia ri contra illos de vniuersitate, qui contumaces, & rebelles fuerint culpamque contraxerint. Sic denique si citentur Decanus & Canonici: Decanus & Capitulum sub excommunicationis censura, & Capitulo, cum citatio eis proponitur: ei iusque certiores fiunt: certi quidem Canonici re periantur Capitulum constituentes si ipsi mandato non obedierint, poterunt excommunicari: licet contrarium placuerit Rotæ. 315. an antiquis, eadem ratione etiam si iudex male pronuntiet excommunicationis sententiam in vniuersitatem: nihilominus ligat eos, qui ob culpam ea censura digni fuerint, ita Felin. in dicto capitul. dilecta. secunda column. & Imol. in capitul. Capitulum, de rescriptis, colum. penult. & iuxta hunc sensum potest intelligi secunda opinio glo. in dict. §. in vniuersitatem. verb. penitus, quæ tutor est, tametsi ex iuris rigore prior opinio, ex qua omnino ea excōmunicatio nulla censemur esse tenēda secundum Francum & alios ibi, Pa-lud. & cōmunem in Quarto distinct. 18. quæstio-ne secunda, ad finem. Curti. Senior. m consi. 20. dubio. 2. & probatur ex his, quæ tradit Ludouic. Goimet. in reg. de idiomate. quæstione secunda. Imò quanuis iure possit excommunicatio ferri in vniuersitatem: minimè ligarentur hi, qui post ipsam censuræ pronunciationem collegium, aut

vniuersitatem fuerint ingressi. Bald. Paul. Imol. Aretin. & alij in l. si grege. ff. de legat. 1. Felin. in dict. capit. responso. Iaf. in l. inter stipulātem. §. Sacram. ff. de verbo. obligat. in fine, vbi testatur hanc esse communem opinionem. Cui suffragatur optimus text. in capitulo. 1. in princip. de offic. vicarij. in sexto.

Septimò hinc procedit, quod licet gratis sit censenda pœna Ecclesiastici interdicti: plerunque tamē ob culpam vnius, qui ciuitatis, aut prōvinciæ dominus est, † vel in ea habet secularem, Ecclesiasticamve iurisdictionem: tota prouincia tota ciuitas submittitur interdicto, text. in capitul. non est vobis, de sponsalibus, capitul. sanè. in secundo, vbi optimè Deci. de offic. deleg. capit. si sententia, de sententia excommunicationis, in sexto, in secunda parte. Nam isthac pœna spiritualis nō est: nec enim afficit animam: quia non priuat communione suffragiorum Ecclesiæ: sed tantum suspendit interdictos auditione, & celebrationediuinorum officiorum: quæ quidem pri uatio directè animam non afficit: & sic distat ab excommunicationis censura. Vnde ciuibus interdictis: hi & interdicti censemur, qui in locum aliorum ciuiū post sententiam successere in eam ciuitatem domicilium transferentes. gloss. communiter recepta in dicto capit. si sententia, vers. non competant, quam esse ordinariam afferit Iaso in dict. §. Sacram. colum. vltim. extat in hanc rem pulchra Plutarchi verba, lib. de sera numinis vindicta, colum. 13. quem legit. Sic è contra rio ciuis interdictus, qui culpæ particeps non est si seipsum ad aliam ciuitatem causa mutadi domicilium transtulerit, immunis est ab ipso interdicto. Anchar. Franc. & alij in dict. cap. si sententia, & Calder. de Eccles. interd. 2. q. Fel. 4. quibus duo addenda fiunt. Primum quod si iudex interdicto subijciat cōmune alicuius ciuitatis: persona, & locus huic centuræ subiecta censemur: secundum Frederi. consi. 183. Secundum, is qui habitat in loco interdicto, si interdictus non est: potest in Ecclesia extra locum interdictum sepeliri ita notat idem Frederic. consi. 121.

His omnibus accedit quæ ciuitas, quæ proprium Episcopum occiderit, licet omnes ciues nec peccati, nec criminis rei sint, priuatur honore, & dignitate Episcopali. text. in cap. ita nos. 25. q. 2. Cu*ius* meminere Bald. in. l. si nondum. C. de furtis. Iaso in. l. 2. col. 2. C. de inoffic. testam. id intelligentes, quando is Episcopus erat iam consecratus. Hæc etenim pœna temporalis est: & ideo ex causa iusta possunt innocent es eam pati.

Ex capi-

## Ex Capite sequenti.

S V M M A R I V M .

- 1 Talionis pœna vnde originem habuerit. & an ea hodie obtineat?
- 2 Homicidium, an iustè puniri possit pœna tantum pecuniaria?
- 3 Nobilis vbi de pœna pecuniaria agitur grauius punitur, quam plebeius: vbi vero de corporali mitius.
- 4 Nobiles non sunt torquendi, nec pœna ignominiosa sufficientiendi: sic curi plebei.
- 5 Vbi amputanda manus est in criminis pœnam, & delinquens vnam tantum habeat manum: quid agendum sit?
- 6 Traditur intellectus. l. ad bestias. ff. de pœnis.
- 7 Furtum iustè potest puniri pœna mortis. & inibi de tribus furtis, & de uno graui, & enormi puniendo.
- 8 Etiam si lex certam pœnā statuerit, nihilominus iudex poterit eā ex causa, vel angere. vel minuere.
- 9 Iudez Ecclesiasticus potest quandoque pœnis pecuniaris delinquentes mulcere. & inibi quo pacto ipsa pœna sit distribuenda.
- 10 Intellectus cap. 2. de pœnis.
- 11 Ecclesia & prælatus fiscus habere dicuntur.
- 12 Clerici heretici bona, an ad fiscum secularēm pertineant?

## Rursus de ratione pœnæ,

QUALITER EA A L E  
ge, vel ab homine infligenda sit?

## C A P . I X .

**P**RIMI TRACTA  
uimus de pœnis, quæ aduersus  
innocentes à iure statuuntur:  
cui quæstionē & illa affinis est:  
quæ nam ratiō sit habenda in  
ipsis nocentibus puniendis iux-  
ta ipsius iustitiae æquilibriū:  
& præsertim ambigitur, an homieidiū simileve  
crimen iustè puniatur tantum pecuniaria pœna  
indicta? Et profecto videtur hoc refragari legi naturali,  
diuinæ, & humanae. Naturali quidē: quia se-  
cundum eā pœna iuxta delicti mensurā infligen-  
da est. Deuteronom. 25. pro mēsura peccati erit

& plagarū mod⁹, cūm de ratione iustitiae sit equa-  
bilitas: quæ omnino in eius exercitio seruāda est.  
Is enim, qui proximū, & Rem publicā iniuria le-  
serit: non æquè iure naturali punitur: nisi ea puni-  
tio sit sufficiens ad satisfactionem, & reparatio-  
nem illati damni: nec aliter iusta punitio fit: nisi  
delinquēti æqualis criminis pœna iniungatur: hæc  
vero cōmodè decerni nequit: nisi ipse patiatur  
idē, quod alteri per iniuriā intulit: sicuti D. Tho-  
docet. 2. 2. quæst. 68. artic. 4. Hinc sane apud ve-  
teres processit Talionis pœna, quā Græci appellant  
antipenitētē, cuius meminit Arist. lib. 5. Ethic.  
co. cap. 5, alij eam & appellant taxopáthēian Theo-  
philus, Instit. de iniurijs. §. pœna. Latinorum qui  
dām retaliationem: alij supplicij similitudinem:  
alij repatientiam, addueit Aristoteles ex Hesio-  
do, licet Talionem omnino non probet, carmi-  
na quedam de Radamanthi iustitia.

Si contra passus fuerit, quod fecerit idem,

Judicium placerectum, vindictaque fieri:  
Sic & lege Mosaica cautum erat, oculum pro oculo,  
dentem pro dente in pœnam eruendum.  
Exod. 21. Item & lex duodecim tabularum titu-  
de iniurijs inquit. Si membrum ruperit meum ē  
pacto, talio esto: quan defendit aduersus Phauo-  
rinum Sextus. Cæcilius apud Gellium lib. nocti.  
Attica. 20. capitulo primo, nec ut iniqua damna-  
tur à Christo Iesu Mathæi capitulo quinto, nam  
licet eam existimet acerbam esse, dedit tamen  
consilium remittendi iniurias: non præceptum.  
Imò & nunc hanc Talionis pœnam sancitam es-  
se constat aduersus iudicem, qui delatum ad se  
crimē punire neglexerit, eandem enim pœnam  
pati debet, quam alijs indulxit, & dissimulando  
concesserit. l. vltima. C. ne sanctum baptismū ire-  
retur, cuius meminete Roma. in singu. 77. Felin.  
in capitu. qualiter, in secundo. §. ad corrigendos  
columna septima, de accusationi. Olim sane ac-  
cusatores regulariter se inscribabant ad similitu-  
dinem supplicij: si in accusatione deficerent: &  
ita iure puniebatur. l. si cui. ff. de accusatio. l. ter-  
tia. C. qui accusa non poss. l. secunda, versicu. ex  
longinquo. C. de exhib. reis. l. vltima. C. de accu-  
satio. capit. tue. de procurat. glof. & Docto. in ca-  
pitul. super his, de accusatio. notat Thom. dicto  
articulo quarto. Regia. l. decima tertia, titulo. no-  
no, part. 4. l. vigesima prima, titulo. l. part. 7. ta-  
metū hodie moribus receptū sit, eam inscriptio-  
nem nec esse necessariam nec simile supplicium  
calumniatoribus inferendum fore, Barto. in l. pe-  
nultim. §. ad crimē. ff. de publi. iudic. secunda eo  
lum. Gandinus in tracta. de maleficis, rubri. qua-

liter fiat accusatio. 2. colum. Alberi. in. l. vltim. colum. i. C. de accus. Ange. & Salyc. in. l. qui criminē. C. qui accus. non poss. Felin. colum. 4. post alios in dict. capit. super his Barto. in dicta. l. si cui. nihilominus erit arbitrio iudicis puniendus accusator, qui in probatione criminis defecerit, optimus textus in dict. cap. super his. & in. l. & in priuatis. ff. ad Turpilli. gloss. in dict. capit. tuæ. verb. effectum, tradit Alciat. lib. 9. Parerg. capit. 8. eadem ratione temperata est a prætore in Inurijs Talionis poena. §. poena. Instit. de iniu. quæ iustissime & hodie seruabitur in eo, qui in causa capitali, vbi corporis poena est iure infligenda, falsum testimonium contra innocentem dixerit. l. 83. Tauri, cuius decisio deducitur à capitulo decimo nono. Deuteronomij. & l. i. §. præterea. ff. de Sicarijs. Cuius ad hoc meminere Bald. in capit. i. in princip. colum. vltim. de pace teneda & eius viola. Iason in. l. & si legibus. C. si contra ius, vel vtili. pub. idem in. l. si duo patroni. §. vltim. ff. de iure. rei. notat gloss. in cap. Rex debet. 23. quæstione quinta, quod si proptium eit iustitiae punitiua, vt poena iuxta sceleris mensuram + imponatur: constat aperte non esse iuri naturali conueniens, homicidij crimen poena tantum pecuniaria puniri. Hoc ipsum aduersatur, & legi Euangelicæ & diuine, secundum quas morte puniendus est homicida. Gene. cap. 9. Quicunque effuderit humanam sanguinem, fundetur sanguis illius. Leuitic. capitulo. 24. Qui percusserit, & occiderit hominem, morte morietur. Numeri capit. 35. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est, reus erit homicidij, & ipse morietur. Matthæi capitulo vigesimo sexto, oimnes enim, qui acceperint gladium. gladio peribunt, capit. duo ista. 23. quæstione quarta. Sic etiam & humana lege homicida, quod fecit, expectet. l. tercia. C. de Epis. audien. l. vnica. C. de rap. virg. l. tercia. §. legis. ff. de Sicar. eleganter Matthæ. Afflict. in constitutio. Neapolit. libro primo, titu. de homicidijs puniend. & Chassanæ. in consue. Burgund. rubric. l. verific. videndum. Regia. l. terria, titulo decimo tertio, libro octauo. ordinat. l. decima quinta, titulo. 8. Partit. 7. Deinde quod poena pecuniaria tantum homicidia puniantur, maxima prestat delinquendi occasionem, præferunt diuitibus, nullam enim reus pertimebit culparum, quam redimere numis existimat, cap. pauper. 11. q. 3. \* Crescit enim multitudo peccantiū cum redimendi peccati pes datur: & facile itur ad culpas, vbi est venalis ignoscendum gratia: vt scribit Arnobius libro septimo aduersus g̃etes. \*

Igitur leges ita punientes homicidas, nec iusta sunt, nec Reipublicæ conueniunt: & ideo nec condit, nec seruari debent, quod adnotarunt Archid. in dicto capit. duo ista. Hostiens. Cardinal. Abbas, & Rochus Curtius in capit. vltim. de consuetud. Folio paruo. 20. colum. l. & 2. idem Abbas in capit. 2. de delict. pueror. Feli. in rubric. de homicid. In contrarium adducitur text. in dicto capit. 2. de delict. pueror. vbi probatur, posse iuste homicidium puniri tantum poena pecuniaria: sed ea lex, cuius ibi mentio fit procedit ultra poenam corporalem, vt Panormit. existimat vel in homicidio fortuito casu non ex malitia contingenti. Regia. l. penul. titu. 13. lib. 8. ordin. l. aut facta. §. euenter. ff. de poenis. Secundò apparet, eisdem leges probari. in. §. poena. Instit. de iniurijs, loquitur tamen ille text. de iniuriarum aestimatione: & nihilominus haec statuta iusta esse: & ex eis homicidiam pecuniaria tantum poena puniendum esse præmittunt Bart. in. l. i. versic. vltimo quero. ff. de publi. iudic. & in. l. i. ff. vibono. rap. & in. l. nunquā plura. ff. de priuat. delict. Abb. in capit. vltim. colum. penult. de sepul. Aretin. consi. 58. colum. 6. expressum Alexand. id probat. post Bart. ibi in l. i. num. 13. ff. quod quisque iur. verum quia magis cōmunitis videtur prior opinio, & præ se fert quandam naturalis iustitiam æquitatis: resque ista ambigua est propter cōtrariae opinionis authores: erit altius hac de re tractandum se quenti præmisso axiomate.

Quanuis culpæ & delinqüentium sceleræ ex æquilibrio iuxta mensuram, & criminis qualitatem punienda sint, exactè proportione obseruata: non tamē absolute secundum qualitatem, & supplicij similitudinem poena infligenda est: authore Aristotele libro. 5. Ethico. capitul. 5. non enim semper conuenit Reipublicæ, vt qui crimen aliquod perpetrauerit: idē patiatur, quod intulit: nam esset ea punitio frequenter iniqua: sed potius poena est iuxta proportionem delicti constituenda attenta qualitate iniuriam inferens, & eius cui fuerit illata: vt si magistratum quis gerens alterum etiam inique percusserit: reperiendus non est. Et item si gerentē magistratum quis percusserit, non tantum reperiendus est: sed & Maiori afficiendus supplicio. Haec Aristoteles, cui consentit Thom. 2. 2. quæstione. 61. artic. 4. & quæstio. 68. artic. 4. ad primum, ex quibus plura deducuntur.

Primum, posse contingere, vt iusta sit lex: iustumve sit statutum: quod homicidiam poena pecuniaria tantum puniendum esse sanxerit: nemesis si

## Libri secundi, Caput IX.

585

pe si ex causa fiat. Nam si poena pecuniaria esset magnæ quantitatis, forsan non esset ea punitio iniqua: nec contemptui haberetur ea lex. quod Bald. c̄est in. c. i. §. iniuria ad finem de pace iuramen firm. Rom. sing. 706. idem profecto erit, vbi homicidium non præmeditato consilio, sed fortuito oborta questione ad propulsandam iniuriam verbalem ad effugiendum honoris periculum repente contigerit: solet enim frequentissime accidere crimen. istud eo pacto, vt licet puniendum sit, nec culpa careat homicidia: tamen inspecto gētium more quod de honore, ac fama, & cuiuslibet nomine tractatur, non ea sit dignum poena, quæ iure ordinario in homicidas fuerit statuta: his sanè casibus iudices ipsi, & prefertum qui supremo Regis adiungunt tribunali ple runque poenam mortis in aliam mitiorem commutant: idque sepiissimè censem, vbi statim post homicidium ipse delinquens non punitur, sed demum ex interuallo, quā iam obliuio sceleris penam ipsam ordinariam minuat: argumento l. si diutino. ff. de poenis. Si diutino, inquit Modestinus, tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus poena eius sublevanda erit. Ex quibus verbis deducitur communiter ab Accursio, Barto. & alijs: eum qui post longum tempus alicuius facinoris accusatus est, mitiori poena puniendum esse, quod omnino improbandum non est, notat post alios Alciat. in capit. cūm non ab homine. de iudic. num. 38. & præce. Rochus Curtius in capitulo vltimo, de consuetu: notabil. primo, tametsi à Iurisconsult responso id perpetram deducatur: si quidem reatus est status & conditio, in qua durante accusatione rei sunt donec vel absolvantur, vel condemnentur, causam etenim agunt squalore, & illuie cōfetti, promissa barba, habitu sordido, & pannoso, misericordia auptatore. l. vlima. ff. ad legem Iuliam Majestat. vbi eleganter Budęs. l. vltima. §. de illo. ff. de bonis eorum, qui ante senten. mort. sibi consciue. Lcūm ratio. §. fraudis. ff. de bonis damna. Plinius libro septimo. Epistola ad Suram, vt tandem vere velit. Modestinus, ob eum statū, & diurnam illam calamitatem, poenam fore minuendam, tradunt Alciat. libro. 2. Paterg. cap. 10. & Coralius lib. miscella. 2. capit. 20.

Secundo, hiec constat qualiter sit accipiendo id, quod Christus Iesus in Euangeliō dixit. Qui gladio peremerit aliquē, gladio peribit. Nam id non est referendum omnino ad gladium verum quo occidens extinguatur: sed ad poenam, quæ iuxta criminis proportionem est homicida in-

fligenda: non semper secundum speciem, sed secundum quantitatem poenæ, vt præter alios explicat Caiet. Ientaculo. 6. q. 3. alioqui si ea verba essent intelligenda secundum speciem: inique damnarentur homicidae ad Regias triremes: quod assidue fit, & iniquius deportarentur in insulam. l. 3. §. vltimo. ff. de Sicarijs.

Tertio, eadem ratione procedit distinctio glo. communiter receptæ in capitu. cūm quidam, in princip. de iureiur. vbi scribit, poena pecuniaria grauius esse puniendū nobilem, aut constitutum in dignitate, quam plebeium: at si de corporali poena tractetur non ita puniendum fore nobilem, ac plebeium: ob qualitatem personarum, ex qua iustissimè fit poenæ mutatio, text. in l. aut facta. §. persona. ff. de poenis. l. sacrilegij poenam in princip. &. §. 1. ff. ad l. Iuliāpeculat. l. Pedius. & l. vltim. ff. de incendi. rui. & naufra. dict. l. 3. §. vlt. & penuli. ff. ad l. Cornel. de Sicar. cap. pastoralis in princip. de offic. delegat. cap. vltim. de poenis, omnium latiōem, & vberrimè Andre. Tiraquē. in tracta. de nobil. cap. 20. num. 104. post Alberi. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsid. Bart. in. l. 1. ff. determi. mot. cap. qui contra. 24. quæstio. 1. capit. contra. & capit. vltimo. 26. quæstio. 5. gloss. in capit. vltim. de transactionib. Matthæ. Afflict. in constitutionib. Neapolit. rubric. 9. numero. 36. & sequent. Bonus a Curtili Brixien- sis de nobilitate. 5. parte.

Quarto, licet plebei passim in criminibus inquirendis tormentis, & quæstionibus subiiciuntur: non sic nobiles, nam & hi torquendi nō sunt text. optimus in l. nullus. C. ad l. Iuliam Majestat. l. diuino Marco. C. de quæstionib. vbi Cynus, Barto. in. milites. C. eod. Salycet. in. l. 1. C. de iuris & facti igno. vltim. colum. Iason in l. miles. ff. de re iudic. numer. 4. Alexan. in l. Centurio. colum. 8. ff. de vulgarib. Tiraquēl. in dict. capit. 20. numero. 134. dicens contrarium seruari in regno Franciæ. Prior tamen opinio in Hispania frequentius seruatur. l. 24. titul. 21. part. 2. l. 5. & 6. titu. 2. libro quarto ordinat.

Quintò, ob eandem rationem: nobiles poena ignominiosa afficiendi non sunt: secundum Fulgosum consi. 167. & ideo cūm poena furcatum, & suspensionis ignominiosa sit: quod eleganter tractat Tiraquel. dicto capitulo vigesimo, numero. 10 5. nobiles ea non sunt plebēti, sed decapitandi, gloss. in l. tertia. §. primo. de re milit. vbi Bartolus. l. moris. §. sed etiam. ff. de poenis. Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. eod. titu. idem in l. de fætore. §. poena. ff. de re milita. Panormita. in

cap.pastoralis,in princp.de offic deleg. Io.Lupi in rubric.de donatio.§.nono. Bonus de Curtili dicta.3.part.Regia.l.24.tit.21.partit.2.Bologninus consi.37.colum.6. \* Idem rursus tractat Tiraquel.in tracta.de poenit. cau.31.cui adde Philonem qui in libro de Mundo scribit,mortem la quei impuram esse.Eustachium lib.10. Vlysses, qui mortem gladij puram , & honestam: laquei vero deformem & impuram. \* Id ipsum tradit Thomas Grammaticus decisione. 32. dicens ex hoc nobilem non esse damnandum ad tritemes ut tremigis subseruiat officio: atque ita Neapoli pronuntiatum fuisse apud magnā curiam. Hæc tamen duo,quæ postremo adnotauimus , minime obseruantur in crimine læsa maiestatis secundum Bald.& Felin.col.3.dict.capit.cum qui dam,nam in eo nobiles & torquetur , & altioribus furcis suspenditur saltem in regno Franciæ: siquidem apud Hispanos adhuc propter istud crimen nobiles decapitatur,non suspenduntur. Quinimò nobiles torqueri posse,& furca suspen di,si ut famosi latrones,& viarum grallatores ac culentur:notat Salyet.in l.per tex.ibi. C.quando liceat vnicuiq; se vindicare,& idem si de crimen furti agatur tenent gloss.in constitut. Neapoli.rubric.32. verbo.accusatorum. & Matilæ. Afflict.in Rubric.31.ad finem. Et licet Abb.in capit.pastoralis, in princp. de offic. delegat. contrarium teneat:prior sententia optimè probatur in l.vigesima quarta,titulo vigesimo primo,partita secunda,vbi etiam statutum est nobilem tor queri posse ob crimen læsa maiestatis, & meritò: cum prodictionis crimen verè nobilitati repugnet & proditoris insignia delēda sint.l.cos qui. ff.de poenit. Roma.dicens eam singu.notabil.476. & 669. Lucas de Penna in simili & leuiori criminе.in l.mulieres.columna quinta,versiculo vltimo.C.de dignita.lib.12.

Sextò,his omnibus perpensis appetet: an verum sit quod Bald.scripsit in l.2.C.de fide instrument.in fine,existimans in poenit relatiuis,& vbi ex lege quis puniendus est eadem poena,non esse deferendum nobilitati,nec dignitati personarum:imò eadem poena puniendum fore nobilem deficiērem in accusatione plebei,qua idem plebeius esset puniendus, si crimen probatum foret,adducitur ad hoc text: in l. ad Commentariensem,vbi gloss.verb.vilem. & Bald.C.de custo.reorum,idem Anania in capitul.super his,de accusat.columna penult. Felin.in dict.cap.cum quidam,& in dict.cap.pastoralis,colum.2.versi. octauo fallit,quibus & Tiraquel:accedit in dict.

capit.20.num.123.Ego etiam falsum id existimo nam quid expressius adduci potest de poenit relatiuis , quam quod de Talionis poena statutum est,& olim erat,& tamen nulli dubium esse poterit:quin ea Talionis poena sit accipienda adhibita personarum distinctione,vti pulchre Aristoteles decet.lib.3.Ethic. capit.5. & lib.1.Rhetorices ad Theodecten.& præterea contra Bald. est text.singul. quo in loco idem contrariam adnotauit in l.vltim. §.cum sit.C.vbi Senato. vel Clariſſi.& deinde ratio hoc dictat , cum iuxta proportionē quedam poena respectu nobiles, quan uis ex scipla sit minor, censetur maior quam eadem respectu ignobilis,optimus textus in l.2.C. vt intra cert. tempus crimi. causa termi. & probatur his iuribus,que tertia illatione adduximus nec opinio Baldi in dict.l.2.& in dict.l.ad commentariensem , probatur inibi , quia Accursius non teste exponit text.illum in verb. vilem,diuinat enim eius interpretatio,nec ex ea non omni nō colligitur commentariensem nobilem puniendum fore eadem poena,qua custoditus plebeius,qui aufugerit,puniendus erat.

Septimò,illud hinc deducitur,quod in puniendis criminibus ratio habenda est personarum. Nam siue mandans,siue mandatarius nobiles sit quoties de punitione tractabitur: deferendum est dignitati, aut nobilitati eius , qui puniendus est,secundum Aretinum in l.si stipulatus fuerit, per te.columna secunda,ff.de verborum obligationibus.Baldum in l.vnica. 4. notab. C.de ratu virginum,& Decimum in capit.1.de officio delegat.numero.12.

Octauo, quanuis regulariter qui non habet bona, vnde soluat poenam delicti pecuniariam, corpore puniendus sit.l.1.§.vltim.ff.de poenit.l. si quis id quod. ff.de iurisdi& omni.iudi.tradidimus & nos.1.capit. huius libri, numero octauo, id est verum in plebeis non autem in nobilibus, & alijs quorum dignitati deferendum est. Bart. in dict. §.vltimo. Angel. Aretin.& Iato,num.43. in § poenales.Instit.de actioni. Felin,in capit.ad liberandum,de Iudæ.Ioan.Lupi in rubric.de donationibus inter virum.& vxor. §.nono.

Nonò,ex his erit examinanda Pauli Cast.sententia,qhi in l.de quib⁹,colum.antepenult.ff.de legib.scripsit,quod quoties iure ob aliquod crimen est alicui amputanda † manus dextera,& is ea manu careat:commutabitur poena, amputabiturque sinistra. Nam cùm hic agamus de iusta punitione delicti, & poenarum proportione, & mensura , licet iustum sit criminosum manibus integrum

integrum altera priuari, non idē erit, nec eadem iustitiae æqualitas adebet, vbi is altera mutilus est, quia vtraque priuatus manebit, nec est æqua cōmutatio pœnæ, quæ proculdubio multò maior est, si quis vna quam tantum habet, manu priuetur, quām si cūm integer manibus sit, altera ei abscindatur, quod expressim adserit Aristoteles libro. I. Rhetori. ad Theodecten. capit. 7. de maiori ac minori bono, ad finem, secundum quem etiam si talionis lex seruanda foret: & quis alteri oculum erueret, alterum quidē ē duobus, non esset oculus ei eruendus, si is vnum tantum haberet, atque ita aduersus Paul. Castrensem est pulchra sentētia Barto. in l. hoc accusare. §. vltimo. ff. de accusatio. in fine. idem sensit Bald. in l. quid ergo. §. pœna. 2. lect. colum. vltim. ff. de his qui notantur infamia. optimus tex. in dict. l. 2. C. vt intra cert. temp. crimi. caus. termini. notat Paul. Castrensis sibi contrarius post Bald. ibi num. 12. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugit. quanuis priorem Pauli opinionem comprobent Gui lielm. de Cuneo, Jacob. Buttic. & Salicet. in dicta authen. sed nouo iure. Barto. in l. vulgaris. ff. de furt. Thomas Grammati. decisio. 94. ex quibus cōstat, vbi à lege, vel ab homine quis ob aliquod crimen damnetur amputatione manus, & is vnam tantum habeat, esse nihilominus condemnationem exequendam, quorum sententia obtinet, quando ex qualitate criminis, vel alia conjectura possit commode præsumi legislatorem, aut iudicem voluisse etiam in prædicta specie locum fore pœnæ amputationis manus, alioqui dura nimis est isth[ec] opinio, ex quibus expende re Lector poterit, iusta ne fuerit lex illa, quæ apud Locrenses olim maximè probata fuit, auctore Demosthene in oratione aduersus Timocratem. Etenim cum lege veteri constitutum esset, vt oculus pro oculo suffoderetur, atque item esset potissimum cautum, ne quis temere nouam legem ad populum ferret: ducentis fermè annis ea solum fuit recepta lex, qua ex Talionis iure qui habenti vnum tantum oculum illum eruisset, vtroque oculo priuaretur: vt æqua omnino esset pœna illi, qui licet duos haberet oculos, & vnum tatum alteri suffoderet, lucem oculorum pœna legis amitteret, quippe qui & alterum visu priuasset, idem de Charondæ Turij lege scribit Diodorus Siculus lib. Bibliotheca. 12. \* De eadem l. tractat Leo Imperator, Nouella. 92. adducitur & à quibusdam Nouella quædam lusitani, qua idē Cæsar statuit, eum, qui eunuchum fecerit, Damno virilitatis mulctari: vt, quod in

alium ausus est facere, idem ipse patiatur. Hæc Nouella in Epithome Basilicorum citatur, ad numerum. 122. Extat verò in Nouellis Græcis numero. 142. & inter Holoandri Latinas, cuius etiā meminit Theodorus Balsamon. ad Phocium in Nomocanono titul. I. capit. 14. \*

Decimò, apparet hinc ratio eius, quod passim juris vtriusq[ue] interpretes adnotarūt, scilicet, pœnam esse vel remittendam, vel minuendā delinquenti, ob insignē eius peritiam: seu ex eo quod artifex sit celebris, & magnique nominis, & ideo Republicæ maximè utilis: vnde æquum est ob hanc publicam utilitatem, mortis pœnam, & similem ei remitti & condonari, hoc etenim procedit iuxta proportionem inspecta delinquentis qualitate, & id, vt cōmuniter receptū est, probatur in l. ad bestias. ff. de pœnis, quam ad hoc inducunt Oldra. Alber. & alij inibi. & Roma. in singular. 717. assuerantes, iudicem pœnæ exequitionem debere suspendere, Principemq[ue] cōsulere, vt ipse Princeps legis pœnam remittat. Sunt enim multa in vtroque iure statuta ob insignem, & excellentem alicuius dignitatem & virtutem, quæ traduntur in cap. quia periculose, de sententia. excōm. in. 6. in cap. de multa. de præb. per la so. in l. iubemus. C. de iudic. Barba. in rubric. de iuram. calum. Hippo. in l. 1. §. ad questionē. ff. de quæstio. num. 7. tradit ad hæc Alciat. historiā de Azonis morte lib. 9. parerg. cap. vltim. qui lib. 2. cap. 28. verè contendit in dicta l. ad bestias, non probari, quod communiter ab ea deducitur. Ad bestias damnatos, inquit Paulus, fauore populi præles dimittere non debet, sed si eius roboris, vel artificij sint, vt dignius populo Romano exhiberi possint, Princepem consulere debet. Quo in loco non agitur de alleuatione pœnæ: sed volum de rei damnati traduictione, cūm damnati ad bestias sine licentia Principis non possent in aliam prouinciam traduci, consulēdus Princeps erat, an Romam vellet eos damnatos mitti, qui propter roboris, & artificij excellentiam dignius exhiberent populo Romano spectaculum. Ego vero existimo etiam ipsum iudicem posse proprio iudicio, & sententia ob personæ dignitatem & excellentiam pœnam legis ordinariam minuire, & in mitiorem commutare, quod statim latius ostendemus.

Vndecimò, ab eadem radice procedit, an fur tum possit iuste per legem pœna mortis puniri? Nam regulariter & fur non occiditur in criminis pœnam. authen. sed nouo iure. C. de seruis fugitiis, & in authent. vt nulli iudicium. §. pro furto autem.

autem, collatio. 9. Regia. l. 18. titu. 14. parti. 7. nisi fuerit famosus latro. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis, is etenim furca suspēditur. Dicitur autem latro famosus is, qui grassatoris crimen exercet, vt inibi expressum est. Item & ille qui furari consueverit, ex quo solet pro tertio furto quis suspendi, glo. in. l. 3. C. de Episcop. audi. vbi Bald. hoc in specie probat. idem Bald. Paul. Castrensi. Cæpola quæst. 10. post glo. ibi. in dict. authen. sed nouo iure. Angel. Aret. in. §. ex maleficijs, & ibi Gome. num. 12. Instit. de actioni. Felin. in cap. at si clerici. col. vlt. §. l. de iudic. facit text. in cap. 1. de pœnis, glo. in cap. hoc vestræ. 11. distinct. & in l. quicunque. C. de serui. fugi. atque hæc pœnam iuste posse à republica statui in hoc casu propter delinquendi proterviam, & contumaciam scribit Ioan. Maior in. 4. dist. 15. quæst. 27. imò apud Hispanos olim pro secundo furto suspendebatur fur. l. 6. tit. 5. lib. 4. fori. quanuis istam opinionem Bald. asserat contrariam esse iuri. Iason in dict. §. ex maleficijs. col. 2. & idem post alios in. l. penult. ff. de condicō. caus. dat. sed & priorem sententiam sequitur Angel. Areti. de maleficijs. verbo. vestem cælestem, eamque lege lata apud Germanos stabiliuit Carol. Cæsar huius nominis Quintus, primus Hispaniarum Rex tit. de furtis tertio patratis. idem ex lege Lombardica statutum fuisse constat authoritate glo. in tit. de pace iuramen. firmando. veris. seu furtum, & Gandini de maleficijs titu. de furibus, atque ex ipsis Lombardorum legibus hæc eadem pœna probatur, quæ obtinet, etiā si prima furtæ fuerint dignæ punita. l. capitaliū. §. solet. ff. de pœnis. Bald. in Authen. qui semel. colum. penult. C. quomo. & quando iud. Corset. singu. verb. statutū. Felin. in cap. sicut. de testib. Iason in. l. si idem cum eodem. col. 2. ff. de iurisd. omni. iud. Cæpola, in authent. sed nouo iure, num. 42. Chassanæ. in consue. Burgund. titu. 1. §. quinto. versic. simplex. nu. 15. & sequen. Andre. Alciat. dict. cap. cum nō ab homine, de iudic. vlti. notab. nu. 30. cum etenim furandi consuetudo attendatur, nihil refert sint priora furtæ punitione abolita. Idein erit obseruandum vbi prima duo furtæ cōmissa fuissent in alieno territorio, & distincto ab eo, in quo tertium commissum est. Bart. in. l. si cui. §. vlt. ff. de accusat. Abbas in cap. 1. de pœnis. Iason in dict. l. si idem cum eodem. Cæpola. Alciat. & Chassa. paulò antè citati, quorum vltimus hanc opinionem scribit cōmunem esse. Sic sane quibusdam vñsum est, vnum tantum furtum, modo id graue sit, quantitate, aut qualitate sufficiens est, vt fur

morte puniatur. Bald. in dict. auth. sed nouo iure, col. 2. Anania in cap. vltim. nu. 8. de furtis. Abbas in cap. inter alia. num. 31. de immu. Eccles. latè Io. Igneus in. l. 1. §. si sibi manus, num. 12. ff. ad Syllani. Angel. Aret. dict. verb. vestem cælestem. & in dict. §. ex maleficijs. Ang. Perusi. in. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edili. edict. adducitur ad hoc text. in. l. is. qui tres. §. penult. ff. de excusat. tuto. vbi tutela magnæ bonorū quantitatis, tribus tutelis equalis cēsetur. Sed ea decisio pro cedit ob difficilem rerum administrationē, nec commode huic quæstioni aptari potest, ideo cōtratum plerisque placuit, & præsertim Salycer. Fulgo. Paulo Castrensi, & Cæpolæ in dict. auth. sed nouo iure. num. 30. Ias. in dict. l. pen. & in. l. prima. C. de precib. Impera. offer. & in dict. §. ex maleficijs, vbi eandem sequitur Gome. num. 13. & Crottus in cap. vltim. colum. penult. de consti. tu. in. 6. Chassanæ. dict. §. 5. versic. simplex, & versic. quæro quomodo. num. 14. quibus suffragatur quod absque vlla distinctione à iure statutum est, furem non esse puniendum mortis pœna. Sed profectò etiam si lege cautum sit, furem non esse occidēdum sed alia mitiori pœna damnandum, non ex hoc vetitum est iudicem ob criminis qualitatē ex eo quod, vel ratione loci, temporis, aut quantitatis furtum sit extraordinarium, & maxime graue pœnam legis augere, & ob exemplum furem istum vltimo suppicio afficer. §. item lex Iulia peculatus. Instit. de public. iudic. l. 18. tit. 14. Partit. 7. l. 2. *De la Hermandad.* l. 74. Styli. capitul. 1. §. si quis quinque solidos de pace iuramen. firman. l. penult. ff. de condicō. caus. dat. optimus textus. in. l. aut facta. ff. de pœnis. In tanta enim hominum audacia id palam est, alias pœnas præter capitales porsus irrideri, & ideo hisce temporibus opus est aduersus fures durioribus pœnis, potissim vbi furtum simplex non est, sed vel quantitate, vel qualitate graue. quo sit vt licet Alexad. de Hales parte. 3. quæstionc. 47. memb. 4. articulo. 3. Scotus in Quarto Senten. distinct. 15. quæst. 3. Sylvest. verb. Furtum. quæst. 3. censuerint, iniquam fore legē quæ pro simplici furto mortis pœnam indixerit, nec iuste posse eā in Repub. statui, verius tamen est, eam pœnam statui æquissime posse: vbi furtum qualitate, vel quantitate sit enorme, sicuti ex iunioribus Theologis probant lo. Uried. de libert. Christ. pag. 115. & Medin. in tract. de contract. & resti. quæst. 14. & eleganter Alfonsi a Cast. lib. 1. de porest. legis pœn. c. 6. si quidē frequenti huius criminis vñsu cōsiderato, & lesionē maxima, quæ ex eo

ex eo Republica infertur, expedit pœnas exquirere, quibus hominum temeritatem audacia. His etenim inspectis iuxta proportionem fures puniuntur ultimo suppicio: & pœna corporis, tametsi rebus, & patrimonio ipsi læsionem intulerint. His accedit, quod licitum sit Reipub. maleficos homines occidere. sicuti docuere præcitatæ authores, & S. Thom. 2. 2. quæstio. 64. artic. 3. ac Dominicus Soto de Iustitia & iure, lib. 5. quæst. 1. artic. 2. etiam si Scotus id negauerit. Nam quod fures corporali pœna puniri possint præter alia quæ punitiōnem istam iustum esse ostendunt, varijs gentium moribūs, & legibus probatur: siquidem fures, etiam simplices flagellis cedendos esse constat ex Authen. sed nouo iure. C. de seruis fugiti, lib. 18. situ. 14. part. 7. l. item Lōbardica, cuius mentionem superius fecimus, pro primo furto. oculus eruitur, pro secundo natus absconditur. Apud Hispanos fori legibus quandoque fribus aures, & manus amputabantur. l. sexta, titulo quinto, libro quarto, & h. secunda, titul. 13. eodem libro, eadē aurium abscissio pro furto certe qualitatis commisso in eterno statuta est. l. 2. De la Hermandad, qua etiam in quibusdam casibus mortis pœna pro furto imponitur, quandoque amputatio pedis, passim apud nos fures flagellantur, aurei que eis absconduntur, præter ipsum damni dari restitutionem, olim apud Romanos fur. domino rei furto, ablatæ vt teruus tradebatur, authore Gellio libro. noct. Atti. 11. cap. vltim. tradit varias huius criminis pœnas Alexad. ab. Alex. ind. dier. genial. lib. 6. cap. 10. iuno & fribus ferro carenti, fronti signum imponi solebat apud Italos, testatur Gandinus in tit. de pœnis eorum, num. 59. idem q; per capita Regni Neapolitanum statutum esse, asseuerat Andr. Ilernia in Aetario, verbo. Furtum.

Duodecimo, cum crimina sint secundum proportionis menturam puniendi, & haec varie contingat, ratione loci, & temporis, personæ, & quantitatis, nec à lege certum quid statui possit, quin iudicis recti & prudētis arbitrio multa relinquatur constat plane iudicem posse proprio iudicio & sententia legis pœnam vel augere, vel minuere. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. capit. vltim. de transact. cap. at si clerici. §. de adulterijs, de iudic. & cap. de causis, de offi. de lega. tenent in specie Abb. in capit. 3. de pœnis, idem in capitul. nisi, de offic. leg. Doct. in dict. §. pœna, etiam si lex certam pœnam statuet: oppositis dictioribus, præcise, omnimodo: & similibus. Hostiens. Joan. Andre. & Docto. in ca-

pit. qualiter. in. 2. de accusat. Vbi Areti. numero vigesimo quarto, eos sequitur dicens, hanc opinionem communem esse, etiam si iudex eius sit conditionis, qui super eo crimine dispēsare non valeat, quod expressim præfati Docto. sentiunt, quibus non oblitus gloss. in dict. capit. 3. quam inibi approbat Innocen. Joan. Andre. Anchar. & Anto. & Henrie. in cap. in Archiepiscopatu, de raptorib. Felin. in dict. capit. qualiter, numer. 33. quæ asseuerat, iudicem qui non potest super eo crimine dispēsare minimè posse diminuere pœnam à lege statutā, quia id verum est postquam iuxta legem ipsa condemnationis sententia lata fuerit, tunc etenim non potest sententia, & legis pœnam mitigare iudex, qui dispensare super eo crimine minimè valet, secundum Cardin. & Abbas in dicto capitulo tertio, at prius quam iudex sententiam ferat, quicunq; is sit, etiam si dispensandi potestatem non habeat, poterit legis pœnam temperare, sicuti & augere: aliud siquidem est dispensare super. criminis, & eius pœna: aliud rigorem legis pœnalis ex aliqua causa minuere, ut sensit Innocen. in capit. dilectus, de temporibus ordi. causas vero quibus iudex persuaderi poterit ad pœnae legalis commutationem, aut diminutionem tradit eleganter. Luc. de Penna in. l. prima. C. de colonis Illyrianis, libro vnde cimo, aliquot Felinus in dicto capit. qualiter. §. ad corrigendos, numero trigesimo septimo, qui bus additæ quæ eleganter hac de re scribit Alfonsus à Castro libro. 2. de potestate legis pœnalis, capit. 12. & 13. & quæ ex Sopatri Epistola retulit Ioannes Stobæus Sermon. 44. quod si iudex, vt plerunque fieri solet, aliquem ob crimen damnauerit pœna pecuniaria intra decem dies soluenda, hoc addito, quod si eam intra id tempus non soluerit, publicè reus flagelletur, nihilominus non soluta pecunia intra cum diem, poterit iudex pœnam eandem pecuniariam, omisla corporali, exequutioni mādere secundū Corncum consilio. 5. libro. 3. Nam is iudex, qui in pronuncianda criminali sententia, hac forma vltus est, ve re pecuniaria pœna delinquentem punit, vltit tamen corporalis pœnae comminatione, vt facilius, & diligentius pecuniam ipsam damnatus reusque criminis soluat.

Postremò, illud est adnotandum, qualiter iudex Ecclesiasticus posuit pœnis pecuniarijs delinquentes punire, nam id vetitum esse videtur capit. 2. de pœnis, capit. irrefragabili. §. vltim. de offic. ordin. capit. vt clericorum, de vita & honestate clericorum, è contrario permissum in capitulo, di-

tulo dilectus de offic. ordin. capitulo. si vos, 23. questione quinta, idèò hac in re sunt aliquot distinctè notanda ad eius resolutionem.

Primum, non esse æquum, nec iustum ut indiscriminatim pro quolibet delicto vel statuto, constitutione, aut sententia iudicis pœna pecuniaria inferatur, hoc etenim maximam delinquendi occasionem preberet. cap. pauper. 11. quæstio ne. 3. colligiturque ex Felino in rubric. de homicid. accederet is abusus in prælatorum Ecclesiasticorum infamiam propter evidentem, ac manifestam ambitionis notam: quam ipsi effugere omnino tententur, & præterea res mali exempli est crimen pecunia redimere: atque ita diligenter hoc cauendum esse censet Coloniense Concilium titulo de iurisdictione Ecclesiastica contentiosa capitulo. 8.

Secundum, satis compertum est non licere nec constitutioni, nec iudici pœnas pecuniarias, vel inducere, vel exigere pro ipsis criminibus tolerandis: perniciosum etenim est, siue ex lege siue ex sententia aut decreto iudicis, annum censem à concubinarijs accipiendum esse quo soluto ipsi criminosi in sceleribus, & peccatis perseverent hoc probat textus in dicto capitulo tertio, secundum Cardin. ibi dum exponit text. pro corrigendis excessibus: id est loco correctionis, omnino quidem cauendum est ne prælati potius lucrum proprium, quam criminum correctionem desiderent, atque ita præter alias animaduertit Io. Driedo. de liber. Christ. pag. 91.

Tertium, satis iure probatur, posse iudicem Ecclesiasticum zelo correctionis, & punitionis, aliquando vel statuto + vel sententia quedam delicta pecuniaria multa punire, potissimum vbi ea magis timetur, ita sane procedunt Canones, qui bus probatur id licere, ut explicant Abbas in dicto capitulo. 3. idem & Felinus in dicto capitulo irrefragabili. §. cæterum. Hostiens. & Cardina. in dicto capitulo ut clericorum.

Quartum, præ cæteris iudicibus Ecclesiasticis & prælatis est obseruandum, ut pœnas pecuniarias pro criminibus inflatas, in piis viis potius quam in propriam utilitatem erogare current, quemadmodum tradunt Abbas in capitulo. de success. ab intestato. Felin. in dicto. §. cæterum. Concilium Coloniense dict. capit. 8. optimus textus in capitulo cum sit nimis. §. vltim. de Iudæis, capit. cum tu, de usuris.

Quintum, & si tutius sit quod modò admonui mus, & omnino seruandu: vbi sententia iudicis pœna pecuniaria infertur: si tamen eadem

pœna statuto, aut constitutione sancta fuerit, poterit iudex Ecclesiasticus eam in proprios vi- fuis expeditere. Id etenim sit statuti, & legis autho- ritate ex quo suspicio Avaritia abest ab ipso in- dice, cum per statutum ea pœna Episcopo aut iu- dici adjicitur notant Hostiens. Abb. & Felin. in dict. cap. irrefragabili. §. cæterum, Joan. Bernar- in præxi, cap. 134. Joan. Lupi. in rubric. de dona: inter virum & vxorem. §. 39. colum. penult. qui idem esse probant, vbi Episcopus indigeret, ac esset inops, potest enim tum licet per sententiam delinquentes pœna pecuniaria multare, & eam in proprium victimum expendere.

Sextum, vbi à iudice pœna infertur, ob iniuriā clericu: interrogatam, & ea pecuniaria sit, dimidia eius pars competit Ecclesiæ, cuius rector ipse in iuriam passus + existit, altera pars in utilitatem læsi est distribuenda, text. singul. in cap. 2. de pœnis, cuius meminit in hunc sensum Roman. sin- gu. 443. nam dum text. dicit, alteram in eius ele- mosynam iustè disperiat, intelligendus ita est, vt eleemosynam pro anima clericu: interfeci ea distributio referatur. Siquidem negari non po- test eo delicto Ecclesiæ, & ipsum clericu: offendit, & idèò utriusque est satisfaciendum, idem post Hosti. in summa de maledic. versi. sed cui notat Feli. in dict. cap. irrefragabili. §. 1. num. 10. addit tamen text. in dict. cap. 2. eius decisionem proce- dere, quia nullus proximior hæres videtur clericu: interfici, quam Ecclesia, quæ cum dñio copulauit, vnde infert ibi Panorm. quod si interficius clericus haberet hæredē contanguineū, illi esset pœna applicanda, quem reprobavit Decius in ca- pit. in præsentia de probationib. num. 57: dicens, etiam tunc pœnam applicandā esse Ecclesiæ in hunc modum, ut pro dimidia Ecclesiæ cōpetat, pro altera vero parte in viis pios post obitū of- fensi, in ipsis animæ utilitatem erogetur, quibus quidem consideratis non omnino mihi displicet Panormitanus interpretatio, nam pars dimidia, quæ offendit vere competit, eius hæredibus, si quos habet, exoluenda est, non Ecclesiæ: si vero hæredes non habuerit offensus, pro eius anima est distribuenda, quod sensit Henric. in dicto ca- pitul. 2. sic sane procedit opinio Abb. quoad pœ- nae partem, quæ offendit debetur: opinio autem Decij, quoad partem, quæ Ecclesiæ itidem offen- sare debet.

Septimum, aduertendum est, Ecclesiæ, & prælatum di- ecisanum, + fiscum habere, glos. in cap. quia diuersitatem, de conce. præben. que sin- gula. est secundum Cardin. in Clemen. 2. §. 1. de- hæreti.

hæreti. Anani. & Felin. in cap. excommunicamus. in. i. eod. titu. Felin. in dict. cap. irrefragabili. §. i. Barb. in cap. i. de probatio. num. 61. Repert. inquisitor. verb. confisatio. Anto. & Imol. col. 4. in dicto cap. quia diuersitatē post alios ibi, & secundum Fel. in dict. §. i. hæc est verior opinio, & moribus recepta, idem testatur Ioan. Bernar. in pract. crimin. cap. 134. idem capit. 124. ad finem. scribit, eam opinionem cōmunem esse, frequen- tissimo viu comprobatam, & quamuis dē hac re disputeret, idem videtur tenere Ioan. Lupi in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 39. post Abba. in cap. 2. de successio. ab intesta. licet Abb. idem in cap. tuæ, de pœnis, dicat hoc iure nō probari sic prædictam opinionem secutus censet Aufterius in Capella Tholosan. 274. posse nominari publi- ce fiscalem, procuratore ipsum tribunalis & iuri- dictionis Epi. copalis: quā quis asseueret id non facile admitti ab Regijs & secularibus magistris. Et verē licet communis opinio obtineat, non est id temere permittēdum, ad explendam auaritiam Episcoporum, sed ut ea quā eorum fisco fuerint delata in vīs pīos errogentur, vt ip- se Panormita. censet in dict. cap. 2. & nos paulo ante tradidimus. Nam text. in dict. Clemen. 2. de hæreticis, quē de fisco Ecclesia mētionem facit, non est ad fiscum Prælatorum, sed ad fiscum Ro- manæ Ecclesie, aut Cathedralis, referendus: sic etenim bona Clerici hæretici habentis benefi- cium Ecclesiasticum pertinent ad Ecclesiam, in 12. qua beneficium non obtinuit: non habentis benefi- cium, fisco Ecclesie, cap. excommunicamus. §. damnati, de hæreticis. dicta Clemen. 2. bona au- tem laici hæretici ad fiscum secularē, & Princi- pis deferuntur ut probatur in dicto. §. damnari, vnde iuxta hanc distinctionem est intelligendus textus in cap. cum secundum, de hæretic. in sex- to, sicuti ibi adnotarunt Anchartan. & Francisc. Bald. item in. k. quis presbyter. C. de Episcop. & cleric. sed quod bona immobilia clerici com- mittentis crimē hæreticos pertineant ad Princi- pem secularē, probant Oldrald. consil. 17. siue is habuerit beneficium, siue non habuerit. Gui- lielm. Benedict. in cap. Raynuntius. de testa- men. verb. & vxore. numero. 242. & Rupellanus Forēsium institutionum libro. 3. Folio. 307. quibus accedit quod Felin. in dict. capit. irrefra- gabili. §. ceterum, columnā prima scribit, dices, ideo ad Principem secularē pertinere bona hæ- reticonum, quia ad eum spectat exequitio con- fiscationis pœnae huius criminis. dict. cap. cūa secundum leges, quin ipse Felin. asseuerat eam

constitutionem per extraagātes quasdam Ro- manorum Pontificum sublatam esse, & deinde sanctum, vt bona cuiuscunque hæretici diuidan- tur pro æquis portionibus inter Romanam Ec- clesiam, Episcopum, & hæreticæ prauitatis inqui- sitorem, quod minimē seruatur saltem Hispaniæ vbi bona iue mobilia, sive immobilia etiam cle- rici hæreos damnati, etiam habentis Ecclesiasti- cū beneficium ad fiscum Regium pertinēt, atque ita praxis obtinuit, quæ non est aliena à iu- re, cūm præter Oldrald. & aliorum sententiam Rex ipse Catholicus curam habeat constituendi summum illud prætorium, qui in eius curia, & apud ipsum Principem causas totius Hispaniæ ad huius criminis punitionem pertinentes tra- etat, cui præst vñus ex summis Hispaniæ Præsu- libus, qui expensis Regijs per totam Hispaniam constituit, ac mittit hæreticæ prauitatis Inquisi- tores ad labem istam extirpandam: quo ht, vt mirum non sit omnia hæreticorū bona ad Princi- pem & Regium fiscum deferri ad tot expensa rum subministrationem, ad hæc faciunt, quæ de Regno Franciæ tradit Aufteri. in Clemen. 1. de offic. ordi. regu. 4. Fallentia. 2. Quibus & illud li- benter addam, quod Hieronymus Paulus in pra- ctica Cancelleriae adnotauit Folio. 33. scribens, bona Clerici cōiugati cum vñica, & virgine, quæ ab eo ob aliquod crimen lege auferuntur cau- sa confiscationis post condemnationem iudicis Ecclesiastici, applicanda fore Principi seculari, & eius Regio silco: quod notandum est præter ea, quæ ipse tradidi in Epitome. 2. parte, de matri- mo. cap. 8. §. 5. num. 10.

### Ex Capite sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Semel absolutus ab observatione iudicij, potest iterum eiusdem criminis accusari: & idem vbi accusatio diuerso iure repetitur.
- 2 Absolutus indulgentia Principis, iterum accusari non potest.
- 3 Absolutus in foro anima potest in foro exteriori ei- usdem criminis accusari: & imbi quæ sit pœnitentia publica, & quæ solvens.
- 4 Criminis accusatio non tollitur per baptismi suscep- tionem.
- 5 Quid de absoluto iudicio Inquisitionis, aut denun- ciationis, transaktionis causa, aut delatione iura- menti?

6 Absolu-

- 6 *Absolutus in foro Ecclesiastico si crimen sit miseri fori, potest apud indicem secularē iterum accusari.*
- 7 *Quid de eo, cui offensus iniuriam remiserit: an accusari posse: & de satisfactione iniuria quo ad honorem, damnū & expensas?*
- 8 *Criminis eiusdem repetitio ex intervallo, vel eodem impetu: pluribus ne poenam sit punienda?*
- 9 *Vbi poena abscissionis manus, alterius ve membris, & mortis est à lege definita: an incipendum sit supplicium à minori?*
- 10 *Hæretici quo iure in poenā criminis comburantur?*

**Quando crimen semel in iudicium deductum: possit iterum in iudicio tractari.**

## C A P. X.

**D**E HIS CRIMINIBVS, inquit text. de quibus absolutus est accusatus, nō potest accusatio replicari, capit. de his, rubric. de accusationib. cui regule aliquot ex iure Civilis solent obijci decisiones, quæ permittunt fieri quandoq., quod per eam prohibetur, & ideo ad eius interpretationē veluti cōpendio quoddam aliquot itē intellectus exponam.

Primò, hæc regula intelligitur, vbi accusatus absoluitur ex eo, quod crimen probatū non est, alioqui si absolutus fuerit ab obseruatione iudicij, quia accusator legitimus non erat, tunc poterit iterum eadem criminis causa tractari, text. in 1.libellorum. §. quod si libelli. ff. de accusat. cap. per scripta. §. libellorum. 2. quæstione. 8. gloss. in capitul. Epiphanium, quinta quæstione ultima. Anto. Henric. columna penult. Abbas, & Doct. communiter in dicto capitulo, de his, quo in loco adnotarunt Marianus, & Felinus columnā prima, non esse primum accusatorem ad secundam istam accusationem admittendum, imò repellēdum fore etiam si modo legitimus sit accusator cessante impedimento, quod oberat tempore primæ accusationis, nam & si aliæ causæ cessauerint, superest ex prima accusatione, & ea finita inimicitia, quæ repellit ab accusando. l. in ipsius. C. famil. hercisc. Aretin. & nouiores in cap. 1. de iudic. idem Aretin. in cap. repellantur. de accusat. critique hic intellectus seruandus vbiunque ex

alia quacunq; causa ab obseruatione iudicij reus absoluitur, nēc ex male concepto libello, quod eadem ratione procedit, & præterea hæc prima interpretatio locum obtinet ex his, quæ ipse latius tradidi libro. 1. huius operis capit. 1. num. 8. vbi plura ad hanc rem adnotauit, quæ ad huius capitatis sensum maximè utilia sunt.

Secundò, tunc demum eiusdem criminis accusatio repetenda non est, cum primus accusator fide & probè officiū accusatoris egerit, at si prævaricatus fuerit, iterum accusatio admittēda est. l. 3. ff. de prævarica. gloss. & communis in dicto capit. de his criminibus, & probatur prævaricatio ex his, quæ Bart. explicat in l. prima. §. prævaricatorem. ff. ad Turpilianum.

Tertiò, admittēda est accusatio iterum aduersus iam delatum & absolutum, si quis in hac secunda accusatione propriā vel suorum iniuriam prosequatur, optimus text. in l. si cui. §. ijsdē. ff. de accusatio. modò ignorauerit primam accusationem tractari, gloss. cōmuniter recepta in dict. cap. de his, & probabitur ignorātia proprio iuramento, gloss. in dict. §. ijsdē, quam Docto. inibi sequuntur, dixit notabilem Bald. in l. secunda. §. penult. ff. si quis caut. notat Antonius, Abb. & Felin. in dict. cap. de his. Aretin. conti. §. colum. vltim. Regia. l. 12. tit. 1. Partit. 7. facit ad hoc gloss. insignis in cap. significasti. in. 1. de homicid. quæ censem, standum esse cuiuspiam iuramento in his quæ ad animum pertinent, sicuti ignorantia, & scientia, ac his similia. Idem afferuit gloss. in cap. si vero. in. 2. de Sent. excom. per text. ibi & in. §. sed istæ, vbi Iason. num. 89. gloss. item in. l. atqui natura. §. cūm me absente. ff. de nego. gest. tradit late Hippoly. in rubric. C. de proba. nu. 122. optimus text. in cap. pastoralis, de exceptionib.

Quartò, eadem decisio est intelligenda cūm absoluitur accusatus ab accusatione criminali, quasi secus sit vbi fuerit absolutus à querela ciui li, aut ciuiliter in iudicio proposita, nam tunc iterum criminaliter accusari poterit. l. 1. C. quando ciuil. act. crimi. præiudicet, id tamen verum est, nisi utraque poena ciuilis inquam & criminalis ad vindictam tenderet, tunc etenim si actum eset ciuiliter, agi non posset postea criminaliter. l. prætor edixit. §. primo, vbi Barto. ff. de iniu. Abbas, & alij in dicto capit. de his criminibus, optimus textus in l. quod Senatus. ff. de iniurijs, explicat Baldus in l. edicta, in. 1. repet. numero. 51. C. de edendo. & paæterea hæc quarta interpretatio est admittenda vbi accusatus absolutus fuerit, quia non probatur delictum, secus etenim si abso-

si abſolutio ex eo facta fuerit, quod reus delictū non commiserit, ſiquidem in ea ſpecie accusatio poterit deum ab altero, non primo accusatore tractari. l. qui de crimine. iuncta glos. C. de accusatio. Bart. in. l. ſecunda. col. terria. ff. vi bono. rap. Abb. Marian. Felin. & alij in dicto capitul. de his criminibus.

Quinto, hæc regula procedit non tantum, vbi per ſententiam iudicis fuerit + criminis reus abſolutus, ſed & quando per indulgentiam Principis aut eius, qui crimen remittere poſſit. glos. communiter recepta in d. c. de his. & in. c. ex tua. de filijs presbyte. quorum ſententiam communē eſſe eam ſequutus fatetur Deci. consil. 137. col. 2. modo ea diſpensatio quo ad pœnitentiam criminis, & quo ad forum exterius proceſſerit, alioqui non impedit remiſſio vel indulgentia accusationem, ſi vel contigerit quo ad irregulatatem, ſive reſtricta fuerit ad forum conſcientiae duntaxat, ſecondum Anani. in diſt. capit. de his. colum. 1. ſenſit glos. in capit. 2. de ſchismaticis. quibus adſtipulantur eſſe quæ Ludoui. Gomee. adnotauit in reg. cancellar. de non iudi. iuxta formāni ſupplicat. quæſtione decimaquarta. & Paul. Parisi. consil. 67. libro. 4.

Cæterum, præmissa lege, aut conſuetudine, qua obtentum ſit fures pro tertio furto ſuspendēdos fore, & morti tradendos, ea obtinebit, etiam ſi prima duo furta, aut alterum illorum fuerint indulgentia Principis abolita, quia nihilominus apparet conſuetudo furandi: quod in ſpecie aſſert dicens ſic receptum eſſe in praxi Chaffanæ. in conſil. Bar. rub. 1. §. 5. verſe. ſimplex. nume. 20. Idem tenet Matthæ. Afflīct. in conſt. Neap. rub. 35. cap. ad legitima pondera. num. 1.

Sexto, idem Canon procedit vbi reus à criminis abſolutus eſt per iudicem exteriorem in iudiciali foro, quod ſi abſolutus fuerit in foro interiore conſientiae, quod aiunt, non impeditur accusatio coram exteriori iudice +, cum prior criminis examinatio ſiat ad pœnitentiam, & ſatisfactionem diuinæ offenſe: posterior vero neceſſaria ſit ad publicam vindictam: & ad rei publicæ ſatisfactionem: glos. communiter recepta in diſt. cap. de his. quæ planè vera eſt in pœnitentia occulta, ſicuti gl. ſenſit, & expreſſim Ananias inibi, Host. Anto. & Imola, in capitul. tuæ. de procurat. quaſi pœnitentia publica crimen extinguit, etiam quo ad exterioris fori iudicium: quo ego falſum exiſtimō, & præmitto, pœnitentiam quandam eſſe publicam; alteram ſolennem. Publica pœnitentia ea eſt, quæ abſque villa ſolennitate publice fit

ex Episcopi, vel Sacerdotis mandato vbi peccatum publice commiſſum fuerit cap. 1. & ibi Docto. de pœnit. & remiſ. glos. in cap. quæſitum. eo. titu. vt peregrinatio cum certis uestibus, verberatio, & hæc plerunque Sacramentalis eſt in interiori iudicio, modo conſentiat pœnitens & ſic tacite vel expreſſe permittat peccati reuelationem ſecondum Abb. in capitul. literas. de præſumptio. colum. 3. Syluest. verbo. pœnitentia. quæſtio. 3. & Marti. Azpilcueta in capi. Sacerdos. de pœnit. diſt. 6. num. 98. Origenes quidem aperte diſtinguens in Psalm. 37. pœnitentiam publicam à priuata, de publica docet non facile nec temere ad ipſam veniendum eſſe, ſed prævia matura deliberatione & conſilio, ob eam cauſam videlicet, ſi peccatum eiusmodi ſit, vt & correctio peccantis, & aliorum ædificatio publicam requirat pœnitentiam: meminit huius loci Albert. Pichius de Eccles. Hierarchia. libr. 2. cap. 8. Folio. 4. extant & ad hanc rem pulchra verba apud Beatum Rheananum in admonitione operum Tertulliani: quæ ipſe tribuit diuo Auguſtino in libr. de pœnitentia medicina. quem lector reperiet inter opera Auguſtinii Tomo. 9. & Rursus Tomo. 10. Homilia. 50. Solennis vero pœnitentia eſt, quæ olim in capite quadragesimæ certis ſeruatis ritibus fieri solebat, cuius meminit text. in capit. in capite. 50. diſtin. ex concilio Agathensi capi. 15. quæ ab alio quam Episcopo iniungi non poterat. glos. ibi. & in cap. conquerente. vbi Panor. col. 3. de off. ordi. huiusque ſolennis pœnitentia ſunt quædam ſpeciales conditiones, eiique aliqua tribuantur, quæ in pœnitentia publica locum non obtinent, quemadmodum tradunt optimè Hoftien. in ſumma. titul. de pœnitent. Thomas in. 4. ſent. diſtin. 14. quæſt. 1. artic. 5. & ibi Paluda. quæſtio. 6. Florenti. 3. part. tit. 14. cap. 17. §. vltim. tex. in cap. conſirmandum. 50. diſtin. & in capit. vlt. 26. quæſt. 6. huius ſolennis pœnitentia imaginem etiam nūc Saxones ſeruant in vrbe Alberſtadiensi, ſiquidem in eo templo, quod Virgini matri Saſcruim eit, ſingulis annis ex plebe aliquis eligitur, quem grauioribus noxiis inquinatū putant: hunc ferale, & pulla ueste, obuoluto capite cineralium die in templo ſtatuant, & peractis Sacris eiſciunt, donec per quadraginta dies per vrbis compita vagus, & mendicans errauerit. interim diuinæ ædes ingredi cum fas non eſt: qualem cunque ci- bum, vel ab ædituis, vel aliunde oblatum non aſpernatur, neminem alloquitur: non indulget ſomno, niſi post concubinam noctem: idque in media via, die Iouis, quæ Dominicæ cœnæ dica-

ta est, ad templum reducitur, ibi à Sacerdote solennibus quibusdam ceremonijs absolvitur, & à cōflente illud populo stipem accipit. Adamum hunc vocant, & omni crimine expiatum credunt, ac per eum creditur expiata ciuitas, vt com memorat Ioannes Bohemus Aubanus libr. 3, de moribus omnium gentium, capit. 13, quem reuult Martinus Azpilcueta in cap. si quis de pœnit. dist. 5. Huius etiam instituti meminere Aeneas Sylvius, postmodum Pius secundus, Pontifex Maximus, in Europæ descriptione. c. 31. Rapha. Volaterranus Geographiæ libro. 7. quo loco de Saxonibus agit. Beatus Rhenanus in admonitione ad Tertullianum. & Andreas Alciatus libro. 9. parerg. capit. 22. quibus quidem consideratis facile constat, pœnitentiam, sive publicam, sive solennem plurimum differre ab ea punitione quæ fit apud exteriora, & potissimum laicorum tribunalia: & ideo verius est, pœnitentiam adhuc publicam minimè impedire criminis accusationē: quod in specie probant Abb. Areti. Maria. & Felic. in dict. capitul. de his criminibus. idem Abb. in dict. cap. tuę Antoni. Burgenis in cap. 2. num. 6. de emptio. & vendit. quibus suffragatur text. in cap. fœlicis. §. per hoc. de pœnis. in. 6. Cuius decisionem statim ad alia adducemus, posset profectio opinio Host. & Mol. quam & Hippol. sequitur in singula. 639. procedere in eo, qui danatus est ad perpetuam pœnitentiam: nam hic censetur constitutus sub Ecclesiæ protectione. capitul. aliud. 11. quest. 1. secundum Antoni. & Areti. in capit. 2. de for. compet. dubito tamen, an id admissum sint iudices seculares. Quidquid sit, non possunt non mirari, qua ratione ductus Bart. consilio. 167. responderit, præmisso statuto, quo punitio remittitur ei, qui pacem fecerit cum offenso: non esse blasphemum puniendum, si pœnitentiam criminis egerit in foro etiam interiori: hoc etenim quasi cum Deo pacem fecerit. subscripere Bartolo, Ancha, & Anania in capi. 2. de maledicis. Feli. in dict. cap. de his. & Deci. consil. 137. col. 2. à quibus libentissimè dissentio: quippe qui existimant alienum esse hunc sensum à mente, & intentione legis quæ non cogitauit de pace, quæ cum Deo inita est per pœnitentiam in interiori iudicio: sed de pace, quæ fit cum eo, qui ratione iniuriæ admitteretur in foro exteriori ad accusationem prosequendam, qualis est priuatus iniuriā passus & respublica, quæ vt priuatus quandoque offenditur. imo & contra Barto. est text. insignis in dict. capitul. 2. de maled. quibus adde, quæ ipse notaui in capit. Raynuntius.

de testam. in principio. numero. 13.

Septimo, non tantum impeditur accusatio, quando reus per sententiam semel fuerit ab eo crimen absolutus, sed etiam vbi reus Christi fidem Baptismo professus fuerit, nam tollitur crimen per Baptismum. glo. in cap. quod autem. 32. quæstione prima. & in capit. sine pœnitentia. de consecrat. distinct. 4. ex quibus + ita intelligunt dubitationem hanc Calder. Antoni. Mol. Anna & Felin. in dict. capit. de his criminibus. Nisi quatenus crimen damnum proximo intulerit, nam hoc nihilominus est latro refaciendum. Sed adhuc Calderini sententia falsa videtur per text. in cap. gaudemus. de diuortijs. cuius ratio procul dubio generalis est, & palam ostendit, crimina quo ad exterioris, & judicialis fori accusationē minimè tolli per Baptismum, quemadmodum glo. inibi centet, quam sequuntur Abb. & Maria. in dicto capitul. de his. idem Abb. in dicto cap. gaudemus. Card. in Clemen. 1. §. sanè. quæstio. 14. de usur. quorum opinionem fatetur communem esse Anani. in dict. capitul. de his. colum. 2. idem assertit eam sequutus Deci. in capi. quæ in Ecclesiærum. colum. 7. de const. idem eleganter consilio. 130. ad ea vero, quæ in contrarium adducta fuerit, facilimè respondetur: nam procedunt quo ad pœnam temporalem, quæ debetur præter culpā in foro conscientiæ ipsi Deo ob peccatum quæ satisfactio à Theologis rectè appellatur, hæc etenim, si non remittatur, hic vel in purgatorio est exoluenda: hæc inquam pœna per Baptismum remisita censetur virtute Sacramenti ex merito passionis Christi, qui pro nobis passus est: cuius passionis merita vel virtute Sacramentorum, vel ex distributione Romani Pontificis pro peccatoribus satisfaciunt. sic sanguis gloriosus. in dict. capit. quod autem. & in capit. sine pœnitentia. interpretatur Cardin. à Turre Crenata inibi, quicunque inquit Paulus ad Romanos sexta. Baptizati sumus in Christo, in morte ipsius Baptizati sumus. eandem interpretationem probat Thomas. 3. parte. quæstione. 68. artic. 3.

Octavo, conflat aperte text. in dict. ea. de his. obtinere quando reus fuerit absolutus in iudicio accusationis, nam si in iudicio Inquisitionis fuerit absolutus reus, poterit iterum accusationis iudicio impetrari, secundum Doctor. communiter in dicto cap. de his. maxime Anto. Abb. & Felin. quibus aduersantur Bartol. in. 1. si cui. §. iisdem. ff. de accusa. Anani. consil. 17. colum. 3. Deci. consil. 137. existimantes absolutum iudicio Inquisitionis non posse iterum de eodem criminis accusari.

sart. idem Alex. consil. 11. num. 7. libr. 1. quo  
rum opinio vera est iure ciuili, iuxta quod iudi-  
cio Inquisitionis poena ordinaria criminis infli-  
gitur. l. 4. C. de sepulchro viol. Bart. & doct. com-  
muniter. in. lib. 2. §. si publico de adult. Abb. in. 2. co-  
lum. & alijs in capit. Inquisitionis. de accusat. &  
etiam iure Canonico in casibus, quibus esset im-  
ponenda poena ordinaria hoc iudicio, quod fa-  
tentur Antoni. Abb. & Felin. in dict. ca. de his cri-  
minibus. tradunt Inno. in capit. qualiter. in. 2. vbi  
Abb. nuncie. 20. Cardi. num. 12. Aret. num. 29. &  
Feli. in. §. licet. colum. 1. de accusat. Hippo. in pra-  
etica. §. constante. num. 83. ex quibus deducitur,  
posse absolutum iudicio Inquisitionis iterum ac-  
cuseari; quoties non esset imponenda criminis po-  
ena ordinaria, quod in dict. cap. de his. communi-  
ter est receptum. id tamen ipse intelligerem nisi  
foret reus absolutus ex eo: quia crimen non fuit  
ab eo commissum. l. qui de crimen. iuncta glos.  
C. de accusat. hodie frequentissimum est omnia  
& queunque crimina a iudicibus tractari accu-  
fante publico fiscalis, qui accusatoris officio fun-  
gitur. & ita eo accusante iudices prenam crimi-  
nis ordinariam non remittunt. ex his etiam con-  
stat, quid dicendum sit in reo absoluto, vbi cri-  
men tractatum est in iudicio per denuntiationem,  
aut exceptionem iuxta notata in cap. 2. de ordi-  
cogni. & in cap. 1. ad finem. de except.

Nono idem Canon procedit vbi reus per sen-  
tentiam iudicis absolutus fuerit secus eisdem si  
transactionis causa: nam etiam si transactio vali-  
da sit poterit alter a transigente idem crimen ad  
iudicium accusatione deferre. glo. in. 1. transige-  
re. C. de transl. verb. prohibitum. Bart. & Salyce. 4.  
opposit. quos alij communiter sequuntur. probat  
text. in. lib. 3. §. penult. ff. de sepul. viola. & in. 1. qui  
coetu. §. vlt. ff. ad. 1. Iuli. de vi public. notant Bart.  
in. 1. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulte. & Do-  
cto. communiter, quemadmodum testantur Fe-  
lin. in dict. capit. de his criminibus. & Iason in. 1.  
cum qui. §. in popularibus. ff. de iureiu. num. 10.  
vbi glo. communiter recepta hoc ipsum probat,  
& id verum est quoties accusatio nomine publi-  
co in judicium deducitur, at si crimen in iudiciū  
delatum fuerit priuatum, eo accusante, cui is accu-  
sandi, & prosequendi propriam, vel propinquuo  
rum iniuriam p̄r ceteris, & potiori, ac priori loco  
competit, isque cum reo transegerit, appareat  
post hanc transactionem non posse ab alio remo-  
tiori, etiam ignaro prioris accusationis, criminis  
causam repeti, cum reus ipse pacem inierit cum  
legitimo, & ceteris potiori accusatore iuxta no-

tata. in. 1. quarta. §. Cato. per Bart. in fissile verb.  
oblig. & in. 1. pro hærede. §. vltim. ff. de acqui. he-  
redita. quibus adde Regiam. l. vigesimam secun-  
dam. titul. 1. part. 7.

Décimo, eadem Canonis constitutio obtinet,  
si reus absolutus fuerit ex dilatione iuramenti ab  
adversario sibi autoritate iudicis facta: nam si  
post iuramentum istud à iudice ex ea causa fue-  
rit absolutus, non poterit iterum eiusdem crimi-  
nis accusatio repeti secundū Alex. in. 1. 3. in prin-  
colum. penulti. ff. de iureiu. vbi sequitur Bartoli  
distinctionem in. 1. cum qui. §. in popularibus. ff.  
eo. titulo. quo in loco Iurisconsultus hanc senten-  
tiam probare visus est. Sed quod etiam non la-  
tentia absolutoria: obstat ceteris accusare vo-  
lentibus delatio iuramenti autoritate iudicis fa-  
cta: licet ceteri velint nomine publico accusare  
probant gloss. in dict. a. l. transigere. verb. prohibi-  
tum. & ibi Salyce. 4. opposit. Alberi. colum. pri-  
ma. in dicto. §. in popularibus, omissa Bartoli di-  
stinctione: atque ita hanc opinionem, que inibi  
probatur, dicunt communem esse Alex. colum.  
2. & Iason numero decimo. in dicto. §. in popula-  
ribus. quod notandum est: quanuis moribus rece-  
ptum sit, quod in criminalibus iudiciis non ad-  
mittantur hæ iurisurandi delationes: nec iudi-  
ces eas permittunt: propter crebra, & facilima  
periuria.

Vndeclimo, eadem constitutio ita interpretan-  
da est, vt si crimen fuerit misti fori: quale est Sacri-  
legium, sortilegium, diuinatio, & similia, qua tra-  
dit Abb. in ca. cum sit generale. de for. compe-  
licet reus fuerit in foro Ecclesiastico absolutus:  
possit nihilominus apud iudicem secularem ire-  
rum accusari, crimenque ipsum examinari, & pu-  
niri, quod omnium consensu receptum est. imo  
& si à iudice Ecclesiastico reus ob hoc crimē puni-  
tus fuerit: iudex secularis adhac iustè poterit  
idem crimen examinare, & eius authorem puni-  
re. text. in cap. fœlicis. §. per hoc. de poenis. in. 6.  
quem ad hoc adnotarunt vti singularem pleriq.  
Doctores præsertim Abb. in capi. tuæ de pro-  
cura. pen. colum. idem in dict. capit. de his criminib-  
us. idem in cap. 1. de offi. ord. colum. vlt. vbi An-  
toni. idem tenet text. & ibi Bald. in. 1. placet. C. de  
Sacrosan. Eccles. idem Bald. eleganter in cōsilio.  
260. lib. 3. Ancha. in reg. ea quæ. Fol. pe. de regu.  
iur. in. 6. Aret. & Feli. in dict. capi. de his. vlti. col.  
Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in dict. cap. Fœli-  
cis. §. per hoc. quorum opinionem communem  
esse assertit Alciat. in dicto capitu. 1. in glos. vltim.  
quo in loco falso citat Felin. in dict. capit. de his.

# Variarum Resolutionum

tanquam hanc esse communem asseuerantem: quana tamen probat, & explicat Aret. in consili. §. dubio. 2. est tamen intelligenda hęc communis sententia nisi pœna à iudice Ecclesiastico inflata, fuerit satis sufficiens ad criminis punitionem & culpę mensurata: secundum Ioan. Andr. & Domini. in dict. capit. fœlicis. Abb. in dict. capit. tuę. & Areti. in dict. capit. de his criminibus. qui censem eo casu non posse iterum crimē hoc apud secularem iudicem tractari: quod in praxi admodum utile foret, & fortassis obseruandum authore Alcia. in dict. capit. 1. quanvis ipse dubi tauet de huius opinionis veritate non sat iuste, ni fallor. ex quibus non est recipiendū, quod glo. in dict. 6. per hoc scribit dicens, eam decisionem specialem esse: nec ubique admittendam fore: nā iuxta communem sententiam idem erit ubique que crimen sit misti fori.

Duodecimo ad huius capititis interpretationē dubitari frequenter solet: quid agendum sit: ubi offensus, seu iniuriam passus: absolutum fecerit, ac reddiderit iniurię, & criminis reum in animæ iudicio: quippe qui ei dimiserit †, & condonauit 7 iniuriam: an possit apud iudicem exteriorem postulare criminis punitionem, & vindictā: cùm ei ex aduerso objiciatur, ipsum accusatorem vere Christianum esse, & post iniuriam pœnitentia sacramentum suscepisse: cuius dubitationis examen exigit, vt præmittamus, offensum ab altero teneri omnino sub mortalis criminis reatu in animæ iudicio rancorem, & odium illi remittere: nō tamen ius accusandi apud iudicem, & auctoritate publica vindicandi propriam iniuriam. gl. insignis in capit. 2. de homi. in. 6. & in capi. si quis contristatus. 90. distin. & in cap. quia præsulatus. 1. quæst. 4. & in capi. 1. de maledi. primum probatur in cap. ea vindicta. 23. quæst. 4. & in capi. cum minister. 23. quæst. 5. ca. prodest. eadem caus. & quæst. notant diuus Th. & Caiet. 2. 2. quæst. 68. artic. 1. & hi, qui proximè adducentur ad huius assertio secundæ partis probationem. vnde fit, vt & si accusatio iusta sit, si tamen præcipua accusantis intentio non tendat ad vindictam publicam, nec ad iniurię punitionem, & satisfactionē: sed ad proximi læsionem in eius odium: mortale crimen accusator committat: vt docet Thom. 2. 2. quæst. 108. artic. 1. & ideo si Principalis intentione recta sit: licet humana fragilitate animus in affectum aliquem aduersus reum labatur non statim est culpę mortalis arguendus: ex mente eiusdem Thom. & Sylue. verbo. accusatio. §. 5. probatur item hęc prior pars in cap. accusati. de

accusat. quemadmodum Inn. Abb. Aret. & alij communiter eam decisionem interpretatur. Posterior pars ratione constat: quia vindictatio auctoritate publica, & accusatio, actus est iustitia, id est, virtutis, qui prohibitus non est: sicuti in hac specie probant Tho. dict. quæstio. 108. artic. 1. & 2. Caiet. dict. quæst. 68. artic. 1. Ioan. Arboreus libr. 19. Theosophia capitul. 3. eruditissimè apud Hispanos Domini. à Soto in relect. de secreto. 2. membro. quæstione. 5. Mart. Azpilcueta in capi. inter verba. Corol. 60. 11. quæstione tertia. Ioan. a Medina de contractib. q. 29. hinc sārē plura deducuntur.

Primum, sicutum esse iniuriam passo delinquentem accusare: etiam si reus commissi criminis pœnitentia egerit. Ioan. Andr. Abb. & Docto. communiter secundum Aret. in cap. accusati. de accusatio.

Secundum, minimè teneri iniuriam passum restituere pecuniam, quam accepit, vt iniuriam remitteret: modo boni viri arbitrio æquum accipit: imo poterit agere in iudicio ad petitionē eius, quod ei ex ea causa fuerit promissum: quod probatur in l. transigere. C. de transactio. notat expressim Ioann. à Medina de contractib. quæstione. 29.

Tertium, constat satis aperte, non esse remissum ius accusandi, & iniuriam deferendi ad exteriorem iudicem ex eo quod iniuriam passum in animæ iudicio eam dimiserit & condemnauerit: si quidem ea remissio ad odium, & rācorem pertinet: non ad ius accusandi. Bart. in l. non solum. §. 1. ff. de iniu. & in l. si tibi. §. 1. ff. de paſt. vbi. Alexan. testatur hanc opinionem communem esse. idem Iaf. in l. huiusmodi. §. ædes. ff. de leg. 1. & Fel. in dict. cap. de his criminibus. colum. vlt. quæratione responsum est quæstioni, & dubitationi huius duodecimæ interpretationis: quod ita accipendum est, vt si plena, & generalis facta fuerit remissio etiam ad exteriorem iniurię querelam extendatur: sicuti censem Alexan. Iaf. & Fel.

Quarto, eodem iure & illud asseueratur: etiam remissa iniuria quo ad forum exteriū, & exteriorem accusationem, posse iniuriam passum agere ad damna, & expērias, quæ sibi intulit lesio: quasque ipse ministrauit causa illati vulneris: hęc enim distincta sunt ab ipsamet iniuria: quod notant Anchar. & Abb. in c. 1. de iniur. Hadria. in. 4. vbi agit de restit. bonoru corporis. Speculatori. de accusatore. §. 1. versi. quid si vulneratus. num. 8. quo in loco scribit hoc verum esse etiam si accepta pecunia remissio iniurię facta fuerit. optima glof.

maglo. in cap. si Canonici. de of. ord. in. 6. Bal. in l. si pro fute. ff. de conduct. furt. Angel. in. §. vlt. In stit. de iniur. Ale. consil. 20. lib. 5. idem cō. 168. nu. 5. libr. 2. Bald. ibi docto. in dict. l. si tibi. §. 1. Sed ut hēc ipsa communis sententia apertius proberetur animaduertēdum est, iniuriam alteri inferētem teneri omnino læso, & iniuriā passo resarcire dāna, & expensas ratione iniuria, & lesionis sibi contingentes. cap. 1. de iniur. Lex hac. ff. si. quadru. paup. fecisse dicatur. nec refert percussus iacuerit in lecto, an non: si quidein satis est quod is ob per cussionem impensas fecerit, aut mercedem ordinariam artis, quam exercebat, lucrave omiserit. Abb. in dict. ca. 1. latius loan. Lupi. in cap. per verstras. 6. notab. §. 9. de donat. inter vir. & vxor. cōstat idem ex Thom. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. Scoto, & alijs in. 4. senten. distinct. 15. quæst. 3. vbi loan. Maior, quæstio. 19. & Hadria. in cap. de resti. bono. corp. Ex quo apparet, mercedem operarum soluendam esse iniuriam passo iuxta eandem aestimationem, quam ipse, si verè operaretur, consequitus foret. etiam enim hanc aestimationē ipse ob percusionem definit adquirere: & ideo tanti eius interest, percussum non fuisse, quamvis loan. Maior existimet, arbitrio boni viri aliquid minus soluēdum esse percuſſo quiescenti, quam eiusta mercede laboreanti, deberetur: quod non potest vlla ratione defendi, cum iniuriam passus, si bona vteretur valitudine, nec percussus fuisset attem propriam exerceret: igitur hoc impedito exercitio: tanij est facienda aestimatio, quanti fieri: cessante: impedimento. Item constat filios, & ethereos iniuria occisi agere posse ad aestimationem operarum, quas potuisset impendere, & ministrare occisus: si vixisset, nec imperfectus est iuxta computationem Iurisconsulti in. l. hēc ditarum. ff. ad. l. Falci sic etenim visum est Panormicu. in. dict. cap. 1. & in cap. olim. de iniurijs. Specula. titu. de iniur. §. 2. colum. 2. optimus textu. l. viii. ff. de his, qui deiccer. vel effud. notant Aymoni consil. 11. 9. Hippolyt consil. 115. & in singu. 973. vbi scribit: idem p. esse, etiam si homicida ad mortem in poenam criminis damnatus fuerit. citat ad hoc tex. & ibi Fabrum, & Ange. in. §. iudex. Institutu. de obligationib. quæ ex quasi delict. naf. quibus adde, iniuriā passum ex percusione non possit petere aestimationem dñmi sibi imminens scoria cicatricis, quæ ex vulnere faciem defor men efficit: si is sit homo liber. l. ex hac. ff. si quadrup. paup. quam commēdat Roma: consil. 278. Evit: ff. de his qui deic. vel effuder. Abb. in dict. capitu. primo. nisi foemina sit secundum Alber-

cum post Iacobum Rauennatem in dicta. l. hac. & idē in quolibet seruo. l. si seruus seruum. §. ru- pisse. ff. ad. l. Aquili. Huius tamen quæstionis, quā de satisfactione vulneris illati, & homicidiū addu ximus, longius examen poterit Lector peiere à Dominico Soto libr. 4. de Iustitia & iuste. quæst. 6. articul. 3. vbi hanc constituit regulam: vt in ijs, quæ secundum speciem reparari nequuit, restitu- tio si ad arbitrium prudentium facienda.

Tenetur item: is qui alteri iniuriam intulit pre- ter damna, & impensas: aliquid arbitrio boni viri iniuriam passo retribuere in compensationem iniuria illata: cùm ea haberi non possit pro infecta. Thomas 2. 2. quæstione. 62. articul. 2. ad pri- mum. Caieta. quæstione. 72. artic. 3. Hadria. in. 4. in tracta. de restitutio. bonor. corp. Scotus in di- cta distinct. 15. quæstione. 3. vbi probat: mortuo iniuriam passo, in foro animæ posse eum, qui iniuriam intulit, in iniuria compensationem ali- quid ad animæ alterius utilitatem expedere: nec omnino teneri hereditibus pro iniuria satisfac- re. Errat tamen Hadria. dum agens de solius iniuria satisfactione censet, estimationem, & satisfac- tionem faciendam esse tanti, quamvis aestimaret percussus se integra & illæsa membra habete: id etenim pertinet ad damnorum, non ad iniuriæ aestimationem. Ceterum, quibusdam visum est ad iniuria solius satisfactionem oportere, vt is, qui eam intulit, veniam ab altero petat: nam secundum Thomam dicto articula secundo, non potest fieri per restitutio honoris, quæ necessa- ria est, vt actus ille inferentis contumeliam non præcesserit, nec contigerit: vnde diminutio hon- oris contingens per contumeliam, reparanda est, & tollenda per exhibitionem reverentij. igitur venia petitio necessaria est. Quamobrem loānes Ananias in capitu. primo. de maledict. nu- mero. 13. & Anto. Burgensis in capitu. 1. colum. penul. de empt. & vend. post Barto. in. l. si tibi. §. 1. ff. de pactis. existimatū, iniuriam passum non teneri dimittere, nec deponere odium; & ranco- rem: nisi is, qui iniuriam intulerit, veniam offensio petierit. Hoc tamen falsum esse cōstat ex eo, quod licet quis non teneatur speciali dilectione vt erga inimicum: tenetur tamen eum. vniuersali dilectione prosequi: & preparatione animi: ita quidem vt ab vniuersali proximorum: dilectione inimicum biniime excipiat. Thon. 2. 2. quæ- stione. 23. artic. 8. florenti. 4. parte. tit. 6. cap. 4. §. 1. & lane inimicum ab hac dilectione vniuersali proximorum: exciperet quis; si cum odio habe- ret: gitur non potest opinio Bar. villa ratione pro-

barilicet ex Theologis non defuerint, qui idem probauerint. Vnde secundum Angel. verbo. diligere. num. 2. iniuriam passus etiam ante satisfactionem tenerat omnino abstinere a signis exterioribus, quibus odium proxime significatur. id autem, quod de petitione venie diximus, relinquendum est arbitrio boni viri: qui si viderit esse necessaria petitionem venie ad honoris restitutionem, eam petendam esse censebit. Quod si aliter possit fieri iniuriae compensatio, & restitutio, aut si petitio venie decens non sit, nec expediens: non erit venie petitio delinquenti iniungenda: sicuti docet Caieta. 2. 2. questione. 72. articul. 3. & in opusc. 17. questionum cap. 13. versi. Quintum.

Hæc omnia tendunt, ut manifestum sit, distinctum esse ius accusandi, & agendi iniuriarum actione ad ipsam iniuriam puniendam ab eo iure, quo damnum, & expensæ petuntur. agitur etenim ad iniuriam puniendam quandoque criminaliter, ut reus poenis iure statutis puniatur: quandoque ciuiliter ad ipsius iniuriae pecuniariam estimationem. §. poena. &c. §. atrox. Instit. de iniur. litem apud Labeouem. §. quod ait prætor. ff. co. titu. Bart. in l. iniuriarum. in. 2. ff. cod. gloss. Angel. Areti. & Iason numero. st. in principio. de actionib. gloss. in dict. capi. si Canonici. Francus ibi post alios. & Felin. in capit. ex tenore. de sent. excomm. Abb. in capit. 1. de iniur. Regia. l. 21. titu. 9. parti. 7.

Sic iniuriam passus poterit agere ad punitionem iniuriae principaliter, ciuiliter, vel criminaliter: & incidenter ad damna, & impensas: sicuti colligitur ex Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. Abb. & Feli. per text. inibi. in cap. postulasti. de Iude. Iaso in. §. ex maleficijs. de actionib. nu. 77. Quinimo plurimum differt estimatio ipsius iniuriae ab estimatione damnorum, & expensarum: siquidem iniuriae estimatio fit ad certam quantitatem iuramat ab ipso actore affectionis iuramento: saluasemper ipsius iudicis taxatione, ex qua quantitatis iurata moderatio fit. l. videamus. §. 1. ff. de in litem iuran. gloss. communiter recepta in principio de actionib. & in dict. cap. si Canonici. vbi Fracus, & alij. Rota in nouis. 152. nam vbi iuramentum ad affectionem pertinet, & referritur: non detegitur periurium aliquod ex eo quod quantitatem iuramat index moderetur quod palam est. At damnorum, & expensarum taxatio non ita fit: sed primo eorum fit a iudice moderatio: & eorum quantitas ab eo definitur inspecta qualitate ipsius vulneris, & iniuria pas-

si: post hanc vero definitionem iuramentum sit ab ipso actore: quo assueratur vere illam quantitatem expensam fuisse, ac damage illius quantitatis ad minus sibi contigisse. Panormita. in cap. ultimo. de his quæ vi. metus vca causa fiunt. textus optimus in capit. olim. vbi hoc a Doctoribus annotatum est, de iniur. Bartol. & Iason numer. 20. in l. si quando. C. vnde vi. gloss. in capitu. primo. §. secundo. de electione. in. 6. norant omnes in l. properandum. §. si autem alterutra. C. de iudic. Regia. L singularis. 1. titulo decimo octavo. libro tertio. ordin. hic siquidem agitur de iuramento veritatis: & ideo conuenit, vt si qua moderatione a iudice adhibenda est: præmittatur ipsi iurata assertioni.

Hactenus tractatum est de criminis, quod vere vnicum est, punitione modo superest examine quid obseruandum sit: vbi idem delictum, vel statim repetitur plures: vel vnico actu plura crimina complectitur: & Bar. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delict. nume. 4. scribit ita + distinctum fore, vt si idem crimen repeatatur statim ad vnicum, & eundem effectum: nempe plures percussionses, plures iactus, ad homicidium: tunc vnicum tantum delictum censendum sit: homicidium, scilicet, non plura: nec percussionses tenebitur ad poenam cuiuslibet percussionis: sed ad poenam tantum homicidij. l. illud. §. vltim. ff. ad. l. Aquil. At si repetitio quilibet criminis ad proprium, & peculiarem effectum fiat: & ex quo liber istu effectus distinctus sequatur: plura crima na iudicanda sunt, & vt plura punienda: cuius rei exemplum est: si quis pluries aliquem, eodem tamen animi impetu, percusserit, tenebitur etenim ex pluribus percussionsibus ad poenam, qua lege cuiilibet vulneri inflcta sit. text. in dict. l. nunquam plura. quo in loco Dinus idem probat: sequitur Anan. in capi. in tantum. de collus. deteg. num. 5. Paul. Cast. in l. quicunque. C. de seruis fugit. nu. 4. & Alberti. in dict. l. nunquam plura. quorum opinio communis est secundum Soci. consil. 62. libro. 1. col. 4. & 5. atque frequentiori calculo hec questione definitur. ex qua distinctione refert ipse Socinus. a quibusdam responsum fuisse: vnicum delictum esse censendum, non plura: quoties eiusdem criminis iteratio fit etiam ex intervallo ad eundem tamem effectum, & ita scribit consultum respondisse Benedictum a Benedictis: cum ab eo quæsumus esset, an in eadem causa ex intervallo producens plures falsos testes sit puniendus pro pluribus, an pro uno crimine? Cuius responsum Soci. censem est contra glo. in dict. l. nū quam

quam plura. & contra text. in dict. l. illud. §. vlti. & in dict. l. nūquam. versi. item si quis nec Bart. distinctio quicquā suffragatur Benedictio: quippe quæ intelligenda sit; quando iteratur crimen statim non ex interuallo: vt constat ex Angel. in l. inficiādo. §. infans. ff. de furtis. addit tamen Societatis esse recedendum à Benedicti responso.

Ego sanè hac in controversia aliquot existimo esse adnotanda. Primum, quoties aliquod & idem delictum iteretur, toties esse puniendum: immo graviori pena ob eius repetitionem. tex. in capi. i. de pœnis. hoc enim præmittit, quamlibet iterationem punitam fuisse ex interuallo: nec omissendam esse punitionem criminis, quod repetitur, ex eo quod iam semel fuerit punitum. Se cùdo & illud censeo verum esse, Iurisconsultum in dict. l. illud. & in dict. l. nūquam plura. tractare de repetitione, si vere repetitio est, diuersorum criminum: non de unius delicti iteratione. quod ostenditur aperte. Nam si quis seruum surripuit, & occiderit: duo crimina palam committit. & idēo quia surripuit, furti tenetur: quia occidit, lege Aquilia. Sic si quis surripuit, flagello cecidit, ac demum non flagellis eisdem, sed alia percussione occiderit: tria crima commisit, furtū, iniuriam; & homicidium; hoc etenim exemplo vritur Vlpianus in dicta. l. nūquam plura. & Caius in dict. l. illud. §. vlti. vnde dum Accursius in dict. l. nūquam. existimat post flagella ex interuallo seruum occisum: & si eius interpretatio à Bare. minime probetur: in hunc sensum verissima est: vt intelligamus post flagella, alia percussione ex interuallo seruum occisum fuisse: alioqui si flagellis simul, & alijs ictibus occisus fore seruus: vnicum esset id crimen, non plura: si caci palam probatur in dict. l. illud. §. vlti. in hęc verba. Si idem cūdem seruum vulnerarit postea, deinde occiderit, tehebitur & de vulnerato, & de occiso: duo enim sunt delicta: aliter atque si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occidit: tuoc enim vna erit actio de occiso: his quidem verbis apparet esse omnino necessariū, vt homicidium, & percussio varia, & distincta censeantur delicta quod ex interuallo continentur. Deinde & illud constat, plures percussionses impetu vno eadem rixa illatas, & si percussus iniunxit mortem obierit, vnicum delictum esse censendum, non plura: quod est contra Bart. & le quaces. Tertium, quoties vel simul, vel ex iteratione criminis sive statim: sive ex interuallo distincta, & diuersa crima oriuntur: vt plura criminia: non vt vnicum punienda sunt. text. in dict.

l. nūquam plura, iuxta communem eius interpretationem contra glos. ibi. versi. occiderit. quę in versi: ob aliud. hoc ipsum, quod probamus sen sit: & id verum est, etiam si repetitio criminis fiat ad eundem effectum. text. optimus iri. l. si adulterium cum incestu. in princ. ff. de adulte. text. in signis in capit. cūm pro causa. de senten. ex com. quicquid Barto. & alij quo ad hoc ultimum senserint. Quartum, si eiusdem actus, & criminis eodem impetu & continuatione iteratio fiat: vnicum tantum crimen censendum est, non plura: saltem quo ad publicam vindictā, & punitionē: licet propter iterationem grauius sit puniendum: hoc probatur in dict. l. illud. §. vlt: sentit glo. in dicta. l. nūquam. ver. ob. aliud. ad finem. nō enim quicquam refert, quod percussus ex pluribus percussionibus fuerit occisus: quasi omnes percussionses ad eundem effectum fuerint repetitae: nēpē ad occidendum: nam idem proculdubio erit dicendum, vbi percussus occisus non fuerit: nec percussor eundem actum iterauerit ad homicidium, sed tantum ad percutiendum: cum inibi apud Iurisconsultum non constet ad eundem esse cūm repetitos fuisse iactus, potuit etenim homicidium contingere præter percutientis voluntatem, & nihilominus idem Iurisconsultus respondisset: quod aduersus Bart. Dinum, & alios omnino considerandum est. atque ita hanc sententia aduersus Bart. probant Angel. 2. col. iii. d. l. nūquam plura. vbi scribit ita seruari in toto orbe, & Amanias in dict. cap. in tantum. dum ultimo loco Angeli opinionem retulit. optima glos. magna ad finem in l. i. C. vnde vi. Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugi. nu. 5. Ioan. Andr. in reg. de dictum. de reg. iur. in. 6. Card. in Cle. i. §. si qui. i. oppo. de priuileg. leg. Ludo. Gomet. in. §. ex maleficijs. nu. 12. Inst. de actio. quod ex illationibus apertiis probabitur: Nam primo hinc constat, percutientem clericum etiam quinques eodem impetu, & continuatione quadam, etiam grauiter, vnicum tantum Canonis sententia excommunicationis affectum esse, non pluribus: Io. Andr. & Card. in dictis locis: & est communis opinio in d. c. cum pro causa Secūdo, si quis in alterum eodem impetu plura verba iniuriosa protulerit: etiam si diuersa significant: non esse hic censendas plures iniurias: nec plura conuictia; sed tantū vnum conuictum. text. in l. item apud Labrone. §. ait prætor. ff. de iniur. vbi Bart. expressim fate tur, quod si eadem oratio iniuriosa sēpē repetatur, vna tantum sit iniuria non plures: quod nota ad intellectum Regiae constitutionis, quę de pu-

niendis contumis, & verbis iniuriosis agit. Tertio eodem pacto, si quis eadem continuatione plures blasphemias in Deum effutierit unius tantum blasphemiae poena punitur: unaque blasphemia cealatur: sicuti in specie opinantur Cypola cons. criminal. 77. & Alciat. in. c. cum non ab homine. de iudic. nu. 33. Quarto premisso statuto, quo qui alapam alteri impegerit, puniatur, aut puniendus sit certa, & definita poena: si quis eadem continuatione, eodem impetu bis alterum alapa percussit, unica tantum poena punitur: quasi secus sit quoties statutum ipsum certam penam definiet pro qualibet alapa: & pro quolibet istu percusionis: aut pro quolibet verbo iniurioso: tunc etenim plures alapæ, plures iustus, plura verba, quorum quodlibet iniuriā perfectam significat: etiam impetu eodem contingentia: pluribus poenis punienda sunt, secundum Iaco. de Arenis in d.l. item apud Labconem. §. cōcūtium. licet Bar. Dinus, & Alber. in. d.l. nūquam. idem Bar. in. l. si gemina. ff. arb. furt. Cesarum. & Card. in. d. Cle. 1. §. si qui. indistincte priori, & posteriori casu responderint: plures poenas esse infligendas. Quinto, ab eadem radice procedit, quod si quis eadem furandi continuatione: &, ut aiunt, incontinenti: plures etiam à pluribus dominis furto subtraherit: unicum tantum furtum est censendum, & ita puniendum quo ad vindictam publicam: licet secus dicendum sit quo ad ipsos à quibus res furto ablatæ fuerint: cum ob plures rerum dominos videantur plura esse furta: atque hinc hæc furta non censentur plura ad effectum legis, vel statuti: quo cautum est, furem pro tertio furto suspendendum fore: cum statuentis mens tendat ad puniendam furādi consuetudinem secundum Bar. in. l. eum. qui. §. idem dicit. ff. de furtis. Angel. Aret. de maleficijs. verb. & vestem coelestem. con. 4. Bal. in. authe. sed nouo iure. num. 5. & ibi Coepol. nu. 43. Bal. in. l. si familia. ff. de iuris. om. iud. ad finem. Alciat. ind. c. cum non ab homine. nu. 32. Gometi. in. §. ex maleficijs. de actioni. nu. 12. ex his, quæ notātur in. l. scire debemus. ff. de ver. obli. & in. l. sancimus. C. de donatio. §. sicutē. Sexto, his præquisitis, & examinatis deducitur sensus, & vera cognitio eius, quod hac in re tradiderunt Ioan. Andr. in. d. reg. delictum. de regu. iur. Card. in. d. Cle. 1. §. si qui. Alber. in. d. l. nūquam plura existimantes, repetitionem eiusdem criminis etiam eadem actus continuatione cōtingentem, censendam esse plura crimina, & ut plura puniendam: quoties agitur de poena à lege infligenda: non ratione publicæ vindictæ: sed ratione legi.

sionis, ratione iniuriae priuato illatæ. hoc etenim ita accipiendum est, ni fallor, ut grauius etiam in satisfactionem priuati offensi puniatur crimen, etiam eodem impetu iteratum: non tamen ut ob quamlibet iterationem poena à lege definita reperenda sit: quod est omnino considerandum.

Quintum, est hoc in tractatu prænotandum: eiusdem criminis ex interuallo iterationem concurrentem ante prioris actus legis, vel iudicis punitionem circa eandem personam: quantum ad punitionem, & publicam vindictam, unum & idem crimen censerit: ita quidem, ut poenæ repetitio non fiat: licet eadem augenda sit. Et tamen ut plura sunt crimina, & tot, quot iterationibus possunt numerari: quasi ad eundem effectum iteratio fiat. quod Bart. notat in. §. infans. l. infidian. do. nume. 3. ff. de furt. Bar. & Alberi. in. dict. l. qui cunque. C. de seruis fugit. Benedic. à Benedictis. Soci. dict. consil. 62. lib. 1. col. 4. qui vñanimi consensu hoc ad proxim deducunt: ubi quis ad obtinendam in eadem lite victoram ex interuallo plures corrupti testes, & eis vel instrumentis falsis ex interuallo vtitur: hic etenim unica poena & si grauiori ob iterationem puniendus est. Hinc ego infero, quod si etiam in eadem lite, & ad eundem effectum quis semel testibus falsis vsus, fuerit poena ordinaria punitus, ac demum iterum testes alios corruperit: & vsus eis fuerit: erit omnino iterum poena ordinaria puniendus. Sic sane si quis semel percussit Titiū clericum, & ob id ipso iure à Canone sit excommunicatus, atque iterum eundem clericum ex interuallo percussit, alia Canonis sententia excommunicatio ligabitur: nam semel excommunicatus: iterum potest excommunicari. glo. in dict. ca. cum pro causa. & in cap. officij. de sent. excomm. & in capi. ita quorundam. de Iudæ. text. vbi Panor. & alij in cap. reprehensibilis. de appell. quod plurimum refert quantum ad absolutionem ex his, que à glo. & Doct. notantur in dicto cap. officij. & in dict. ca. cum pro causa. vbi Henri. & Panormita. Roma. consil. 326. Thom. in. 4. dist. 18. q. 2. artic. 5. Syluest. verb. absolutio. 3. §. 7. Felin. in ca. quod super. de fide instrum. ad finem. Ancha. in Cle. 2. de sent. excom. gloss. in capit. ex parte. de off. ord. Regia. l. 29. tit. 9. part. 1.

Verum, si idem crimen ex interuallo iteretur aduersus eundem, ob alium tamen effectum, existimat Barto. communiter receptum esse hoc crimen à priori distinctum atque ut diuersum iteratione poenæ puniendum: quemadmodum si quis ad obtinendum aduersus Titum falsis vtratur te-

tur testibus in vna contiouersia: ac demum in alia falsis iterum testimonij instruat iudicem: nam hic varijs poenis punietur. Ego quidem potius opinor ratione priuatæ offendæ, & publicæ vindictæ arbitrio recti, & discreti iudicis, poenam augendam fore, quam iterandam. quod sensit glo. in. l. vulgaris. ff. de furtis.

Quod vero diximus eiusdem criminis ex interuallo iterationem nouum esse delictum: patet manifeste in capi. l. de poenis. & glo in capit. imitare. 6. quest. 1. tex. in cap. Apostolicæ. versic. deicerauit. secundum Anchæ. ibi de re iudica. in 6. notant Abb. Areti. & Felin. in capit. sicut de testib. per text. ibi. Sic Bart. in dict. §. infans. num. 5. scribit, pluries delinquere eum, qui etiam codæ die ex interuallo aduersus legem. Pretium vini definiens adiecta poena: pluribus, vel eidem certas, & distinctas vini mensuras vendiderit: ita quidem quod distinctæ fuerint venditiones. Et hoc verum est in delictis momentaneis: nam se cœserit in successiuis, & vbi delictum iteratur ex continuatione, & persecuentia considerato eius primo initio: potius quam ex noua eius commissione. probat text. in dict. §. infans. l. ci qui. ff. de furtis. vbi ex iterata rei furtiæ contrectatione, vnum tantum non plura sunt furtiæ. ad idem l. maritus. §. sex mēsium. ff. de adult. quo in loco probatur ex continuatione adulterij vnum censeri non plura adulteria. optimè docent Baldus in l. quicunque. columna secunda. C. de seruis fugitiis. Anchæ. consi. quarto. Cardina. in Clem. l. de consang. & affinita. questione. 10. unde si esset isthe continuatio interrupta: maximè ex eo quod semel fuerit crimen ad iudicium deductum, & punitum: sequuta postmodum iteratio nouum esset crimen: etiam quo ad punitio nem: quod est notandum ad eas constitutiones, quæ de puniendis concubinarijs tractant: Est & ad hæc gloss. insignis in dicta. l. vulgaris. versic. fur erit. quæ licet dixerit in hac specie, cum quis alienam vxorem pluries cognoverit continuatione quadam plura videri adulteria, tamen unica tantum poena eam continuationem puniendam esse asseuerat. Cuius opinio communiter omnium calculis recipitur: etiam si de poena pecuniaria, aliave iterabili tractetur: sicuti expressim responderunt Barro. consilio. 122. Bald. Anchæ. & Cardina. paulò antè citati. Angel. de maleficijs. §. Che may adulterato. colum. 14. Iason in leum qui. §. in popularibus. ff. de iure iur. nu. 15. Roch. Currius in. c. vlti. de consuetu. notabi. 1. tametsi Bart. in. d. l. vulgaris. contrarium tenuerit

scribens: ideo adulterij continuationē unica tantum poena puniri: quia adulterij poena iterari non potest: cum ea sit poena mortis. l. quanuis. C. de adult. Hæc etenim ratio Bart. minimè procedit: cum nimis restringat gl. sententiam; & præterea falsa sit: siquidem iure Pandectarum, quod gl. interpretatur; nondum erat poena mortis aduersus adulteros statutæ: iuxta ea, quæ ipse tradidi in Epitome de matrim. capit. 7. §. septimo. nu. 16.

Illud profecto obseruandum esse censeo, quod ties ob aliquod crimē à lege infligitur poena amputationis manus & mortis: incipientiam fore exequitionem poenæ ab amputatione membris: & sic à minori poena. Bart. Bald. Angel. & Platea in. l. omnes. C. de delatori. hoc ex Accursio inibi deducentes: cum tamen is id expressim non probauerit Barto. item accedit Corset. in sing. verb. poena. & Paulus Castrensis in Authen. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. Angel. in. l. nunquam plura. ff. de priuat. deli. t. gloss. optima in. l. prima. C. de mulier. quæ proprijs ser. se coniun. quibus ea ratio suffragatur, quod alioqui poena amputationis manus: si cadaueri inferatur: poena non est l. prima. §. quoties. & §. si forte, ff. de iniurijs. quod ratione idein Corset. verbo. poena. probat, viuu esse delinquentem comburendum: quoties à lege poena ignis fuerit praefinita. l. vniuersi. C. vbi cau. fiscal. & in. l. si quis à barbaris. C. de remilita. libr. duodecimo. qui tamen tex. id expressim, & in specie sanxerunt. Rationi vero congruit cum post mortem cadaueri ipsum incapax sit poenæ: siquidem sensibus caret: ipse nimis impian, & crudelem esse censeo Bartol. & sequacium sententiam: lenta etenim mors, quæ tot cruciatibus affligit delinquentem, solet eum in blasphemias, & salutis æternæ desperationem inducere. Quamobrem apud Christianos, eam opinionem effugiendam fore existimo, nisi criminis atrocitas aliud requirat. Nam & contra Bartol. est optimus textus in. l. prima. in fine. ff. nil nouari appellatio: penden. quo in loco Paul. Castrensis a Bartol. discedit: & eadem ratione opinionem Bartoli improbat Fortunius in. l. Gal. lus. §. quidam recte. ff. de liberis & posthu. col. 24. id etenim quod glossa scribit in. d. l. l. potest sane procedere: quia poena minor leuis est, nempe verberatio: & hæc etiam si præcedat mortis supplicium: non efficit ipsam mortem lentam, nec inducit in desperationem. Sic solent iudices homines seeleratos damnare ad mortem hoc addito, ut prius publicè in quodam sparteo fæculo trahantur per terræ ligati equis, aut mulis: siqui-

dem hæc prævia poena leuiter infertur. Nec refert amputationem membrorum fieri post occisionem cadaveri exanimi, potius quam delinquenti: cum & post mortem in criminis poenam cadavera dilacerentur, aut comburatur, vel insespulta maneant: atque ita ob effugiendam impunitatem, poena legis Pompeiæ de parricidijs mortuo infertur, & cadaveri, potius quam parricidæ: is etenim prius quam insutus culeo in amnem mittatur repentina mortis suppicio strangulatur. Eodem pacto apud Christianos, si delinquens ex lege comburendus fidem Catholicam profiteatur: non comburitur viuus: imo prius strangulatur, & occiditur: ac demum corpus eius igni, & flammis traditur.

Cæterum, prætermittendum non est, hæreticos, qui iudici seculari & puniendi tradūtur, morte puniendos esse. I. Arriani. & l.. quicunque. C. de hære. glo. in cap. pen. co. titu. Hæc vero mors igne infligitur secundum Hostien. Ioan. And. & Abb. in cap. ad abolendam, & Abb. in dict. capit. pen. de hæreti. Bertran. consil. 212. lib. 2. & Paul. Grillandum de hæreticis. q. 3. quod videtur probari Ioannis cap. 15. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescit, & colligetur cum, & in ignem mittunt, & ardet. Ora Rex fecit comburi ossa hæreticorum Sacerdotum Reg. 4. cap. 23. libri item hæreticorum comburendi sunt nè legantur: quod latè probat Alfoncus à Castro libr. 2. de iusta hæret. punit. cap. 15. Nam & Arij hæretici libros combustos fuisse in concilio Nicæno, testantur Socrates lib. 1. ca. 9. & Sozomenes lib. 1. Histo. Eccles. cap. 21. facit ad hæc l. 2. C. de iudæ. & l. nullus. C. de malefi. & math. & l. Sacrilegij. de Sacrileg. & ad. l. Iuliam peculat. licet in hæreticis minimè loquatur. Quamobrem in primis obseruandum est, iustissimè hæreticos poena ignis puniri, & æquissimè hanc hæreticorum combustionē, moribus inductam esse: sicuti palam est, & probant Ioan. Echius contra Lutherum artic. 27. Ioan. Arbor. Theosophiæ libro. 8. cap. 9. Alfoncus à Castro dict. libr. 2. ca. 12. Ioan. Corasi. libr. 3. Miscel. capit. 8. aduersus Zesium consil. vlti. primæ partis. Eandem poenam aduersus Hæreticos iustum esse probare mihi videtur Athanasius libr. de fuga. cuius verba tradit Socrates lib. 3. Histo. Eccle. cap. 8. quorum rationes, & authoritates missas facio: eo quod obviae cuique sunt horum scripta: & quod res sit manifestis rationibus satis probata: & item authoritate divi Gregorij lib. 1. Dialogorum cap. 4. qui testatur Romæ Basilium quendam Magum com-

bustum fuisse: & Constantiensis Conciliij, quod Ioannem Vitclleff hæreticum pronuntiant, memoriam eius damnauit, ac iussit ossa exhumari, & comburi. Eodem item congregato Concilio Hieronymus Praga hæresis damnatus: ab his, qui concilio aderant, traditus seculari potestati comburitur. Hæc vero ignis poena nec iure Pontificio, nec Civili statuta est usque ad Imperatorem Fredericum Secundum: Regem item Neapolitanum: qui Anno Domini Millesimo ducentesimo vicesimo secundo legem sanxit, qua hæreticos viuos comburi iussit. Huius meminere Repertorium Inquisitorū verbo, comburi. Matthæ. Afflīct. in constitutionibus Neapolitanis titul. prim. nume. 43. Ludoui. Carrerius in pract. crimi. titu. de hæretic. numer. 132. extat ipsam lex inter Neapolitanas constitutiones rubric. 1. incipiens: inconsutilem tunicam. idem apud Hispanos post hanc Frederici legem annis ferè viginti statutum est. l. secunda. titu. 26 parti. 7. & l. 2. titul. 1. lib. 4. fori. vnde quod Hosti. Ioan. And. & sequaces scripsere in dict. cap. ad abolendam, potius ad consuetudinem, quam ad ius referendum est. Nec locus Ioānis quicquam probat ad hanc rem, cum intelligendus sit de poena ignis æterni. quod ostendunt Alfoncus à Castro dict. capit. 12. & sequen. Villadiego de hæresi. quæst. 15. Henric. in dict. cap. ad abolendam. col. 6.

Tandem in Hispania hæretici, qui traduntur iudicibus secularibus, si poenitentiam egerint, etiam in ipso mortis tempore, nec hæresim ipsam proterue, & contumaci ad obitum usque affeueratione probauerint, prius quam igni tradantur, occiduntur faucibus compressis: nam & hi ad poenitentiam ab Ecclesia recipiuntur: eisq; ministrantur Sacramenta absolutionis, & Eucharistia. capi. super eo. de hæreti. in. 6. etiam si milles fuerint relapsi. Hi vero qui hæresim ita ampli fuerunt, vt nec ipso mortis tempore eius poeniteant, viu flammis traduntur absque villa quia indigni sunt, iudicium misericordia.

Hinc ad effugiendam inhumanam poenam, qua iudices Collegij instituti apud Hispanos ad persequendos, & puniendos delinquentes in erro, vtebantur, qui vulgo, de la hermandad dicuntur, sancitum est à Carolo Cesare Primo Hispanorū Rege Segobiæ, Anno Millesimo Quintagesimo tricesimoquarto. l. 76. Hodie. l. 46. titulo. 13. libr. 8. Recopila. poenam sagittarum in quenquam exercendam minimè esse: ni prius is faucibus compressis stranguletur. quod pietati instissimi, & Catholici Principis tribuendum est.

## Ex capite sequenti.

S V M M A R I V M .

1. *Instrumentum non liquidum, an ex lege Regia & statutis Italiæ exequutionem paratam habeat?*
2. *Quid de instrumentis conditionalibus? & inibi, & numer. sequenti Regiæ legis praxis.*
3. *Quandoque apud supra Regis tribunalia exequutione partim renocatur, partim benignitate quadam temperatur.*
4. *Scriptura priuata quandoque habet ius exequutionis summarie.*
5. *Examinatur decisio Bart. in l. 3. ff. de annuis leg. de promissione soluendi centum tribus terminis.*

**D**e exequutione instrumenti publici, quod conditio-  
nale est vel liquidam quan-  
titatem minimè con-  
tinet.

## C A P . X I .

**L**ERISQVE IN LOCIS statuto cauetur: & lege Regia cautum est: quod instrumenta publica ita paratam habent exequutionem, ut absque iudiciorum ordinarijs solennitatibus, dilationibus, & libellorum formulis: captis statini pignoribus, & publica sub hastatione venditis exequutioni mandentur: Regia l. 4. c. 5. titu. 8. libr. 3. ordin. Hodie l. 1. & 2. ti. 21. libr. 4. Recopil. & l. 64. Tauri. Hodie l. 3. ti. 21. libr. 4. Recopila. Nisi debitor intra decem dies à die, quo ipse à iudice petierit, captionem pignorum, causa exequutionis premissam, & mando iudicis factam reuocari, aliquid allegauerit & probauerit, quod legitime ultimam pignorum captorum venditionem impedit: sicuti eisdem legibus expressum est. ad quarum proxim dum est, quid agendum sit de instrumentis publicis, ex quibus apparet promissum fuisse interesse damnorum, seu expensarum restitutionem, vel aliud, quod certa quantitate, nec liquidum, nec definitum est. Nam Bartol. in l. prima. numer. 17. ff. delegatis secundo. existimat etiam in hac

specie legibus, & statutis locum fore, & hæc instrumenta statim & esse tradenda exequutioni. cum in ipso etiam summario iudicio facilimè, quod modo incertum apparet, liquidum & certum fieri possit. probat hoc ex eadem. l. prima. vbi obligatio praesens censemur absque die, & conditione, tamen si eius quantitas in arbitrio m alterius, & ejus definitionem conferantur. ad idem est optimus textus in. l. prima. C. de sent. quæ sine cert. quantita. profer. qui probat eam dici certam sententiam, quæ condemnat aliquem ad usuras, interesse: quod liquidum non est. Sic & in vniuersalibus iudicijs sententia certa pronuntiatur, vniuersalis tamen, & in exequutione tractatur de certa quantitate, certisve rebus definiendis. gloss. communiter recepta in. l. prima. ff. de ædendo. quo in loco Barto. nume. octauo. Paulus Castren. numero nono. Fulgosius numero sexto. & Roma. quarto. idem Bartolus in. l. secunda. C. de senten. quæ sine certa quantita. eandem opinionem probant textus optimus, & ibi Bartolus in. l. defensionis facultas. C. de iure sci. libro decimo. idem Bartolus in. l. prima. ff. iudicat. solui. ultima columna. Romanus consilio. 76. columna secunda. ad idem est locus Iurisconsulti in. l. minor vigintiquinque annis, cui fidei-commissum. ff. de minoribus. Item sententia prærunque fertur in iudicijs generalibus, qua reus damnatur ad reddendam administrationem tutelæ. l. secunda. C. de iudic. & tamen in exequutione huius sententiae tractatur de rationibus dan dis, & liquida quantitate definienda: ad cuius solutionem reus cogatur per exequutionem: quem admodum communiter omnium sententijs probatum est in dicta l. prima. & in dicta l. 2. & in forensi praxi frequetissimè seruatum. tandem opinionem Bartoli fatetur communem esse Iason in dicta l. 1. ff. de ædend. numer. 33. & 31.

Cotraria opinio pluribus authoritatibus, & rationibus instrui potest: & prima, quod Regia lex expressim exigit, certam quantitatem definitam fuisse in instrumentis, ut fiat summaria exequatio: quod patet in d. l. 5. Secundo ex eo quod nihil iure peti potest, donec exploratum sit quid debeatur. l. hoc iure. ff. de verb. obli. idem probat text. in l. perinde. §. notandum. ff. ad l. Aqnil. l. vlti. C. de compensat. ad idem tex. in l. haec autem. §. non defendi. ff. ex quib. caus. in pos. catur. Et præterea, si instrumentum non liquidum mandetur exequutioni dato precepto solutionis: aut capti pignoribus, & reus nihil aduersus instrumentum intra diem a lege definitam allegauerit, nec probauerit,

uerit, contingere planè exequutionem ipsam omnino habiri: nondum ipsius instrumenti quantitate ad certitudinem redacta: quod est satis contrarium iuri, & rationi: qua argumentatione vtitur aduersus Bartho. Soci. consil. 89. libr. 3. col. 2. vbi communem opinionem reprobat post Baldum in l. vltim. C. de eompensa. & in l. secunda. C. de exeq. rei iudic. Socin. consil. 51. libr. 1. col. tertia. Areti. consil. 21. dubio. 3. & consil. 32. dubio. 1. Bald. & Cuma. in l. 1. ff. de legat. 2. Bald. in l. cum testamento, in fine. C. de testamen. manu mis. Bart. in dicta l. perinde. §. notandum. Alex. consil. 188. libr. 2. & Iason in dicta. l. 1. nume. 31. ff. de ædendo. & Rebuffus super Regias constitutiones tracta. de literis oblig. artic. primo. glo. 9. nume. 8. ex quibus satis dubia redditur Barto. sententia: cuius interpretatio, & verus sensus diligenter est examinandus vt plane constet an Barto ipse contrarias hac in re opiniones scripsit: & quid in praxi agendum sit.

In summa instrumenti non liquidii exequutio petitur, & fieri potest in hunc sanè sensum: vt summario iudicio citato reo ipso: prius ad liquidam quantitatem deducitur ipsius contractus incertitudo: ac demum hoc acto legitimis probationibus utrinque productis: fiat exequutio: deturque mandatum à iudice de capiendis pignoribus ad venditionem, aut ipsomet reo ad carceres ducendo in bonorum subsidiū: ita tandem vt ante hanc summariam quantitatis definitionem preceptum hoc nec detur: nec reus ipse, nec bona capiantur. Nullibi enim iure probatur posse à iudice exequente pignora capi, nec condemnatum in carcerem pro solutione duci, nisi constet quid soluere reus teneatur. huius sententie authores sunt Bart. in dict. l. proinde. per tex. ibi. ff. ad. l. Aquil. §. notandum: idem eleganter in l. 1. col. vlti. ff. iudi. solui. Bal. in l. 2. nu. 9. C. de exequut. rei iud. Alex. in l. 4. ff. de leg. 2. nu. 13. Aret. dict. consil. 21. dubio. 3. Iason in d. l. 1. nu. 32. ff. de eden. Socin. in dict. consil. 89. lib. 3. col. 2. expressum Roderi. Suares in repe. l. post rem. ff. de re iudica. 4. limita. ad. l. Regiam. dicens ex hoc quod prius, quam exequutio fiat à iudice, petet actor, vt reus cogatur interrogationibus respondere ad definiendam, & probandam liquidam contratus quantitatem. Quinimo hanc opinionem deduci à Barto. in. d.l. 1. ff. de æden. & in. l. 1. ff. de leg. 1. & his qui eum sequuntur, constat. quia ipsi carent in iudicio exequutionis absque litis contestatione, libello, testium publicatione, & alijs solemnitatibus ad liquidum deducendam ipsius

contractus quantitatem, vt appareat ad quam usque quantitatē sint pignora capienda, & sub hastatione publica vendenda: alioqui absurdum esset, dari à iudice mandatū de capiendis pignoribus pro incerta quantitate, nec id posset ullo iure defendi. deinde Bart. & qui eius opinioni subscripsere probationem adsumunt ex gl. in dicta l. 1. ff. de eden. versic. vt perinde. quę scripsit, sententiam super iudicio vniuersali incertam vale: quia in iudicio exequutionis poterit ad certitudinem reduci, & tamen apertissimum est, lata sententia in iudicio vniuersali non posse exequutionem actu fieri captis pignoribus donec certum sit quid ex ea sententia debeatur. atque ita passim sit apud Suprema regni tribunalia. Vnde manifestum est, his omnibus diligenter perennis, Barto. ipsum nec contraria scripsisse, nec ullibi voluisse, contractum nondum liquidū, etiam iure Regio & statutorum, posse statim mandari exequutioni captis pignoribus, vel ipso reo.

Cæterum Paul. Castræ, in dict. l. 1. ff. de ædendo, num. 9. contrarium tenet, scribens in hunc sanè modum. Eodem modo dicunt Doct. si statutum dicat, quod instrumentum mittatur exequutioni, & ego habeo instrumentum super summam non liquida puta super interesse, possum petere exequutionem, & facere capite, vel bona tua, & postea liquidabo quantitatem. Hacenus Paulus. cuius opinio ad communis, vt ipse existimat, sententiæ interpretationem hanc rationem habere videtur, quod etiam captis pignoribus ad exequutionem; interim dum subhastatio fit, & ultima licitatione pignora licitanti venduntur, potest actor citato reo summam incertam, certam probationibus efficere, potissimum iure Regio quibusdam placet, quia reus eodem iure potest tacete, & expectare dictum ultimum subhastationis, & tunc seipsum opponere exequutioni causas in iudicio proponens cur fieri non debeat, imo sit reuocanda, à quo dicitur itidem decem: alios communes quidem ibi & actori ad probandas exceptiones, quę exequutionem impedianc iuxta. §. 9. Pragmaticæ ordinis judicialis. 42. Igitur dum subhastatio peragitur seruata iuris solennitate, & intra hos decem dies poterit priusquā exequutio finiatur ad certam & liquidam quantitatem contractus incertus deduci, vt iuxta eam definitionem solutio fiat. Hęc tamen praxis palam refragatur Barto. eiusque adiutoris, si recte eorum sensus perpendatur, & præseruit Barthol. Socin: qui in dict. consil. 89. libr. 3. colum. 2. præmisso statuto omnino Regiae

## Libri secundi, Caput. XI.

605

Regie legi simili, respondit: non posse à indice dari præceptum de capiendis pignoribus, nisi prius constat quantitas certa. Nam, ut is ait, dies datu*m* statuto ipsi reo, solum dantur ut is probet solutionem aliam uice exceptionem, quæ exequutionem omnino impedit, non ad definiendam certam obligationis quantitatem, & ideo ipsa lex in specie sanxit, non probante reo quicquam intra decem dies exequutionē finiendam fore, etiam si actor nihil præterit, quod ex Pauli Castrensis decisione fieri nequit, siquidem reo non probante, si actor itidem certam quantitatem obligationis non ostenderit, exequutio finiendi non debet, imo iudicium cessat. Et præterea si admittēdus est Pauli Castren. sensus, quam obsecro quantitatē iudex in præcepto definit, ut pro ea soluenda pignora capiantur? si dixeris, nullam profecto ridiculum est pignora capi iudicis autoritate, ni prius compertum sit, ad quā usque quantitatē capienda sint, erit etenim incorrectus exequutor, qui si capiat pignora maioris valoris, quam pagat, iniuriam facit reo: at si minoris, actori. Quod si capienda sint pignora pro ea quantitate, quam actor, cum petit exequutionē, explicerit, veluti profecto mihi ostendi, quo iure id fiat. Non me latet quandoque secundum hanc Pauli interpretationem exequutiones fieri, & factas esse, & tamen si præceptum à iudice fiat de capiendis pignoribus, vel persona, nondum, summarie saltem, definita quantitate, & ab eo appellatum fuerit: non video qua ratione sit præceptum id confirmandum, imo reuocandum esse censeo. sic Rupellanus Forensium institutionum libr. I. capit. 4. testatur. apud Gallos non esse usu forensi receptam Pauli opinionem, ni prius quantum intersit, liquidum factum sit. Quod si à præcepto appellatum non fuerit, & facta sit exequutio, atque intra decem dies certa definita fuerit quantitas, pronuntieturque à iudice peragendam esse, & finiendam bonorum subhastationem à qua pronuntiatione sit appellatum, tunc non solet reuocari iudicium hoc exequutionis ex hoc defectu: certae quantitatis, nec ex eo quod præceptum à iudice processerit intempestiuē. Et ita sit frequentissime, censetur que iudicium istud iure exequutionis etiam apud iudices appellationis.

Primum, ex his constat, non esse necessarium immo falso, damnosum, & inutile quod hac in rescriptis Baldus in l. secunda. num. 11. C. de exequutio rei iudi. vbi sensit oportere prius quam instrumentum non liquidum, mandetur exequa-

tioni, ipsius certae quantitatis examinationem fieri, ac super hoc articulo à iudice interloquitorie pronuntiari. idem probat Socin. consil. 15. lib. I. col. 3. Nam, ut dixi, haec pronuntiatio necessaria non est: imo nocet expeditioni exequutionis, & forsan, appellatione ab hac pronuntiatione proposita, iudicium ipsum ex summario ordinum efficeret. Quamobrē à Baldo recedit Rosdericus Suares dict. limitatione. 4. fateortamen licere omnino ipsi reo huic examini; & certae, ac liquidæ quantitatis definitioni obijcere quicquid iure eidem obesse potest, licet statuto, vel lege prohibita sit contra instrumentum exequutionis obiectio, cum hic contra instrumentum nihil opponatur, sed aduersus definitionem certae ipsius contractus quantitatis, quæ ex ipsa scriptura certa non est: quod expressim Baldus assuebat dict. numero. 11. quem Hippolyt. sequitur singularia. 168. idem Ioani Baptista in l. admonendi. ff. de iure iuran. colum. 22.

Secundo, deducitur hinc non posse procedere, nec iure probari quod scribitur Soci. consil. 89. libr. 3. & Roma. consil. 211. dum existimant, opinionem Bart. in d. l. 1. ff. de leg. 2. quam diximus communem esse, veram censeri, vbi instrumentum continet quid incertum, vniuersale tamen, vt peculium, haereditatē: securus tamen esse dicendum si contineat instrumentū quid incertū, particulare tamen, vt interesse, damna, & similia: tunc etenim non posse instrumentū illud iuxta statutorū decisionem mandari exequutioni censem: quod procul dubio falso est, utroque enim calu satis probatur communis opinio.

Tertio, rurius appetit opinionem Bartol. & communem obtinere, etiam vbi lex vel statutum non tantum ipso iure faciunt exequutionē, sed & ipsam faciendam iudici committit: quia iuxta verum sensum eius, quod Bart. scripsit, nil refert fiat exequutio statim à lege, vel sit à iudice ex lege peragenda, quicquid Barthol. Socin. scriperit in dict. consil. 89.

Quarto, omnibus his diligenter inspectis arbitror Pauli Castrensis sententiam admittēdam fore in ea specie, vbi instrumentum continet certam tritici, vini, aut olei quantitatem: nam mandabitur exequutioni ante quam liqueat quantus sit tritici valor, siquidem valoris incertitudo debitum incertum non reddit, quamobrem ex præcepto iudicis viator, seu apparitor, aut publicus minister statim capiet pignora, eisque ablatis, dum auctione & subhastatio differuntur, certus constituetur tritici, aut vini valor pertinet, aut pro-

aut probos, peritosque estimatores. quod expressim decisum est à Rupellano libr. primo. Po rensi institu. capi. quarto. & apud Gallos lege Regia statutum à Francisco eorum. Primo eius nominis Rege, ut constat capit. 76. ex Francisci legibus. Idem existimо apud nos seruari posse, quia & iure Regio Hispaniarum id probari re vera iustitia potest.

Quinto, apparet quid dicendum de instrumentis publicis conditionalibus, quibus certa quantitas promissa sit sub conditione. & respondendum est, instrumenta & verē conditionalia, possunt iuxta legem Regiam, & statuta Italiz exequutioni mandari, modo prius summarie citato reo constet iam conditionem euenisce, nec poterit dari præceptum de capiendis pignoribus. donec probatum sit conditionem contigisse, tamē iam ea euenerit. quod probatur in l. hoc iure ff. de verborum obligationibus. & in l. Fulcinius. §. si in diem ff. quibus ex causā in poss. eatur. notant Baldus in l. cūm testamento. C. de testament. manu. & in l. secunda, columnā secunda. C. de exequut. rei iudic. Angel. in l. seruum communem. §. Titius hæres. ff. de vulgari. Ripa in l. in illa. numer. oīl auo. ff. de verborum obligacionibus. Rebus super leges Regias tract. de literis obligat. articul. secundo. gloss. prima. numer. septuagesimoprimo. Corneus consilio. 112. libro primo. columnā prima. Guido Papæ quæst. decimaquinta. Rodericus Suares in dicta l. post rem. limitatione quintra. ad legem Regiani. Et probatur, nam licet ab initio hoc instrumentum conditionem habeat, nec purum dici possit, post et tamen eueniēt conditione, iam omnino purum censetur, & ideo quanvis ius exequutionis non competit, nisi instrumentis puris, competit huic postquam constat id purum esse, etiam si Alexand. & Iml. in dicto. §. Titius hæres. refragentur, tandem eadem resolutio conuenit huic dubitationi, quæ in præcedenti fuit examinata, quod maxime est aduertendum, & semper considerandum sit ne instrumentum verē conditionale, nam poterit iudex hac in re falli plerūque, existimans esse conditionale instrumentū quod verē purum est, licet ex eo actor aliquid agere teneatur.

In hac tamen publicorum instrumentorum exequutione magis receptum est, vt statim producatur instrumento corā iudice, iudex ipse absq; citatione debitoris, præceptum apparitori, aut ministro publico det ad capienda pignora, vel personam, ac iubeat debitorem ipsum citari ad

præconia publicæ auctionis, & speciatim ad ipsam ultimam pignorum addictionem, quam vulgo dicimus, *Trance y remate*, sicuti explicat Suares in dicta l. post rem. limitatione. 12. ad legem Regiam. & §. sed pulchrum dubium est. Folio 146. deduciturque ex l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. libr. 10; quæ quidem præconia ter celebrantur in rebus mobilibus & tertio quoque die, in immobilibus decimo, repetita l. 1. titu. *de las deudas*. libro. 3. Fori. contingit vero sepiissime causam exequutionis deferri ad suprema Regis tribunalia ex causa appellationis, apud quæ si actione publica circa prædictam formam, aut aliā more regionis receptam, peccauerit, alioqui iure optimo & iuste facta exequutione, revocatur ipsa iudicis pronuntiatio, totaque exequutio: & mandatur omnia bona iure exequutionis capta ipsi reo restitui absque ullis expensis, cum eorum fructibus: modo prius soluat quātitatem in ipso publico instrumento nominatim expressam, datis ab auctore fideiussoribus de iudicio sistendo, & iudicato soluendo quo ad ordinariam indebitæ pecuniae repetitionem iuxta Toleti legē quæ §. est titul. octauo. libr. tertio ordinamen. Hodie l. secunda. titul. vigesimoprimo. libro quarto. Re copil. quandoque omittitur hæc clausula de fideiussoribus, quoties suspicantur Regij iudices, nullam competere reo aduersus contractum defensionem. probat istam praxim text. optimus in l. vltima. §. vltimo ff. quod met. caus. cuius ad hæc rem meminere Alexand. & Iason numero duodecimo. in l. à diuino Pio. §. in venditione ff. de re iudicat. Romanus singula. 511. Abb. in capi. quo ad consultationem. de re iudica. colum. penulti. Bartolus in dicto. §. in venditione. Alexan. in l. finita ff. de dam. infecto. 3. col. Baptista de. S. Seuerino in tracta. de debitoribus suspect. & fugiti. quæst. 14. Quod si subhastatio facta fuerit legitimè, habet reus ad retrahendas res mobiles triplum, ad immobiles nouem dies, quemadmodum communiter obtentum est in hoc Regno, vt asseuerat Didacus à Castello in l. 70. Tauri. verb. Remate. & nihilominus in hac specie Regiæ curiæ iudices, & qui summis prætorijs aſidēt, etiam his diebus elapsis, proprio iudicio, & sententiam confirmat exequutionem, hoc adhibito moderamine, vt si reus intra certam diem pucniam ratione contractus debitā soluerit, & exequutionis expensas, bona omnia capta ex causa exequutionis sibi reddatur. Nec sit fructuum restitutio, cūm ex gratia potius quam rigore iuris hæc sententia feratur. Et præsertim hoc ita pronuntiatur,

ciatur, vbi pignorum venditio, & additio in publica auctione fit alicui suppositio licitatori; ad hoc, ut eadem bona statim creditori tradat vel sa-  
nè quoties visum est, ipsam venditionem publicam non fuisse factam iusto pretio. Oportet ta-  
men iudicem ipsum, qui exequutionis iudicium  
tractat, iam tribus præmissis præconijs, senten-  
tiam pronuntiare, nominatim ad eam citato reo,  
qua iubeat ultimam fieri pignorum yditionem,  
seu additionem, quam equidem pronuntiationem  
iudex suspendet, si reus se opposuerit ex-  
equutioni: vt intra decem dies iuxta legem Regiæ  
contra ipsum contractum probet iustum aliquā  
exceptionem, qua tandem probata, iudex reuocat exequutionis mandatum: ea vero non pro-  
bata pronuntiat ultimam pignorum venditionē  
publica subhastatione, & licitanti additionem  
fieri debere.

Illud sane omittendum non est, vsu forensi to-  
tius Regni Regiam constitutionem ita receperam  
esse, vt non omnia publica instrumenta ex ea sta-  
tum tradantur exequutioni, sed ea tantum qua  
clausulam Guarentigiam, quæ vulgaris est, ex-  
pressam habent. Nam cum omnibus publicis in-  
strumentis hæc clausula passim adscribatur au-  
thore Barto. & alijs in l. cum vñus. ff. de bonis au-  
thorita. iudi. poss. Regia constitutio, que hoc ius  
exequutionis tribuit publicis instrumentis, po-  
tissimum considerauit Italij, & totius orbis Christiani ysum, & ideo verè iuxta propriam legisla-  
toris mentem sic est eadem lex intelligenda. quod  
Rodericus Suares adnotauit in dicta l. post rem.  
ff. de re iudicat. colum. decimatertia. post legem  
Regiam. & Segura in l. si ex legati causa. num-  
ero septuagesimo octavo. ff. de verborum obliga-  
tionibus. & quanuis probari, ac defendi rationi-  
bus, & iuribus posset, legem Regiam ius istud  
summariæ exequutionis publicis instrumentis  
concessisse ex eo tantum, quod scripture sint pu-  
blicæ, etiam si præfata clausula fuerit omessa: ta-  
men prior opinio ita frequentissima forensum  
praxi recepta est, vt iam controversia nullus sit  
relictus locus. Nam & hic vsus probatur ex eo  
quod capitulo, ultimo earum constitutionum,  
quæ Madritiæ statuta fuerunt, Anno Quingente-  
sim Tricesimoquarto. Hodie. l. quinta. titulo  
vigesimali. libr. quarto Recopila. obiter  
mentio fit legis Regiæ de exequendis contracti-  
bus Guarentigis: igitur cum inibi Regia consti-  
tutio de exequendis instrumentis ad contractus  
Guarentigios referatur, apparet manifeste ab-  
que ullo dubio, non fore locum Regiæ legi in-

contractibus, qui Guarentigij non sint.

Eadem vero Madritiæ constitutione, Hodie  
l. quinta supradicta, ius hoc exequutionis sum-  
mariae concessum est priuatis scripturis, ac Chi-  
rographis, modo eadem priuata scriptura agni-  
ta sit coram iudice ab ipso reo: siquidem pro-  
ducta apud iudicem scriptura priuata statim ipse  
reо præcipitur, vt intra breve tempus ad iudi-  
cem accedat eam recognitus ante litis conte-  
stationem vt existimant Bald. in l. contra negan-  
tem. C. ad legem Aquiliam. Romanus consilio  
373. Curtius Iunior in l. admonendum. nume-  
ro trigesimo septimo. ff. de iure iurando. Regia  
l. 119. titulo decimo octavo. partita tercia. qua  
probatur, priuatam scripturam agnitam à parte  
eandem vim habere acsi esset à tabellione con-  
fecta. idem deducitur ex ratione. l. Publia. ff. de-  
posit. l. cùm de indebito. ff. de probationib. l. scri-  
pturas. C. qui potiores in pigno. habeantur. no-  
tar Faber. Bartol. in dicta. l. admonendi. numer.  
vigesimali. Alexan. consilio. 191. colum. 1.  
lib. secundo. l. cùm antiquitas. C. de testamen. &  
nihilominus, nisi foret prædicta lege Madritiæ  
id decisum, nequaquam scriptura priuata à reo  
etiam agnita summarie vt instrumentum publicum  
mandaretur exequutioni, duabus rationi-  
bus. prima. lex de exequendis publicis instrumen-  
tis veteri iuri contraria est, vt constat ex notatis  
in l. post rem. ff. de re iudica. & ideo non est ex-  
tendenda ad priuatam scripturam, quæ & si agni-  
ta sit, non habet publici tabellionis authorita-  
tem, quanvis omnino probet ob rei agnitionem.  
Secunda, quod non omnibus publicis instrumen-  
tis ius exequutionis competit, sed tan-  
tum his, quibus clausula Guarentigia adscripta  
fuerit, vt modo dicebani. Non tamen inficior  
eos, qui legi Madritiæ condendæ consilium de-  
dere, ea potissimum ratione motos fuisse, quod  
priuata scriptura modo agnita sit, eandem ha-  
beat authoritatem, & fidem ex veteribus con-  
stitutionibus quam habent instrumenta à pu-  
blicis tabellionibus confecta, quamobrem iu-  
stissimam esse censeo prefatam constitutionem.  
Cui illud adiiciendum priuatam scripturam e-  
tiam recognitam tantum præjudicare, aut noce-  
re consitenti à se scriptam, vel subscriptam: non  
tamen tertio, nisi inquantum talis scriptura ter-  
tio de iure potest nocere à die factæ recognitio-  
nis. vt tradunt Abbas colum. secunda. & Feli. 3.  
in cap. 2. de fide instrumen. vnde hæc recognitio  
non trahit retro ad tempus ipsis scripturæ, ni-  
hi contra recognoscementem, non contra tertium  
haben-

habentem medio tempore hypothecam , siquidem is habebit priuilegia prioris , & potioris creditoris . quod in specie notat Carolus Molinæus in consuetu . Parisien . titu . primo . § . quinto . num . decimo sexto . idem probatur ex notatis in dicta I . scripturas . Quid autem dicendum erit , cùm pri uata scriptura habetur pro recognita , & talis cencetur ob contumaciam rei vel nolentis respondere , vel comparere recusantis ex capit . vltimo . de confess . in sexto . quod in specie tradunt Corneus consilio . 296 . libro tertio . colum . prima . & Aufrerius in stylo Parlamen . 1 . part . rubri . de defectu super act . pers . versic . item aduerte . an & in his casibus ex lege Regia mādari possit execu tione ? Et licet res dubia sit , tandem Rebussus super constitutiones Regias tracta . de Chirographis . nume . 98 . existimat in specie locum esse legi Regiæ , quę & apud Gallos eadem est , & execu tioni locum fore , quod æquissimū esse constat , cùm alioqui contumaces præmio afficerentur , esse tamen ad hunc effectum reus in propria persona citandus expressim ad recognitionem , nisi fraude & dolo hanc citationem effugeret . argumen . l . prim . titul . nono . 3 . ordina .

Supereft modo quæstionis cuiusdam examinatio , quandoquidē instrumenta ius paratae execu tioni non habent , nisi iam decursis diebus , & terminis ipsi solutioni adscriptis : dubitatur tandem quid si quis + promiserit nongentos aureos tribus terminis , tribus solutionibus soluendos , quo pacto hæc solutionis dilatio intelligenda sit nam Barto . eleganter in . l . tertia . ff . de annuis legat . scribit , tribus annis hanc solutionem ita peragendam fore , vt quolibet anno ex tribus , æqualis tertia pars omnino soluatur . deduciturque hanc responsum à Iurisconsulto inibi , cuius hæc sunt verba : Sed si ita sit legatum , hæres meus Titio decem trima die dato : vtrum pensionibus , an post triennium debeatur ? Et puto sic accipendum quasi pater familias de annua , bima , trima die sensisse proponatur . Hactenus Vlpianus , eandem Bart . sententiam sequuntur Lancelot . Decius ibi , Romanus num . sexto . Alexand . numer . 8 . in . l . qui bona . § . vltimo . ff . de damno infecto . idem Alexand . in . l . eum qui calendis sub . l . stipulatio ista habere licere . § . vlt . num . 6 . ff . de verbo . obliga . quibus profecto assentiendum non est , cùm omnino falsa sit eorum opinio . Illud etenim verius est ambiguitatem istam , & incertitudinem arbitrio boni viri definiendam esse , qui attentis qualitatibus personarum , & quantitate pecuniae promissæ prouide-

rem hanc ad certam diem deducet , & interpretabitur . quod in specie adnotarunt Cumanus in dicta . l . tertia Iason , & Zasius numero . septimo . in dicta . l . eum qui calendis . & his suffragatur tex . in dicta . l . tertia . in principio . versicul . sed si adiectum sit . Sic & illa promissione , promitto centum dare in diebus illis , arbitrabitur iudex serio ne an loco processerit promissio , & quo tempore exoluenda sit , vt optimè respondet Andreas Alciat . in . L . inter illam . § . vltimo . ff . de verborum significatione . quicquid alijs in dicta . l . eum qui calendis . aliter visum fuerit . Nec mouisset Bartolum Iurisconsulti locus , si is veram habuisset dictionem cognitionum . Compertum quidem est apud Iurisconsultos , annua , bima , trima die , idem significare quod anno , biennio , triennio , vt de tribus annis intelligendum ita sit , quod quolibet anno æqualis solutio fiat , totaque promissa quantitas in has tres distinguatur pensiones . probat dict . l . tertia . in principio . l . si ita . ff . de manu . testamen . text . & ibi glo . in . l . ynica . § . cùm autem . C . de rei vxor . actio . ratio autem huius dicens generis ea est , quod dies in genere fœminino tempus significet : & annus , quod est vnius anni : bimus , quod duorum : trimus quod trium annorum . Igitur annua , bima , trima die optimè præfatum sensum habent , sicuti explicant Laurentius Valla libr . quarto . elegantiarum cap . 80 . & Nebrissensis in Lexico iuris ciuilis dictione annua : Quod si tantum scriptum fuerit Trima die , respondit Iurisconsultus idem esse , ac si scriptum foret : annua , bima , trima die . Vnde constat sub trima die , præmitti annuam , & bimam diem , & triennium significari , ex eo quod trima dies de triennio propria vi , & significatione intelligenda sit . Quo fit maximam deprehendi halucinationem , cùm paria iudicantur hæc duo , trima die , & tribus terminis , cùm trima dies proprie triennium significet , tres autem termini ad tres menses , ad tres dies possunt commodè referri . ex his plura possunt deduci .

Primum , hanc promissionem , promitto mil le soluenda triennio , esse accipiendam in eum sensum , vt quolibet anno ex tribus æqualis pensionibus soluatur , mille in tres æquas partes distributis . quod probatur in dict . l . 3 . sermone autem Hispano ita pronuntiatur . Los cuales mil ducados pagar , y me obligo a pagar en tres años primeros siguientes : secus ipse responderem , si promissio in hunc modum fuisset concepta , promitto mil le soluenda ab hinc triennio , id est . Los cuales prometo de dar y pagar de oy en tres años . Tunc etenim

oīm opinor nullam pensionem, nec partem huīus quantitatis soluēdam necessariō fore nisi iam decūso, & peracto triennio.

Secondo hinc apparet Ludoui. Roma. & L. mol. in dicta l. cum qui calendis. deceptos palam fuisse dum opinantur, promissionem soluendi tribus terminis, ad tres proximos dies esse referendam. ex dicta l. cum quā quā minime eorum sententiam probat, siquidem stipulatio dan dicētum auctoꝝ calendis, ad proximas calendas perinde tres verò termini non magis ad tres dies, quam ad tres menses. Apud hanc ad tres annos pertinacē.

Tertio illud manifestum est, non procedere, nec iure defēchi posse quod Bartol. Paulus Caſſenſis. laſon. censent in dicta l. cum qui calendis existimantes, promissionem hanc, promitto centum in diebus illis, ad duos proximos dies referendā esse, per tex. in l. inter illam. §. vlt. ff. de verbi significa. nam in dixi, ea promissio arbitrio iudicis est interpretanda, & intelligenda. Jurisconsultus etenim in dicto. §. vltimo tractat de alia promissione ab hac differenti, nempe de ea, qua quis promittit centum soluere post dies, vel post annos, quā de duobus intelligitur. Et tamen adhuc si ea species modo contingere, ipse existimare, rem hanc arbitrio boni viri moderandam, & estimandam, nec admittendum fore Jurisconsulti responsum. & id probatur inspectis personarum, temporis, & negotiū qualitatibus, quibus satis persuasum erit iudici, non esse locum veterum Jurisconsultorum responsis.

### Ex capite sequenti.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Redūctio ad arbitrium boni viri coram quo iudicetur, perduca, late disputatur.
- 2 Etiam si arbitrorum, & arbitratorum iudicij & definitionibus ex lege competat. Summaria exequuntur non censuris attributa iudicatio, & iniunctio Regiae constitutiones explicantur.
- 3 An licet appellare ab eo iudice, qui super redūctione ad arbitrium boni viri cognoveret?
- 4 Pro regulat iuris præsumitur, donec exceptio expressim probata fuerit.
- 5 Si iudice appellari potest: etiam quiescere aliquid eius arbitrio commissum est.
- 6 Regia l. viii. ex ordine iudicario examinatur.

An à iudice, qui vt bonus vir arbitratur, licet appellatur?

#### C A P. XII.

V.M. E I V S D E M Bartol. commentaria diligenter euoluimus, & examinamus, tandem competrimus in eadē. l. prima. ff. de legatis secundo. numero decimoctauo. adnotasse, non esse permisam appellationem à iudice, quōd id veluti bonus vir arbitratur, deducta ad ipsum, vt bonum virum, quæstione, qua quidem opinio dubia quibus dā videtur, & ideo eius examini premiato dubium illud, quo queritur, ad quē iudicē eundum sit, ut boni vir arbitratuꝝ us, iniquum arbitratoris iudicium moderetari. & idem Bartol. in l. si societatem, §. arbitrorum, numero vigesimoprimo. ff. pro socio, scribit, apud eum iudicem fore petendam reductionem ad arbitrium boni viri, qui ipsius cause iudex ordinarius, & qui eius cognitionem semoto compromiso int̄e habebat. l. secunda. C. vbi & apud quem, cuius ipse mentionem feci libro primo. capit. quarto. huius operis. ad idem est text. in l. cūm hi. §. transactiones alimentorum. ff. de transactionibus. l. ultima. C. de usur. pupill. vnde siue actor, siue reus conqueratur, arbitratoris iudicium iniquum esse, eam querelam deferre debet ad iudicem, coram quo causa ipsa foret alioqui examinanda, quod etiā probatur in cap. exposita. de arbitris. vbi præter alios Abbas columnā secundā eandem sententiam veram esse existimat. idem Abb. in cap. quinta allis, numero trigesimonoно. de iure iurati. & ibi Imola numero trigesimonoно. Socin. cōſilio. dcimooctauo. numero trigesimoptimo. libro primo. quorum sententia concors est, non esse reductionem istam petendam apud iudicem qui superior est ipsius arbitratoris & ad quē ab arbitratore esset appellandum, atque ita idem tenet Marcus Antonius Blancus de compromissis. quæstione decima. numer. decimotertio. & Ale xand. dicens hanc opinionem, communem esse consil. 131. libro secundo. numero primo. quo in loco Carolus Molin. asserit, eandem in praxi receptam esse conueniunt sane omnes in hoc.

# Variarum Resolutionum

quod non est reductio petenda apud superiorem ipsius arbitratoris. idem repetunt Bartol. Bald. Sa li. & Paul. in dict. l. secunda. C. vbi & apud quem. Freder. consilio. 285. Philipp. Franc. in rubric. de appellatio. column. penultim. Petrus Ferrariens. in practica. titul. de forma libelli quo agitur ad poenam compro. §. nec reductio. numero quinto. Lanfrancus in tracta. de arbitris & compromiss. vltim. part. quæstione decima nona. est tamen apud eos cōtrouersum satis. an is. qui secluso compromisso reus foret. si modò perat iudicium arbitratoris ad æquitatem arbitrio boni vi ri reduci. debeat omnino id petere coram iudice alterius. qui verè actoris partes. ni foret compromissum. subitus erat. an possit hanc querelam deducere ad proprium. ipsius rei iudicem? Nam Barto. in dicto. §. arbitrorum. expressim. num. vi gesimo. probat. huius rei futurum omnino iudicem eum. qui iudex est ipsius petentis reductionem. & coram quo alter. omisso compromisso. acturus erat. & existimat hoc probari in dicto. §. transactiones alimentorum. & ea ratione quod modò agendum sit de exceptionibus reo competentibus aduersus actorem. & ideo tractanda causa est apud rei iudicem. idem Panormit. in dicto capitul. quintauallis. numero trigesimono no. Philipp. Francus in dict. rubr. de appellatio. column. penultim. Lanfrancus de Oriano dict. quæstione decima nona. Abb. in dicto capitul. exposita. column. secuda. contrariam sententiam. imò hanc reductionem petendam esse apud iudicem illius. contra quem petitur. probat text. in dicta. l. secunda. C. vbi & apud quem. quo in loco Bart. Bal. Ange. Salycet & paul. dum ad hanc quæstionem. illius constitutionis decisionem in ducunt. huius opinionis authores cēsentur: idem in specie asserit Frederi. dict. consilio. 285. Imola in dicto capitul. quintauallis. numero trigesimono no. & Collectar. in capit. cum dictus. de arbi. ad finem. non obstat text. in dict. §. transactiones. cum inibi non tractetur de rescissione contractus. aut sententia. sed de authoritate præstantia transactioni alimentorum. Et præterea qui petit reductionem. & si alioqui esset futurus reus. in hoc tamen iudicio actor est. & rescissionem iudicij petit: quamobrem eam petere debet apud iudicem illius. qui in hac reductionis quæstione verè reus est. sicuti satis eleganter conitat in dicta. l. secunda. multò minus oberit textus in dicto capitul. exposita. quia dux ille. causam tractavit verè ad iudicium Ecclesiarum pertinentem. quippe quæ de interpretatione sententiae cuius-

dam Cardinalis iudicis olim competentis agebat. ex his tandem appareret. reductionem ad arbitrium boni viri non esse postulandam apud iudicem superiorem illius. qui iure cōmptomissi. & arbitratoris sententiam dixerit: tametsi non desint authores. qui id necessariò tractandum esse coram iudice arbitratoris superiore. censeant. & præsertim Ange. Petrus. in l. si suspecta. §. vltima ff. de inoffi. testam. Roma. consil. 265. Ioan. Andr. in capit. statutum. §. cum autem de rescriptis. in 6. Matthæ. Afflīct. decis. 51. ex eo quod reductionis petitio similis est appellationib. l. non distingueamus. §. cum quidam. ff. de arbit. & appellatio ad superiorem pronuntiantis sententiam defenda est. l. præcipimus. C. de appellatio. vbi Bal. hanc vltimam opinionem admittere videtur. Verum quia prior communis est. de ciūs intellectu erit ulterius agendum.

Primo etenim. opinio Angeli à quibusdam admittitur: vbi ex lege municipali arbitratorum iudicia habent paratam exequitionem. vt sententia: nam eo casu. quemadmodum à sententia. ita & ab his iudicijs appellatio. & reductionis petitio proponuntur. vnde ob similitudinem. reductionis petitio est apud iudicem. qui superior. est ipsius arbitratoris secundum Bartolum. Bald. in dict. l. secunda. C. vbi. & apud quem Panormi. in dict. capit. quintauallis. numero vigesimono no. & Lanfranc. in dict. quæstione. 19. quod notandum est ad l. vlti. ordinis iudicarij Madritij. conditam. & ad l. 1. Anni quingentesimi tricesimoni. Hodie. l. quartæ. titulo vigesimoprimo. lib. 4. Recopil. ex quibus sententiæ latæ ab arbitratoribus. vel arbitrariis statim paratam habent iudicio summariorum exequitionem. Ceterum contrariū verius esse existimat Paul. Castrensi. & Salic. in dict. l. secunda. C. vbi & apud quem. Imol. in dict. capit. quintauallis. colum. vltima. Anchar. in disputatione incipienti. cum. C. laicus. Philippus Franc. in dict. rubr. de appellatio. colum. finali assuerantes etiam in hoc casu reductionem petendam esse à iudice illius. aduersus quem petitur. quibus suffragatur text. in capit. venerabilibus. in prin. & §. 1. de sentent. excomm. in 6. quo probatur. querelam proponi non posse apud eum iudicem. qui litigantium iudex non est aliter. quam per appellationem. petitio autem reductionis querela est. potius quam vera appellatio: & ideo iudex appellationis. qui non est sufficiens. nec competens ad simplicem querelam examinandum. adiri nequit ad emendationem. & reductionem sententia. vel iudicij iniquè lati ab arbitrato re. Ncc

re. Ne refert quicquam quod arbitratorum iudicia ex lego municipal, aut Regia exequitionem habeant paratam, quia id ius ei tribuitur, ut contractibus apud publicum tabellionem conuentione partium confessis, & stabilitis: non ut sententijs iudiciorum habet iurisdictionem: quod apparet: nam eadem Regia constitutio requirit, compromissum factum fuisse apud publicum tabellionem. Et prætore non sequitur, iudicia arbitratorum, seu arbitrorum, paratam habent exequitionem: ergo ipsis arbitratoribus iurisdictione à lege tributa certetur: hinc sane Panormit. scribit in capit. irrefragabili. §: cæterum. de offic. ordinationi infigi infamiam, nec produci, aut oriri ex sententia lata ab arbitrio, cuius iudicia exequitione ex statuto statim sunt tradenda: vbi compromissa sit causa criminis ad ciuilem condemnationem, q̄ia infamia non potest deduci ex sententia eius, qui iurisdictionem nō habet. Et licet Félin. dubitet in dicto. §. cæterum. colum. vltim. & contrarium teneant Bart. in l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his qui nō in famia. & Bald. inibi. Abb. in capi. cūm causa. in fine. dc. in integ. restitutamen sententia Panormit. verior est, vbi expressim à lege, vel statuto non datur arbitratoribus, vel arbitraris iurisdictione, quod in specie notat Marc. Antonius Blancus de compromissis. quæstione. 6. numero. 96. versic. de defectu sententie. quæcias vero de reductione non agitur: sed de appellatio à sententia arbitrii; quod plerunque contingere potest, tunc communiter receptum est; appellandum esse ad iudicem ipsius arbitrii pronuntiantis superiorema. l. præcipimus. C. de appellatio. tenet Franc. in dict. rubr. de appellat. colum. vltim. Angel. & alij, quorum superius mentionem feci, idem esse censeo; etiam si de reductione tractetur, si compromissum fuerit in iudicem ordinarium, ut in arbitrarem, tūc etenim ab eius iudicio petenda est reducio apud iudicem, ad quem ab eodem iudice appellatur, secundum Flori. in dict. §. arbitrorum. & Lanfranc. in dict. quæstione decimana. caendum tamen est, ne vel reductionis, aut appellacionis causa, laicus reus trahatur ad iudicem Ecclesiasticum, id enim permittendum non est, & præsertim à supremis Régiorum tribunalium iudicibus. quæ ratione forsitan tutius erit, quod etiam iure appellacionis à sententia arbitrii propositæ causa deferratur ad iudicem illius, aduersus quem retractatio sententie postuletur, sicuti in specie asserit Mateus Antonius Blancus dict. quæstion. 10. numero 15. cūm propriè hoc iudicium sententia di-

ci non possit, & prouocatio potius querela quædam, quam appellatio censenda sit deficienti jurisdictione.

His itaque explicitis inquirendum est, sit né verum quod Bart. in dict. l. prima probare conatur: scilicet à iudice causam reductionis definita non esse permisam appellationem, siquidem instrui, & persuaderi potest varijs rationibus. Primo, quia iudex hic loco arbitratoris succedit. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro focio. l. pen. ff. iudi. solui. eiusque naturam, & conditionem habere debet. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Sed ab arbitratore nō appellatur, dict. §. arbitrorum igitur nō à iudice, qui in eius locum successit ad iudicium ipsum moderandum. Item iudex, ad quem appellatum est, sententiam pronuntiare tenetur, secundum leges prænicipia, quam iudex prior administrat, authent. vt cum de appellatione cognosc. in princi. quasi prioris iudicis leges, & instituta, sequatur. Sic licet ab arbitratis appellatio permisa regulariter non sit, l. i. C. de arbitratis. tamen ab arbitratis, qui in locum iudicis ex iure eliguntur, appellatio recipienda est, capit. ab arbitratis. de offic. de legat. in. 6. vltim. C. de iudic. & præterea iudex hic, qui tractat reductionis causam, non vt iudex, sed vt bonus vir de causa cognoscit, & secundum æquitatem pronuntiare debet, quemadmodum Bart. adnotauit in dict. §. arbitrorum. p. tex. ibi. At ab eo, cui vt bono viro, & eius arbitrio, aliquid definendum committitur, non licet appellare: gloss. ia. l. tercia. §. i. versic. bonum. ff. de arbitri. vbi Bart. & Doctor. communiter. Abb. in dict. capit. quintauallis. numero trigesimo. quibus rationibus Bart. opinio comprobatur, quam etiam tenent Innocent. in capit. præsenti. de rescriptis, quod est penultimum apud Innocentij commentaria. Abb. in dict. cap. quintauallis. numero quadragesimo. Ioann. Andreas in additio. Speculat. titul. de appellationibus. §. in quibus. versic. quid si conueniat. numero decimo sexto. Saly. in. l. & in maioribus. C. de appellatio. & in. l. cūm antea. quæstio. penultim. C. de arbitr. idem in dicto. §. arbitrorum. quæstione vigesima. Cepola in consi. ciuili. 16. Fulgo. consilio. 111. & consilio. 113. Lanfranc. in tract. de arbitr. quæstione vigesima. Soci. Junior consilio de cimoquinto. columna secunda. libro primo. Saly cet. inter consil. Cardi. consilio. 139. & ipse Card. consilio. 140. Bologninus ad Ananiæ consilio. 1. dicens ab hac opinione non esse in iudicando, & consulendo recedendum. Panormit. consilio 38. libro primo. Roma. in rubr. ff. de arbitr. num.

8. Et Paul. Castrensi. consil. 121. numer. 8. lib. 2. ex quibus sat authoritatis habet Bart. sententia. quā etiam veram esse censet Petrus Ferra. in forma libelli ad pœnam compromissi. §. nec reduc̄. numero. nono. & testatur magis communem Catōl. Molin. in Alexand. consil. 106. lib. 3. litera. d.

In contrarium sententiam à plerisque itum est ex eo, quod qui pronuntiat super causa reductionis verē iudex ordinarius est. text. in dict. §. arbitrorum. vbi gloss. & Bart. Regia. l. 31. titul. vlti. part. 7. sed à iudicibus iuxta regulā iuris licet appellare, nisi expressim vetita fuerit prouocatio. l. & in maioribus. C. de appellat. gloss. insignis in. l. qui restituere. ff. de rei vendicat. cap. de appellationibus. de appellat. Francus in rubr. eod. tit. numero. 16. quo in loco dixit glo. in dict. l. qui restituere. ordinariam esse: cuius itē meminere Bald. in. Lvnica. C. si de momenta. poss. idem in capit. pastoralis. de appellat. colum. 3. Dec. in cap. cūm sit Romana. 4. colū. co. tit. nullibi reperitur prohibita hac in specie ab hoc iudice appellatio: ergo admittenda est: præsertim dum non probatur exceptio à regula iuris quæ iure & ordinario appellationem permittit. Ita sanè frequentissimo omnino consensu obtentū est vt pro regula iuris præsumatur donec exceptio probetur. glo. in. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. text. in capit. 2. in fine. de coniug. lepros. & cap. ad decimas. de restitu. spoliat. libro. 6. Bartol. in. l. quoties. ff. si quis caue. optimus text. in. l. ab ea parte. ff. de probat. & in. l. suus quoque. ff. de hered. instit. versicul. & puto generalis. Mathesel. notab. 19. Deci. in cap. consuluit. in. l. de appella. Alexan. in. l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudi. ad finem. Iason. in. l. cetera. ff. de legat. 1. notab. 3. Andr. Tiraq. libro. 1. de retract. §. 1. gloss. 9. numero. 209. gloss. celebris. quam inibi Anchār. commendat in rubr. de regu. iur. in. 6. cuius mentionem fecerunt præter alios Deci. in capitul. cum adeo. de rescripti. col. 1. idem. D ec. in. l. 1. colum. 2. ff. de reg. iur. Frācus in dict. rubr. de appellat. num. 17. quin & ipse in rubr. de reg. iur. scribit eam opinionem communem esse.

Secundū, aduersus Bart. vrget ea ratio, quod vbi aliquid committitur iudicis arbitrio, id censetur ei commissum vt bono viro. l. fideicomissa. §. quanquam. ff. de lega. 3. l. si libertus. ff. de Oper. libe. l. vir bonus. ff. iudica. solu. l. continuus. §. cūm ita. ff. de verb. obligat. quibus etiam constat commissione facta arbitrio boni viri, iudici ordinario factam censeri omnino. Et tamen à iu-

dice vbi quid eius arbitrio relinquitur appellari potest. text. singul. vbi Abb. & alij in capitul. 1. de dilat. gloss. in capit. super. + his. de accusatio. & in l. si qua poena. ff. de verb. signific. & in capitulo primo. de conf. in. 6. & in cap. R omana. §. quod si obijciat. de appellat. co. hb. nisi libero eius arbitrio, & liberæ potestati relinquatur. l. non quid quid. ff. de re iudi. Innocent. in capitul. vltimi. de ferijs. Ahani. & Felin. in dicto capitul. super his. Iason in. l. prima. col. secunda. ff. si quis ius dicent. non obr. Dec. in capit. ad hęc. in. 3. de appellatio. Abb. in capit. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. Felin. in capit. exceptionem. columna secunda. de exceptio. igitur deducitur ex hoc. appellationem permissam esse à iudice, ad quem. itum est tanquam ad bonum virum pro reductione sententia latæ ab arbitratore. qua ratione tolluntur ea, quæ partim in prioris opinionis probationem adduximus verum etenim est non esse permissam appellationem ab arbitro, cui vt bono viro aliquid commissum est, non tamen idem erit, si iudici tanquam bono viro, & eius arbitrio quid quam fuerit demandatum. quod manifestè probatur his, quæ modò adnotauimus: sicuti & præcedenti ratione tollitur prima prioris sententia ratio. cūm etiam si iudex in locum arbitratoris succedat, iudicis tamen officio fungitur, iudexq; omnino censetur & tanquam à iudice ab eo reduc̄. petitur: imo vt evidentius ea ratio cesseret, obseruandum erit, hunc iudicem non subintrare in locum arbitratoris, nec ei succedere iure surrogationis, sed vt verē iudex ordinarius ratione propriæ iurisdictionis, ea quæ vsus tractat de iniuitate iudicij ab arbitratore lati. nec tenetur iudex appellationis quo ad ordinem iudicium seruare leges illius fori à quo appellatum est, sed proprij potius tribunalis instituta. l. tertia. §. vlti. ff. de testibus. gloss. in capit. licet Canon. verb. de cætero. de elect. in. 6. Anto. & alij in rub. de consuetud. is autem articulus, vtrum appellare liceat vel non à iudice pertinet ad ordinem iudicialem non ad causa, & questionis decisionem sicuti colligitur ex Archi. in capit. non ita. 2. quæstio. 6. quo fit, vt licet à priori iudice, qui arbitrator est, non sit appellatio permissa, nihilominus ea admittenda sit ab eo iudice, qui vt ordinarius cognoscit de causa reductionis, & tractat de moderando arbitratoris iudicio. quod his rationibus probetur, atque ita aduersus Bart. huic posteriori opinioni subscriptere Bald. in. l. 1. C. ne liceat tertio prouocare. nume. 10. Paul. Castrensi. Imol. & Alex. in colum. penulti. & fin. in. l. 1. ff. de legat. 2.

Imola

Imola in l. publicorum. column. 4. de pub. iudi. Anto. 24. differentia. & Imola. nume. 36. in dict. ca. quinta uallis. Vitalis in tracta. clausularum. vbi agit de reductione ad arbitriū boni viri. cap. postremo. ad fin. dicens ita iuxta hanc sententiam in Senatu Regio pronuntiassē. Bapti. de S. Blasio in tract. de arbitris. quæst. penulti. col. pc. Areti. in c. super his. de accusatio. num. 47. & ibi Fel. num. 13. Alex. in consil. 106. libro tertio. nume. 7. scribens hanc opinionem esse magis communem, & inibi Carol. Molin: litera. b. addit eam in Regno Francie iudicū & aduocatorum praxi receptam esse.

Tandem lector optime in hac controuersia, ut & in pluribus alijs, cōventū est, quo pares sint vtriusq; partis defensores, & vtraq; opinio communis censematur, atque hinc perpendere oportet maximē cauendum esse ab his contentiosis disputationibus, & diligenter inuestigandum quid iuris vtriusque constitutionibus potius probetur. Quamobrem ad veram huius quæstionis resolutionem aliquot distinctim adnotabo.

Primum, si authorum numerus, & eorum existimatio, ac professionis homen, consideranda sunt, non dubito Bart. sententiam magis communem esse: siquidem præter ipsum ex veteribus, & junioribus plures magni nominis in hac iuris vtriusque disciplina huic potius quam aduersæ parti accessere.

Secundo, veriorem esse censeo aduersus communem Bald. Imole & aliorum opinionem. nec enim iure negare possumus, hunc iudicem, apud quem redactio petitur, ordinarium esse: dict. §. arbitrotum. & iurisdictionem habere, & ex ea ut vere iudicem de hac causa cognitum, qui non ex priori conventionibus sed legis authoritate adiungendus est ad emendationem iudicij, ini que lati, vnde non video qua ratione possit commode defendi appellacionem ab eo veritatem esse. Et ideo etiam si contraria sententia plurium autoritatē munita sit, non dubitarem ubique locorum sectandum hanc & consulendo responderem, & iudicando pronuntiare: nam & verior est, & tot assertores habet, vt Alexan. Imol. vir in his perscrutandis diligentissimus, dicto consilio 106. opinatus fuerit, hanc esse magis communē opinionem.

Tertiō, illud est præmissa Baldi opinione obseruandum, iudicem, ad quem appellatum fuerit a sententia reductionis, non ita ad strictum fore iuris rigor, & controuercentium iuribus: vt tanquam iudex, ac si non esset compromissum

sententiam dicat: nam hoc alienū est ab vtriusq; iuris sanctionibus, quæ passim statuerunt compromissa custodienda esse: imò inspecto tenore compromissi, & lesionē præter ipsius facultatem arbitratore compromittenti illata: & ipsius iudicis super reductione sententia: ipse boni viri arbitrio rem hanc moderabitur, ita quidem, vt ob modicā lesionem, vel ob eam, quæ vi com promissi tolerari potest, arbitratoris iudicium, vel iudicis reductionem, aut sententiam super calam minimē reuocet: quod colligitur ex Baldo, si is recte intelligatur in l. prima. numer. quinto. C. de his que poenæ nomi. quem sequitur Alexander in dicta l. prima. ff. de legatis secundo. Romanus consilio 1261. Præpo. in capitul. de appellationibus. de appellatio. Lanfrancus de Oria no in capitu. quoniam contra fallax. de probat. verb. interloquitoria & appellationes. Fallentia decima quinta. ex quibus oportet deducere: iudicem qui de reductione tractat, item eum ad quem appellatum sit, ea vti oportere æquitate, quia usus esset iusta compromissi formam ip se arbitrator.

Quartō, etiam si communem opinionem admittamus: concedere possumus ei locum fore, vbi arbitratoris iudicium à iuice, ad quem itum est, fuerit confirmatum. Quod si iudex in reductionis causa sententiam dixerit aduersus eum, qui non petierit reductionem: & sic arbitratoris iudicium reuocauerit: tunc grauatus hac definitione appellare poterit: quasi priori casu, qui provocauit ipsum iudicem elegerit: posteriori autem non, imò iniutus apud eum causam egerit, c. à iudicibus. 2. quæst. 6. cap. super questionum. §. verum. de officio delega. cap. cùm olim. de caus. post. & propriet. quod placet in hac specie Marco Antonio Blanco de compromiss. quæst. 10. numero. 20. ad finem.

Quintō, admonendus est lector, hanc resolutionem f, quam huic aptauimus controuersia, non omnino à iure Regio alienam esse: imò partim ei conuenire expressim, partim ab eo tacite deduci posse. Nam lege ultima ex constitutionibus Madritij conditis ad ordinem iudiciarium. Hodie l. quarta. tiju. vigesimo primo. lib. 4. Recepit. expressim cautum est, à iudice, qui super reductione sententiam dixit, appellari posse: non autem supplicari: nisi arbitratoris sententia reuocata fuerit: tuc etenim supplicatio permittitur ita quidem Regia lege decisum est: vt si ab arbitratore iuro, & causa reductionis itum sit ad superiorē iudicem, qui non ex Regio prætorio: & is super-

reductione sententiam utcunquedixerit: appellatio permittatur ad Regium prætorium, si vero ab arbitratore, vel reductionis, vel appellationis causa itum sit ad Regium prætorium vel ab ipso iudice, qui super reductione sententiani dixerit: & inibi confirmetur sententia prima: definitio: supplicario admittenda non est: quod si reuocata fuerit sententia, locus est supplicationi ad eosdem iudices. His quidem Regiae constitutionis verbis probatur, appellationem permissam esse a iudice, qui super reductionis causa pronuntiavit, etiam si is arbitratoris iudicium confirmaverit. Item constat, locum fore supplicationi: si in Regio prætorio reuocata fuerit sententia arbitratoris, vel iudicis, qui eam in lite, & controversia reductionis confirmauit, quod in praxi maxime est obleruandum.

### Ex Capite Sequenti.

S V M M A E R I V M .

1. Poserit ex consensu litigantium controversia definitionem committi in alterius ex litigantibus. vel unius testis veritatis testimonium.
2. Praesumitur testimoniū iuramento premiso respondisse: si notarius scriptor, cum iuratum testimonium exhibuisse.
3. Electus a litiganti, vel a iudice, in testimoniū iurato responde: ex iure: quid de eo, qui sponse eligitur, ut exponat: quid sibi usum fuerit.
4. Electus a iudice, vel litigante ex praecipio iudicis, vel legis, ut explicet, quid sibi usum fuerit, jurare tenetur.
5. Ad iuramentum, electum, vel testimonium eius, qui a iudice eligitur: axis pars citanda.
6. Testis non posse testificari per scripturam & quid de eo, qui in iudicio interponi pectata conficitur?
7. Teste contraria respondente: cui responsioni: sicut dum sit?
8. Assertionem mortis tempore facta, an nocere vel proficere eis criminis accusator?
9. Interpretatio texti in capite accusatis. §. licet de hec re in sexto.
10. Tabellione potius, quam testi per eum, examinatio credendum est, cuon de veritate testimonyi controvertitur.
11. Instrumentum publicum quo testibus quo: ad ibide scripsit improbaretur.
12. Traditum intellectum Regiarum bac de re constitutum.

### Examinantur quæstiones

a Bart. traditæ in l. Theopompi püs. ff. de dote præl.

### C A P. XIII.

**M**EMORIA TENE O in commentarijs de Testamen- tis, dum Caput. cum tibi inter pretarer: tractasset, an legatum dotis iure possit in voluntatem alterius conferri? & an ex vo- luntate testatoris sit unius testimonio fides exhi benda: omisi tamen alia, quæ Bartol. tractat in l. Theopompi. ff. de dote præl. co quod ad captatio- riæ voluntatis materiam, de qua tunc agebam nequaquam pertinerent: illud vero simili quadam ratione discuti poterat, an ex consensu, & con- ventione, litigantium iudex teneatur, vel possit unius testis assertioni stare? Nam gloss. Dinus, & Rayner in dict. l. Theopompi. scribunt, unius testimonium semiplenam probationem effi- re, non plenam, etiam si consensus litigantium præcesserit: qui rem omnem illius asseuerationi commiserint, ideo notat Bar. in l. prima. §. xlvi. ff. de verb. obligat. numero secundo. vbi Alciat. nume. 23. opinatus hanc sententiam veram esse: pluribusque rationibus eam defendere conatur: quare ea ceteris potior est: quod unius testis testimonium idem a iure ad plenam fidem non admittatur: quia & republicæ interest sententias ferri a iudicibus ex legimus, & integris proba- tionibus: Bar. in l. quarta. §. hoc autem iudiciū. ff. de damn. infecto. Aret. in l. vniuersitatis. C. ut quæ de sunt adiutoria. tex. in rathe. de tabellionib. in prin- cip. publicæ autem utilitat. & his, & quæ ad com- modum publicum statuta sunt, priuatarum con- sensus non potest renuntiare, nec consentire eo- rum omissioni: sicut colligitur ex capitulo. Si diligenter de foro compre. & l. ff. solut. matr. & l. si quis in cōscribendo. C. de pactis. Illud sapienter est: posse conventione, & consensu litigan- tium, & contrahentium fieri, ut causa & lis deci- datum iuxta assertiōnem, & declarationem alterius partis. & id probatur: nam actor, vel reus po- test totam litem delatione juramenti alteri secū controvrenti committere: sicuti manifestum est: igitur satis probatum est, quod modo dixi- mus: & id adnotarunt Dinus, Raynerius, Bartol. & Angel. in l. vltim. ff. de præto. stipulatio. Deci- in capit.

# Libri secundi, Caput. XIII. 615

in capitul. 2. de fide instrumen. numero decimo. idem in capitul. veniens de testib. vlti. column. Alexand. consilio. 47. libro primo. numero quarto. idem consilio quinquagesimoquarto. libro seundo. numero primo. vbi assertit hanc opinionem communem esse. idem fatetur Iason in l. iusit randum. quod ex conuentione. 2. columna. ff. de iure iur. quo in loco Docto. idem scripsere. & Alciat. in dict. §. vltim. numero vigesimoquarto. dicens eandem sententiam communem esse. optimus text. in l. vltim. C. de fideicommiss. Hic venditio. ff. de contra. empt. l. in personam. §. generalliter. ff. de regu. iu. nosat. glos. in l. penultim. ff. de arbitrio. ex qua hac in re deduci potest communis opinionis moderatio quedam. vt tandem ea accipienda sit. quoties de re certa agitur. & de asseueratione eius. quod vere. & abique asseuerantis affectione. & existimatione varia. contingere potuit. secus etenim respondendum erit. si genericè committatur id. quod variè estimari potest ut damna. expense. & id quod pertinentis interest. tunc etenim post illius. cuius fides pacto contrahentium. aut litigantium probata est. estimacionem. bonus vir arbitrabitur. & boni viri arbitrio dimittetur. sive aqua. & iusta ipsa alterius partis definitio. estimationemque. Nam. vt scribit Accursius. sris. qui alteri iniuriam intulit. committat in iuria. estimationem offenso. & promittatflare eius definitioni. nihilominus ent locus arbitrio boni viri. nec precilio exceptioni mandabitur. quod offenso viuum fuerit. idem probant Alexand. in l. 1. col. 7. ff. solito matri. Gerard. singu. 6. Abb. & Fflia. in capitul. contigit. de sentent. excommuni. Abb. in capitul. quintauallis. columnaria. de iure iur. & est communis opinio. quae sequuntur Lanfrancus de arb. column. vndecima. & Baptista de sancto Blasio questione vigesimaquarta. de alijeris. & in specie quo ad damnum. expensarum. & interest estimationem hoc ipsum respondet Matthæ. Afflict. decis. Neapol. 91. num. 10.

Ceterum. quod consensu. & conventione litigantium fieri possit. vt testimonio vnius tantum testis credatur. & secundum id lis ipsa. & controversia deciderenda sit. probas text. in capit. tuis. de testib. quod decisum est. posse remitti iuramentum testibus ex consensu litigantium. & tamen paricipatione prohibitum est. testimonio vnius. vel testibus non iuratis finem adhiberi. text. in l. iusitrandi. C. de testib. deinde licet reipublice intersita iudicibus causas definiendas fore ex legitimis probationibus. apertissime iuris est. eas esse legi-

timas probationes. que consensu litigantium probatae fuerint. vt in dicto cap. tuis. est satis expressum. sic. etiam conitat. omnia. que ad probationem iure requiruantur. præcipue tendunt in litigantium fauorem quo ad eorum exequutionem. & ideo frequenter his solet renuntiati. licet propterea quod res publica ius. & quod suum est. vnicuique reddere tenetur. hæc quodammodo minus quidem principaliter ad reipublicæ utilitatem videantur statuta. Quamobrem. dictum vnius quo ad plenam fidem admittendum esse. tenent Speculat. tunc de teste. §. restat. 24. Fallentia. Roma. Alexan. Aret. & nouiores in dicta. l. 1. §. vltimo. ff. de verborum obligatio. Ioan. Crot. in tracta. de testib. 6. parte. columna secunda. sensere hoc ipsum gloss. in capitul. veniens. in 1. & in cap. licet vniuersis. de testibus. vbi Docto. se quuntur eadē opinionem. quam esse communem testatur Iason in dict. §. vlt. num. 8. Nec omnino contrariae opinionis autor est Bart. in dict. l. 1. §. vltimo. siquidem non ita palam eam assertit. quin negari optimè possit. id. à verbis Bartoli recte deduci.

Verum opinio communis obtinet. quando consensus præstatutus certæ personæ. & nominatum quo ad certum negotium. ne aliqui detur occasio fraudibus. & falsitatibus secundum Angel. in l. pactum inter heredes. ff. de pact. quem sequuntur Iaf. in l. admonendi. in repetitione. ff. de iure iur. numero. 100. & 200. Aretini. numer. quadragesimo. Socin. 3. Iason. 9. & Alciat. 28. in dict. l. 1. §. vlti.

Item & illud obseruandum est. non ex eo consensi. litigantes in vnius testimoniorum. consensisse quod personæ eius approbauerint. scite. vel expressè. hic etenim consensus impedit. opponi de factum. aut exceptionem aliquam. in testis personam. glo. in auth. de testib. §. & licet. versi. suppli. cijs. non tameni excludit testimonij reprobacionem. nec inducit conuentione. quod illius tantum testimonio plena sit exhibenda fides. Bald. eleganter. num. 8. & Saly. colum. pen. in l. in bona fidei. C. de reb. cred. Alex. Iaf. colum. 3. Ioan. Crot. 2. casu. & Alciat. numer. 33. in dict. §. vlt. Hippo. singu. 92. Fflia. in capit. veniens. in l. nu. 19. de testib. Iason in dict. l. admonendi. in repe. numero. 200. scribit ramen Alciat. in dict. §. vlti. numer. 34. etiam admissa communis opinione. posse probari contrarium eius. quod fuerit ab eo teste asseveratum. ex notatis in capit. propounded. de probat. quod dubium est. nam & Bald. aliud sensit in dicta. in bona fidei. numer. 8. nec

est probatio ista admittenda: & si admissa fuerit iudex arbitrabitur an vnius testimonium à litigantibus probatum: sit ob eam omittendum: id que ex varijs causis estimabit: siquidem plerunque expediet negotio, & causa definitioni non ita adstringi, iudicem illius testis testimonio. vt veritas omittatur. Vnde fortasse quibusdam videbitur, attentis personarum & cause qualitatibus, etiam admittendam esse probationem aduersus vnius litigantibus probari viri testimonium: quod maxime considerandum est: atque ita sicut: vt non omnino Baldi opinio à praxi excludatur. Hæc, quæ diximus, veluti prævia ad Bartol. in dict. l. Theopompus. commentaria, adnotauimus. at modo liber ex eis assertiones aliquot deducere: quo tanti viri labores utiliores lectoribus appareant.

Prima conclusio, licet ad fidem testimonij requiratur iuramentum, id tamen præsumitur, si tabellio scripsit Titum testem iuratum respondisse. Bartol. in dicta. l. Theopompus. columna prima post gloss. ibi. quam dixit singula. Bald. in capit. cum in iure. columna secunda. de off. delegat. notarii Abb. & Feli. numer. 6. in capit. tuis. de testib. Hæc etenim solemnitas ponuit tunc ipso tempore, quo notarius scripsit contingere, & a qui adhiberi: & ideo præsumendum est, ita, vt tabellio scripsit, actum fuisse: siquidem pro notario præsumitur. capitul. ad audicatiam. de prescriptio. l. si quis decurio. C. de falsis. Bal. in. l. Imperator. columna secunda. ff. de statu hominum. sic sanè creditur tabellioni, si is scripsit certiorum fecisse foeminae contrahentem Velleiam: secundum Alexand. post alios in. l. sciendum. ff. de verb. obligat. nume. 33. Alciat. plura ad hanc rem adducentem regu. 3. de præsumptioni. capi. 23. quo in loco numer. 4. addit hanc opinionem communem esse. Cui suffragatur gloss. in. l. prima. C. de fide instrumen. & iure hastæ fiscalis lib. decimo. Cautius tamen erit, quod ipse tabellio expressim scribat ipsius iuramenti formam, & solennitatem, vt res tuta sit nec aliquod dubium habeat.

Secunda conclusio. electus à priuato litigante vel à iudice in testem: iurare omnino debet: & iuratus testificari: alioqui ejus testimonium, nec validum est nec fidem habet. l. iuriurandi. C. de testib. capitul. tuis. cod. titu. Regia. l. vigesimateria. titulo. decimosexto. Parti. 3. in specie probat Bart. in. dicta. l. Theopompus. numer. 7. Iason in repe. l. admonendi. ff. de iuriurand. nume. 219. & inibi Ripa nume. 194. late Iason. Crottus in tract.

de testib. 7. parte in principio. Eadem prosector ratione vbi consensu litigantium standum est aduersari: actoris, inquam, vel rei, assertioni de aliquius actus veritate: oportet iuramentum præmitti: nec aliter res ista expediri potest: secundū Bal. & Iason. in. l. iuriurandum. quod ex conventione. ff. de iure iur. column. 2. cùm id testimonium veritatis sit: quod voluntati, liberove arbitrio alicuius non committitur: sed ipsius rei gestæ fidei: quæ iuxta vtriusque iuris regulas non potest legitimè cognosci: nisi prævia iurata assertione.

Tertia conclusio. quoties quis sponte fuerit electus, & designatus, vt quid sibi aliqua in revisum fuerit, explicet, & respondeat, non est necessaria iuramenti religio: immo vt arbitrator, in cuius arbitrium res collata fuerit: quid ipse sentiat proprio iudicio exponet. argum. Auth. decernit. C. de arbit. notat Bart. in dict. l. Theopompus. numero septimo. Alexan. consilio. 54. column. prima. lib. secundo. Iason. Crottus de testib. 7. parte. numer. 242. Quin & ipse Bartol. sensit idem esse vbi à litigantibus, sponte, nullo, nec legis, nec iudicis mandato, quis eligitur, vt iuxta scientiam propriæ professionis, vel artis peritiam rem dubiam apertat, nec enim tunc iuramentum requiritur. idem Antoni. adnotauit in capi. veniens. in primo. de testib. columna secunda. collegit ex Barto. Felin. in capit. quia indicante. de prescriptio. colum. prima. idem in capit. propoñisti. de probat. colum. penultima. idem in capit. de testibus. numero. 11. de testibus. quod apud me dubium est: nam & prior pars admitti possit ob libertatem arbitrij: cùm tamen secundum artis peritiam respondere quis debet: etiam si is sponte à litigantibus tuerit nominatus iuramenti religio præmittenda est, & id tutius mihi videtur: atque ita agendum esse, consulerem, & responderem: siquidem cautor est hæc opinio, & frequenter seruat.

Quarta conclusio. electus à iudice, vel à litigantibus, legis, aut iudicis precepto, vt proprium arbitrium explicet, exponat quid iuxta peritiam artis sibi visum fuerit, iurare omnino debet: 4 alioqui eius responsioni non stabitur +: sicuti probat textus in. l. hac edictali. §. his illud. C. de secundis nuptijs. Bartol. in dict. l. Theopompus. numero septimo. idem in procœmio digestorū. columna quinta. Vnde periti, qui quotidie adsumentur in causarum, & controversiarum definitionibus, vt secundum artis peritiam proprium iudiciū explicit, iurati respondere tenentur. text. & ibi

& ibi Doct. in cap. fraternitatis. de frigidis. Abb. & alij in capitu. proposuisti. de probatio. vbi col. penul. Deci. & Ias. in l. admonendi. in repe. num. 237. Ioan. Crottus in tract. de testib. 7. parte scribunt hanc opinionem communem esse. hoc autem iuramentum quandoque ad existimationē peritorum, quandoq; ad veritatem pertinet: potissimum quando rei veritas percepi potest ex peritia artis, ut in agrimensoribus: sicuti Bald. opinatur in dict. proœmio. idem in dict. §. his illud. & Deci. qui aliorum meminit in dict. capit. proposuisti. colum. penulti. quibus adde Chassanæ. in consuetu. Burgund. rubr. prima. §. sexto. versi. nam etiam. Constat item hæc quarta conclusio in l. si quando. C. vnde vi. capit. continebatur. de despensa. impube. capit. pastoralis. de exceptio. quorum Ias. meminit in dicta. l. admonendi. electione prima. num. octauo. poterit tamen probari contrariū eius, quod hi etiam iurati responderint: nam quoties ex lege standum est alicuius etiam iurata. responsioni, probatio in contrarium admittenda est. glo. in dict. capit. proposuisti. & in dict. capitul. continebatur. & in capitul. 2. verb. affectata. de temporib. ordi. in. 6. glo. in. l. 2. §. si absens. & ibi Paul. Castren. Alexan. Socin. & Ias. ff. si ex noxali. caus. agatur. Ange. in. l. qui vas. in princip. ff. defurtis. Felin. & Decius colum. 2. in dicto capit. proposuisti. quorum opinio communis est: quemadmodum adserunt Alexan. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infecto. colum. penul. Iason in dict. l. si quando. colum. 4. & ia repeti. l. admonendi. nume. 204. & precedentiibus Angel. per eum text. idem tenet in. l. qui restituere. ff. de rei vendi. optimus textus in dict. l. qui vas. & in. l. videamus. §. item videndum. iun. & a. l. vltima. ff. de in. lit. iur. tradit Hippolyt. in rubri. C. de probationibus. numero. 137. omnium latissimè. Andreas Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 4. glo. prima. quem omnino lector legat.

**Quinta conclusio.** Vbi ex conuentione, & consensu litigantium, testis, aut periti in arte persona probata est, non est necessaria citatio, nec praesentia litigantis ad iuramentum, nec ad illius testimonium, immo absque citatione, & praesentia controvenerentium, poterit testis, aut peritus in arte testimonium dicere, & iurare, ac profiteri quid sibi visum fuerit. Bartolus dict. l. Theopompus. numero nono. Antonius in capitul. veniens in primo. de testibus. columna secunda. Iason consilio ducentesimo. libr. secundo. colum. terria. Ioannes Crottus de testibus. 7. parte. numero. 250. idem tenet dicens hanc esse commun-

nem opinionem Deci. in capi. 2. de testibus. col. penul. sic & Barto. sequitur Alex. consil. 130. num. 5. libr. 1. Sed Panormita. in dict. capi. 2. num. 13. contrarium existimat esse iure verius: nam licet persona testis reprobari non possit oportet tamen litigantes esse praesentes, vel vocatos, vt saltem videant ipsi qualiter iuramentum praestatur, & ea solenniter peraguntur, quæ à iure statuta sunt. & licet Felin. ibi numero. 14. dubiter, tunciorque sit Abbatis sententia, nihilominus ab opinione Bartol. recedendum non est, cum ea sit cebriori calculo recepta.

**Sexta conclusio.** Quoties iudex aliquem nominaturus est, qui peritia artis rem dubiam extricet, aut definiat: is qui litigat, vel citari debet, vel praesens esse, ut ea nominatio valeat: cum posset à praesenti aliquid aduersus electū opponi, quod eius nominationis effectum impediret: atque ita in dict. l. Theopompus. Barto. scribit. numer. 1 t. cui cæteri Doctor. consentire videntur. Sed si alter electio facta fuerit, receptū est in praxi, non ex hoc nullam esse: cum statim prius quam electus, & nominatus rem ipsam examinet, satis nota sit litigantibus eius electio: ac liberum sit eam iustis & causis improbare.

**Septima conclusio.** Etiam si admittatur, nominationem fieri posse à iudice ipso litigante absente & non citato: necessum est, eum, vel vocari, vel praesentē esse: cum à iudice nominatus iuramentum praestet. ex capit. 2. de testib. Bart. in. d. l. Theopompus. num. 10. quem doct. cōmuniter sequuntur: & præter alios Felin. in capit. quia indicante. col. 1. de præscript. qui alios ad id alleget. Est etenim ea opinio ita iuri consona, vt negari villo pacto commode non valeat.

**Octava conclusio.** Is, qui à iudice electus est: agrimensor, inquam medicus, alijsve peritus ad causæ definitionem: potest referre proprium iudicium, & id profiteri, etiam ad eum actum, nec vocato, nec praesente ipso litigante Bartol. in dict. l. Theopompus. numer. 1 t. ex notatis in. l. si quando. C. de testib. Areti. idem notat in. §. quædam. de actionibus ad finem. Felin. in dict. capit. quia indicante. eolim. 1. de præscript. Curti. Iunior, consil. 33. column. penulti.

**Nona conclusio.** Debet iudex litigantibus præfinire diem, quo peritus per eum electus rem sit visurus: & eos citare, vt eo tempore sint praesentes: est enim manifestū posse agrimensores, & peritos melius rem percipere præsentibus litigatibus, quam eis absentibus: probat hanc conclusionem textus in. l. generaliter. §. penulti-

m.o. C. de reb. credit. & in l. tertia. C. fini. regund. Bartol. in dict. l. Theopompus. num. 11. Abb. colum. penul. & Felin. colum. 1. in dict. cap. quia in dicante Barto. in l. qui bona. §. vltimo. ff. de damnatio. colum. prima. & ibi Paul. Castrensis, Iason in. §. quædam. de actionib. num. 77. idem ipse arbitrator agendum esse quoties ab ipsis litigantibus, periti, aut agrimoniæ, rationumve examinatores fuerint electi: atque ita fieri expediat: & sit frequentissime, quod deducitur ex notatis per Curtium Iuniorem dicto consil. 33. columna penultiima.

**Decima conclusio.** Poterit iuratus testis scribere proprium testimonium: & ita scriptum iudicari tradere coram tabellione: etiam si id non legat. dicta. l. Theopompus. iudex tamen duae ea scriptura à teste sibi offertur, si viderit expedire: poterit eam repellere & cogere testem, ut voce testimonium absque scriptis explicet. Bartol. in dicta. l. Theopo npus. numero. 12. Sed Bald. in l. iuris iurandi. columnna tertia. de testis. adserit, non esse admittendum testimonium per scripturam testis: nisi testis ipse scripta exprelim perlegerit: idem Lanfranc. in capitul. quoniam contra de probationib. verb. testimoniū. numero. 7. contrarium, imo non posse testem per scripta testificari, & proprium exponere testimonium, probatur in specie in capitul. testes. 3. questione. 9. text. vbi Abbas, & Ioannes Andreas in capitul. secundo. qui matrimonium accus. poss. idem Abb. Aretin. & Felin. in capit. de testibus. Hippolytus in l. de minore. §. plurium. colum. prima. ff. de questio. Bartol. reprobantes: sic & contra Bartol. scribit esse communem opinionem Hispanus in additionibus ad Croticum, in tracta. de testibus. numero. 373. Nec Bartolo suffragatur Iurisconsultus in dicta. l. Theopompus. dum dicit: iuratus scripsit. nam exponi potest, id est, propria manu subscriptis. aut salem non tractatur ibi de teste deponente judiciali solennitate. Quin & in aliquot exemplaribus apud Iurisconsultum legitur: iuratus respondit. Item & aduersus Bartol. vrget opinio ratio textus in l. 3. versi. tu magis scire poteris. ff. de testibus. qua quidem diligenter persensa, admittenda non est sententia Bald. in dicta. l. iurandi. Nam ex vocis pronuntiatione absque scriptura facilius deprehenditur à iudice fides testimonij: an sit varia, vel iuspecta: cum per scripta testis respondeat præmeditato sermone: vnde & à Baldo discedunt Salycket. ibi Aretin. & Felin. in dict. cap. de testibus secundum quos posset admitti Baldi opinio ex ali-

qua iusta causa: nempe quod res ipsa perplexa sit, vel testis morbo expedite loqui impediatur: siquidem tunc optimè poterit testimonium à te statu iuri scribi, iudicique tradi præsente tabellione: ut ex eo causa valeat definiri.

Hinc obiter perpendi poterit glo. in capitulo. quæ lis. 30. quæ in specie adnotauit, posse pœnitentem sacerdoti, cui confitetur propria criminis, eadem scripta tradere. Est profectò res illa consideratione digna: cùm ex eo secretum confessionis peticitur, maximoque discrimini exponatur, tollaturque pars maxima erubescencia, quæ ad sacramentalem confessionem pertinet. capitul. quæ in pœnitent. de poenit. distincta. prima. quæ in loco item prohibetur, confessionem hanc sacramentalem, & secretam per scripta celebrari. quam obrem Areti. & Feli. in dicto capit. de testibus. colum. penulti. dicta gl. assertionem improbat: etiam si ab ipso poenitente scripta legantur: ut idem authores probant, nūl iusta causa adsit, quæ rem hanc, & a quin illum licitum reddat: nempe infirmitas corporis, aliudve simile impedimentum: quod Lanceolo. Galiaula. respondet in l. prima. ff. de verbis obligationibus. columna. 17. quibus & aliud addendum est mutum, & si iiciat scribere, non teneri ad confitendum propria criminia per scripturam: tametsi possit id agere, si sibi visum fuerit, ut tradunt Richardus in quarto sentent. distinctio. 17. artic. 2. questione 5. Hadria. in quarto, in tracta. de confessione. ff. led oriuntur. Caietan. in Summa. verbo, confessionis vndecima conditio.. tenetur tamen mutus confiteri per signa, quibus eius scelerata percipiuntur: secundum Richard. & Socini. in dict. distincta. 17. col. vlti. & Caieta. in dicta vndecima confessionis conditione. Is vero, qui loqui potest, si patum confidit memoria, poterit caute mandare criminia & peccata scripto, ne eorum obliuiscatur. gloss. in dicto capit. quem ponit. de poenitent. distincta. 1.

Hactenus explicuimus Bartol. commentaria in dicta. l. Theopomps. ex quibus deduximus, oportere testem, peritumve à iudice electum, iuramentum præstare: & eo præstito proprium iudicium exponere, & testimoniū dicere. Nunc vero dubium est, quid dicendum sit de eo teste, qui extra iudicium non iuratus, & denum in iudicio iuramento præstito contraria respondebit: siue standum priori, an posteriori responsum quod sepius contigere solet. & Bartol. in l. eos. ff. de falsis. nume. quarto. asseuerat, testem hunc puniendum falsi criminis poena: nec eius reipon.

responsionibus dandam esse fidem: quod probavitur in eadem l. eos. secundo reponso. quo in loco Iurisconsultus †, dixit, eum qui diuersa testimonia praebuerit, falsi criminis reū esse: item & eum qui contra signum suum testimoniu[m] dixerit. Contrarium sanè constat ex eo, quod cum quis extra iudicium sine iuramento quid dixerit: & demum iuratus in iudicio contrarium responderet: tunc statut secundæ, & posteriori responsioni ob religionem iuramenti, & iudicis auctoritatem. capit. sicut nobis. de testib. capi. 1. in princip. quid sit inuestitu. nec punitur hic falsi pœna. hanc opinionem probant glo. vlt. in cap. cùm causam. de testibus. inibi communiter recepta. quam dicit ordinariam Bald. in l. nullum. colum. prima. C. de testib. assertunt hanc communem esse eam sequuti Abb. & Deci. in capit. pertuas. de probatio. colum. vlti. Felin. in capit. cùm in tua. colum. vlti. de testib. idem Felin. expreſſim in cap. inquisitionis. §. tertiae. de accusat. colum. fina. hoc ipsum fatentur Alexan. consil. 222. libr. 2. numer. 13. Aymon consil. 6. colum. 2. sequuntur & hanc opinionem Roma. consil. 505. Bald. consilio. 486. libr. 3. Petrus Ferrari. in forma opponendi contra testes. §. ac etiam varij. numer. 2. Francas in capit. primo. ad finem. de election. in sexto. Aufredi. in Capella Tholosana. 230. Alexā. consil. 63. libro primo. Hippolyt. in dicta l. eos. num. vndecimo. & 22. & idem in singula. 212. dicens hanc opinionem esse communē. non obseruit Iurisconsulti locus in dicta l. eos. cùm ibi tractetur de eo, qui sollempniter, & in iudicio contraria testificatus est: cuius fides vacillat, & ipse falsus reus condemnabitur. Posset plane Barto. sententia procedere, vbi ex secundo testimonio appareret testis perjurium: quia prius contrarium iuratus respondisset: sicuti constat ex ratione texti in capitulo, sicut nobis. de testibus. quod in specie assertunt Abb. & Decius in dicto capitu. per tuas. Felinus in dicto cap. cùm in tua. in fine. Aymon dicto consil. sexto. num. decimoquinto. optime Decius. consil. 189. num. 10.

Ex quo apud me satis dubia est Specu. sententia. tit. de teste. §. primo. num. 72. vbi scribit. standum esse eiusdem testis posteriori testimonio, si prius respondisset apud iudicem incompetenter, yet in iudicio nullo: tametsi omnino contraria responderit. idem tenet glo. vlt. in dict. ca. cùm causam. Ego etenim scio, & iure satis competum habeo, esse aduersus testem potissimum exceptionem, quod is perjurus sit. capit. testimonium capit. sicut nobis. de testib. cap. paruuli. 22.

quaestio. 5. Deinde apud iudices testimonia non aliter exhibentur, quām præmisso iuramento. l. iurisurandi. C. de testib. nec negari poterit, cum perjurum esse, qui contra veritatem iuramenti religione præmissa quicquam asseuerauerit, sive in iudicio, sive extra iudicium: apud priuatum, apud alienū iudicem, vel in iudicio nullo. Quod si ita verum est, ut mihi probatissimum esse censeo: cur obsecro, erit Speculat. sententia admittenda, si prius testimonium testis iuratus praebuerit? Nam aut illud verum est: & tunc secundum testimonium falsum esse apparet: aut prior responsio falsa, & ex hoc testis omnino perjurus existit. vnde etiam si Speculat. opinio à plenisq; commendetur, cautē est intelligenda, vel penitus reprobanda: quod & Panormita. eleganter probat in dict. capit. per tuas. ad finem.

Est & aliud considerandum fore, scilicet, locum opinioni Bartoli: si ex verisimilibus conjecturis probabile sit, posterius testimonium non esse ita verisimile, ut prius: tunc enim non erit standum testis iudiciali responsioni, nec extra iudiciali. text. optimus, & singula. secundum Bald. & Abb. ibi in ca. literas. de præsumptio. text. vbi Cardina. & Abb. in capit. inquisitionis. §. tertie. de accusationi. notant Dec. in dict. cap. per tuas. colum. vlti. Felin. in dicto capit. cùm in tua. ad finem Roma. consil. 505. Aymon consil. 75. col. penulti. Imò arbitrio iudicis: licet opinio communis verior sit, fides iudicialis testimonij non ita integra censebitur, acsi prior responsio minimè præmissa foret: quin ex hoc diminutionem testis patietur: quod discretus iudex arbitrabitur. Panormitanus in dicto capitulo. per tuas. columna vltima. Capella Tholosana. ducentesima octuagesima. sicuti & idem erit: quando testis extra iudicium etiam absque iuramento responderit contraria his, quæ iam sollempniter in iudicio dixerat: nam & eo casu fides eius vacillat, & arbitrio iudicis diminuenda est: secundum Antonium in capitul. cùm in tua. de testib. Aretin. consilio septuagesimo primo. columna quarta. Alexand. consilio. sexagesimo tertio. libr. primo. Hipp. in dict. l. eos. num. 21. & in singulis 22. Non enim poterit quisquam inficiari, hunc testem mendacem saltē esse, varium, & profectō fidei satis dubiat: & ideo cautē est cum eo agendum, attenta negotijs personarum, & temporis qualitate. sic & Antonius sequitur Panormita. inibi numer. 9. & Alexan. consil. 114. num. 18. addunt præterea Antoni. & qui ei subscripsere, non esse ferendam sententiam ratione huius testimonij: si contra-

contradiccio. & variatio testis contigerit , prius quam sententia lata fuerit : quod falsum videtur ex eo, quia prius testimonium iudiciale minime tollitur per secundum contrarium ab eodem teste prolatum extra iudicium. Barto. in dict. l. eos. nume. quarto. Doct. in dict. cap. per tuas. l. generaliter. C. de non numera. pecunia. cap. sicut nobis de testib. notant Alexan. consil. 124. numer. 5. libr. sexto. Angel. consil. 309. numer. 5. Corneus consil. 186. libr. 1. col. 1. facit ad hæc quod Bald. censet in dicta. l. generaliter. vlti. notabi. dicens non posse testem id, quod dixit in iudicio intrin gere, aut retractare in alterius præiudicium, & damnum, etiam si mortis tempore asseueret fal sum testimonium dixisse. idem Saïcet. ibi Bart. in l. si quis in graui. §. primo. per illum textum. ff. ad Syllani. Iason in l. prima. colum. 2. ff. de eo per quem fact. erit Aretin. & Felin. 1. colum. in cap. sicut nobis de testib. idem Felin. in cap. exhibiti. colum. 2. de homicid. & licet de hoc dubitent Rom & Igneus in dict. l. si quis in graui. §. 1. & Hippo. in rubr. ff. de fideiuss. num. 41. varie id intelligentes: opinio Barro. communis est secundum Alexand. in l. sciendum. col. 12. ff. de verb. obligat. Deci. consilio. 175. numero. 7. & Alciat. de præsumptio. regul. 3. capit. 4. numero. 7. probat tex. in dicta. l. ii quis in graui. §. 1. vbi responsum est, assertionem † vulnerati dicentis etiam in articulo mortis à Titio se percussum fuisse, non probare contra ipsum Titium. Imò, ni fallor, adhuc censeo ex hoc non esse Titium torquendum , nisi alia indicia huic accesserint : tametsi contrarium opinentur Jacob. de Bello vi su in practica criminali. titul. de indicij. 12. iudicio. Hippol. in singul. 516. idem Hippol. in practi. §. diligenter. nu. 119. ea ratione, q̄ nemo in mortis periculo præsumiatur immemor propriæ salutis. l. vi. i. C. ad. Iuliam repet. glo. in dict. cap. literas. de præsumpt. cap. sancimus. i. quest. 7. atque ita aduersus Hippolyt. probat Marcus Antonius Blancus in tractat. de questio. nu. 390. cui suffragatur. glo. in l. mater. C. de calumniat. quæ assertionem defuncti appellat vilent præsumptionē. forsitan sufficiens hinc deducetur indicium ad hoc, vt Titius capiatur, & mittatur in carcerem. quod fieri passim videnaus: maior tamen oritur prælumptio ex his, quæ quis responderit mortis tempore: si ea responsio fiat publica iudicis authoritate: & iuramento præstito: vt sentiunt Romanus, Angel. & Igneus in dicto. §. primo. licet adhuc ad questionem non sufficiat. Et quanvis idem quod Jacob. & Hippo. etiam Ange. scriple

rit in dict. l. si quis in graui. §. primo. idem tamen Angelus nostram sententiam elegit in dict. l. mater. quæm Alexand. sequitur concul. 14. lib. 3. numer. quinto. idem Bertrandus consil. 137. libr. 2. column. secunda. Si vero vulneratus in extremis humanæ vitæ constitutus profiteatur se nō fuisse vulneratum à Titio: proderi. hoc testimonium plurimum ipsi Titio. gloss. in dict. l. si quis. §. primo. adeò, vt torqueri non valeat etiam ex legitimis indicij. Bald. in l. prima. & ibi Iason. C. com nu. de legat. Alexan. in dict. consil. 14. numer. tecundo. idem consil. primo. nume. 16. lib. 3. Hippolyt. singul. 22. Gerard. singul. 55. Alciat. de præsumpt. regu. 3. ca. 4. ad finem. qui admonet, non esse seruandam hanc Baldi sententiam: vbi indicia forent valde urgentia: & verè tunc iudex iustissimè torquebit huius criminis reum: non obstante occisi attestatione.

Histandem appareat, dubiam esse Antonij opinionem: à qua discedunt Imol. & Aret. col. vlt. Feli. in cap. cum in tua. conculione. 3. & Albertinus in cap. 2. de hæret. in. 6. q. 16. nume. 72. quibus diligenter præuisis: ego existimo non omnino admittendam, nec repellendam Antonij opinionem: si quidem vi: us actis, & inspectis negotijs, personarum, loci, & temporis qualitatibus, iudex arbitrabitur quantum sit detrahendū huius testis fidei & testimonio: sic etenim existimabit, sit nē sufficiens probatio ad sententiam ferendā: quod Antoni, & alij sentiunt, & in specie Alex. consil. 124. nume. 5. libr. 6.

Cæterum, si testis iuratus in iudicio contraria omnino responderit: maior est controversia: cui responsioni fides exhibenda sit? Primum sanè constat, testem ipsum, dum examinatur, contraria absque animo, & iusta correctionis, seu retractionis causa respondentem, non esse legitimum: imò eius testimonium penitus fide destitutum repellendum fore: quod passim omnes fastentur, & probatur in. l. qui falsa, vel varia. ff. de testibus. & ca. licet causam de probatio. l. cum precum. de liber. caus. Secundò si testis statim, &, vt aiunt, in continent, corrigat propriam testimonij depositionem: eius vltima attestatio valida, & legitima censetur. ca. præterea. de testib. cog. Regia. l. 30. tit. 16. par. 3. gl. in authen. de testib. §. quia vero dicemus autem, hanc correctionem statim fieri, vbi ea fit prius, quam tabellio responsionem priorem scriperit. gl. insignis in. c. apud misericordem. 32. q. 1. quam dixit esse valde notabilem Alex. in. l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de damno infect. sing. Lanfranc. in. c. quoniam contra. de

tra.de probatio.verb.testes.numer. 136. & Iason in.l.error.col.2.C.de.iur.& fact.igno. idem erit, quando testis nondum litigantibus fuerit collocutus, vel prius quam ipse subscripterit: quod arbitrio iudicis relinquendum est ex his, quæ tradunt Felin.in dict.cap.præterea.nu.10. & Ioan-Crottus de testibus.nume.340. Sed & si testis ostenderit se errasse, & velit errorem corrigere, admittendus est etiam ex interuallo: siquidem ex interuallo testimonium, & confessio erronea reuocantur doct o, & ostendo errore: incontinenti verò reuocatio permittitur, etiam si error non probetur.gloss.in dict.capit.apud misericordem Abb.colum.3. & Felin.nu.5.in cap.cum venerabilis.de exceptio.Abb.in dict.cap.præterea colum.2.Felin.in cap.qualiter.in.1.nu.30. de accusa Deoi.in cap.causam.de appell.col.2. glo optima in.ca.vlt.de iure iur.in.6.Roma.con filio.70.col.3.Barbat.in consil.43.col.2.libro.2. Tertium est, quod maiorem ambiguitatem habet:cum testis ex interuallo absque erroris probatione, & retractatione, contraria respondit: nam omnes conueniunt, eum perjurum esse, & falsi reum:& ideo falsi poena puniendum fore.l. eos.vbi Bart.& Doct. ff.de falsis. dubium tamen est, an priori testimonio sit, vel posteriori exhibenda fides: siquidem, neutrām responcionem fidem facere probat text.in dict.l. eos.ex quo apparet, testem puniendum falsi poena, & eius fidem vacillare. item & text. in capitul. præterea. de testib. cogendis.vbi. si testis in continentē se corrigit. eius testimonium admittitur: si verò ex interuallo, reprobandum est. His etiam accedit, quod testis hic, vt varius, falsi reus, & perjurus: non videtur verisimilia respondisse, nec primo, nec secundo testimonio.l.3. §. vltim. ff. de testib. quibus persuasi, neutrūm testimonium esse admittendum responderunt Anto.in dict. ca. cùm in tua.column.3.Bald.in.l.gesta. colum.2. C. de re iudi.Sed text.in dict.l. eos procedit in præiudicium ipsius testis, & quo ad poenam ei infligendam, non quo ad damnum litigantis. Sic & text. in cap.præterea.intelligendus est quo ad ultimum testimonium: id etenim non valere, apertissimi juris est, & ab omnibus receptum. Deinde primam responcionem non posse tolli per secundam ex interuallo ab eodem teste etiam iurato propositam; constat ex ratione text. celebris in dict.cap. sicut nobis. cui difficilimè respondebitur, cum ad infringendam fidem testimonij necessarium sit alios, non eosdem testes produci: si quidem ratio illius decisionis elegans est: atque

ideò , primum testimonium validum esse, nec per secundum tolli existimant Panormi. & Feli. nume.4.in dict.cap.cum in tua.Cardi.in cap.venientis.in.2.col.pehulti.Aret.in dict.cap.sicut nobis.colum.2.idem in dict.capi.cum in tua. num. 4.& 5.Innoc.in dict.cap.præterea. quorum opinio communis est secundum Corne. consil. 27. colum.pen.libr.3. Decimum consil.175. numer.7. & consil.189.num. 10. Quod autem Bart. scripsit in dict.l.eos.col.2. standum esse ultimo testimonio: quod testis protulerit contrarius priori: si ad secundum, & ultimum tormenta praeceserint. l. si postulauerit. §. sed & si negauerit. ff. de adultere. verum est, cùm quis non de se ipso, sed de altero tantum testificatus responderit: secus etenim dicendum est, vbi de se simul, & alijs: aut in propria, & aliorum causa qui testificatur: quia tunc priori testimonio standum erit: etiam si postmodum ex interuallo contrarium à iudice tortus dixerit. Barto.in.l.1. §. quæstioni. ff. de quæstioni. Arc tin.consilio.61.colum.1.Deci.dicto consil.175. & 189. Et præterea dum tractat in dict. §. quæstioni.de responcione.confidentis erga scipsum, tantum loquitur Bart. de confessione, quæ firmior est in præiudicium confidentis: quando sponte fit: vt ipsem docet, & probatur in.l.1. §. si quis vltro. & §. diuus. ff. de quæstionib. Imò sententia Barto.in dict.l. eos.falsa est: quoties de præiudicio alterius agitur: & prima responcio exhibita fuerit cum iuramento ex his, quæ paulò ante tradidimus: nam licet perjurium, & Infamia testis tollantur per tormenta.l. ob carnient. §. pen. & l. 2. ff. de testib.auth. de testib. §. si verò. id obtinet in ciuilibus controvensis: non in criminalibus, in quibus aliud est dicendum, & seruandum, vt ipse Barto.notat.in.l.prima.C.de summa Trinit. numer. duodecimo, & ideo saltem in criminalibus, opinio Bartol.in dicta.l. eos. erit intelligenda: quemadmodum modo scripsi, quod in specie afferunt Deci.in dicto consil.189. numero.10. & Aymon consil.6.col.4. & nume.45.

Ex his infertur interpretatio tex. in cap. accusatus. §. licet. de hæreticis. in sexto, quo decisum est, standum esse posteriori + responcione in iudicio ex interuallo exhibite, etiam si prior emissa fuerit cum iuramento. id etenim est speciale in causa hæresis.glo.& Doct.ibi latè Alberti.in.d.q. 16. num. 79. Gonsalus à Villadiego de hæreticis. q.13.numer.12. & Repertorium inquisitorū, verbo.testes. Directorium.3.part.q.65. Ioā.Arellat. in tract.de hæresi.q.13. quorum omniū concors est sententia: esse speciale in criminē hæresis.fidem adhiben-

adhibēdam fore posteriori testimonio, vbi quis in iudicio etiam iuratus ex interualllo contraria fuerit testificatus. Dictio etenim, postmodum, interuallum significat. gloss. inibi textus in. l. secunda. C. de custodi reorum. Bart. in. l. prima. §. diuus Seuerus. ff. de questionib. Barba. in capitu. proposuisti. colum. prima. de fōro compe. tradit latissimē Tiraquel. in. l. si vñquām. C. de reuoc. donat. verb. & postea in principio. & numer. 19. Aduertēdum tamen est. non ita simpliciter esse accipiendam decisionem text. in dict. §. licet. sed tuac demum cūm ex manifestis indicij appa- ruerit. tales non animileuitate, aut odij somīcē seu corruptione pecūniæ, sed zelo fidei orthodo- xæ dictum suum velle corrigere, ac modo, quæ prius tacuerant, reuelare vt ipse text. probat. Et quanuis docto. sentiant, & expressim. Directo- rium, Repertorium, & Arelatanus velint, idem esse siue quis de se ipso & alijs simul; siue de alijs tantum testifictetur, opinor tamen non temere Romanum Pontificem commitemorasse; testi- monium ibi exhibeti à testificeante contra se ip- sum, & criminis socius, cūm maxima sit verita- tis præsumptio propriæ culpæ cognitio, & eius apud iudicem professio, quod viri discreti arbitrio committendum esse censemus. Sed si prima testificatio esset in agnitionem & reuelationem hæresis, ac demum secunda ei contraria, culpam & crimen negaret, omnino priori stabitur. gloss. in dicto. §. licet. Felin. in cap. cūm in tua. col. 2. de testib. Alber. Arela. & alij, quos modò nominati citauit, dum asseuerant, esse speciali in causa hæresis: sentiant enim id permitti, nè crimen istud occultum omnino sit in perniciem Christianæ religionis, & expressim id adnotauit Re- pertorij inquisitorum author.

Verū, cūm testis præstito iuramento asserat, se aliter dixisse testimonium quam à tabel- 10 lione fuerit scriptum + tabellionis potius quam testi credendum est, nam pro tabellione præsumit. l. si quis decurio. C. de falsis. ca. ad audien- tiā. de prescriptio. quo in loco Panormita. scri- bit. hoc verum esse in causis ciuilibus non in cri- minalibus, in quibus ex iurata asseneratione te- stis vacillat tabellionis fides. argu. l. vltimæ. C. de probatio idem Abb. & Felin. in fine in capi. cūm causam. de testib. Speculat. titul. de teste. §. 1. nu. 48. Alciat. de præsumpt. regu. 3. cap. 13. num. 20. quam ob rem prouide, & caute à iure statutum est, vt in causis arduis, & criminalibus non com- mittant iudices testimoniū examinationem tabel- lionibus, imo ipsi præsentēs sint huic examina-

tioni. text. in Authenti. apud eloquentissimū. C. de fide instrum. & in authen. de testib. §. h̄ec omnia. Et licet in ciuilibus controversijs idem à- gendum sit. l. 3. §. diuus. ff. de testib. l. solam: iuncta gloss. C. de testibus. gloss. in. l. hac consultissima. §. vlti. G. qui testam. facere poss. tamen in ciuilibus causis ex quadam speciali causa commit- titur iuramenti solennitas, & examinatio ipsi tabellioni. cap. si qui testimoniū de testib. capi. 2. de iu- dic. in. 6. l. ad egregias. ff. de iure iur. Regia. l. 2. 2. titu. ii. part. 3. regulariter verò ex generali mul- titudinis negotiorum impedimento, committit- tur. examinatio. tabellioni, præstito prius iura- mento apud ipsum iudicem. quod adnotauit Sa- lyct. in dict. Authen. apud eloquentissimum. & Felin. in dict. c. cūm causam. col. antepenulti. Sic in questionibus quæ tractantur apud suprema Hispaniarum tribunalia, frequētissimē receptio. testimoniū, & corum examen committitor. curiam tabellioni. ex his, qui receptores dicuntur, & id munus à Rege habent, prævia morum, & integritatis diligentia inquisitione, quandoque duobus tabellionibus tribunalium inferiorum: in cau- sis nobilitatis, & exemptionis, quam *Hidalguam* dicimus, testes vocantur ad Regia prætoria, & examinantur ab uno ex ipsis iudicibus. nisi alio- qui iusto impedimento valeant excusari, quod Regijs sanctionibus satis expeditum est. Hodie l. 14. titul. ii. libr. 2. Recopil. expediret profecto, essetque valde vtile Reipublicæ, in quibuscunq; controversijs lege sancti: nè coram solo tabel- lione testimonia à testibus exhiberentur, sed sal- tem iudice, vel alio viro probatae fidei præiente, sicut fit apud Lusitanos. Nam & olim Athenis sex viri præter iudices in iudicio aderant, vt vide- rent, num notarius aliquid omitteret. scribere, vel adderet aliquid his quæ à iudicibus pronun- tiabatur, quemadmodum Postellus commen- totat libr. de magistratibus Atheniensium. cap. 26. tandem apud nos obtentum est tabellio- ni potius quam testi credendum esse, quod ex- plicant Alex. consil. 70. lib. 1. & consil. 65. col. 1. lib. 2. Deci. in. c. cūm parati. col. fi. de appell. Ay- mon consil. 74. nu. 3. Feli. in. d. ca. ad audientiam. nihilominus in ea dubitatione, qua quæri solet, quot testibus publicum instrumentum impro- betur, adscribam vnam, & alteram conclusionē, vt quæ modo diximus perfectius intelligantur.

Prima conclusio. Instrumentum, etiam si plu- res habeat inscriptos testes, duobus tamen omni exceptione maioribus, quo ad eius seriem, etiam directe reprobari potest. tametsi hi testes instru- mento

11 mento inscripti non fuerit. l. optimam. C. de contra stipulat. capi. tertio loco. de probatio. & probatur ratione, siquidem instrumenti fides solū notario perdet. capitul ad audienciam de praescript. & is unus est, qui duobus preserti non debet, quanvis sic eius authoritas publica. Et licet quibusdam visum fuerit, rem hanc committebam, esse arbitrio indicis, ut is eam definiat in specta testium probitate, & fide, conseruant tamē omnes, hanc conclusionem, veram esse in testibus omni exceptione maioriibus, ut constat ex innocentio. Ioanne Andrea, Antonio, Calde cino, abbate numero decimotertio. Felino au xechorrigesimo quinto in capitulo cum Ioannes. de fide instrumentorum. Zasio libro secundo singu. respon. capitulo. vigeſimotertio. Imola in l. prima. §. si quis negat, quē ad modum testam. aperi. Aymon consilio quinqueagesimo sexto. numero uno. Salycto in l. in excendis. G. de fide instrumento. quorū opinio communis est secundum Decimū in dicto capitulo. tertio loco. nū mero undecimo. tametsi Guido Pape in dicto capitulo. cum Ioannes. Nani ibidem tres testes exiguntur contra instrumentum, ex eo quod in instrumenti favorem, & probationem aderat notarius ipse & unus testis, quo casu cū notarius & testis unus sit majoris autoritatis quam duo testes, standum esset instrumento, nisi tres testes aduersus id testifcentur. quod fatentur Docto. præsertim Abbas, Imola, & Felinus ibi numero quinqueagesimo tertio. nec item refert quatuor testes in specie illius. decretalis aduersus instrumentum a reo productos fuisse, quia ex allegatione litiganti per ipsum Romanum Pontificem approbata, constat tres tantum sufficiere, quo sit vt in pari causa probationis, potius instrumento quam testibus credendum sit. & ideo manifestum est, etiam admissa communis sententia, instrumentum minime improbari minori numero quam trium testium, vbi præter authoritatem tabellionis, testis unus pro instrumento testimonium exhibuerit. Imola in dicto capitulo cum Ioannes. columnā penultima. Alexan. consilio. 93. libr. 5. col. pen. deci. consi. 101. col. 2. Aymon cons. quinqueagesimo sexto, col. pen. ex quibus deducitur, non requiri ad authoritatem instrumenti ipsius tabellionis viuæ vocis testimonium. Hæc vero prima conclusio & si communis sic, dubia tamen satis videtur propter authoritatem gloss. in dicto capitulo tertio loco. & in dicto

capitu. cum Ioannes. & in §. item verborum. Instit. de inutilib. stipulat. & in l. in excendis. C. de fide instrumenti, quibus placuit instrumenti authoritatem non minori quam trium testium numero improbari. immo quatuor esse necessarios quandoque ipse gloss responderunt. Secunda conclusio. Maiori rationi instrumenti fides omniho tollitur duobus testibus eidem instrumento inscriptis. optimus text. in capitulo tertiis. de testibus. & est communis conclusio secundum Felinum in dicto cap. cum Ioannes. numeri quadragesimo sexto. idem in oratione Zasio dico. capi. vigeſimotertio. Hinc profecto constat, decisionem Imola, cuius modo in minimis, non procederes quando duo testes ex descriptis in instrumento aduersus ipsum testifcentur, tunc etenim eius fidem tollerent, etiam si præter tabellionem unus testis non adscriptus instrumento in probationem & favorem eiusdem testimonium exhiberet, sicuti adnotavit Coene. consilio. 2.32. libr. primo. colum. secunda. & Aymon dicto consil. quinqueagesimo sexto, col. pen. nullum uno vnu tantum testis ex his, qui necessario adesse debent, & scripsi ad integratam vim instrumenti, si aduersus id testifcentur. id agit, vt plane vacillet instrumenti fides, et singulariter in l. prima. §. ultimo. ff. quemadmodum. testam. aperi. & ipibi Docto. ac Felin. in dicto capitulo cum Ioannes. numeri quinqueagesimi. post Abba. ibi dicens hanc opinionem communem esse, quasi secus respondendum sit in eo teste, qui & si adscriptus fuerit instrumento, non tamen est de necessarijs ad vim & valorem ipsius: qua ratione, in scriptis instrumento quinque testibus: cum duo tantum forent necessarij, si ea scriptura duorum ex his viua voce comptobata fuerit, non poterit reliquo trium contrario testimonio reprobari, authore Bal. consil. 228. lib. 2. cui accedit Aymon col. 56. col. pen. quem omnia legito. nū. 9. Regia sane constitutione, vbi indirecte aduersus instrumentum publicum probatio sit, tres testes sunt necessarij, & sufficiunt ad tollendam ipsius fidem. l. 17. titul. 18. part. 3. quæ quatuor testes exigit & l. 32. titul. 11. part. 3. quæ quatuor vel saltem tres requirit. & deducitur ab opinione gloss. in dicto §. item verborum. sitque indirecta probatio, cum probatur, cum, cui tribuitur obligatio instrumenti. Salmantice certo die confecti: eodem die Toleri extitisse. Quod si instrumentum priuatum sit, eius fides tollitur directa vel indirecta duorum testium probatione. gloss. communiter recepta in d. l. in excendis. l. optimam.

mam. C. de contra. & comm. stipula. dicit. Regia lege. 117. Sed si tractetur de instrumento publico, & eius directa reprobatione, existimat quidam lega. Regia. 115. titul. decimocarto. part. quinta. non aliter autoritatem instrumenti improbari, quam si omnes testes instrumento ad scripti aduersus, id testificantur. Imò ea constitutio quantum exigit, ut per testes fidis instrumenti directie improbetur. Primum, quod tabellio aliqui notariis sit fidei, quippe quæ ex fama dubia quoquo modo sit. Secundum, testes esse probos viros. Tertium, actum ipsum & cuius instrumentum meminit, non esse antiquum, sed pacis ante annis contigisse. Quartum, quod omnes testes instrumento adscripti vnaeimi & concordi testimonio aduersus instrumentum iurati testificantur, quæ ferè deducuntur à gloss. & veterum opinionibus in dicto capit. tertio loco. sicut diligenter tradit Henricus in dicto capitulo. cum Ioannes colum. secunda. & sequentibus atque item Panormita. numero decimotertio, & decimoquarto. nobis satis sit Regis. constitutionibus, quibus, ut tenemur, communis sententias, quas precipue, & potissimum expoluimus, antiquatas, atque repulsa fuisse, quod discretus prudens, & doctus iudex animaduerteret.

### Ex Capite Sequenti.

- 1 Qui ab administratione praeterita liberatur, vel contractu, vel testamento, tenetur ad id, quod actione reali vendicari potest.
- 2 Liberatione legata à reddendis rationibus, ex ab actione praeterita administrationis, an censeantur reliqua remissa?
- 3 Quid operetur liberatio à reddendis rationibus, vel ab actione futura administrationis?
- 4 Inventarij confessio potest à testatore tutori remitti, & inibi intellectus. l. vlti. C. arbitr. tuto.
- 5 Aduersus tutorem non sufficientem inventarium in ratetur in limitem propter dulum presumptum.
- 6 Expenditur locus insignier vitiosus apud Bartolum in. l. tucor. qui repertorum. ff. de administratione tutorum. numero. 21.

Liberatione legata: an a...  
ctione in rem conueniri valeat  
legatarius?

**C A P X I I I**

¶. M. de liberat. legat. ex cuius responsu gloss. Bartol. & Docto. adnotarunt, in generali liberatione, tutoribus, curatoribus, exterrisque alienarum rerum administratoribus, legata non venire, ea quæ actione in rem vendicari possunt, quasi illa extranea sint à redditione rationum, quippe quæ in his, quas expenduntur versentur. idem probatur in. l. & vno. §. oius. ff. de acceptilat. quo in loco actionis in rem mentio fit. in plenissima liberatione: Cautè igitur Aecursius in. d. §. Mævia. distinxit pecuniam, quæ ipsius Mævia esset, & apud tutores mansisset, à pecunia, quæ Mævia ratione administratori tutele debetur, à tutoribus, quasi prior non obstante liberatione peti posset; posterior vero in liberationem venisset, quam gloss. dixit singul. Baldus in. l. cum necessitate. C. de fideicomis. & notabi. Iason in princip. de actionib. numer. 10. idem in. l. sub praetextu. in secundo. C. de transactionibus columnat. secunda. Angelus. consilio. 185. in princip. & consilio. 174. est & ad hoc text. insignis in. l. Aurelio. §. primo. ff. de libera. rat. legat. ubi liberatione in hunc modum legata, questionem curatoribus meis nemo faciet, rem enim ipse tractauit, respondit Modestinus. si quid dolos curatores fecerunt, aut si quæ res testatoris penes eos sunt, eo nomine conueniri eos posse. Hoc sane responso satis expressum est, id quod gloss. Barto. & cæteri colligunt ex dicto. §. Mævia. quorum opinionem frequentissimo omnium calculo receptam esse opinamur. & id apparet ex his quæ hoc capite tradentur. est & ad hoc text. insignis. in. l. creditor. §. Titia. ff. de liberat. legat.

Primo, deducitur ab his probatio eius, quod Bartol. docet in. l. non solam. §. vlt. ff. de libera. lega. scribens liberationem legatam depositario, vel commodatario ab actione depositi vel cōmodati, siue ex causa depositi; aut cōmodati, minime referri ad actionem in rem. hæc etenim sententia probatur in. d. §. Mævia. & præterea ratione satis valida, siquidem qui liberatur, ab obligatione liberari censetur: at cum actione in rem quis conuenitur,

uenitur, si non vt obligatus, sed vt possessor in iudiciis vocatur. I. officium. ff. de rei vendica. Nec liberatio comprehendit actionem, quae possit contra quemlibet extraneum possidetem proponi, id est rei vendicationem, quamobrem Bart. opinio recepta est fere omnium consensu: & praesertim ab Alexand. consilio. 46. numero quarto, libro primo, & consili. 170. numero sexto, libro secundo. Lancelo. Decio in l. si fideiussor, columna secunda. ff. de legat. primo, Iasonis consil. 171. columna tertia, libro primo, quod maxime notandum est.

Secundo, ab eadem ratione procedit, liberationem non tantum in ultima voluntate legatum, sed & lege concessam: ad actionem realem minimè extendi. Nam si statuto aut lege viginti annorum prescriptione liberetur debitor, ea liberatio ab actione personali non à reali concessa intelligitur, sicuti in specie adnotarunt Romanus consilio. 201. Angel. & Iason in principio. In istis de actionib. numero. 101. Felini. in capitulo ultimo, de prescriptionib. columna tertia. & Balbus in tracta de prescriptio. 2. part. 3. partis principalis, questione. 14. columna penultima, quanvis Ludovic. Goemeti. in princip. de actionib. columna penult. probare voluerit, etiam in hac specie, liberationem dari ab actione reali.

Tertio, hinc apparet, idem esse in liberatione per transactionem contingente, lite mota super actionibus personalibus, tutelle inquam, curæ, & similiis, siquidem transactio hæc ad actionem realem nequaquam extenditur, quod prædicta ratione probatur, & authoritate gloss. in l. sub praetextu. in 2. C. de tran. vbi post alios ita Iason columna secunda, & Alciat. ad finem adnotarunt. Sed si actio realis esset deducta in iudicium, tunc liberatio transactione conuenta, & stabilita, ad actionem realem etiam pertineret: quod sensit gloss. ultim. in dicto. l. sub praetextu. ibidem communiter recepta.

Quartò, si diligenter consideremus rationem Iurisconsulti in dicto. §. Mælia. idem erit respondendum, si liberatio ratione contractus & inter viuos fiat tutori, curatori, negotiorum gestori, & economo, nam & si ita fiat, non continet actionem in rem, immo non obstante liberatione potest ea in iudicium deduci, quod in specie probat eleganter Socin: consilio centesimo sexagesimo, columna penultima. & fin. sensit. Barto. in l. non solùm. §. ultim. ff. de liber. legat.

Quinto, idem esse existimo, etiam si liberatio fiat iuramento praestito: siquidem licet vel in vlti-

ma voluntate, vel in contractu liberatio iumenti religione confirmetur, nihilominus ex ea non censetur actio in rem sublata, nec remissa iuramentum etenim non auget obligationem extrinsecus: sed ei intra suos limites manenti ad dit religionis vinculum, & robur, argum. l. Titius in fine. ff. ad Trebell. not. Bald. in l. si procurator columna tertia. ff. de codic. indeb. text. celebris in l. ultima. C. de non numer. pecunia, quo manifeste probatur, iuramentum non supplere deficitum consensus. Cum igitur in hac liberatione deficiat consensus remittendi actionem in rem: apparet, ex liberatione iurata minime tolli ius petendi rem propriam reali actione.

Sexto, illud est considerandum, posse ita plene liberationem vel in ultima voluntate, vel in contractu concedi, ut & actionem in rem contineat, eaque remissa censeatur, si quis etenim alterum liberet ab omni eo, & toto, quod petere posset vel irrita efficiat omnia iura aduersus alterum sibi competentia, etiam realis actio remissa videtur secundum Corneum consilio vigesimo nono, libro primo, idem erit, si quis eu qui propriam rem administravit, liberet ab administratione, à lucris perceptis, & percipiendis, à principali, & reliquorum solutione, ac restituzione, optimus text. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. pluribus. ff. de acceptilat. notat eleganter Alex. consilio quadragesimo septimo, libro primo, numero nono.

Postremò, opportunè queritur liberatione legata, an & reliquorum remissio facta censeatur? & quid vbi quis liberatur expressim à reddendis rationibus, quod fere idem est, nam in his speciebus non videri reliquorum solutionem remissam esse probat text. in l. si quis rationes. ff. de liberat. legat. si quis inquit Vlpianus, rationes exigere vetetur, non impeditur reliqua exigere, ad idem tex. in l. Lucius. vbi hoc Bart. notat. ff. cod. titulo. & in l. Aurelio. §. Caius. vbi Bart. itē probatur in l. Aurelius. §. Titius. quo loco speciale est, ut legata patri liberatione ab actione tutelæ & à reddendis rationibus, etiam & reliqua remissa censeatur: cuius responsi præter alios nesciuntur Bart. in dicto. §. Caius. numero septimo. Roma. singul. 110. Alciat. de præsumptio. reg. 1. capitulo sexto. Angel. consilio. 183. & 174. quod si in patre id est speciale, in extraneis secūs erit, nam & hi reliqua soluere cogentur, optimus tex. in l. creditor. §. Titia. ff. de liberat. legat. ex quibus apparet, reliqua non videri remissa, quoties qui, liberatur ab aliqua actione generali, nempe à tu-

tela: cura, vel rerū administratione aut à reddendis rationibus, sicuti expressim adseruit Bart. in dicto. §. Caius, numero septimo, notatur in l. qui dam decedens, vbi Alber. ff. de admi. tutor. Alex. consilio quadragesimo quinto, in princip. libro primo, ex contrario patet liberatione legata ab actione tutellæ, & reliqua remissa censeris, nec petri posse, cum reliqua debita sint, & actione personali exigantur, quæ tamen actio in liberationem venit, gloss. in dict. §. Mæuia, quæ probatur ex his, quæ hoc capite tradidimus de actione in rem, quamobrem simul expediam, an remitti possit redditio rationum administratoribus, & quid de ea remissio operetur, aliquot propositis conclusionibus.

Prima conclusio, Redditio rationum remitti potest ab administratione præterita, text. gloss. & ibi Docto. communi omnium consensu in l. cum necessitatemi. C. de fideicomissar. probatur idem varijs Iurisconsultorum authoritatibus, quarum modo mentionem fecimus, atque statim amplius agemus. Hæc vero remissio quanuis à reddendis rationibus liberet administratorem, tamè à solutione reliquorum cum minime liberat. text. in dicta. l. si quis rationes, & in dicto. §. Caius, vbi Barto. numero septimo, gloss. communiter recepta in dicto. §. Caius. tex. in l. creditor. §. intercætera. ff. de libera. legat. & in l. si seruus vetitus, vbi Barto. ff. de legat. i. sicut nec liberat ab actione reali quemadmodum sat is probauimus.

Hoc ipsum verum est, etiam si testator liberet tutorem, vel administratorem ab actione tutellæ vel administrationis; nam ea liberatio fieri censemur à reddendis rationibus, non a solutione reliquorum. text. argumento ab speciali in dicta. l. Aurelius. §. Titius. & in l. Aurelio. §. Caius. cod. tit. vbi Bart. quem omnes sequuntur, columna secunda, idem tenet tametsi dubitet, ac contrarium sentiat Alber. ibi. Attamen hæc conclusio non procedit vbi liberatio ab actione tutellæ patri legata fuerit, text. in dict. §. Titius, idè si matribus eandem affectionis rationem, secundum Gozad. consilio nonagesimo quarto, sensit Francisco Cremensis inter Alexan. responsa consilio sexagesimo secundo, numero septimo, & in specie Ioan. Crottus in l. nemo potest. ff. de legat. i. colum. 20. numero decimo septimo. Sic & reliquorum remissio etiam facta cœsabitur: quories testator hæredē grauarit restituere tutori, vel administratori, quidquid ab eo ratione tutellæ exigerit, vel actionem ei remittere, text. in dict. l. si

quis rationes, ad finē, ex qua Bart. in dicto. §. Caius. num. 7. discrimē constituet, liberauerit ne testator tutorē ab actione tutellæ, an iussit, & mandauerit quod hæres eū liberet, siquidē priori causa non censemur reliqua remissa, posteriore vero & à reliquis liberatio fit, quam distinctionē assentit cōmuniter esse receptā Gozad. in dicto consil. 94. num. 17. notat Soci. consilio. 101. libro. 2. versic. aliquando. Sed isthac differētia iure non potest defend. Nam aut testator de reliquis cogitabit, & tunc cessat ratio Barto. qui scribit, ex eo non censeris reliqua remissa fuisse, q̄ testator de his non cogitauerit morbo impeditus, & ideo secundum eum, tunc reliqua censeris debent remissa, cum de his testator cogitauerit, nec differt liberatio legata in ultima voluntate ab ea, quæ inter viuos per hæredē fieri debet iussu testatoris, aut testator de reliquis non cogitauit, & ea non veniunt, nec venire possunt in liberationem ab hærede inter viuos iussu testantis concedēdum, cum testantis voluntas deficiat. Præterea sequeretur ex Bart. liberationē ab actione tutellæ legatum testamēto condito ab eo, qui tunc s̄ hæmētis erat, nullaq; cōgritudine grauabatur, ad reliqua extendi eorumq; obligationē, & actionē remittere, quod Bart. proposita generali differētia negat. Deinde liberatio facta ab hærede iussu testatoris non potest amplior esse ratione testamēti, quam fuerit testantis voluntas, argu. l. vxori, §. Agri plaga. ff. de legat. 3. fieri etenim debet iuxta mandatum testatoris, & eius testamentū, nec potest plura continere quam liberatio ab ipso testatore relictā, quibus sanè rationibus eleganter Angel. Bartoli distinctionem falsam esse censemur con filio. 185. eandem reprobavit Ioan. Crott. in dicta l. nemo potest. columna. 20. quibus adde Barto. Socin. consilio septuagesimo tertio, libro tertio, quem omnino legit, licet ab Angelo dissentiat. Curti. item Iunior in l. actione, columnā ultima de transact. refellit hanc Bartoli differentiā. His accedit Quarta ratio aduersus Bart. ex eo quod legata liberatione, tenetur hæres liberare legatum. l. tertia. §. nunc de effectu. ff. de libe. lega. & tamè liberatio ab hærede præstata reliqua etiam continet, ut fatetur Bart. igitur parū refert quod, testator legauerit liberationem, vel iussit hæredi, eam debitori præstare, nec quicquā hac in re iuuat Bartoli opinionē, alium esse liberationem ab hærede concedi ex tacita testantis voluntate, quia liberationē legauit, aliud ex expressa, nem̄ pe cūm testator iussit hæredi debitorem libera re, quia verè vtrunque sit propter voluntatem testantis

stantis, nifallor, expressam, atque amplior esse vi-  
detur directa liberatio testatoris, & expressior,  
quam ea quæ à testante oblique hæredi iniungit-  
tur. Quinto Barto. opinatur, liberationem ab hæ-  
rede præstitam, reliquorum remissionem com-  
prehendere, quia inter viuos facta sit, & tamen  
ipse Bart. ibi num. 6. fatetur, liberationē absque  
titulo & causa transactionis, inter viuos contin-  
gentem, ad reliqua non extendi, quia dolo vsum  
esse videtur eum, qui reliqua retinuit. l. Lucius.  
ff. de libera. lega, &c. l. tres fratres. ff. de pactis, er-  
go sibi non constat Bartoli sententia, quæ mini-  
mè probatur in dicta. l. si quis rationes, quippe  
quæ non excludat alias legandi formulas, qui-  
bus reliqua censeantur remissa, quamobrem e-  
tiam si differentia Bartol. communiter recepta  
fuerit, ipse opinor, liberationem à reddendis ra-  
tionibus legata in testamento, vel ab hærede  
præstitam iussu testatoris, reliqua non continere  
non enim agitur in hac liberatione de reliquo-  
rum remissione nec de liberatione ab actione  
tutelæ, sed de non reddendis rationibus, text. est  
in dict. l. si quis rationes. l. Lucius. l. creditor. §. in  
ter cætera, &c. §. Titia. ff. de libera. leg. quod si li-  
beratio ab actione tutelæ legata sit, aut ab hære-  
de præstita, aliud forsan respondendum est sicut  
& Alber. censet in dict. l. si quis rationes, sentiens  
tūc & reliqua remissa videri, quid enim obsecro  
refert, remittat testator ipse tutori actionem, an  
iubeat hæredem eam remittere, & tamen poste-  
riori casu reliqua censemur remissa, dict. l. si quis  
rationes, ad finem. Nec tunc Oberit text. in dict.  
l. Aurelio. §. Caius. & in. l. Aurelius §. Mæuia. in  
his etenim respōsīs etiam liberatione legata agi-  
tūc aduersus tutorem ad res, quæ actione reali  
vendicari possunt, & ad pecunias nō debitas, sed  
proprias illius, qui liberationē legauit. si quidem  
etiam reliquis remissis, hæpeti possent, cūm reli-  
qua actione personali petantur, & ea sint, in qui-  
bus redditis rationibus manet tutor ipse debi-  
tor: qua ratione etiam si liberatio patri tutori le-  
gata fuerit iuxta tex. in dict. §. Titius, opinor, à pa-  
tre posse ea peti, quæ actione reali possunt iure  
vendicari. Sed opinioni huic, qua diximus libe-  
ratione ab actione tutelæ legata reliqua remissa  
cenſeri, obstat fortiter text. à ratione speciali in  
dict. §. Titius. & ideo crediderim in hac difficulti  
quæſtione, liberatione legata ab actione tutelæ,  
iudicem varijs ex causis, ex qualitate disceptatio-  
nis & personarum, ac præsumpta mente testatis,  
rem ipsam estimaturū, vt licet in dubio reliqua  
non iudicentur remissa, quandoque tamen & ab

eis debitorem liberatum fuisse definiatur. tex. &  
ibi gloss. in. l. Aurelius. §. filias. ff. de liberat. legat.  
quod itidem apparebit ex verbis ipsius liberatio-  
nis, quæ ita ampla, & expressa esse possunt, vt his  
reliqua videantur esse remissa, vnde si testator  
grauauerit hæredem, vt ratione tutelæ aduersus  
tutorem non agat, reliquorum liberatio fit: ex  
dict. l. si quis rationes. licet Bart. contrarium opi-  
natur in dicto. §. Caius. num. 7. motus. Iuriscon-  
sulti responſo in. l. non solum, in secundo. §. pe-  
nultimo. vbi non agitur de reliquorum solu-  
tione, sed de dolo per tutorem commisso, qui mi-  
nimè, dictis verbis legata liberatione, cēsetur re-  
missus, quod apertius probabitur in sequentium  
assertionum examinatione.

Secunda conclusio. Quoties à reddendis ra-  
tionibus administrationis futuræ quis liberatur,  
nihilominus rationes reddere, & reliqua soluere  
tenebitur, quanuis liber sit ab + exactissima, an-  
xia, & stricta rationum redditione, text. vbi glos.  
& Docto. in. l. quidam decedens. ff. de administ.  
tutor. Barto. in dict. §. Caius, numero octauo, Sa-  
lycet. in dict. l. cūm necessitatē. C. de fideicom-  
mi. Angel. consilio. 185. Socin. consil. 201. colum-  
na secunda, quorum opinio communis est, quem  
admodum constabit ex his, quæ statim explicab-  
buntur, & in specie asserunt Ioannes Arelat. vlti-  
mo responſo de secundis nuptijs, numero deci-  
mo tertio, & Aymon consilio. 193. numero no-  
no, post Decimum.

Imò & hæc opinio communis vera est etiam  
si liberatio legata fuerit vtcunque vel ab hærede  
præstita ex testamento, quod prædicti Doctores  
probāt, & fatentur, quibus accessere Paul. Cä-  
stren. consilio octuagesimo sexto, vltimo dubio,  
libro primo, & consilio. 63. & 446. libro secun-  
do Iason in dicta. l. cūm necessitatē. Idem erit  
vbi testator non tantum tutorem liberauerit ab  
actione administrationis tutelæ futuræ, sed & te-  
stamento scriperit, se tutori legare omne id, in  
quo contigerit condemnari ratione administra-  
tionis: tunc etenim si quid negligenter admiserit  
leui culpa, id in legatu veniet, non autem si quid  
dolo fecerit, nec restitutio reliquorum: alioqui  
liberatio legata præberet ansam delinquendi, cō-  
tra Iurisconsulti responſum in. l. cōuenire. ff. de  
pact. dot. & dolus futurus cōferetur remissus,  
quod iure improbat ex. l. si vius. §. illud. ff. de  
pact. vbi gloss. atque ita responderunt Saly. Cor-  
ne. & Iason in dicta. l. cūm necessitatē, idein in  
lactione. ad fin. C. de transact. Segur. in. l. si ex le-  
gati causa, numero. 27. ff. de verborum obliga-

tio. Alexand. consilio. 74. libro septimo. Felin in capitulo. si diligenti, numero. 26. de foro competenti. Angelus consilio. 175. gloss. celebris in dicta. l. quidam decedens, verbo. senserit. Franciscus Cremensis inter Alexandri responsa, consil. 62. libro quarto, numero tertio. Anania consilio. 80. & inibi Bologninus. fatentur hanc esse communem opinionem. Decius consilio. 178. numero tertio, & consilio. 192. numero quarto, idem in dicta. l. actione, numero undecimo. Ioannes Crottus in l. nemo potest. ff. de legatis primo, columnna vigesima. Ferdi. Loazes de noua conuers. pag. columnna. 29. & Barto. Socin. consilio. 73. libro tertio, columnna octaua. Gualdensis de arte test. titulo de tutore, capitulo secundo. Curtius Senior idem tradit consil. 66. 2. dubio, ex quibus deducitur, etiam expressim dolum futuræ administrationis remitti non posse, quod in specie adnotavit Bartolus in dicto. §. Caius, numero. 8. cui omnes contentire videntur, per text. in dicto. §. illud.

Eadem ferè ratione quibus dā visum est etiam 4 si à testatore sit tutori remissa & confectio inuen- tarij, & ea remitti possit. l. vltima. C. arb. tut. pos- se nihilominus tutorem cogi ad eius confectio- nem si visum fuerit iudicii id expedire rerum ad ministratiōni. ex. l. vtilitatem, vbi Bart. ff. de con- fir. tut. Angel. consilio. 144. ad finem. Iason in di- cta. l. cùm necessitatē. Guido Papæ. decisi. 552. Barto. communiter receptus in l. nemo potest, numero duodecimo. ff. de legat. l. vbi post alios Ioan. Crott. columnna. 19. idem Bartol. in l. tu- tor qui repertorium, numero. 18. ff. de admini- stratio. tut. Aymon in consilio. 193. numero de- cimo. Segura in l. si ex legati causa. numero vi- gesimo primo. & sequētib. ff. de verborum obli- gatio. Aretinus consilio. 22. columnna secunda. Decius consilio. 549. numero quinto. Ferdinandus Ilerdensis in l. filius familias. §. diui, ff. de le- gatis primo, numero. 71. Gualdensis de arte te- standi, rubri. de tutore, capitulo. 3. quin & remis- sio ista conficiendi inuentarium non prejudicat legitimæ portioni debitæ ipsis minoribus ex bo- nis testantis, nec quo ad eam tenet, sicuti probat Ferdinandus Ilerdensis Episcopus in dicto. §. di- ui, numero septuagesimo primo, & ita aperti iu- ris esse videtur.

Cæterū, aduersus communem sententiam, censeri reliqua remissa, & dolum futurum: si te- stator tutori legauerit omne id, in quo damna- tus fuerit ratione administrationis, tenent Dy- nus in dicta. l. si quis rationes. Et inibi Raynelius

Foroliuensis, Angel. consilio. 185. ad finem. Cor- ne. consi. 313. libro primo. Frācisc. de Pepis inter Socini responsa consil. 282. libro secūdo, colum- na sexta. Crottus in dicta. l. nemo potest, colum- na. 20. Gozadin. consil. 47. num. 15. & consil. 94. colum. 2. num. 10. ex text. in dicta. l. si quis ratio- nes, qui tamen est intelligendus vbi tractatur de administratione præterita, non de futura, iuxta gloss. ibi Bart. in dicto. §. Caius, quibus maturè præuisis, vt dubitationem istam absoluamus, ali- quo est adnotanda existimo.

Primum nunquam dolum verum remissum censeri, nisi expressim, vel satis urgentibus clau- sulis remittatur, aut saltem ex f. certa remitten- tis scientia eum remissum esse constet, text. in l. non solum, in. 2. §. penu. ff. de liber. leg. l. tres fra- tres. ff. de paſt. l. Pomponius scribit. ff. de negot. gest. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. l. actione. C. de transact. quod apud me verisimum est. Et in specie probat Curtius Iunior in dicta. l. actione, columnna penultima.

Secundum, etiam si gloss. communiter rece- pta in dicta. l. actione, vt inibi Deco. fatentur & Socin. consi. 73. lib. 3. colum. 1. scripsit, remissa actione generali verborū formula, dolum com- missum in præterita administratione remissum censeri saltem vbi ex eo dolo nullum adest, nec superest administratori lucrum. Bart. in dicto. §. Caius. num. 6. Socin. post alios in dicto. consi. 73. colum 2. mihi potius placet, nec tunc verum do- lum remitti, tametsi præsumptus dolus renüssus videri possit ex his quæ statim dicentur.

Tertium, non idem est, tutorem, curatorem- ve dolum verè cōmisisse, & reliquorum debito- rem esse, siquidem contingere potest reliqua de- beri ab eo, qui bona fide rem gesserit, quod asse- runt & probant Corne. cons. 313. coluna vltima, libro primo, & Francisc. de Pepis inter Socini re- sponsa, consl. 182. columnna. 6. libro. 2. licet qui re- liqua non restituit, dolum præsumatur commis- se. l. l. C. de in lit. iur. auth. cōtra qui propriam C. de non numerata pecun. & l. qui restituere, & l. vltim. ff. de rei vendic. cum alijs.

Quartū, licet dolus, & verus, & præsumptus tacite, ac expressim circa præteritam adminis- trationem remitti possit, dolus tamen verus ratio- ne futuræ administrationis nullo pacto remitti poterit. l. si vñus. §. illud. ff. de paſtis, quod pro- batur ex cōmuni omnium sententia, cuius mo- do mentionem fecimus, vers. im. & hēc.

Quintum, dolus præsumptus etiā quo ad fu- turam administrationem remitti iure potest. l. l. & ibi

& ibi expressim Bald. C. de usufrui in fine. Antoni. in cap. fraternitatis, col. 9. versiculo quarto, fallit. de testib. Iason in dict. §. illud. Felin. in cap. si diligent, num. 31. de foro comp. & constat plenè, si consideremus opinionem illam, & Cæsaream decisionem, qua permisum est testatori, confessionem inuentarij tutoribus remittere. l. vltima. C. arbitr. tut. l. cum tale. §. i. vbi Paul. ff. de conditio. & demonstratio.

Sextum, & illud ex præmissis deducitur facilius censeri remissum dolum præsumptum, & re liquorum solutionem, quoties agitur de præterita administratione, quam vbi de futura tractatur, ne occasio delinquendi præstetur, hoc constat ex veri. sequenti, & ex præcedenti conclusione ad finem.

Septimò, erit considerandum, sententiam Dini in dict. l. si quis rationes, admitti posse quo ad reliquorum remissionem administrationis futuræ, si tutor factus nō sit ex eis locupletior secundum Fulgos. cons. 25. col. 2. Deci. cons. 178. col. 2. & cons. 192. num. 4. Aymo. cons. 193. num. 9. Gozadi. cons. 94. num. 12. Crémensi. inter cons. Ale xan. dict. cons. 62. num. 7. sensit Francis. de Pepis dict. cons. 282. Deci. & Curt. Iun. in dict. l. actione ad finē, ex quibus idē erit quo ad culpā etiam latam in omittendo contingentē, & quoad dolum præsumptū: & tandem quo ad ea, quæ potui. sent à testatore remitti: nam si legatum ita cōceptum fuerit, quenadmodum Dinus, Angel. & sequaces explicant, censentur remissa ea, quæ à tutori ratione dolii præsumpti, & culpæ etiā latæ omissionis causa cōmissæ, exigi poterāt, modò factus non fuerit locupletior, quod in specie Fulgos. respondit, cui ceteri adientiūt, quāvis Corneus in dict. cons. 113. col. vlt. lib. 1. existimet, prædictū legatum quo ad expressam, vel tacitam reliquo rum remissionem omnino valere, etiam si ex re liquis tutor locupletior fiat.

Octauò, deducitur ex his, etiam si expressim tutori futuro legetur id, in quo damnatus futerit causa dolii in administratione tutelæ cōmissi, nihilominus aduersus ipsum ob dolum verum agi posse, licet factus nō fuerit tutor locupletior: id etenim probant omnes hi, qui aduersus Dīnum communem opinionem sequuntur, & præterea Corne. dict. cons. 113. col. 11. pen. cui falso à quibusdam contrarium adscribitur, receptū tamen est, oportere dolum probari ab his, qui tutorem ea ex causa in iudicium vocauerint. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationi.

Vltimò, omittendum non est, ab opinione Di-

ni, ca ex parte, qua vera est, & sanè iure probari potest, colligi satis aperte, id legatum tutori prodesse, si apud iudicem cōueniatur ex eo quod repertorium facere omiserit, erit etenim ob id legatum ab ea auctio. absoluendus, vt eleganter Ful gol. Decius, Gozad. & Aymon in predictis respōsis scripsere, potuit siquidem confessio inuentarij à testatore remitti. l. vlti. C. arb. tut. cum alioqui contra tutorem, qui repertorium conficeret omiserit in item iuretur. l. tutor qui repertoriū ff. de administra. tutor. non tamen contra tutoris hæredem. l. alio. C. de in item iura. l. 6. tit. II. part. 3. quasi illa præsumptio dolii, quæ non confessio inuentario adest contra tutorem, minimē admittatur aduersus ipsius tutoris hæredē, idem probatur in l. 2. & in l. vlti. C. de in lit. iur. vnde licet controuersum sit, an ob dolum verum lite nondum à defuncto contestata, iuretur in item contra hæredem. Barto. cui frequentissime omnium consensu suffragatū est. in l. in actionib. ff. de in item iuran. definito, etiam tunc minime aduersus hæredē iuuari, Curt. Iun. num. 34. inibi refagante, authoritate eiusdem Bart. in l. prima. C. de in lit. iur. ab omnibus tamē receptū est, ob dolum præsumptum, lite nondum contestata mortuo reo, aduersus eius hæredem in lite iurandum non esse, dolus autem tutoris nō conscientis inuentarium, præsumptus est, non verus sicut ex præmissis, præsertim ex l. vltim. C. arb. tut. deducitur. notant in specie Dīnus, Alberic. Bart. num. 20. & Cuma. in dict. l. tutor qui repertorium, in princ. idem Bart. in dict. l. 1.

Hinc profectō manifestè constat, non solùm ob dolum verum, sed & ob præsumptū in item iuuari: quod probatur, nam aduersum tutorem non conscientem inuentarium iuratur in item propter dolum præsumptum dict. l. tutor qui repertorium, ex cōmuni omniū interpretatione: idein adnotarunt Curt. Iunior in dict. l. in actionibus, num. 28. & ibi Duarenus num. 35. Tiraquelius in l. si vñquā. C. de reuocād. donat. verb. donatione largitus, num. 134. & licet Corneus cons. 81. col. 3. vers. imò. lib. 4. Deci. in dict. l. in actionibus, num. 28. & Cate. Cotta. dictione, iuramentū in litē, contrariū probare conentur, assuerantes ob dolum præsumptum in item non iurari, quasi speciale sit, quod ob eum iuretur in actione tutelæ, in qua & ob latā culpā iuratur in item l. 2. C. de in lit. iur. opinor tamen & veriore, & magis receptam esse priorem iententiam quam generaliter Bart. numero. 21. & Cuma. in dict. l. tutor qui repertorium. Curtius Iunior, Duarenus, Tom. j. Var. Reso. Rr 3 nus,

nus, & Tiraquellus in præcitatibus locis veram esse cœsent, miraberis forsitan, lector candidè, cur hāc opinionem Bart. ipse tribuerim, & adscripserim cūm in contrariū Barto. locum adduxerit Cate. Cotta. nec temere: hēc enim sunt Bart. verba. **No**ta quod licet propter dolum solum iuretur in litem, & non propter latā culpā: vt in l. in actionibus supra, de in lit. iur. tamē intelligitur pro dolo vero non pro dolo præsumpto: vt hic, qui quidē locus vitio codicis interuersus fefellit virū aliqui diligentissimum, cūm ita legendus sit: Nota quod licet propter dolum solum iuretur in litem, & non propter latā culpā: vt in l. in actionibus supra de in lit. iur. tamē intelligitur pro dolo vero vel pro dolo præsumpto: vt hic. Hactenus Bart. à quo si diligēter eius sensum expēdisset Cattelli. Cotta. non deduxisset propriam Cornei, & aliorum sententiam, hunc codicis errorē deprehendimus ex Cumā. qui ita Bart. adnotationem refert in dict. l. tutor. num. 2. & Soci. cōf. 213. col. 3. lib. 2. ipsam Bart. sententiā sequutus idē evidenter appetet. Nam cūm Bart. num. 20. scriperit, dolum præsumi à Iurisconsulē ulro contra tutorem non confidentem inuentarium, tandem, num. 21. ab eodē Iurisconsulē responso incōcinnē, & per pēram adnotasset, non posse ob dolum præsumptum iurari in litem: siquidē expressum inibi sit, aduersus tutorem deferri iuramentum in litem ex eo, quod omiterit repertorium confiscere.

His adde Bald. in cap. 1. §. vassalus. si feudo fuerit contro. inter do. & agna. val. vbi dicit nota. text. in dict. l. alio. C. de in lit. iu. & Soci. conf. 213. lib. 2. num. 3. Chassan. in consuetud. Burg. rub. 6. §. 9. vers. istud inueniū. Math. Afflēt. decis. 169. Soci. Iunior. conf. 148. & Cattelli. Cottam dictio ne iuramentum in litem. Paul. Cast. & Iaso. numero 5. in l. si per alium. §. hoc iudiciuni. ff. nē quis cum, qui in ius vocat. &c.

## Ex Capite sequenti.

### S V M M A R I V M .

- 1 Successor singularis tenetur stare colonis, & inquisiliis, quoties eorum ius exceptum fuerit in cōtractu donationis, vel venditionis.
- 2 Conductio ad longum tempus transit in successorem etiam singularem.
- 3 Quoties in locatione, & conductione adest hypotheca nō potest colonus expelli à successore singulari.
- 4 Duo intellectus ad l. alio. C. locati.

- 5 Vxor quo paclō teneatur stare locationi rerum dotalium facta per maritum, & quid ē contrario.
- 6 Prælatus succedens alteri, an teneatur stare locationi facta per præcessore. Quod inibi latē traditur.

**An successor vniuersalis,**  
vel singularis teneantur stare  
locationi?

## C A P . X V .



V R E C A E S A R V M statutum est, vniuersale successorem non posse à contractu locationis à præcessore stabilito resilire nam & ei stare teneatur. l. viā veritatis. C. locat. Regia. l. 2. tit. 8. Parit. 5. §. vltim. In stat. de locatio. l. sed addes. §. penult. l. cūm plures. vers. hæredem. ff. locati. Non idem est in iuc cesso singulare, is etenim cōductore expellere potest. l. emptorem. C. de locat. l. qui fundum. ff. eod. tit. Regia. l. 19. tit. 8. Partita quinta, quod verum est, nisi + habitatio a venditore recepta, sit habitatoribus, text. in dict. l. emptore. 2. respōso, siquidē tunc expelli non possunt habitatores modo mercede constituta, non gratis habitent, text. in l. si mercedem. §. vltim. ff. de actio. empt. quem scribit singul. esse Ludo. Roma. singul. 27. ex quo patet, excepta à venditore habitantibus habitatione, expelli posse ab emptore eos qui gratis habitant: quasi venditor eos exceperit habitatores, qui iure locationis, & cōductionis poterant aduersus ipsum agere de euictione, quo fit, vt si quis donationis causa habitaret, & agere de euictione posset, is in exceptionē veniat. glo. cōmuniter recepta præsertim à Paulo Castrensi in dict. §. vlt. agit autē de euictione donatarius aduersus donatorem, quoties donatio non incepit à traditione, sed à promissione de donando, vel est euictio missa. glo. ab omnibus probata in l. 2. C. de euict. vbi Salyc. glo. in l. Aristo. ff. de donat. §. vltim. vbi Bart. & Imol. Paul. Castrē. in l. si à substituto. §. 1. ff. de lega. 1. colum. 2. Decius conf. 492. Iason in. §. fuerat. de actioni. num. 35. Bald. in auth. ex testamento. 3. col. 1. C. de collatio. Ludo. Gozadi. conf. 60. col. 2. Paul. de Castr. in l. si rem meam. ff. de solutio. Secundō, etiam successor singularis non poterit

rit expellere colonum, nec inquilinū si res conducta fuerit ad lögum tempis, text. in. I. prima, §. quod autem ff. de superficie. + glos. quam in ibi Docto. sequuntur in dict. I. emptore, Guido Papæ questio. 480. Aufrer. decisio. Tholosan. 420. Rota antiqua. 861. Et licet in dicta. I. prima. §. quod autem, de locatione ad vitam tractetur: & hæc ipsa opinio probetur in dicta. I. 19. tit. 8. par. tit. 5. qua. in ultima parte decimum est, colonum, seu inquilinum ad vitam, vel perpetuum non posse à successore singulari expelli: idē quoad exemptionem huius secundæ cœclusionis erit in locatione facta, & ad decennium conuenta. argum. I. vltim. C. de prescrip. longi temporis, & I. vltim. ff. si ager vult. q̄to in loco Accursius hanc locationem ad decennium perpetuæ locationi similem facit. Et tamē in perpetua locatione expressa est Regia constitutio: atque ita in specie notat Bartol. in dicta. I. qui fundum. ff. locati. idem Bartol. in dict. §. quod autem, in. I. Alex. in. I. si filio. §. si vir. num. 2. ff. solut. matrim.

Tertiō, à successore etiam singulari expelli nō potest colonus, nec inquinilus, qui rē ipsam, vel omnia locantis bona hypothecæ + subiecta habet pro obseruatione, cōtractus, ita quidē visum est Bart. Bald. & Salycetus in dict. I. emptorem. idem Barto. in dicta. I. prima. §. quod autē, idem Barto. in. I. qui fundum. ff. locat. Bart. Paul. Imola, & Alexand. in. I. si filio. §. si vir. ff. solut. matri. Paul. in. I. si merces. §. qui fundum. ff. locat. Rota antiqua. 861. Guido dict. quest. 480. Aufrer. dicta decisi. 420. Abb. col. pen. Anani. num. 9. in cap. querela, ne prælat. vices suas. Imol. Areti. & Alex. in. I. qui absenti. §. I. ff. de aqua. poss. sensit glos. in. I. nihil. §. vltim. ff. de legat. I. quorum opinio processit ab authoritate Iurisconsulti in. I. si creditor. §. vltim. ff. de distract. pigno. Quæritur, inquit Iurisconsultus, si pactum sit à creditore, ne licet debitori hypothecā vēdere, vel pignus: quid iuris sit? & an pactio nulla sit talis, quasi cōtra ius sit posita: ideoque vñire possit. Et certū est, nullam esse venditionem, vt pactioni sterter. Cui responso conuenit expressum Regia. I. vltima, titulo quinto, Partita quinta, ex quibus dubium est, sicut nec necessaria pactio de nō alienando rem locatam: vt locus sit huic Doctor. sententiæ: item an requiratur hypotheca specialis: an sufficiat generalis: in quo tria esse prenotanda existim.

Primum, hypothecam, siue specialem, siue generalē: etiā absque prohibitione alienationis omnino sufficere, vt colonus, vel inquilius iure

hypothecę possit rem ipsam detinere, & se ab expulsione tutari: donec à successore singulari ei sol uatur interesse, quod præmittunt, & fatentur præfati Docto. ex quibus constat saltem quo ad hūc effectum non requiri specialem hypothecam: & idem probant Paul. Castr. in dicta. I. nihil. §. vlt. Angel. consil. 245. num. 6. Corne. cons. 6. lib. 4. & Ferdinand. Loazes in. I. filius familias. §. diui. num. 441. ff. de legat. I. dicens hanc opinionem communem esse. idem tradit, & notat Caro. Molinet. in consuet. Parisiens. titu. I. §. 30. quest. 23. Deduciturque à Barto, in dicta. I. emptorem, & in dicta. I. qui fundum, cui cæteri accessere, quamobrem quod tradidere Iason in dict. §. diui. prima lectio. num. 92. & Xuarez in repet. I. Regiae post I. post rem. ff. de re iud. §. ibi, que las cumplides. colum. 6. hoc ipsum afferentes in speciali hypotheca. ita intelligendum est: vt idem sit in generali. argum. I. generaliter. ff. qui potio, in pig. hab. I. si is qui. ff. de iure fisci. Alexand. in consilio. 118. libro quinto, numero. 20. Antoni. Fanensis de pignorib. primo membro, secundæ partis, num. 6. assuerans hanc esse communem ientitiam. nec enim negari vlo pacto poterit, colonum ex hac hypotheca, etiam generale habere ius retinendi rem ipsam pro damnis, & interesse. dict. ff. quod autem. Barto. in. I. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indeb. Et quanuis Alexand. in dict. I. qui absenti. §. I. numero. 6. iuxta literam teneat, hanc hypothecam absque prohibitione alienationis non habere hunc effectum, vt res possit à colono retineri, donec ab emptore, & singulari successore soluatur interesse: ego existimo manifestum esse: Codicis vitium, & erratum esse sat evidens: cum Alexand. Bart. in dict. I. emptorem referat & sequatur.

Secundum hinc deducitur, scilicet, hypothecam etiam specialem rei locatae absque pactio- ne de non alienāda ipsa re: non habere hæc vim vt præcise alienatio non teneat: & cogatur emptor stare locationi, si quidē hypothecā ius hoc non habet: imo dissoluitur hypotheca eo ipso quod à possessore, vel secundo successore, primo interesse soluitur. I. Paul. alias Sēpronius. §. qui pign. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solua. I. cū seruus. ff. de distract. pigno. sic sane censer Bart. in dicta. I. emptorem. & in dicta. I. qui fundū, & ibi Salyc. idem Bart. & Imol. in. I. vēctigalia. ff. de publi. Salyc. in. I. mancip. C. de reb. alie. non alien. Alexan. post Paul. & Roma. ibi in dict. §. si vir in quinque annos, numer. 4. Iason in dicto. §. diui. numer. 92. I. lectio. Xuarez dict. col. 6. Anania in Tom. j. Var. Reso. Rr 4 dict.

nus, & Tiraquellus in præcitatibus locis veram esse cœsent, miraberis forsitan, lector candidè, cur hāc opinionem Bart. ipse tribuerim, & adscripserim cùm in contrariū Barto. locum adduxerit Cate. Cotta. nec temere: hēc enim sunt Bart. verba. Nota quod licet propter dolum solum iuretur in litem, & non propter latā culpā: vt in. l. in actionibus supra, de in lit. iur. tamē intelligitur pro dolo vero non pro dolo præsumpto: vt hic, qui quidē locus vitio codicis interuersus fecerit virū aliqui diligentissimum, cùm ita legendus sit: Nota quod licet propter dolum solum iuretur in litem, & non propter latā culpā: vt in. l. in actionibus supra de in lit. iur. tamē intelligitur pro dolo vero vel pro dolo præsumpto: vt hic. Haec tenus Bart. à quo si diligēter eius sensum expēdisset Catelli. Cotta. non deduxis flet propriam Cornei, & aliorum sententiam, hunc codicis errorē deprehendimus ex Cumā. qui ita Bart. adnotationem refert in dict. l. tutor. num. 2. & Soci. cōf. 213. col. 3. lib. 2. ipsam Bart. sententiā sequutus idē evidenter appetet. Nam cùm Bart. num. 20. scriperit, dolum præsumi à Iuris cōsulto contra tutorem non confidentem inuentarium, tandem, num. 21. ab eodē Iuris cōsulto responso incōcinnē, & per pēram adnotasset, non posse ob dolum præsumptum iurari in litem: siquidē expressum inibi sit, aduersus tutorem deferri iuramentum in litem ex eo, quod omiserit repertorium conficere.

His adde Bald. in cap. 1. §. vassalus. si feudo fuerit contro. inter do. & agna. vaf. vbi dicit nota. text. in dict. l. alio. C. de in lit. iu. & Soci. cons. 213. lib. 2. num. 3. Chassan. in consuetud. Burg. rub. 6. §. 9. vers. istud in uictariū. Math. Afflēt. decis. 169. Soci. junior. cons. 148. & Cattelli. Cottam dictio ne iuramentum in litem. Paul. Cast. & Iaso. numero 5. in. l. si per alium. §. hoc iudiciuni. ff. nē quis eum, qui in ius vocat. &c.

## Ex Capite sequenti.

### S V M M A R I V M .

- 1 Successor singularis tenetur stare colonis, & iugniliis, quoties eorum ius exceptum fuerit in cōtractu donationis, vel renditionis.
- 2 Conducio ad longum tempus transit in successorem etiam singularem.
- 3 Quoties in locatione, & conductione adest hypotheca nō potest colonus expelli à successore singulari.
- 4 Duo intellectus ad. l. adem. C. locati.

- 5 Vxor quo pacto teneatur stare locationi rerum dotarum facta per maritum, & quid ē contrario.
- 6 Prælatus succedens alteri, an teneatur stare locationi facta per præcessore. Quod imbi latē tradizit.

An successor vniuersalis,  
vel singularis teneantur stare  
locationi?

## C A P . x v .



V R E C A E S A R V M statutum est, vniuersalē successōrem non posse à contractu locationis à præcessore stabilito resilire nam & ei stare teneatur. l. viā veritatis. C. locat. Regia. l. 2. tit. 8. Parit. 5. §. vltimi. In stit. de locatio. l. sed addes. §. penult. l. cùm plures. vers. hæredem. ff. locati. Non idem est in succōlore singulari, is etenim cōductore expellere potest. l. emptorem. C. de locat. l. qui fundum. ff. cod. tit. Regia. l. 19. tit. 8. Partita quinta, quod verum est, nisi + habitatio a venditore recepta, sit habitoribus, text. in dict. l. emptorē. 2. respōso, siquidē tunc expelli non possunt habitatores modo mercede constituta, non gratis habitent, text. in. l. si mercedem. §. vltim. ff. de actio. empt. quem scribit singul. esse Ludo. Roma. singul. 27. ex quo patet, excepta à venditore habitantibus habitatione, expelli posse ab emptore eos qui gratis habitant: quasi venditor eos exceperit habitatores, qui iure locationis, & cōductionis poterant aduersus ipsum agere de euictione, quo fit, vt si quis donationis causa habitaret, & agere de euictione posset, is in exceptionē veniat. glo. cōmuniter recepta præsertim à Paulo Castrensi in dict. §. vlt. agit autē de euictione donatarius aduersus donatorem, quoties donatio non incepit à traditione, sed à promissione de donando, vel est euictio promissa. glo. ab omnibus probata in. l. 2. C. de euict. vbi Salyc. glo. in. l. Aristo. ff. de donat. §. vltim. vbi Bart. & Imol. Paul. Castrē. in. l. si à substituto. §. 1. ff. de lega. 1. colum. 2. Decius cons. 492. Iason in. §. fuerat. de actioni. num. 35. Bald. in auth. ex testamento. 3. col. C. de collatio. Ludo. Gozadi. cons. 60. col. 2. Paul. de Castr. in. l. si rem meam. ff. de solutio. Secundō, etiam successor singularis non poterit

rit expellere colonum, nec inquiliū si res con-  
ducta fuerit ad lögum tempus, text. in. l. prima,  
2. §. quod autem. ff. de superficie. + glos. quam ini-  
bi Docto. sequitur in dict. l. emptorē. Guido Pa-  
pæ quæstio. 480. Aufrer. decisio. Tholosan. 420.  
Rota antiqua. 861. Et licet in dicta. l. prima. §.  
quod autem, de locatione ad vitam tractetur: &  
hæc ipsa opinio probetur in dicta. l. 19. tit. 8. par-  
tit. 5. qua. in ultima parte decisum est, colonum,  
seu inquiliū ad vitam, vel perpetuum non pos-  
se à successore singulari expelli: idē quoad exem-  
plum huius secundæ cōclusionis erit in locatio-  
ne facta, & ad decennium conuenta. argum. l. vi  
tim. C. de præscrip. longi temporis, & l. vltim. ff.  
si ager vult. q̄to in loco Accursius hanc locatio-  
nem ad decennium perpetua locationi similem  
facit. Et tamē in perpetua locatione expressa est  
Regia constitutio: atque ita in specie notat Bar-  
tol. in dicta. l. qui fundum. ff. locati. idem Bartol.  
in dict. §. quod autem, in. l. Alex. in. l. si filio.  
§. si vir. num. 2. ff. solut. matrim.

Tertiō, à successore etiam singulari expelli nō  
potest colonus, nec inquilius, qui rē ipsam, vel  
omnia locantis bona hypothecæ + subiecta ha-  
bet pro obseruatione, cōtraetus, ita quidē visum  
et Bart. Bald. & Salycetus in dict. l. emptorem.  
idem Barto. in dicta. l. prima. §. quod autē, idem  
Barto. in. l. qui fundum. ff. locat. Bart. Paul. Imo-  
la, & Alexand. in. l. si filio. §. si vir. ff. solut. matri.  
Paul. in. l. si merces. §. qui fundum. ff. locat. Ro-  
ta antiqua. 861. Guido dict. quæst. 480. Aufrer. di-  
cta decis. 420. Abb. col. pen. Anani. num. 9. in ca-  
pit. querelā, ne prælat. vices suas. Imol. Areti. &  
Alex. in. l. qui absenti. §. i. ff. de aqua poss. sensit  
glos. in. l. nihil. §. vltim. ff. de legat. i. quorum opi-  
nio processit ab authoritate Iuris consulti in. l. si  
creditor. §. vltim. ff. de distract. pigno. Quæritur,  
inquit Iuris consultus, si pactum sit à creditore,  
ne licet debitori hypothecā vēdere, vel pignus:  
quid iuris sit: & an pactio nulla sit talis, quasi cō-  
tra ius sit posita: ideoque vñire possit. Et certū  
est, nullam esse venditionem, vt pactioni stetur.  
Cui responso conuenit expressum Regia. l. vlti-  
ma, titulo quinto, Partita quinta, ex quibus du-  
bium est, sicut nec necessaria pactio de nō alienan-  
do rem locatam: vt locus sit huius Doctor. sen-  
tentia: item an requiratur hypotheca specialis:  
an sufficiat generalis: in quo tria esse prænotan-  
da existimo.

Primum, hypothecam, siue specialem, siue ge-  
neralem: etiā absque prohibitione alienationis  
omnino sufficere, vt colonus, vel inquiliū iure

hypothecę possit rem ipsam detinere, & se ab ex-  
pulsione tutari: donec à successore singulari ei sol-  
uatur interesse, quod præmittunt, & fatentur præ-  
fati Docto. ex quibus constat saltem quo ad hūc  
effectum non requiri specialem hypothecam: &  
idem probant Paul. Castr. in dicta. l. nihil. §. vlt.  
Angel. consil. 245. num. 6. Corne. cons. 6. lib. 4. &  
Ferdinan. Loazes in. l. filius familias. §. diui. num.  
441. ff. de legat. i. dicens hanc opinionem com-  
munem esse. idem tradit, & notat Caro. Moline.  
in consuet. Parisiens. titu. 1. §. 30. quæst. 23. Dedu-  
citurque à Barto, in dicta. l. emptorem; & in di-  
cta. l. qui fundum, cui cæteri accessere, quamob-  
rem quod tradidere Iason in dict. §. diui. prima  
lectio. num. 92. & Xarez in repet. l. Regiae post  
l. post rem. ff. de re iud. §. ibi, que las cumplades. co-  
lum. 6. hoc ipsum afferentes in speciali hypothe-  
ca. ita intelligendum est: vt idem sit in generali.  
argum. l. generaliter. ff. qui potio, in pig. hab. l. si  
is qui. ff. de iure fisci. Alexand. in consilio. 118. li-  
bro quinto, numero. 20. Antoni. Fanensis de pi-  
gnorib. primo membro, secundæ partis, num. 6.  
asseuerans hanc esse communem sententiā. nec  
enim negari villo pacto poterit, colonum ex hac  
hypotheca, etiam generale haberé ius retinendi  
rem ipsam pro damnis, & interesse. dict. ff. quod  
autem. Barto. in. l. si non sortem. §. si centum. ff.  
de condic. indeb. Et quanuis Alexand. in dict. l.  
qui absenti. §. i. numero. 6. iuxta literam teneat,  
hanc hypothecam abique prohibitione aliena-  
tionis non habere hunc effectum, vt res possit à  
colono retineri, donec ab emptore, & singulari  
successore solvatur interesse: ego existimo mani-  
festum esse: Codicis vitium, & erratum esse sat  
evidens: cum Alexand. Bart. in dict. l. emptorem  
refrat & sequatur.

Secundum hinc deducitur, scilicet, hypothe-  
cam etiam specialem rei locatae absque pactio-  
ne de non alienāda ipsa re: non habere hæc vim  
vt præcise alienatio non teneat: & cogatur em-  
ptor stare locationi. siquidē hypothecā ius hoc  
non habet: imò dissoluitur hypothecā eo ipso  
quod à possessore, vel secundo successore, primo  
interesse solvit. l. Paul. alias Sēpronius. §. qui  
pign. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solua. l. cū ser-  
uus. ff. de distract. pigno. sic sanè censem Bart. in  
dicta. l. emptorem. & in dicta. l. qui fundū, & ibi  
Salyc. idem Bart. & Imol. in. l. vectigalia. ff. de pu-  
bli. Salyc. in. l. mancip. C. de feb. alie. non alien.  
Alexan. post Paul. & Roma. ibi in dict. §. si vir in  
quinquennium, numer. 4. Iason in dicto. §. diui.  
numer. 92. i. lectio. Xarez dict. col. 6. Anatia in  
Tom. j. Var. Reso. Rr 4 dict.

dict. capit. querelam, numero. 9. Bald. colum. 2. & ibi Salyc. apertius in dict. l. emptorem, quorum intentiam sequuntur eam dicentes communem esse Antoni. Fanens. numero. 6. Carol. Molinae. & Ferdinandus Loazes in præcitatibus locis, tametsi Cuma. in dicto. §. si vir in quinquennium & Barto. Soci. cons. 90. libro quarto. nitatur probare in hac specie, successorem singularem præcise cogendum esse stare locationi, & colonio: nec satis esse quod is velit soluere interesse, quod admitti poterit forsitan, ubi pactio fuerit iuramenti religione communia: sicuti Socin. ipse sensit: & probat Antoni. Fanens. in dicto membro. 1. numero. 9. idem notat Boerius decil. 182. nume. 51. adhuc tamen dubia est Socin. opinio: cum hic non tractetur de vinculo iuramenti respectu iurantis, vel eius vniuersalis successoris, qui cœventioni tenetur stare.

Vltimò est ad hæc considerandum: pactio inita, qua vetitus sit locatot rem ipsam alienare, & adiecta ipsius speciali hypotheca: emptorem eiusdem rei præci. e cogendum esse stare locationi, nec tamen sufficiat ad hoc generalis hypotheca, text in dict. l. si creditor. §. vltim. quem ita in hac quæstione interpretantur Bart. Bald. Imol. num. 3. Aretin. 9. Iason. 32. in l. si ita quis. §. ea legge. ff. de verbo. obligat. Barto. Roma. & Imol. in dict. l. qui absenti. §. 1. Alexand. in dict. §. si vir, numero. 4. Iason. in l. quoties. C. de rei vendic. numero. 28. quorum sententia frequentiori calculo ut communis recepta est, secundū Ferdinand. Loazes in dict. §. diui. num. 441. & Antoni. de Fano dicto mēbro. 1. num. 5. licet Paul. Castren. in dicto. §. ea lege, & Iason. Crott. in dict. §. diui. col. 27. Alex. cons. 39. lib. 5. nñm. 6. Corne. cons. 321. lib. 4. teneant: responsum Iurisconsulti in dict. l. creditor. §. vltim. procedere, & obtinere, etiam præmissa generali hypotheca. Horum sane decisio fortassis admitti poterit: quando promissio seu pactio sit generaliter, prohibet alienationem omnium bonorum, & cuiuslibet eorum partis: adiecta omnium item bonorum hypotheca: quod respondet Alexand. in dicto consilio. 39. libro quinto.

Hinc inseritur intellectus ad tex. in. l. ædem. C. locati, & l. 6. tit. 8. part. 5. quibus cautum est posse inquilinum à domo conducta expelli ante finitam locationem, si dominus eā proprijs usibus necessariam esse probauerit, idem probatur in capit. propter. §. verum. de locato, nam id admittendum non est, quoties pro obseruatione, & exequitione contractus inquilinus obligatam,

& hypothecæ subiectam habet ipsam domum specialiter, vel generaliter secundum Cuman. columna vltima, & Alexand. colum. 2. in dict. §. si vir in quinquennium. Carol. Molina. in dict. quæst. 23. num. 94. & Arnaldum Ferronum in consuet. Burdegalensis, titulo. 3. §. 2. quibus ipse nō assentior, quippe qui videam ex ea hypotheca nihil aliud posse deduci, quam ipsius contractus & obligationis maiorem vim & tutissimam firmatatem, posseque rem ipsam iure pignoris pro tutela contractus detineri: & tamen ipse dominus qui stare omnino tenetur alioqui locationi, ex iuris permissione potest domū locatam ad propriam habitationem petere expulso inquilino, si ea indigeat: nec ea necessitas tempore locationis aderat, dict. l. ædem. & dicto. §. verum, igitur hæc facultas non tollitur per hypothecam: cum ea à iure ex natura contractus locationis vt cunque firmissima tacita sit concessa, verū est, quod Cuma. Alex. & Carol. opinionem istam tradidere in ea specie: quādo locator post locationem rem alteri donauerit: nam tunc existimant donatarium non posse expellere conductorem, etiam si re ipsa indigeat ad proprium usum: si tamen stare locationi teneatur, quod defendi potest: & præterea, licet Alexand. scribat secūs esse in emptore: mihi idem in quoque singulari successore videtur: vt tandem si is stare teneatur locationi propter hypothecam: vel ius in re competens cōductori: non possit eum expellere etiam si re indigeat ad propriam habitationem.

Hoc probatur: quia inquilinus propter casum contingentem post contractum: à domino, qui cum eo contraxit, expelli potest nō ab alio, dict. l. ædem, nisi sit eiusdem domini successor vniuersalis: qui eius personam representet: his etenim leges contractibus adscriptæ, vel à iure subintellectæ: non alijs competit. At singularis successor quoties stare tenetur locationi, non representat ipsum locatorem: sed ad id tenetur, vel quia contractus ab ipso conuentus non tenet in præiudicium locationis, vel ratione pignoris & hypothecæ: & ideo iniuria grauis fieret conductori, si expelli posset à quoque successore singulari: sicut ab ipso locatore: propter proprium, & ei necessarium rei locatæ vium: estetque locus mille fraudibus: quibus obviandum est, plerunque etenim singulares successores indigent rebus ipsis, quas emunt, quibus locatores ipsis toto locationis tempore non indigerent, quamobrem in hac dubitatione distinguendum esse arbitror inter ipsum locatorem, & eius singularem successorem

cessorem: ut ipsi locatori cōpetat ob proprium, & necessarium usum ius expellendi conductorem, ex l. adēm, etiam si conductor rem ipsam habeat speciali hypotheca obligatam, nec opinor Cuman. & Alexand. aliud voluisse: licet Ferronus ex eis id deduxerit.

Ex quo mihi dubia videtur sententia Angeli in dict. l. adēm. vbi assuerat, non posse locatorem inquilinum expellere, etiam si ob nouam, & contingentem necessitatem re ipsa indigeat: si in instrumento locationis nominatum expressum sit de non expellendo locatorem, pendete tempore conductionis: cum ex his verbis videatur recessum à natura locationis: ut aliquid operentur ea verba adiecta, de non expellendo conductorem l. quārō. §. inter locatorem. ff. locari. Ange. subscripsit Deci. consilio. 292. & consil. 667. columnā secunda, quod mihi non probatur iure: quia ea verba, ne expellantur conductores ante tempus, insunt ex natura contractus etiam si expressa non sint: & ideo apposita, non debet ad casus singulares, & in specie à lege decisos, exceptosq; deduci, & nec extendi, quia ratione Salmanticæ cum anno quadragesimo sexto, interpretarer publicè Paragraphum, verum, capitul. propter, de locat. Angeli opinionē improbavi, ac de num postea compéri eam reprobari ab Arnoldo Ferrono in consuetud. Burdeg. dict. titul. 3. §. 2. non obicit tex. in dict. l. quārō. in dō poterit aduersus Angelum induci ex his, quæ ad eius interpretationem ipse adnotauit in rubric. de Testamentis. 2. parte, num. 11. & sequētib. nec conuenit in praxi hanc opinionem admitti: cūm ex eo omnino, & paſim tolleretur dict. l. adēm. singularis, & aquissima decisio.

Quarto, queritur principaliter de vxore, an ea teneatur stare locationi contractæ per maritum dum res dotales + administrabat? Cui qui dem questioni respondet Paul. lib. 7. ad Sabinū in l. si filios familias. §. vltim. ff. solu. matri. Si vir inquit, in quinquennium locauerit fundum & post p̄i. num forte annum diuortium interuenire: Sabinus ait, non alias fundum mulieri reddi oportere quam cauerit, si quid præter viii anni locatione in maritus damnatus sit, id se præstaturam esse. Sed & mulieri caendum quidquid præter primum annum ex locatione vir consequutus fuerit, se ei restituturum. Hactenus iuris consultus, ex quo Bart. collegit, vxorem non teneri præcisè stare colono apposito per maritum tempore, quo is erat dominus dotis: postquam ipsa vxor matrimonio soluto ius pristinum recu-

perauerit: & licet ipsa teneatur cauere marito de indemnitate ne ipse damnum consequatur ex his, quæ matrimonio constante, ut legitimus ad ministrator gessit, colono tamen nō datur exceptio nec retentio: secundum eundem Barto. cui accedunt Imola, Cuma, Roma. & Paul. ibi Alberic. in l. diuortio. in princip. num. 11. ff. iolut. matri. Campegius de dote, secunda parte, quæst. 23. Aufreri. in decisi. Tholosan. 420. Cinus & Salyc. in l. emptorem. C. locati. quorum opinio probatur ab Accursio in l. secunda. §. vltini ff. de dote præleg. & est communis ut fatetur Carol. Mol. in consuetud. Paris. §. 30. quæstio. 22. contraria tamen placuit Angelo in dict. l. emptorē. Bald. & Angel. in dict. §. si vir in quinquenium. Bald. in l. t. columnā penultim. C. de iure fisc. libr. 10. & Ananiae in capitulo vltimo, numero nono, ne prælat. vic. suas. ea ratione, quia maritus res dotales locauit ut legitimus administrator rerum, & vxoris, quæ postea matrimonio soluto succedit titulo singulari: ad exemplum tutoris, qui durante tutela locat res minoris, & minor finita tutela tenetur stare præcisè locationi. l. Si tutelæ. ff. de administrâ. tutor. igitur tenebitur vxor præcisè stare locationi: & colono apposito per maritum. Huic rationi responderi poterit: non idem esse in marito, quod in tutori: siquidè tutor res minoris locat, ut legitimus administrator nomine minoris pupilli, non nomine proprio: at maritus & si sit administrator rerum dotalium, & vxoris, tamen nomine proprio ut dominus dotis matrimonio cōstante locat: & ideo vxor non tenebitur præcisè stare locationi, quæ non sit eius nomine facta, atque ita cōmuni opinio iure defendi potest. Sed nihilominus non omnino reprobanda est opinio Alexand. in dict. §. si vir. columnā prima, scribentis, vxorē præcisè cogenitam fore stare locationi mariti: vbi ea locatio facta fuerit permaritum ad modicum tempus, nempe ad annum: quasi id æquitati conueniat, cum ea locatio recte, ac bona fide facta sit, eandem sententiam non citato Alexandro sequitur Carol. Molin. in dict. quæst. 22. num. 92. quibus ad stipulatur, quod statim adducemus in locatione rerum Ecclesiæ facta per Prælatum.

Quid autem è contrario dicendum erit: utrum maritus teneatur stare locationi factæ per vxore aut locerum ante dotis constitutionēs. Et gloss. in verb. sequantur, in l. diuortio. in prin. ff. iolut. matri, sentit, maritū teneri stare locationi, sicut & vxor, quod refragatur iuri ex ea ratione, qua constat, successorem voluntarium singularem

posse à locatione resilire, dict. l. emptorem, ergo cùm maritus sit voluntarius, & singularis successor poterit colonum expellere secundum Rom. in dict. l. si filio. §. si vir. num. 26. cuius opinio iure verior est, vt existimant, & probant Alex. num. 38. & Claudi. num. 35. in dict. l. diuortio, ipsi tamē post Cumam. I mol. & Aretin. ibi Campe. de dote. 2. part. quæst. 23. opinionem gloss. admittunt eo casu, quo maritus paciscens dotē sciuerit rē sibi promissam dotis titulo, locatā esse, siquidē consentire locationi visus est, & ideo non potest expellere colonum, nec inquilinū, quod ob autoritatem gloss. in praxi recipiendum est.

- Quintō principaliter ad hanc rem conduit inquirere de locatione facta + per prælatum: an & ei successor stare teneatur? in qua quidem controversia tria proponam, quæ videntur articulū istum enodare.

Primum, esse omnino distinguendum, an prælatus res ipsius Ecclesie, quæ ad dignitatcm, & ad sumptus, & alimenta prælati non pertinent, tanquam bonorum Ecclesie administrator, & Ecclesie rector, locauerit, an ipsius dignitatis rem, cuius fructus, & redditus ad victum, vestitum, & onera dignitatis spectant, & constituti sunt, in locationem dederit. Priori etenim specie similis omnino videtur prælatus ipsi tutori, res minoris & pupilli locanti, ex ratione luris consulti in dict. l. si tutelæ ff. de admi. tuto.

Secundum, etiā si Ecclesie prælatus, & rector ad tempus iure permisum, res locauerit, nomine tamen proprio, & ad propriā utilitatem, huic locationi successor stare nō tenetur: imò finitur locatio morte locantis. glos. cōmuniter recepta in capitulo ultimo, nē prælati vices suas. Regia l. nona, titulo decimo septimo, part. 1. Rota noua. 232. Anchar. consil. 16. Paulus Castrensis, consilio. 2. lib. 1. Socin. consi. 32. colum. 4. lib. 1. quorum opinio communis est secundum Socin. consilio. 34. libro. 3. & probatur ex eo, quod mortuo rectore, qui locauit, fructus & redditus ad successorem pertinent, & ei reseruantur, cap. præsentis offic. ord. in. 6. capit. relatū, in secundo, de testam. nec amplius ad defuncti ius attinent: ideo locatio eius morte extinguitur. Et præterea siue dicamus rectorem esse usurarium, siue usufruetarium, locatio morte finitur: nec ei tenetur successor proprietarius stare. l. si quis domuni. §. primo. ff. locati, nec obstat, quod de uxore dictū est à Iurisconsulto in dicto. §. si vir in quinquennium, quia maritus dum locat dotalis res, est ad ministrator rerum, & successoris: nempe uxoris,

eandem opinionem sequitur Abbas in quæstione tertia, incipienti, Sempronius clericus, dubio quinto, quæ quidem procedit, etiam si successor velit stare locationi: nam is consensus p̄trū prodit inuito conductore: qui non tenebitur conductio stare: sicuti probant Abb. dict. dubio. 5. Rota dicta quæstione. 232. Socinus dicto consilio trigesimo secundo, libro primo, & Anani. in dicto capitulo ultimo, numero decimo quinto, idem erit, vbi rector Ecclesie, qui locauit, beneficio renuntiauerit ante finitam locationē; nam eius successor non tenebitur stare locationi: quod eleganter respondet Paul. Castrensis. consil. 4. lib. 1. & deducitur ex gloss. in dict. capit. ultimo. & communī opinione, quam etiā sequitur Dōmini. consil. 17.

Tertium, in hac quæstione dubitationem habet. Quidam etenim tenent, successorem omnino teneri stare locationi facte per prælatum, seu rectorem Ecclesie, ipsius Ecclesie nomine, & ad eius commodum, nempe cùm reditus rei locat ad Ecclesiam ipsam pertinent: non ad ipsum rectorem, hoc probatur ratione dict. l. tutele. nam ipse locator rerum Ecclesie, quæ non moritur, administrator est legitimus: & ideo in hac specie opinionem istam asserunt veram esse Anton. in dicto capitulo ultimo. Abb. in dict. quæstione. 3. dubio. 5. Angel. consilio. 245. numero. 6. Maria. Socin. consilio. 32. columnā secunda, libro. 1. Alij verò contrarium asseuerant existimātes, Successorē minimè cogi posse, vt probet locationē à prælato nomine Ecclesie factam: nisi ea utilis sit Ecclesie, gloss. cōmuniter recepta secundum Abba. & Anania columnā quarta, in dicto capitulo ultimo, & Socin. consilio. 34. libro tertio. columnā tertia. Rotam nouā dicta decisione. 232. Sed & Abb. atque Anania mediā probare videntur sententiam, ex qua censem, opinionē gloss. quæ cōmunis est, procedere, vbi non appetet, locationem esse gestam, & factam in Ecclesie utilitatem prima, & apparenti ipsius rei consideratione: at si statim ex ipsa prima, & apparenti examinatione contractus, locatio utilis Ecclesie vilā fuerit, Antonij sententia admittenda est: quemadmodum ipsi opinantur.

Ego verò considerandū esse reor, eos qui quæstione in istam tractavere, vñanimi cōsensu præmittere, locationem ad tempus in ea definitum fieri potuisse pet rectorem, aut prælatum absque alterius autoritate: nā si ea fieri non potuisset, frustra controvenerit: an successor teneat ut sit re locationi: quæ nulla, & irrita fuerit. Quod si lo-

catio fieri potuit: & facta fuit nomine Ecclesiæ ab eo, qui legitimā Ecclesiæ, & eiusdem patrimonij administrationē habet: ego non video, quare ratione successor possit à cōtractu locationis recedere. Prælatus enim, ut tutor pupilli, & eiusdem patrimonij: ita est administrator legitimus Ecclesiæ, & rerum ad Ecclesiam pertinētū, vnde si res Ecclesiæ locauerit nomine Ecclesiæ, eiulq; negotium gerens: & ipse locationis cōtractus validus fuerit: successor tenebitur stare locationi: si cut tenetur tutor, qui alteri tutori in administratione tutelæ successit, quamobrem mihi opinio Antonij vera videtur. Nec refert sit utilis locatio Ecclesiæ, vel inutilis: nam ad id damnum effugienduni petere Ecclesia poterit in integrum restitutionem, quæ tunc commode, & oportune competit: cūm contractus validus est: ipsi tamen Ecclesiæ damnosus.

Ex hoc apparet, locationem mortuo prælato non finiri, nec ab eius successore retractari posse: si ea facta fuerit nomine Ecclesiæ, & ad tempus iure permisum ab eo prælato, qui eam rem locare poterat ut legitimus administrator rerum Ecclesiæ: ipsiusq; rei locatae redditus ad Ecclesiam non ad prælatum, pertineat, nec video quid in hoc casu differat tutor à prælato.

Sic sane, si rector alicuius hospitalis, ad annū tantum electus, ipsius res locauerit ad triennium vel ad aliud tempus iure permisum: tenebitur successor locationi factæ nomine xenodochij, & ad eius usum, stare omnino, alioqui fallax esset hæc administrandi potestas.

Idem dicas in rectoribus ciuitatum: vbi ad eorum officium spectat res ciuitatis locare. nam locatio ab eis nomine ciuitatis facta: etiam ad successorem transiuit: sicut & alij contractus.

Igitur vbi locatio rerum Ecclesiæ à prælato fieri potest ad usum ipsius Ecclesiæ: & ea facta fuerit nomine Ecclesiæ: ut & facta censembitur, in rebus ad ipsam Ecclesiam non ad prælatum pertinentibus: successor in dignitate: licet possit in integrum restitutionem petere ob lesionem Ecclesiæ: non poterit iure ordinario a locatione discedere. Non idem erit, si Prælatus Ecclesiæ, locauerit rem, cuius redditus non ad Ecclesiam: sed ad ipsum Prælatum pertinent. Nam licet nomine Ecclesiæ locauerit, intelligitur ea locatio sub ea conditione, si ipse Prælatus viixerit, & ut effectu habeat, dum ipse Prælatus ius habuerit percipiendi redditus illos, hoc etenim dictat materia subiecta, quod ipse deduco ex notatis per Socin. consilio trigesimo quarto, libro

tertio, columnā secunda, & à me ipso in capitulo requisisti. de testamen.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iure veteri res Ecclesiæ non poterant ad longum tempus alienari: & sic nec ad decennium.*
- 2 *Prælatus qui iurauit nō alienare res Ecclesiæ, per ius non est, etiam si eas locauerit ad longum tempus.*
- 3 *Res Ecclesiæ ad vitam locari non possunt.*
- 4 *Hodie non licet ultra triennium locare res Ecclesiæ etiam cum pacto de renouanda locatione.*
- 5 *An locatio facta ultra tempus permisum, validas sit quo ad triennium saltem.*
- 6 *Res Ecclesiæ quibus toto triennio unicus frumentus colligatur locari possunt ad novem annos, et inibi de tate leuiter extrahag. Pauli Secundi. et an ea ysu recepta fu.*
- 7 *Res Ecclesiæ, an possint hypothecæ titulo obligari.*
- 8 *Bona Ecclesiæ possunt dari in pignus, et alienari ad captiuorum redemptionem, et pauperes alendos.*
- 9 *Res Ecclesiæ an possint alienari ad redimendos a publicis carceribus hos, qui ob criminia, et sceleris in eum statum deuenierunt.*

Ad quod usque tempus  
res Ecclesiæ locari iure  
possint.

## C A P . X VI .



RÆTER MVLTA alia, quæ in tractatu de reb⁹ Ecclesiæ non alienādis explicari solent, illud plerunq; obviū est, an simpliciter res Ecclesiæ locari possint, & ad quod annos, non adhibita juris Canonici solennitate? Illud profecto constat, res Ecclesiæ ita locari posse ad modicum, & breve tempus, textus est ingnis in Clementina prima, de rebus Ecclesiæ & in capitulo ultimo, ne Præla. vices suas, qui de locatione ad septennium mentionem facit. Ex quo tamen adjuncta Bernardi

nardi interpretatione Panormitan. adnotauit, li cere rectori Ecclesiae, & prælatis fructus sibi ipsis ratione officij, dignitatis, & beneficij pertinentes ad tempus vitæ ipsorum, locare, quod deduci vi detur à ratione ipsius constitutionis, quæ licet de septennio tractet: conuentiones locationis obseruari statuit, idē expressum est Regia. l. 9. titul. 17. part. 1. quæ hanc Panorm. adnotationem probat. Sed verè in dict. cap. vlt. non probatur id, cum inibi locatio ad septennium admittatur & valida censeatur conuentio locationis in septem annos: nec vllum verbum sit: quod ad locationem pro vitæ tēpore referri possit: & ideo contrarium potius placet Anan. num. 7. & est maximè conueniens aliorum Doctorum interpretationi sicuti statim ostendemus.

I Locatio autem rerū Ecclesiae ad longum tempus expressum prohibetur † in dicta Clement. i. & in cap. nulli. de reb. Eccles. & licet alias arbitrio iudicis definiri debeat hæc dubitatio, quod sit longum tempus: hac tamen in re locatio ad decennium dicitur ad longum tempus: & ideo prohibita est: nisi præmittantur solennia, quæ ad alienationem requiruntur. glo. Cardin. Imol. & alij in dict. Clem. i. verb. locationes. Abbas in capit. vestra, de locat. & in capit. 3. numer. 9. vt lit. penden. idem Lapus allegat. 80. Alex. cons. 17. libro. 4. Deci. consilio. 142. numer. 3. quorum opinio communis est secundum Abb. in dict. cap. vlti. colum. 1. ne præ. vices suas. Deci. cons. 204. Barb. in rub. de reb. Eccles. num. 52. Socin. cons. 32. libro. 1. columna prima. & probatur in. l. vlti. ff. si ager vectigal. iuncta glo. ibi. & in. l. sine præfinitione. ff. de poenit. Barto. in. l. prima. §. quod autem ff. de superficieb. Bald. in. l. iubemus. in. 2. column. 3. de sacrosanct. Eccles. fatentur item hanc opinionem communem esse. Bart. in dict. §. quod autem. in. 1. & Paul. Castr. cons. 4. libro primo, & id verum est, etiam si expresse agatur in locatione ad longum tempus, quod nullum transferatur dominium, quia commoditas fructuum, quæ ad longum tempus transferatur, pro vera habetur alienatione in materia prohibitiua ad euitandam fraudem. ex Bald. in Auth. hoc ius, col. 1. Fabiano de emptione, in. 4. quæstio. princip. quæst. vltim. Carol. Moli. in consuetu. Parisi. §. 41. quæst. 8.

Ex quo apparet, an vera sit opinio glo. in. l. codicillus. §. instituto. ff. de legat. 2. quæ assuerat, prohibitum rem aliquam alienare, posse eam ad centum annos locare, quam dicit sing. esse. Bal. Nouel. de dote. 7. part. priuileg. 1. col. pen. nam

locatio, quæ ad decennium fit, quidquid Accurs. scriperit prohibita cēsetur: & alienatio dicitur: cūm ex ea dominium vtile transferatur. l. 1. & 2. ff. si ager vectiga. Dinus, Barto. & alij per text. ibi in. l. prima. §. quod autem ait ff. de superfici. Frederic. cons. 123. Salycet. in. l. vltima. C. de reb. ali. non alien. columna vltima, quamobrem falsum est, quod Accurs. in dicto. §. instituto, notauit ex gloss. in. l. vltima. C. de pact. pigno. & ibi Bald. & eodem in Authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. Eccles. Paulo Castr. in. l. manumissio nes. ff. de iustitia & iure. Alexand. in. l. filius. §. vltim. ff. solut. matrim. & est contra glo. in dict. §. instituto. cōmunis opinio, vt fatentur Barto. ibi Alexand. in. l. domos. §. vltim. columna vltima, ff. de lega. 1. Decius in dicto cons. 204. & constat evidenter ex traditis latissimè ab Andrea Tira quell. libro primo, de retract. §. 1. gloss. 14. nume ro. 79. & ex his, quæ modo adduximus post glo. in dict. Clem. 1.

Hinc etiā examinari poterit, quod Cald. scripsit in capit. cum contingat, de iureiur. asserens, non esse periurum prælatum, qui iuravit non alienare res Ecclesiae, etiam si eas locauerit ad decem, vel viginti annos: id etenim iure non procedit, siquidem locatio rerum Ecclesiae ad longum tempus, & sic ad decennium, prohibita est: sicuti & alienatio: quod præter alios expressim aduer tit Bald. in capit. 1. in princip. columna penulti. de his, qui feud. dat. poss. scribens in prohibitio ne alienationis rerum Ecclesiae facta prælatis: ap pellatione alienationis cōtineri locationem ad decennium. Nam & propriè alienat, qui vtile do minium transfert. Bald. post glo. ibi in cap. 1. §. noui verò. per quos fiat inuest. Bal. idē in cap. 1. §. vt si Libellarlo. quib. mod. feud. amitta. quam obrem in specie Calderini sententiā reprobat Abb. in capit. intellecto, de iureiur. columna vltima. Ego vero, & si censem rem hanc dubiam esse, non auderem à Calderino dissentire: ac potius à crimine periurij liberum, & immunem esse prælatum iudicare. Fateor sanè prohibitam esse locationem rerum Ecclesiae ad longum tempus. & prohibita alienatione, prohibitam censem. conductionē istam, & locationem: id tamen verum est impropriè, & ex lata dictionis significacione. l. si fundum. ff. de fundo dotali. l. alienatum non propriè. ff. de verborum significatio. l. non alienat. ff. de regu. iur. l. item si res. §. sunt. & alia. ff. de aliena. iudic. mut. caus. fact. quibus constat, conditionem etiam ad longū tempus non esse propriam alienationem, vnde maritus, qui

non

non potest rem dotalem alienare; poterit eam locare etiam in longum tempus, authore Bald. Nouello de dote. 7. par. priuil. 1. columna penultima. Et licet plerunque ab latam dictio significationem res prohibita alienari, ad longum tempus locari non possit: haec tamē impropria significatio accipienda est ad hoc, ut contractus non teneat, non ad poenam infligendā locanti. Bald. in. l. voluntas, columnā ultima. C. de fideicōmis. præsertim ad periurium deprehendendum, & eius poenam: cum iuramentum stricte sit intelligendum iuxta proprium verborum sensum. capit. ad nostram. in. l. deiureiur. Panorm. in capit. ex parte. in. 2. de cleri. non resid. text. singul. in cap. clericus, de iureiur. hac profecto ratione existimo defendi iure posse Cald. opinionem, ex qua prælatus qui iurauit non alienare res Ecclesiæ, si eas locauerit ad longum tempus, perpetam officio rectoris, & administratoris vtitur: periurus tamen non est, ex hoc dubia est apud me Alex. responsio in consilio. 119. libro. 3. scribentis, p[ro]p[ri]a priuationis constitutam contra emphyteutam alienantem irrequisito domino. l. ultima. C. de iure emphyteut. etiā obtinere aduersus emphyteutam locantem ad longum tempus. idem Iason ibi. numer. 112. id etenim saltem quo ad poenam falsum est quod Carol. Molin. arbitratus in scolijs ad Alexandrini.

Tertiò, deducitur ex præmissis, rem Ecclesiæ non posse locari ad vitam alicuius: quia locatio ista perpetua, & ad longum tempus censetur, text. & ibi gloss. verb. eius, in Clementina prima de reb. Eccles. ybi Anchar. Cardin. & Imol. Alexand. in dicto consil. 119. libro tertio, & consil. 165. libro secundo. Decius consil. 204. & probatur in Authentica de non alienandis. §. in emphyteusim. capitulo. ex literis, de constitu. & Authentica, perpetua. C. de sacrosanct. Eccles. nam & in hac locatione ad vitam requiritur solennitas à Canonibus statuta in alienationibus rerum Ecclesiæ. gloss. in dicta Clementina. l. verb. non habeat, & Domi. consil. 48. Fortassis h[oc]c locatio ad vitam poterit simpliciter admitti: vbi verisimili conjectura præsumi poterit, eum, cuius vita locationi apponitur, non vieturum decem annos iuxta computationem. l. hereditatū. ff. ad. l. Falcidiam, quæ quidem Iurisconsulti consideratio etiam in alijs questionibus, præter legis Falcidię rationem, admittenda: quod ex Bart. ibi & alijs oportunius alibi disputabitur.

Quod verò dixi in initio huius capituli permisam esse locationē ad modicum tempus, & pro-

hibitam ad longum: & tempus longum dici decennium, ita vt intra decenium ad nouem etiam annos fieri possit rerum Ecclesiæ locatio: forsitan procedit quo ad rectores seculares: quo ad monachos autem, & prælatos regulares modicum tempus arbitrio iudicis definietur. gloss. dicta Clem. 1. verb. modicum, quam esse c[m muniter receptam asserit Alexand. in. l. Si filiofamilias. §. ultim. columnā penult. ff. soluto. matri mo. ramet[ur] quo ad seculares, & regulares longum tempus decennium esse constet.

Cæterum, ex noua Pauli Secundi constitutio quæ incipit. Ambitiosæ, inter extrauagates communes, tit. de reb. Eccles. nō alien. omnino prohibetur locatio rerū + Ecclesiæ ultra triennium, varijs adscriptis poenis, & præsertim excommunicationis censura. Ea tamen constitutione præmissa: aliquot dubia explicabimus ad eius congruam interpretationem.

Primò, contingere solet locationem rerū Ecclesiæ fieri ad sex vel nouē annos: hac adscripta clausula: vt tot sint locationes, quod triennia, & finito primo triennio, tūc facta sit noua locatio. Et in hac specie, & forma locationis nullum vietum dari: immo eum contrarium omnino validum esse etiā in secundo, tertio, & reliquis triennijs, respōdet Bald. in capitulo primo. §. Si Libelario, quibus modis feud. amitt. & in. l. voluntas. C. de fideicōmis. nam & si locatio ab initio fiat ad plures annos: verè distinctio locationib[us] per tempora à iure permissa: nulla locatio ex his iuri contraria est, contrarium probat text elegans in Authen. de non alienand. §. quod autem dictum est, vers. nec illud, collat. 2. vbi si res alienari prohibita vel cōcedi ad longum tempus, concedatur ad nouē annos cum pacto de renouando ad alios nouē annos aut cum expressa renouatione ad alios annos iure permissos: finita prima locatione, tale machinamentum non tenet: nec ea locatio valeat ultra tempus à iure permissum idē in specie firmant. Cinus in. l. prima. C. de iure emphyt. Alberic. in. l. pluribus. §. primo. ff. de verborum obligatio. in. fin. Cardin. in dicta Clementina. l. §. fina. quæstione vlti. Anchar. consil. 57. Lapis allegat. 12. Iaso. in. l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. Alexand. consil. 165 libro. 2. Carol. Molin. in consue. paris. §. 41 quæstio. 8. quibus accedunt Bart. in. l. Nodestinus. ff. de donat. Bald. in consilio. 327. libro. 3. & consilio. 392. libro quinto, similem cautelam reprobātes: quorum opinionem communem esse assuerat Alexan. in. l. si filiofamilias. §. ultimo, colum. ultima, ff. solut.

lut. matrim. quamobrem non sunt admittenda conuentiones istae, quae manifeste fiunt in fraudem legis: sat etenim erit locationem ita conuentam validam esse in tempore iure promisso: quo ad reliquum autem omnino retractabitur: & in firma locatio censebitur.

Secundò, licet ab eadem constitutione improbetur locatio rerum Ecclesiae ultra triennium: si tamē facta fuerit ad octo annos valida erit quo ad tres priores, nec in totum rescindetur: quod probatur, nam emphyteusis conuenta ultra tempus iure permisum, & si non valeat quo ad totum illud tempus à contrahentibus definitum, valet planè quod tempus, quod iuxta iuris legi timas sanctiones poterat definiri. Bald. in authētica si quis ruinas. C. de sacro sanct. Eccles. Paul. Castrensis in authen. qui rem. C. eodem titulo Imola in capit. ex parte de de feud. columna penult. Alexand. in consi. 38. libro. 2. quorunq; opinio communis est secundum Iaso. & Decium in dicta authen. qui rem. & Tiraquel in libro secundo, de retractu, parte ultima, numero. 144. & tenenda in praxi secundum Aretin. in l. 1. §. sed si mihi, colum. 6. ff. de verbis, obligatio. & probatur in authen. de non alienandis, dicto. §. quod autem dictum est, versic. nec illud, colla. secunda & præterea ex eo, quod in separabilibus vtile nō vitiatur per inutile l. prima. dict. §. sed si mihi, & in reg. vtile, de regul. iuris, in sexto, in summis vero, & in tempore: quoniam consistunt hæc duo in quantitate numerali, separabilis est excessus: & is tantum vitiatur: remanetque dispositio valida in residuo: sicut & donation facta ab ipse inscriptione, & excedens quingentos aureos, nō vitiatur nisi in excessu: & efficax est usque ad iumentam permisam. l. sancimus. l. penultima. C. de donationibus. Sed quod locatio in hac questione omnino nulla sit: nec quo ad tempus permisum valida certatur: videtur expressum in dict. Extraugan. ambitiosæ. dum subdit: locationem aliter factam nullius omnino esse roboris. Similia ferē verba ponuntur in authentic. de non alienandis. §. emphyteusim, optimus text. ad hoc in Clemētina prima, de reb. Eccles. ubi dicitur, nec recipienti ius aliquod adquiri. Negatiua siquidē cum dictione aliquod, etiam in qualibet minima parte verificatur glossa in Clemētina prima de foro competenti, verb. aut earum, ubi Cardinal. Panormit. & Felin. in capitulo. pastoralis, de offic. delega. in princip. columnata tertia. Iason in Authentic. ex causa. C. de libe. præter. colum. 4. Dominic. in consi. 35. idem Iason in l. cum qui.

columna secunda. ff. de officio eius, cui est manda. iurisdict. Corset. in singula. verb. pars. Bald. in capitulo primo. §. cum autem. columna secunda, de controversi. inuestitur. Bald. & Duci. per text. ibi in capit. quoniam, de testib. longe, lateq; Andreas Tiraquell. in l. si vñquam. C. de reuocan. donatio. verbo. omnia, vel partem aliquam numero quinto, &. 14.

Deinde in his, quæ pendent à voluntate duorum: & agitur de obligatione contrahenda: si actus non valet, vt fit: nec volebit, vt fieri potest, Bartol. communiter receptus in. l. prima, dicto §. si quis ita. ff. de verborum obligationib. per text. ibi. & in l. prima. §. cum qui. ff. de constit. pecun. Postremo facit, quod Roman. consilio sexagesimo sexto, respondit probas, electionem factam ad tres annos non valere etiam ad annum duntaxat stante statuto, quod electio consiliariorum fiat ad annum: & non ultra: & si contra fiat, sit nulla. Sic sane in locatione rerum Ecclesiae facta ad longum tempus, vel ultra tempus à iure permisum in totum est nulla, nec sustinetur quo ad tempus, in quod fieri poterat. Bartolus & Iason in dict. authen. qui rem. idem Iason in l. 2. C. de iure emphyteu. num. 170. Lopus allega. §. in l. in l. quod dicitur. ff. de verborum obligatio. Bald. in l. quicunque. C. de bonis quæ liber. columna prima. Alexan. consilio. 17. libro quarto. Matthæus Afflictis decisione. 107. & inquit Aretinus in dicta. l. prima. §. sed si mihi. hæc opinionem fortiori vñriorē esse: idem tenet Bartholomæus Socinnus, inibi non obstantibus his quæ ad probationem prioris opinionis adducta fuere.

Verum Carolus Molinæus in consuetud. Parisiensi, titulo primo. §. 41. quæstione decima, in hac dubitatione ita procedit, vt distinguat contractum emphyteticum ad generationes conuentum: & locationem ad tempus contractam: & subdit in priori specie veram esse Baldi, & aliorum opinionem, quam diximus communem esse: in posteriori vero admittendam esse sententiam Bartol. & vere omnes hi, qui priorum opinionem sequuntur, in contractu emphyteticico loquuntur: qui ultimam, partim & in emphyteticico, partim in contractu locationis, & frequentius hanc examinant controversiam. Ratio autem discriminis inter hos contractus ea reddi poterit, quod contractus emphyteticus, tot concessiones censetur habere, quot sunt generationes, & licet fiat in plures generationes, in effectu virtualiter repetitur, & renouatur concessio

cessio in quilibet generatione, argumento eorum que notat Bartol. in l. mortis causa capit. ff. de donat. caus. mort. idem & Alex. in l. si mihi, & Titio. ff. de verborum obligatio. Sic & in contractu feudal: si is fiat ab Ecclesia, quae consuevit res dare in fendo in masculos tantum, in mares, & foeminas: licet non teneat haec conuentio quo ad foeminas. capit. 2. de feud. capit. 1. §. 1. qui feud. dar. poss. remanebit valida quo ad masculos: ut existimat Bald. in capit. 1. §. 1. super verb. consuetudo, & ibi Mar: i. Lauden. de his, qui feud. dare poss. Fulgos. consi. 22. Iacobi. de feud. verbo. feudum. columna vltim. quos Carol. sequitur dicta quæstio. 10. At in locatione ad longum tempus non est idem: cum una sit locatio: nec possit congrue distingui, aut diuidi sine lesionе contrahentium, maximè locantibus: siquidem minor est pension in locationibus ad longum tempus, vel in perpetua, quam quando locatur res ad sex, vel novem annos duntaxat: vide si locatio ad longum tempus reduceretur ad minus, & breuius sine pensionis augmentatione: laederetur multum ipsa Ecclesia: sicuti lenit gloss. in l. si decem. ff. locat. Bart. in consi. 159. columnā vltim. Ego profecto non video inter haec duo congrua differentiae rationem: cum etiam si fateamur in contractu emphyteusis ad tres, vel quatuor generationes: secundā ipsam generationem, item & tertiam ab ipso domino, qui rem dedit in emphyteusis, ius habere quod Bart. notat in dict. l. mortis causa capit. scrisimus & nos in rubri. de testam. 3. parte, numero. 26. vere tamen hic unus contractus est, ex quo ius queritur primæ, secundæ, & tertiae generationibus, unusque contractus censemur, eadem quæla. Sordidio procul contingere potest tam locanti, quam conducenti: tam danti in emphyteusim rem aliquam, quam recipiēti ratione minoris, vel maioris pensionis, non enim sub eadem pensione annua, recipere quis emphyteusis ad unam tantum generationem: sub qua eadem recipere ad tertiam usque generationem. Et ideo res ista dubia appetit. Nec obstant verbā tex. in dicta Clemen. i. & in dict. extraug. i. & in dicto emphyteusis, quia non referuntur ad totam confectionem: sed solam ad excessum prohibitum: cuius respectu locatio erit nullius roboris: omnino nulla, nec aliquid ex ea conducenti acquiretur: non enim ex hoc tollitur quominus illud, quod sit intra limites à iure permisso valeat, quod senserunt Deci. in dict. Authentic. qui rem, Alciat. in dicto. §. sed si mihi. num. 20. Cuti. 2. part. de feud. quæstione. 6.

Tandem, ut liberè sententiam dicam, in contractu emphyteusis, & locationis existimo verio rem esse Bart. sequacium opinionem, ut omnino & in totum, contractus irritus iudicetur, nec sustineri possit in ea parte, quæ fieri iure, & licite poterat. Et præterea, quæ pro Barto. adduximus, quibus non est congrue responsum, hanc partem probat text. insignis in authentic. de non alien. §. si verò etiam perpetuam, &c. collatione secunda, in haec verba: Si verò etiam perpetuam quispiam emphyteusis accipere presumperit: quod non licet, aut temporalem quidem non tam secundum huius nostræ legis obseruationem: etiam sic cadat quidem de emphyteusi. Hactenus Nouella constitutio, quæ in pœnam contractus aduersus legem conuenti, statuit accipiētem statim cadere ab emphyteusi. Cadere in quani etiam ab eo iure, quod licite ei cōcedi potuit, alioqui non esset congrua loquendi forma, siquidem ab eo contractu, vel ab ea parte conventionis, quæ nulla est, non statuitur congrue, quod cadant contrahentes, idem comprobatur ex eo, tex. dum dixit, etiam sic cadat, quasi dixerit cadat, & in hoc casu, sicuti & in paulo antè prenotatis, & in §. si quis igitur, ubi in pœnam scriptum est, cadat quidem mox pretio: rursus, & in §. si quis autem per donationem, inquit, & ipso quod datum est omnino cadat, ex quibus id hinc constat, verba illa: etiam si cadat quidem de emphyteusi, ad ipsam integrum emphyteusis conventionem referenda esse, & ad initium, & tempus contractus: ita: quidem ut accipiens emphyteusis constitutionis & iuris formam statim contractu omnino cadat. Quamobrem Bartol. opinio mihi magis vera videtur.

Non obstat huic sententiæ regula illa, quod in separabilibus vtile non virtiatur per inutile, quia cum hic tractemus de vnica tantum locatione, de vnica tantum emphyteusi, non potest commode separatio fieri, non enim est ita cōmoda locatio pro tribus annis respectu trium annorum, sicuti pro decē vel viginti annis respectu totius text. item in dict. §. quod autem versi. nec illud, non probat opinionem Bald. cum in eo non agatur de vnica locatione ad longum tempus, vel ultra tempus iure permisum, nec de emphyteusi concessa ultra generationem permisam, sed de pacto de reuocanda locatione, vel renouanda emphyteusi finita prima generatione, aut clapso tempore à iure permisso, quod maximè differt ab hac quæstione, nā in illa specie remanet ipsa locatio validare dicto pacto à iure reprobato, & in fraudem

fraudem legis addito, quemadmodum in præcedenti quæstione diximus: at in præsenti dubitatione, locatio cum vnica sit, seu emphyteusis concessa vltra tēpus à iure permīssum, in totum vitiatur.

Sed præmissa Baldi sententia, cùm ea sit frequentiori calculo recepta: oportet eam intelligere veram esse, nisi ex probabilitibus coniecturis appareat, locatorem, aut conductorem, non minori tempore rem illam vel locaturum, vel conducturum: quod fatentur omnes & præsertim Alexand. Soci. & Alciat. in dict. §. sed si mihi. notat Bart. in consilio. 159. columna tertia, quem diminutè retulit Felin. in cap. cùm super de offic. delega, columna secunda. Carol. Moli. dict. quæstione decima, numero. 46. optimus text. in l. lullianus. §. si quis colludente. ff. de actio. emptio. vt putat si emphyteuta tempore contractus Ecclesiæ dederit trecentos aureos pro emphyteusi vlique ad quartam generationem, & sic vltra tempus à iure permīssum. Nam vél in totū est rescindenda emphyteusis fauore recipientis, vel in totum erit valida, quod fieri non potest, quod exē plū non conuenit planè emphyteusi Ecclesiasticæ propter decisionem text. in dicta authenti. de non alien. §. si vero etiam perpetuā, in secunda eius parte, vbi recipiens emphyteusim Ecclesiasticam vltra tempus a iure permīssum, in pœnam, quod dedit, amittit, commendat Aretin. in l. si aliquam rem, colum. 14. ff. de acquir. possel. deducens ex eo aliud quod expressim ex contextu colligitur. Nisi iusta aliqua causa valeat recipientem emphyteusim à pœna excusare.

Ex his etiam deducitur noua esse Baldi sententiam admittendā vbi locatio vltra tempus permīssum sit hac adscriptata conditione, vt vnica tantum penitus pro toto tempore soluatur hoc etenim casu omnino, & in totum vitiatur contractus, quia vnica pactio est, quæ commodam temporis diuisionem nō patitur, & id expressim decidit Bal. consil. 475. libro. 1. quæ sequitur Andreas Tiraquel. libro. 1. de retract. §. 23. glof. 1. numero. 10. quorum opinio defendi iure poterit, etiam si teneamus Bald. & aliorum opinionem, quæ communis est.

Eadem ratione si locatio facta sit ad vitam, quæ minime valet in re Ecclesiæ, vt modò probauimus: penitus rescindetur, eritque omnino nulla: nec sustinebitur ratione trium annorum, aut eius temporis ad quod fieri iure poterat, est enim hæc vnica & ex mente contrahentium individua locatio: in qua non potest separatio con-

grua fieri eius temporis, quod permīssum est, ab eo, in quo excessus adeat, quod maximè est considerandum.

Tertiò, Extraugans constitutio intelligenda est in rebus Ecclesiæ quæ quotannis coluntur, & ex eis fructus quolibet anno colliguntur, aliqui si res Ecclesiæ eius sint conditionis, vt ex eis quolibet triēnia vnicus tantum fructus percipiat, poterunt in nouem annos locari, sensit hanc interpretationē Andre. Barbat. in rubrie. de reb. Eccles. numero. 52. cui accedit quod Bald. notat in l. adem. columna prima. C. locat. scribens emphyteutam priuati cessantē à solutione per trienium non cadere ab emphyteusi, si ex re emphyteutica quolibet biennio vnicus fructus colligatur, est enim tunc necessarium, quod cesseret à solutione canonis per sex annos, idem Alexander in l. diuortio. §. primo, columna ultima, & ibi Iason. §. quod in anno. 3. notabil. ff. solut. matrim. idem Iato in l. secunda, columna secunda. C. de iure emphyteu. & in auth. qui rem. C. de sarcas. Eccles. colum. 2. Cattelli. Cotta dictio, emphyteuta priuati, facit ad hoc optim. text. in l. si sic. ff. quemadmo. seruit. amitt. cuius Iason in dict. l. 2. n. minit, numero quarto, & num. 52. & alibi solet prædicta Iurisconsulti responsio ad alias quæstiones adduci, tametsi difficulter habeat intellectum.

Quartò, eadem constitutio prohibens rerum Ecclesiæ locationem vltra trienium, ita est interpretanda, vt non tantum locatio vltra trienium non valeat, nec teneat: sed mandatum ad locandas res Ecclesiæ possit alteri concedi vltra triennium. Atque ideo si mandatum alicui detur ad locandas res Ecclesiæ, erit intelligendum ad triennium tantum, quo finito procurator nō poterit absque noua commissione etiam in aliud triennium res Ecclesiæ locare, idem si mandatum ex preslī detur ad locandas res Ecclesiæ bis, ter, & pluries ad triennium tamen: in mandatum finitum clapsō primo triennio, sicuti respondet eleganter Decius consilio. 282. dicens alioqui fraudem posse fieri prohibitioni iuris Canonici, si quis ex mandato administratoris posset habere potestatem perpetuam, vél vltra triennium ad locandas res Ecclesiæ: esset etenim quædam perpetua locatio etiam si mandatarius ad triennium tantum locaret eas res, & eo finito deinde ad illud triennium, quod existimo adnotacione dignum & opportere ita esse ad tutiorem rerum Ecclesiæ administrationē, quanuis quibusdam dubium videri possit.

Quintò,

# Libri secundi Caput. XVI. 641

Quinto, sicut qui huius constitutionis interpretationem examinantes asseuererent, eā per consuetudinem sublatam esse, & hanc cōsuetudinem validā fore, itenim conatur probare Rochus Curtius in c. vi de consuetud. Folio parvo quinqua gesimo primo. col. 1. & sentit Sylvestr. verb. Alienatio. §. decimoquinto ego vero distinguendū esse opinor: aliud siquidem est eam constitutionē non fuisse ab initio receptam, aliud semel receptam cōsuetudine fuisse sublatam. Priori etenim casu certum est, legem nullam vim obtinere, si ab initio recepta non fuerit à subditis. quod Aristoteles docet secundo Politicorum. c. sexto. & probatur. l. de quibus. ff. de legibus. c. in istis. §. leges. quarto distinct. vbi scribit Domi. leges à Principe dari ea conditione & intentione, ut non aliter obligant, quam si fuerint à republica recepta: ad idem glo. in c. R. de treug. & pace. glo. in. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. & est communis opinio nam & maxime pr̄suntendum est, cā legem, quā à republica non recipitur, minimē ei cōtentū. Posteriori vero casu lex semel recepta tollitur per cōsuetudinem legitimē pr̄scriptā. ea. vī de consuet. & sancē tunc dicitur, legem nō fuisse receptam, quando Principe sciēte per aliquor actus contrarios excludit: eo autem igno rante, vbi per decenniū lex negligit, & omittitur, nec illo pacto admissa fuerit. Imol. & Felin. nū decimotertio. cap. 1. de treug. & pac. Iason in dicta sicut non nouam. §. Patroni. quibus pr̄missis constat qualiter intelligendū sit quod Rochus Curtius scribit. potuit namq; ea constitutio non quāpi, & deinde recepta contraria tolli cōsiderant, ut tunc ins antiquum sit obseruan dum: apud Hispanos dubium est, an ei constitutio hisceterogauim, vidi etenim sapè eam adduci, & quod in aliquot controuertiss, & quando que admittantur, quandoque neglectam fuisse, pro indecidit, & examinationi hoc dimittimus.

\* Sexto, vīlū est quibusdam Pauli constitutionē locutionem terum Ecclesię ultra triennium prohibuisse, ita quidem ut ipsas res prohibeat locari, non quād fructus, & redditus Ecclesiasticos. Sequitur, quād inī contingit locari non ipsos fūdes, neb ipsa Ecclesiā predia, sed fructus & redditus ad uliquod beneficium pertinentes, & hanc locationem ultra triennium scripsi: possit quidam opinari, nec de hac intelligendā esse Pauli prohibitionē, quod comprobatur &. l. Regia nōna. vī decimo septimo. partita prima: & opinione Patroni, cuius memini in hoc capite. num. 1.

Hactenus de locatione rerum Ecclesię, cui quic-

sitioni illa proxima est, an res Ecclesiā possint hypothecā summitti, & in pignus dari. Et ad hāc controversialē p̄mittendum est, quod appellatione alienationis in materia fauorabili continetur etiā hypotheca, non sic in stricta, & odio sc̄. gl. verb. Hypothecam. in. l. vlt. C. de reb. alien. non ali. & ibi Clitus, Bald. & alij. Alexan. consil. vi gesimonono. nū: quinquagesimo primo libr. 7. Antoni. Farentis de pignoribus. secunda patte. tertio membr. num. sexagesimonono. probatur prior pars in. l. si pupillorū. §. si p̄t̄or. ff. de reb. cot. vbi in prohibitione alienandi res pupillorū, quād fauorabilis est, etiam comprehenditur hypo theca: id in alienationē rerum Ecclesię. tex. in c. nulli. de reb. Eccle. l. vlt. paulo ante citata. Et ideo quod Barto. scribit in. l. quorum. ff. de pigno. dicēs, prohibitū alienare non posse rem hypothecā summittere, procedit quando prohibito fauorabilis est. id etiam confirmatur ex ed., quod hypotheca est actus per quem potest facilimētra contingere alienatio iure pignoris. l. secunda, & tertia. de distracti pigno. & ob id prohibita cōfertur. l. oratio. ff. de sponsa. posterior pars constata ratione, quod per hypothecā non transfrātur dominium, & ideo alienatio hypotheca proprie tīci nō potest. l. alienationis. ff. de verbis signi. fice. quānq; aliquot rationib; probat p̄posuit, in qua cuncte materia prohibita alienatione, & hypothecā prohibita esse, quās colligere licet ex Andrea Tirag. libr. 1. de retractu. §. reglos. docet magister. nū. decimotertio. & sequentibus. & Alciat. in dicta alienationis. ex his profecto constat in prohibitionē alienationis rerum Ecclesię, etiam hypothecā cōfheri, licet ea expressum nōn foret prohibita in dicta ea. nulli. Cuius decisionem in hypothecā tantum speciali non in generali procedere ex eo textu adnotarunt Abb. Barba. & Docto. Inibi. idem Abb. in casecundo. de preclar. Decl. in. l. enītasi. ad. fi. M. G. et. pet. Antoni. Fanci. de pignori. 2. part. num. 10. probat tex. in autent. de fibi. alienand. §. nos igitur. vbi gl. expressa. verb. traditē et editoribus. specialis cōfert hypotheca plus afficie rem quām generalis: siquidem seruās specialiter hypothecā obligatus non potest manūmitti, si vero generalis sit hypotheca, iure manūmittitur. l. 3. C. de seculo pigno. dāt. manū. l. iacet. & l. pen. ff. in quib; caui. pignus tacite contra facit glo. in cap. quāquam. verb. plus. 23. distin. illud. vero p̄termittendum non est p̄casā à illis statutas contra alienantes seu obligantes hypothecā titulo res Ecclesiā, & eos in quos alienatio fit, non esse admittendas, nec lo-

thentica. res quæ. numero vigesimo. & Curtius  
Iunior numero trigesimo secundo. qui hanc op-  
nionem fatentur communem esse, ex ea deduc-  
entes prohibitum ex causa fideicommissi ex-  
pressi, vel taciti rem aliquam alienare, non posse  
eam vendere ad hoc ut ex eius pretio à carcere  
publico, & à publica condemnatione liberetur,  
etiana si ob paupertatem non possit aliud con-  
demnationem & pœnam soluere. quod præter  
Iaso. & Curt. tenent ibi Salyc. Angel. & Paul. Ca-  
stren. item Roma. Imol. & Ang. in l. Marcellus.  
§. res quæ. ff. ad Trebel. Alexan. in consilio vige-  
simotertio. numero decimoquarto. libr. primo.  
quorum opinio communis est secundum Iaso. &  
Curt. in dict. authen. res quæ. Ioan. Crott. colum-  
na decima octaua. & Ferdin. Illeldensem numer.  
363. in l. filius familias. §. diui. ff. leg. 1. & hoc ip-  
sum testator lenisse, & voluisse manifestum est.  
nè alioqui consentiamus, res subiectas restitutio-  
ni, & alienari prohibitas posse ob crimina, & sce-  
lera fideicommissarij alienari, & licet Fulgoſi. in  
dict. authen. res quæ. Alexan. in l. quanuis. colum-  
na secunda. ff. solut. matrim. & in d. §. res quæ. co-  
lumna prima. Carol. Molin. dict. consilio vige-  
simotertio. Ferdi. Illeldensi. dict. numero. 363. in fi-  
lio, & descendantibus testatoris responderint  
contrarium, ego eorum sententiam opinor ma-  
xime refragari testatoris voluntati, qui ideo rem  
alienari prohibuit: nè ea esset criminibus, luxu-  
riæ, & vitijs successorum obnoxia. Fateor tamen  
has res alienati posse ad subueniendum necessi-  
tati heredum, & successorum, nè hi fame pereat,  
vtque à captiuitate redimantur. Bart. in l. quem-  
admodum. columna secunda. G. de agricola. & cē-  
lit. libr. undécimo. Alexan. in dict. §. digi. colum-  
na sexta. & Docto. communiter in dict. authen.  
res quæ. & Ioan. Lupi in rub. de dona. §. decimo-  
sexto. numero sexto. & 9. atque ita extenditur  
decisio Imperatoris in dict. authen. res quæ. qui-  
bus illud addiderim Fulgoſi. opinionem, cuius  
modo memini aduersus communem, & magis  
acceptam sententiam proponi. Nam cum Doct.  
traſtauerint de interpretatione text. in dict. au-  
then. res quæ. & ea in filijs & descendantibus te-  
statoris loquatur: satis constat eorum opinionem  
quam in filio testatoris intelligendam esse. Nihil  
minus alienatio rei prohibite alienari faſta ut  
redimatur possessor à carcerebus publicis, quibus  
captus ob sceleram detinetur, viuente ipso posses-  
sore, qui alienauit, sustinebitur nec rescindi poterit,  
ex l. pœna. §. prædium. ff. de lega. 2. l. Statius  
Florus. §. Cœnicio felici. ff. de iur. fisci. quod in

hac specie Ferdi. Herdensis verum esse censet in  
dict. §. diui. num. 367.

Quarto, & si pium & licitū existimem res Ecclesiarum vendi ad subleuandam famem eorum qui etiam ob crimina publicis carceribus detinētur non tamen possum mihi persuadere id liceat ad soluendam pœnam ipsorum delinquentium, ut à carceribus, quibus iuste opprimuntur, liberentur, & redimantur. Hæc etenim punitio iusta est, & reipublicæ conueniens, igitur non expedit, res Ecclesiarum alienari, & vendi ad euitādām iustam hanc punitionem. nec contrarium alicubi in iure, ni fallor, vrgenter, & verè probabitur: imo pro redimendis à carceribus his qui ob æs alienum, & debita inibi detinentur, & arbitror non esse temere alienandas res Ecclesiarum nisi debitores ipsi, eorum parentes, vel filii ex ea carcerum oppressione fame alioqui perirent, in eoque sint periculo constituti, ut ni à carceribus liberentur, fame sint perituri, à qua ob eorum industriam, artem, & laborem à carceribus soluti, vero simili coniectura liberabuntur, qua in re omnino Prælatorum arbitria prævio diligēti examine sunt exhibenda. \* Quinto his addiderim executores ultimarum voluntatum & eos omnes quibus impendere competit bona quedam destinata redemptioni captiuorum apud hostes, minime posse ea bona pro redimendis aut librandis à carceribus distribuere etiam si ratione crisi alieni fuerint capti idque censeo verum esse obseruata mente & voluntate illorum qui ea bona huic operi pio expressim estimant & ratione glo. in. d. c. sicut omnino cuius paulo ante mentionem fecimus. 12. q. 2. quidquid Alex. & alii hac in questione senserint. \*

Ex quibus omnibus, si mature considerentur  
sanctorum patrum Canones, & decreta, manife-  
sti iuris est, non esse permittendam rerum Eccle-  
siæ alienationem, nec pignoris dationem, ut ex  
pecunia & pretio à triremibus redimatur hi, qui  
in id opus publicum ob crimina damnati, fuere.

### **Ex capite sequenti.**

*S V M . M . A R I V M .*

- 1 **Quæ solennitas sit necessaria in alienatione rerum Ecclesiæ: & inibi intellectus c. sine exceptione. 231**  
quæstione. 2. ad 1. obiectum. 2. ad 1. obiectum.
  - 2 **Non est facta formam in alienatione rerum Ecclesiæ servatam fuisse, nisi c. alienatio facta fuerit ex causa à iure permissa.**

3. Vbi alienatio rerum ecclesiae fit pro satis facie dicitur  
magis ecclesiae pecunias, oportet probari pecuniam  
versam fuisse in ecclesiae utilitatem.
4. Res Ecclesiastum possunt dari in emphyteusim ea so-  
lemnitate, quae moribus, & consuetudine in hisce  
contractibus recepta fuerit.
5. Emphyteusis ecclesiastica an transcat in heredes ex-  
traneos, & an egrediatur tertiam generationem?
6. Qualiter interpretanda sit emphyteusis ecclesiasti-  
ca, cuius origo non constat, nec de eius conditioni-  
bus apparet.

**Quo pacto, & forma, res  
Ecclesiastum possint dari in em-  
phyteusim.**

**C A P. XVII.**

**S**VANVIS-PAVLI SE-  
cundi constitutione locatio re-  
rum Ecclesiae: ultra triennium  
prohibita fit, eadem tamē per  
missum est, Ecclesiastum res da-  
ri in emphyteusim ea forma,  
& pacto, quo concedi consueverint, & iure per-  
missum sit: ideo examine oportet, quonam  
modo à Canonibus antiquis, iurisque ciuilis legi  
timis sanctis canonibus statutum sit posse res Ecclesia-  
rum dari in emphyteusim. Cui quidem questio-  
ni præmittenda est, in alienatione rerum Ec-  
clesiae eam adhibendam esse solennitatē, ut præ-  
ter Prelati consensum, & autoritatem, ipsius ca-  
piuli præmissio tractatu consensus itidem acce-  
dat, testis est ecclesis in capitulo, sine exceptio-  
ne. duodecima questio secunda: qui à Gratia-  
no tribuit, & adscribitur Leonis Papæ in Episto-  
la ad Vnios Episcopos per Siciliam constitutos, quæ quaestio  
mē habebit, nec aliquo diuī Leonis Epistolarum  
loco, ni fallor, nulla huius Canonis mentio sit.  
Sed idem probatur in capitulo. 1. & 2. de rebus Ec-  
clesiae non alienandis. in. 6. capitulo. 1. & capit. tua.  
de his quæ sunt à Prelato: quibus in locis com-  
memoratio tractatus iuxta numerum singulare  
fit: ut hinc colligere, non esse necessarios  
tres tractatus, sed tantum unicum sufficere. quod  
adnotarunt gloss. & Doctores communiter in di-  
cto capitulo. verb. tractatur. Specular. titulo de loca-  
to. §. sequitur. versic. scias. Laurent. à Rodulphis  
in dicto capitulu. sine exceptione. questio quin-

ta. assuerentes admodum esse vtile, quod ter  
haç de re præmittatur tractatus, atque ita consue-  
tudine obtentum est plerisque in locis, quæ qui-  
dem solennitas necessaria est in alienandis rebus  
Ecclesie Cathedralis, & Episcopalis, item & in al-  
ienandis rebus Ecclesie inferioris quoties aliena-  
tio per Episcopum fit, requiritur etenim consen-  
sus capituli Cathedralis Ecclesie, at si alienatio  
fit per ipsum Ecclesie Rectores, & authoritatem  
Episcopi requirant, ea sola sufficiens est absque  
consensu & tractatu capituli Cathedralis Eccle-  
sie. textus optimus in Clementina prima, de reb⁹  
Ecclesie non alienandis. Ad ultimam distinctio-  
nis partem, prima vero probatur in cap. primo.  
de rebus Ecclesie non alienandis. in sexto. & in  
capit. primo. & capit. tua. de his quæ sunt à Pre-  
lato, sine consensu capituli. notant resolutionem  
hanc Abbas in cap. primo. de his quæ sunt à Pre-  
lato sine consensu capituli. & ibi Imola: colum. vi-  
tima. & capit. 2. colum. 3. eodem titu. quam & v-  
sus recepit secundum Francum in capitulo. 1. col.  
8. de rebus Ecclesie. in sexto. & Laurentius in di-  
cto capit. sine exceptione. questio decimater-  
tia. & licet Innocentius in capitulo secundo de  
transactionibus, requirat hanc authoritatem E-  
piscopi in modum decreti, gloss. sicut, quam ibi  
sequuntur Iohannes Andreas, Dominicus & Frā-  
ncus in dicto capitulo primo. verb. tractatus. de re-  
bus Ecclesie non alienandis. vbi etiam ipse Inno-  
centius, Panormitanus, & alij in dicto capitulo con-  
sensum tantum sufficere existimant præmissatau-  
sæ cognitione, præsumti quod nonandum est  
propter differentias, quæ inter consensum & de-  
cretum passim. à Doctribus traduntur in. h. si  
quis mihibona. §. iussum. ff. de adquirenda her-  
reditate.

Illud profecto est præ ceteris considerandum  
in alienandis rebus Ecclesie non esse satis formā  
& solennitatem exacte schuati. nisi & alienatio  
fit in aliquo ex casibus, aut aliqua ex causis à ju-  
re permisis, quarum meminit gloss. in summa.  
duodecima questio secunda. in principio. v-  
trunque etenim necessarium est, ut validā sit aliena-  
tio, quod probatur in capitulo secundo, de re-  
bus Ecclesiae non alienandis. in sexto. dum dicit,  
forma & casibus à iure expressis: & id in specie  
adnotarunt isibz Iohannes Andreas, & Doctores.  
glossa in capitulo primo. de in integrum restitu-  
tione. & in dicto capitulo nulli. vbi Abbas, & idem  
in capitulu secundo. de donationibus Antonius,  
Imola, & Abbas in dicto capitulo primo. Felinus  
colum. 1. & Decius tertia. in capitulu quæ in Eccl-  
Tom. j. Var. Reso. Sl 3. siatum.

fiarum de constitutionibus. Quorum opinionē sequuntur eam existimantes esse communem Cardinalis in capitulo primo, columna tertia. de deposito. D. Ennīcūs consilio. 48. Socinus consilio. 52. libro quarto. columnā secunda. Socinus in consil. decimoquinto. libro primo. nume. 26. Abbas item in dicto capitul. primo. Decius consilio centesimo quadragesimo secundo. numero quarto. Chassançus in consuetudinibus Burgundie. rub. 9. §. nono. numero duodecimo. & Antonius Burgensis in capitulo. cūm dilecti. columnā secunda. de emptione & venditione, quæ plurimum coadiuuatur ex textu in dicta Clemen. prima. de rebus Eccle. disputat tamen hac de re latè Laurent. à Rodulphis in dict. capit. sine exceptione. questione. 3. Nani quod alienatio facta adhibita & seruata iuris solennitate, etiam extra causam à iure permisam valida sit, licet Ecclesia possit restitutionem petere, asserunt Holtiensis in summa de rebus Ecclesiae. §. 3. in fine glossæ, in summa. 12. questione. 2. in dicto cap. sine exceptione. quibus suffragatur text. in dicto cap. 1. de in integrum restitutione. qui probat Ecclesiam posse petere restitutionem in integrum etiam si alienatio facta sit seruata forma Canonum. & tamen si contractus nullus esset, minimè conueniet in integrum restitutio. vnde sequitur contractum validum & firmum esse, cui considerationi responderi poterit: alienationem rerum Ecclesie in ea specie factam seruata solennitate, etiam factam fuisse ex causa à iure permissa: & nihilominus potuisse Ecclesiam hedi in prelio & alijs contractus conditionibus, atque ideo ei competere beneficium restitutionis in integrum. Quā obrem opinio communis vterior est, quam & Antonius Corsetus sequitur in singulari. verb. Alienatio. Sed & opinio posterior potest procedere & iure defendi, quando tempore alienationis causa à iure expressa aderat iuxta opinionem & existimationem contrahentium, licet non vere, & sic quanuis apparebat, verè non existebat, nam tunc valida est mōro iure alienatio. glos. in cap. ad nostram. de rebus Ecclesie non alienand. verbo. enorme. cuius ad hoc ipsum meminere Felia. in dict. capit. quæ in Ecclesiarum. de constitutionibus. columnā prima. & Antonius Burgensis in dict. capit. cūm dilecti. de emptione & venditione. etiam si ipse alicuerat primum omnium se illam glossam citasse. idem tenet Imola in dicto cap. 1. de in integrum restitutione. & in cap. cūm Apostoliça. de his quæ fiunt à Prälato sine consensu capi. colum. 4. aptius sanc & melius de

fenditur opinio contra communē eo casū, quo non constat, alienationem factam fuisse extra causam licitam, & iure permisam, quia in dubio, vbi in alienatione seruata fuerit forma, & presumitur eam ex causa licita & permissa factam fuisse, quemadmodum voluere Baldus. 2. colum. & Iason. nume. 8. in capitu. 1. qui feudum dare possunt. post glossam in authentica. hoc ius porrectum. C. de Sacrosanctis Ecclesijs. quam ad hoc Socinus allegat dicto consil. decimoquinto. numero. 28. libr. 1. idem sensit Laurentius de Rodulphis in dict. capit. sine exceptione. questione. 3. Ecclesia vero probare poterit alienationem factam fuisse absque causa iure permissa: quod omnes fatentur: siquidem & si propter formę, & solennitatis vim, presumenda sit causa, haec presumptio contrariam probationem optimè admittit. quo sit, vt non satis congrē, nec vere, & iuste communem sententiam Antonius Burgensis conetur reprobare ex eo quod propter formam, & solennitatem presumatur causam iustitiae, & iure permisam, alienationem licitam fecisse, & validam omnino. Nam id verum est ex quadam iuris presumptione, & ideo contrarium probari ab Ecclesia poterit, quod est omnino aduentum.

Cæterum, etiam si verum sit presumendam esse causam utilem, & iure permisam in alienatione rerum Ecclesie, quæ facta fuerit seruata forma Canonis, tamen vbi alienatio sit pro satisfaciendis debitibus Ecclesie, & pro ęris alieni solutione, non presumitur causi iustitia, sed oportet probari pecuniam debitam versam fuisse in utilitatem Ecclesie, & in eius commodum expensam esse, alioqui alienatio rerum immobilium non tener, secundum Innoc. Cardi. 2. quælt. Abb. & Imol. nu. 14. & 17. in capit. 1. de deposit. Innoc. & Abb. in capit. quod quibusdam de fideiuss. & probatur in authen: de alienatio. & emphyt. versi. his vero omnibus præcedentibus. & apertius in Græca, & Latina Haloandri nouella centesima vigesima, ex quibus & versi. & is creditor hic intelligatur, deducitur oportere quod emptor rerum Ecclesie venditarum pro satisfaciendis mutuis, probet premium expensum esse in utilitatem Ecclesie: nempe pro solutione pecunie, quæ mutuo accepta fuerat: & iudicem versam in commodum Ecclesie, id euidentius constat ex eo quod ex contractu mutui Ecclesia non teneatur, nisi probetur versio in eius utilitatem. text. in dict. authen. hoc ius porrectum. vbi Bald. in fine. Innoc. Imol. numero decimoquarto. & Doct. communiter in

# Libri secundi, Caput. XVII. 647

niter in dict. capit. 1. de deposit. text. in capit. 2. §. hoc ius porrectum. quæst. 2. Regia. l. 3. titu. 1. par. 3. quæ expressim in Ecclesia & ciuitati loquitur. 4. facit. l. ciuitas. vbi Docto. ff. si cer. pet. l. 1. C. si aduers. credi. l. 3. C. quand. ex fact. tut. sed & hoc verum est. vbi mutuum datur administratori Ecclesiæ vel ciuitatis. Prælato inquam, & economo, aut rectori etiam nomine Ecclesiæ: quod si mutuum detur Prælato, & capitulo, decurionibus, & Præfidi, tunc non est necessarium probari eam pecuniam expensam esse ad Ecclesiæ, vel ciuitatis vritatem. Azo. & glo. in dict. auth. hoc ius porrectum. ad finem. & ibi Bart. Card. in dict. cap. 1. de deposit. 2. quæst. glo. in dict. ca. quod quibusdam & est communis opinio secundum Præposi. in dicto. §. hoc ius porrectum. nu. 16. idem tenet Bar. in dict. l. ciuitas. cuius opinio vera est secundum Iaso. ibi, & communis secundum Alcia. & eam sequuntur Fulgo. & Roma. Paul & Aret. ibidem. qui bus suffragatur glo. in Rubr. C. quæ sit longa consuet. ex quo, si isthæc opinio vera est, appetat manifeste intelligendam esse Inno. Card. Abb. & Imola. sententiam in dict. cap. 1. de deposito. cuius in hoc vers. Cæterum. statim in initio memini: iuxta hanc Bart. distinctionem. verum quia hæc Bart. distinctione non omnino, nec absque controversia recipitur, tutius erit, mutuam pecuniam ab Ecclesia recipi premissis tractatibus, & solennitate, quæ necessaria est ad rerum Ecclesiæ alienationem. hoc etenim casu presumendum est mutuatam Ecclesiæ pecuniam in eius commodum conuersum fuisse. Extra hunc casum si pecunia mutuetur Prælato, & capitulo, etiam si vera sit opinio Bart. Ecclesia agere poterit, & vt be neficio restitutionis in integrum, & præsumetur hæc enormis: nisi probata fuerit conuersio in ipsius Ecclesiæ utilitatem, sicuti colligitur ex Cino iud. auth. hoc ius porrectum. Alex. in dict. l. ciuitas. 3. ed. Imola in dict. capitu. 1. de deposi. nu. 17. & ibi Barbat. num. 5.

Qualiter autem probetur pecuniam mutuam Ecclesiæ vel ciuitati expensam fuisse in ipsius utilitatim, tradunt Docto. in dicto capitulo primo. de deposit. glo. in dict. Authen. hoc ius porrectum. Abb. in capitulo primo. de solution. glo. in Authent. de alienatio, & emphyteu. §. si vero quis. Alexand. in dict. l. ciuitas. columna tertia. & ibi Ias. colum. vltim. Abb. in capit. quod quibusdam de fideiis. Ripa ia. l. is qui bona. numer. 11. ff. de pignori. & docto. per text. ibi. in l. vltima. ff. de exercit.

His tandem præmissis: ad quæstionis resolu-

tionem aliquot exponam conclusiones, quoru Prævia sit. Res Ecclesiæ consueta dari in emphyteusim potest in emphyteusim + concedi ea solennitate, qua dari conlueuerit. text. in capitulo secundo. de feudis. quem ita Docto. communiter interpretantur. Calderi. censil. vltim. de consuet. Curtius Iunior. 2. part. de feud. quæstion. 3. Carol. Ruinus consilio. 41. numero. 38. libro primo. notatur in cap. vt super de reb. Eccles. non alienan. & licet solenitas à Canonicis requisita in alienandis rebus Ecclesiæ non possit consuetudine remitti. glo. communiter recepta in cap. cum causa. de re iudicat. Abb. Imola, & Docto. in cap. nulli. de reb. Eccles. Laurenti. de Rodulphis in dict. capit. sine exceptione. quæstio. 4. & quæstion. 16. Rochus Curt. in cap. vltim. de consuetud. Foli. paruo. 48. columna prima. fatetur hanc opinionem communem esse idem Laurent. in disputatione, quam ponit post capit. sine exceptione. colum. pen. & Chassa. in consuetud. Burgundiæ. rub. 9. §. 9. num. 32. text. optimus in cap. 1. de consuetudi. id verum est quo ad alienationem propriam, & perpetuam, ex qua utile, & directum dominium transfertur, secus vero in datione rerum Ecclesiasticarum ad emphyteusim, vel feudum, quemadmodum ex hac prima conclusione deducitur: tametsi verum sit, utre communis in conductione ad vitam rei Ecclesiasticæ, requiri solennitatem, quæ in alienatione perpetua foret necessaria. glo. & communis in Clemeti prima. verb. non habeat. de re Eccle. & Dom. consilio. 48.

Secunda conclusio. Quoties res Ecclesiæ datur in emphyteusim absque Canonica solennitate iuxta consuetudinem, etiam si expressim detur pro heredibus, & simpliciter, non transit in heredes extraneos, & nec ultra tertiam generationem. text. in Authen. de non alienand. §. emphyteusim. gloss. Bartol. & Doctor. in l. etiam. ff. solo. matrimo. vbi latè Alexand. idem Alexand. in l. si patroni. columna quinta. ff. ad Trebellia num. Antonius, Imola, Abbas, numero vigesimo nono. Felin. numero vigesimo octavo. Dec. numero quadragesimo octavo. in capit. in presentia. de probationi. è quibus Alexand. & Ueli. tentantur hanc opinionem communem esse. idem testantur Imoli. in l. ex facto. §. vlti. ff. ad Trebellia. & Ludou. Gozadin. consilio trigesimonono. numero sexto. Nec obstat textus in authen. de alienatio. & emphyt. §. licentiam. quo probatur, posse res Ecclesiæ dari in emphyteusim perpetuam. id etenim intelligitur iuxta formam text. Tom. 1. Var. Relo. S. 4. in dict.

in dicto. §. emphyteusim. ut perpetua intelligatur ad tertiam usque generationem, atque ita Gozadi. respondet. §. licentiam. cui & aliter respondere conantur Abb. Deci. & hi, qui huic Secundae conclusioni subscripsere, quod apparebit ex his, quae statim trademus. intellectus autem Gozadini constat ex Albertic. in proemio. C. verbo. perpetui. & Cremensi singula. 15.

**Tertia conclusio.** Res Ecclesiæ præmissa causa, & Canonica solennitate ad veram alienationem necessarijs, poterit dari in emphyteusim perpetuam, & ea conditione, ut ad extraneos hæredes transeat, nam si eo casu poterat res omnino alienari, nimis si possit in hanc emphyteusim concedi. Ant. Imol. Feli. nu. 27. Deci. nu. 43. in d.c. in præsentia. Alex. in d.l. etiam. Bart. in Authen. perpetua. C. de Sacro. Eccles. gloss. in Authen. de non aliena. §. alienationis. Corne. consil. 13. lib. 3. & Ludo. Gozadi. consil. 39. col. 1. & nu. 12. Imol. in l. quod dicitur. nu. 8. & 10. ff. de verb. obli. atque ita poterit aliter adsumi, & intelligi tex. in dict. §. licentiam. eritque ista conclusio facilior, si sequens iure probetur.

**Quarta conclusio.** Res Ecclesiæ data simpliciter pro hæredibus & perpetuo in emphyteusim, seruat tamen his, quæ ad veram alienationem iure requiruntur, etiam ad hæredes extraneos, & perpetuo defertur, siquidem sub eadem formæ res illa poterat perpetuo, & in extraneos alienari: & ideo videtur, rem istam ita simpliciter datam ad emphyteusim, perpetuo hæredibus, etiā extraneis competere. quod maximè est adnotacione dignum: ac deducitur ex dict. §. licentiam. & idem voluerunt Abb. nu. 29. Anto. Imol. Feli. nu. 27. Deci. nu. 43. dict. cap. in præsentia. Alex in dict. l. etiam. Gozadinus consil. 36. nu. 22. idem tenent hanc dicentes esse communem opinionem Christo. Portius in. §. adeo. Inst. deloca. & Curti. junior. consil. 4. col. 1. & licet gloss. Barto. & alij in dict. l. etiam. tenuerint, emphyteusim Ecclesiastica simpliciter constitutam non transire ad hæredes extraneos, etiam si accepta, & data sit pro hæredibus. quorum opinionem esse communem testantur hi, quorum memini in prima conclusione: & Gozadi. consilio septuagesimoquinto. numero nono. ea tamen opinio, ut superius diximus procedit, quando emphyteusis Ecclesiastica constituitur ea forma, qua res Ecclesiæ locari, & dari in emphyteusim solent absque solennitate Canonica, secus vero, si detur res Ecclesiæ in emphyteusim seruata forma, & solennitate, quæ ad veram alienationem requiritur, nam tunc po-

test expresse dari cum pacto, quod perpetua sit, & ad hæredes extraneos transeat. imo simpliciter pro hæredibus data ad extraneos hæredes pertinet. sicuti præter alios resoluit Præpo. in capit. perpetua. 10. quæstione secunda. & Parisius dicens hanc resolutionem esse communem in consilio octuagesimoquinto. libro quarto. numero decimoquinto. & sequentibus. Quin & si emphyteusis Ecclesiastica detur ea solennitate, quæ dari consueverit, quodque etiam ad extraneos hæredes transit, nempe si data sit pro hæredibus quibuscunque. Bald. in cap. Imperiale. de prohibi. feudi alienat. per Frederi. columna septima. idem in l. 1. quæstione. 34. ff. de rerum diuis. Deci. consilio. 208. columna secunda. Bald. in l. cum virum. colum. vltim. C. de fideicom. & est communis opinio secundum Curti. Iuniorem consilio quarto. column. vltim. & Ripam in l. ex facto. §. vltimo. ff. ad Trebel. numero decimosexto. Curtium item Iuniorem consilio primo. columna secunda. numero primo. idem si dictum sit pro omnibus hæredibus, notatur in dict. capi. in præsentia. & per Gozadi. consilio quinquagesimonono. numero decimoquinto. colligitur ex Barto. & alijs in dict. l. etiam. Quin & idem dicendum erit, si dictum sit in contractu, pro te, & hæredibus, & quibus dederis. ut tradunt Curt. dict. consilio quarto. columna secunda. & Paul. Parisius consilio septuagesimoquarto. paſsimque à Doct. nominatim aliquot verba referuntur, quæ contractibus adscripta operatur: ut emphyteusis Ecclesiastica etiam ad extraneos hæredes transeat, dubium tamen esse poterit, an ubi vel expresse, vel tacite in extraneos hæredes data fuerit emphyteusis: requiratur Canonica solennitas: nam Gozadi. consil. 39. nu. 12. vtrunque requirit, solennitatē scilicet Canonica, & quod expressim vel verbis id tacitè significatibus emphyteusis in extraneos detur, ut eis competit. Quod non est omnino expeditem: siquidem emphyteusis Ecclesiastica data abique ea solennitate, quæ ad veram alienationem requiritur: ad hæredes extraneos minime pertinet, & terriam generationem non egreditur. d. §. emphyteusim. gl. & doct. & in dict. l. etiā. qui farentur hoc verum esse, nisi actū sit expresse, vel tacite, quod ad extraneos hæredes deueniat. igitur hi doct. sensib[us] posse expressim dari emphyteusim Ecclesiastica eo pacto, ut extraneis etiā hæredibus deferatur: modo seruetur forma, & conseruata solennitas, qua in re plurimū consuetudini tribuendū est. Quod si Ecclesiastica emphyteusis

# Libri secundi, Caput. XVIII. 649

phyteusis detur seruata solennitate ad veram alienationem requisita: hęc, ni fallor, si simpliciter concessa fuerit pro hæredibus, ad extraneos etiam pertinebit: quanuis fatear, tūtiorē esse eam opinionem, quę probat, & asserit, tunc hæredibus extraneis non deferri emphyteusum: nisi id expressum fuerit, aut verbis generalibus significatum. Ex his apparet intellect. ad tex. in capitul. ad aures de rebus Eccle. & in capitul. nulli. eodem tit. gl. in. §. adeo. Insti. de locat. vbi quandoque in reb<sup>o</sup> Ecclesię permissa videtur emphyteusis: & ea perpetua quandoque omnino prohibita, aut saltem quibusdam limitibus, & conditionibus restricta.

- 1 Hinc apparet Bald. in capitul. vltimo. de feud. dat. in vicem legis commissorię. numer. 2. recte
- 2 hanc questionem intellexisse +: dum is scribit, emphyteusim rei Ecclesię per legitimi temporis usucacioni acquisitam, eam habere conditio- nē, & qualitatem, vt nec ad hæredes extraneos transeat, nec perpetua sit: imo tantum ad tertiam usque generationem duret; prescriptio etenim eam natūram sequitur, quam res ipsa regulari- ter, & proprie habet. Emphyteusis vero Ecclesiastica ex propriā vi, & natura, nec ad hæredes ex- traneos transit: nec ultra tertiani generationem extenditur. dict. §. emphyteusis. Huic sententia Baldi accedit Iason in l. secunda. numero. 160. de iure emphyteu.

Quinta conclusio. Emphyteusis Ecclesiastica simpliciter data alicui: nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione, ad filios, & nepotes accipienti transit. textus in dicto. §. emphyteu- sim. sub Nouella de non alienandis. nisi aliud consuetudine, & moribus obtentum fuerit. id que Baldus faretur in dicto capitulo vltimo. & idem Bald. in Speculo, titu. de locato. colum. se- cunda. versie. & in tertiam generationem. quem Iason sequitur in l. certi codicidit. §. si nummus. ff. si certum petatur. columnā quarta. versic. facit ad hoc. & post ipsum Catellia. Cotta: dictione, emphyteusis. Bartol. in dict. l. quod dicitur. nume. dñi auo. ff. de verborum obligationibus. Bald. in l. secunda. columnā secunda. & ibi Iason numer. 160. C. de iure emphyt. Et quia à plerisque du- bitatur: an sit necessarium filios, seu nepotes illius, cui concessa fuerit emphyteusis Ecclesiasti- ca, esse etiā illius hæredes: & an ad filios hære- des, vt hæredes, transeat emphyteusis: oper- a premium duxi sequenti capite aliquot ex Bartolo deducere conclusiones ad huius dubitationis fa- ciliorem expeditionem.

## Ex Capite sequenti.

### S V M M A R I V M.

- 1 Emphyteusis accepta simpliciter, ad mares & foemi- nas defertur, sive ea priuata sit, sive ecclesiastica.
- 2 Quando emphyteusis ad filios hæredes, non ad alios, pertinet.
- 3 Pater potest quandoque emphyteusim vni hæredum vel filiorum prælegare.
- 4 Traditur interpretatio tex. in cap. primo. an agnat. vel filius. &c. in feudorum constitutionibus.
- 5 Institutus in re certa non habet ius, nec nomen hæ- redis ad obtainendum hæreditarium emphyteusim.
- 6 Ius patronatus ecclesiasticum ad hæredes, etiam ex- traneos ex propria natura pertinet.
- 7 Ius patronatus ecclesiasticum non transit in patro- ni filium, qui eius hæres non sicut iam si fuerit pa- trono, & eius filijs delatum.
- 8 Vendita hæreditate ius patronatus ad empṭorem e- tiam extraneum defertur: & ibi qualiter ad fi- deicommissarium non transcat?
- 9 Ius patronatus non pertinet ad filium institutum in legitima: nec vendita legitima transit in empṭorem.
- 10 Ius patronatus ecclesiasticum non potest per patro- num in aliquem transferri in prauidicium eorum, qui ad id, & si hæredes non sint, ex prima institu- tione vocantur.

Rursus de emphyteusi ec-  
clesiastica, & priuatorum qua-  
liter intelligenda sit?

## C A P. XVIII.



REQVENTER CON-  
tingit controversia circa inter-  
pretationem clausularū, quę  
contractibus emphyteusis in-  
scribuntur: & præsertim quo  
pacto post obitum accipien-  
tis, eius filijs, vel hæredibus competat. tradit etc-  
enim Bartol. in. l. & iuriſiurandi. §. si liberi. ff. de  
oper. libert. quam questionem sequentib⁹ pro  
positionibus absolūam.

Prima conclusio. Emphyteusis simpliciter re-  
cepta, siue ea sit priuatorum, sive Ecclesiarum

pot obitum accipientis, eius filijs, & nepotibus  
desertur, masculis †, & fœminis absque vlla sexus  
distinctione, probat. text. in. §. emphyteusim. in  
Authen. de non alienand. reb. Eccles. Alex. in. l.  
quod dicitur. nu. 24. ff. de verbo. obligat. Iason in  
l. secunda. C. de iure emphyteut. nu. 194. Salice.  
ibi. quæst. 12. & 17. Angel. in. l. item videndum. §.  
primo. ff. de peti. hæred. & Augu. Bero. in quæ-  
stio. 13. Ex quibus apparet æqualiter ad emphy-  
teusim admitti filios masculos, & fœminas. ta-  
met i. Bald. in. ca. 3. nu. 4. quib. mod. feud. constit.  
possi. ex eo. tex. & glo. deduxerit à similitudine  
feudi, & emphyteulis, emphyteusim simpliciter  
concessim, minime ad fœminas pertinere, sed  
tantum masculis co npetere cui subic. ipse. A-  
lexan. consil. 106. num. sexto. lib. quarto. Catelli.  
Cott. dictione. Emphyteusis. Gozadi. consil. 39.  
numer. 14. Quibus r. spondeti congrue, & verè  
poterit in his, quæ per leges feudorum aduersus  
ius commune statuta sunt non procedere argu-  
mentum à feudo ad emphyteusim: icuti adnota-  
runt Alexan. d. num. 24. & dict. nu. 6. idem in. l.  
diuorrio. §. si funda. n. col. 2. ff. solato matt. Ioan.  
Baptist. de. S. Seuerino in capi. 1. d. feudi cogni-  
tio. part. 5. regu. 32. Decius in cap. ceterum. de iu-  
dic. col. 6. Corneus consil. 67. col. 2. lib. 2. optimè  
Carol. Molinæ. in consuetu. Parisi. §. 1. glo. 5. nu-  
me. 71. hoc ipsum Bart. scribit in di. t. §. liber. i.  
num. 5. & Curtius in tracta. de feudi in prim. q. 1.  
stio. 3. vnde mihi verior videtur opinio con-  
tra Baldū: aduersus quem est & authoritas Imo-  
læ in dicta. l. quod dicitur. numer. 10. quo in lo-  
co tractat Alex. nu. 24. quid si emphyteusis data  
sit Titio, & eius filijs? & afferit ad filias non perti-  
nere: quia masculinum non comprehendit fœ-  
minum, citatque plures id assuerantes in hac  
specie: nempe Imolam in capi. potuit. in fine. de  
locat. & in. l. si ita scriptum sit filiabus. ff. de legi.  
secundo. Sed & in hoc casu ipse ad. iuc. admitte-  
rem fœminas. quod & Salycto viijum est in dicta  
quæst. 17. & quæst. 12. in. l. secunda. C. de iure  
emphyte. & ibidem Iasoni. numero. 394. Decio  
in. l. 2. nume. 108. ff. de reg. iur. Alciat. in. l. 1. ff. de  
verbo. signifi. Carolo in consuet. Parisi. §. 12. nu.  
secundo. & sequentib. ex eo quod etiam in con-  
tractibus masculinum sub appellatio nomine  
fœminum contineat. hanc eandem Salycti  
opinionem sequitur Tiraquellus libr. primo. de  
retract. §. primo. glo. 9. nume. 206. quanvis prior  
sententia magis communis sit: vt appareat ex plu-  
ribus, qui nuncupatim ad eam partem citantur à  
Decio in dict. l. secunda. nume. 106. Carolo Mo-

lin. dist. §. 12. nu. 2. omnium latissimè Tiraquel-  
lo dict. glo. 9. nume. 181. Nam & Alex. eandem  
Imolæ opinionem probat in consil. 61. libr. 1. &  
consil. 123. lib. 2. idem & Ias. post Roma. in. l. sed  
si hac. §. qui manumittitur. versic. liberos. ff. de im-  
ius vocan. Guido de Suzaria in. l. quicunque. C.  
deservis fugi. Archid. in capitul. si quis suadente.  
17. quæstio. 4. Imol. consil. 38. Franc. in capit.  
general. colum. prima. de electione in. l. & Au-  
gustin. Beroius dict. quæstio. 18. ea ratione, quod  
in contractibus masculinum non comprehēdat  
fœminum: cum imputandum sit contrahē-  
tibus, qui legem apertius dicere potuerunt, ver-  
bis ambiguis contractum concepisse: quæ qui-  
dem ratio non omnino probat cum satis aperte  
contractum conceptus sit: appositis verbis, quæ  
iuxta iuris congruam, & veram interpretationem  
masculos & fœminas complectuntur, aut com-  
plecti possunt. & profecto potest opinio Salyce,  
deduci ex mente Bart. in. d. l. 1. f. de verb. signifi.

Secunda conclusio. Patre accipiente emphy-  
teusim pro se filijque suis masculis, & fœminis  
pariter mortuo patre desertur emphyteusis fœ-  
minis, & masculis absque vlla sexus distinctione  
l. m. xiijum vitium. C. le liber. præ. notat. Bart.  
in dict. §. si liberi. num. 5. Saly. in. d. l. 2. q. 17. & ibi  
Ias. nume. 187. Imol. ia. c. potuit. de locat. in fi. ná-  
si ea in Provacia statutum sit, extantibus mas-  
culis fœminas non succedere: eo etenim statuto  
præ. nisso, dicendum est, dictam emphyteusim  
primum filijs masculis, ac demum eis deficienti-  
bus filiabus competere. quod Barto. Imol. & Ias.  
tenet in dict. locis. & idem Bart. consil. 50. Ancha.  
consil. 125. Alex. consil. 44. libr. 1. col. 1. latè Alber.  
Bruaus in tracta. de statuto. quod stantibus ma-  
sculis fœminæ non succedant. art. 8. q. 22. qui fa-  
tetur, hanc opinionem communem esse. quan-  
uis Salyce. in dict. q. 7. in hoc ultimo contrarium  
teneat, scribens, etiam stanic statuto, fœminas si-  
mul cum maribus. admittendas esse ad. emphyteu-  
sim. cuius opinio iure defendi non potest, pro-  
pterea quod contrahentium clausulæ, & disposi-  
tionis interpretationem adiungunt ab statutis, &  
consuetudinibus. quæ in ea regione, vñi, & san-  
ctionibus stabilitæ sunt. Sed & opinionem Salyce.  
sequuntur Curtius Senior consil. 45. col. 10. & Au-  
gustin. Beroius dict. q. 18. nume. 6.

Tertia conclusio. Emphyteusi accepta per pa-  
trem pro se, & filijs; ita ad filios pertinet, vt pater  
non possit eā vni ex eis in aliorū † preiudiciū pre-  
legare. Bartol. in. d. §. si liberi. num. 6. & probatur;  
quia filijs competit hæc emphyteusis ratione cō-  
cessio.

# Libri secundi, Caput. XVIII. 651

cessionis factæ à vero domino, à quo eam adquirunt filii, non à patre. capit. i. in princi. de success. feud. eandem opinionem Bart. tener Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua. versi. 78. Frederi. consil. 228. Bal. in. l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de petitio. hæred. Dynus, Albe. Imol. Ange. & Paul. de Cast. in. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. i. & ibi Ias. Alex. consil. 124. lib. 4. col. 3. idem Alex. consil. 8. nu. 15. lib. 3. vbi Carol. assertit hanc esse communem sententiam. idem Alexan. consil. 89. lib. 4. nu. 11. Roma. in. l. vnica. q. 12. C. quando non pet. par. Io. Crott. in. l. si constante. 2. lect. col. 7. ff. solu. matr. Ias. dicens, haec opinionem esse communē in. l. 2. C. de iure emphyteu. nu. 210. Zasius idem notat in tract. de feudis. tit. de feudi alienat. Fol. 6. tradunt latè Curti. de feud. 4. parte. regu. i. q. penult. versi. ex predicta. & Andr. ab Exea in rub. ff. de pact. num. 211. ipse etiam obiter hāc partem probauit in rubri. de testamen. 3. part. nu. 26. & colligitur ex his quæ tradit Caro. Ruinus consil. 1. libr. 1. numer. 16. Ex his etenim plura colliguntur, quæ ad huius conclusionis intellectum mirè conducunt.

**Quarta conclusio.** Accepta per patrem emphyteusi eo pacto, vt post eius obitum filiis hæreditibus ut hæredibus deferatur, poterit pater eam vni ex filiis in aliorum præiudicium prælegare: ea ratione, quod filius hæres patris prælegantis teneatur stare parentis voluntati, aut hæreditatē repudiare, & tamen si eam repudiauerit, non potest emphyteusim habere, nec consequi. & ideo hanc opinionem sensit Bart. in dict. §. si liberi. col. 1. vlti. & expressim eam assertunt Bald. consil. 289. lib. 3. Cum. consil. 166. Soci. consil. 127. libr. 3. col. 6. Iason in dict. l. 2. numer. 211. qui videtur præmittere omnium consensu eam probari. facit text. in. l. nonnunquam. ff. ad Trebel.

**Quinta conclusio.** Emphyteusis à vero domino data alicui, & eius filiis simpliciter: eo mortuo filiis competit, etiam si hæredes non fuerint ipsi patri, aut eius hæreditatem repudiauerint. Bart. in. d. §. si liberi. nume. 4. per text. inibi. idem Bart. & Doct. in. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. quorū opinionem probat, dicens eam communem esse Iason in dict. l. 2. C. de iure emphy. nu. 211. qui ad hanc rem alios authores adducit. sat enim est ita ab omnibus receptum esse magis communiter, paucis refragantibus: & procedit etiam in emphyteusi priuata ex mente Ias. in. d. l. 2. & Imol. in. d. l. quod dicitur. nu. 8. tametsi Bartol. ibi, & in. l. si tibi. §. si pactus. num. 9. ff. de pact. sentiat, & assueret in emphyteusi priuata aliud

esse dicendū: vt filiis acquiratur si hæredes sint. cuius opinio verior est secundum Alexan. in. d. l. quod dicitur. nu. 19. idem notat Imol. in ca. potuit. de locat. nu. 58. & Alciat. de præsumpt. regu. 1. cap. 31. Præposi. in. c. 1. an agnat. vel filius. col. 3. versi. quæro. cum glo. Deci. consil. 149. col. 1.

mio feudo. numer. 28. Angel. in l. officium. ff. de rei vendic. Iaso. super vñibus feudo. numero. 72. Dec. in l. traditionibus. numero. 4. Iason ibi licet dubitatem numero. 5. & Rogeri. à Mota. num. 13. qui hanc opinionem fatetur communem esse. idem notat Alexan. consili. 187. colum. vltim. libro. 1. & consilio. 3. numero. 7. libro. 5. & consi. 155. numero. 16. libro. 6. Abb. consilio. 64. colum. vltim. libro. 2. Curti. Senior consilio. 48. colum. 15. & in specie ad. l. quoties interpretationem hoc adnotarunt Iason ibi column. 2. Roman. in dict. consilio. 298. idem Iason consilio. 27. libr. 1. Gozadi. dict. consil. 14. numer. 13. Zasi. in tractat. feudorum. part. 5. Fol. 3. & Paul. Parisi. consil. 11. nume. 58. libro. 1. qui asseuerat: hanc sententiam communem esse post Iason. in dict. l. quoties. numero. 10. & tamen quia Doct. præsertim Bald. in dict. §. inuestitura. idem & Ias. in dict. procœmio feudo. Deci. & Ias. in dicta. l. traditionibus. idem Iaso in dict. l. quoties. numero. 30. Alexan. & Paris. in dictis responsis expressim distinguunt contractum à priuilegio: vt sanè ex contractu Principis non transferatur dominium absque traditio ne, ex priuilegio vero dominij translatio fiat statim nondum traditione sequuta. Et præterea Andreas Isernia colum. 2. & ibi Martinus Laudens. in capitulo. 1. quid sit inues. & omnium latissime Lucas à penna in. l. vlti. C. de locat. prædio. ciuil. numero. 2. & 19. libro. 11. aperte probare conentur, & asserant, ex donatione facta à Principe dominium minimè transferri ante apprehensionē possessionis, nisi ex verbis concessionis aliud constiterit, vel præsumi possit. quod & Bald. in dicto. §. inuestitura. apertissimè tradit. quibus subscripsit Iacobi à S. Georgio de feudis. §. Princeps 2. colum. existimo difficilem hanc quæstionem ita definiendam fore, vt si constet, Principē voluisse rei dominium transferre statim citra aliquam traditionem, vel corporalem apprehensionem, id translatum esse dicimus, siue tractemus de contractu, siue de feudo, siue de priuilegio. potest enim Princeps hoc facere, quemadmodum & ipsa lex posset. quod si dubia sit hac in re voluntas Principis, tunc sanè in priuilegijs, aut ubi iure priuilegijs iste vtitur in alicuius rei donatione præsumendum est, dominium ex voluntate tacita Principis translatum statim fuisse absque traditione, eadem voluntas constare poterit ex verbis à Principe donationi, aut cōtractui adscriptis. Si vero de simplici contractu tractemus, dicendum est, non esse translatum dominium absque traditione vel apprehensione possessionis: cum in

contractibus præsumendum sit, Principem iuxta iuris communis regulas & decisiones contraxisce. quam equidem distinctionem tradidere hac in controversia Decius in. l. certi conditio. §. vltimi. numero septimo. ff. si cert. pet. idem consil. 187. numero quarto. & consilio. 689. colum. vlti. Jacobinus in dict. §. Princeps. colum. penul. vers. octauo. & Carol. Molin. in dict. Alexand. consilio tertio. numero septimo. libro. 5. atque ita intelligenda est prior Doctorum opinio, quæ probatur in ca. si tibi absenti. de præb. in. 6. eademq; ratione erit accipienda interpretatio, quam ex hac resolutione passim interpretes vtriusque iuris adnotauerunt ad dictani constitutionem. l. quoties.

Quartò, ex eadem radice discuti potest, an verum sit quod Host. & Ioann. Andr. opinantur in capit. continebatur. de his quæ fiunt à prælat. probantes decisionem. l. quoties. non procedere in Ecclesia venditrice, nec in venditore †, qui Ecclesiasticus sit, cùm in eis sit maximè reprobata variatio, & illusio. capi. quod autem. de iure patro. Cle. cùm illusio. de renuntiat. & ideo in ea specie prior emptor præfertur posteri: etiam si facta fuerit traditio, priusquam primo emptori. idem tenent Roman. consilio. 298. idem in authenti. similiter. C. de. l. falcidi. 12. speciali contract. Gozadi. consilio decimoquarto. numero decimoquarto. Alexand. consilio octuagesimo tertio. numero quinto. libro septimo. Hippol. in singu. 82. à quibus libentissime dissentio, perpen sa ratione ex qua deducta fuit. l. quoties constitutio. siquidem Ecclesia venditrix non transfert in emptorem dominium absque traditione, quod manifestum est. igitur prior emptor dominium non habens minimè præferendus erit posteriori cui dominium ex traditione quæsumum est. nec quicquam facit variationem esse improbatam in Ecclesiasticis personis, & in Ecclesiarum administratoribus, nam idem ipse fateor, ac demum colligitur, male fecisse venditorem, qui duobus ex interuallo eādem rem vendiderit, non tamen sequitur ob id, secundum emptorem, cui res tradita fuerit, in dominio potiorem non esse: quibus adducor, vt existimem esse admittendam dictæ constitutionis decisionem etiam in Ecclesia venditrice, & in Ecclesiasticis venditoribus, sequutus Antoni. Ancha. Abb. & Imol. in dicto capitul. continebatur. & ibi Cardi. Bartho. Socin. consilio vigesimonono. libro quarto. Iaso in. l. vltim. numero vigesimonono. C. de sacrosan. Ecclesi. eundem Ias. in dicta. l. quoties. numero vi gesimo.

gesimo. qui de Parisi. consilio vndeclimo. libro primo. numero decimo. assertunt hanc opinionem communem esse. idem fatetur Alexan. eam sequitur consilio. 12a. libro quinto. columna seunda.

Quinto. eadem constitutio proculdubio intelligenda est. ubi secundus emptor bonam fidem habet. nam si is mala fide. id est. non ignorans primae venditionis. + eadem rem emerit. licet eidem tradita sit. nihilominus per primum emptorem res ab eo reuocabitur. & cūincetur gl. verb. iure. Alberic. Salyce. & Iason numero vigesimo sexto. in dicta. l. quoties. gloss. communiter recepta in dicto capitul. si tibi ausentii. quam dixit singulatissim. Iason. Lupi in rubri. de donatio. §. octua gesimo primo. numero vndeclimo. idem notant Bald. in rubri. C. de his. que fraud. credit. columnna prima. Iason in. §. item si quis in fraudem. de actioni. numero. 116. & illic Angel. Arctinus numero vndeclimo. Hippoly. in dict. l. qui duobus. numero decimo. ff. de fal. Ripa. libro tertio. responsie capitulo octauo. idem Iason in. l. vltim. numero vigesimo octauo. C. de sacrosan. Eccles. illud vero admoneendum est. in hac specie fraudem ex eo tantum praesummi. quod secundus emptor sciuerit. rem alteri. primo venditam fuisse. ut expressim adnotarunt Iason. Lup. dict. numero vndeclimo. Iason. in dicta. l. quoties. & idem in dict. l. vltim. Thom. Ferrat. caufel. 48. idem premit gloss. in. l. in operis. ff. locat. sensit. gloss. in dicta. capit. si tibi absens. item & Salycer. in dict. l. quoties. dum bonam fidem a sciente ius & factu excludit. Sic idem Salycer. in. l. penultim. C. de eis. que in fraud. credit. alienat. sunt. questio ne prima. licet dubitet de predicta opinione Bal. ex alia ratione. manifestetamen intelligit. scientiam sufficere. ut secundus emptor particeps fraudis iudicetur. ratio vero ex qua Salycer. dubius est. facilius tollitur ex eodem Salycer. in. l. prima. C. codem titulo. post Baldum ibi. Ceteri autem autores. quorum modis meminimus. fraudem exigunt simpliciter. & tamen mihi videntur hanc ex scientia constitutre. vel ex eo. quod contrarium non scripsisse. & quia si consideremus leges de his. que in fraudem eridorum fieri solent. statutas. fraudis particeps secundus emptor censabitur. qui sciens. rem primo alteri venditam fuisse. eandem emerit. & sibi traditam accepterit. cum sciat. per hanc traditionem venditorum rem omnino impediens ad traditionem rei venditae. quanemptori praesertim tradere tenetur. eius possessionem habens. & ex ea causa facultatem

rei tradendae. hanc etenim fraudem precipitati autores sufficere censem. vt minimè sit admittenda. l. quoties. responsio. Quod si primus emptoris titulum habeat. posterior autem. cui res prius tradita fuit. causam donationis. tunc & si donatus prioris emptoris inscius. ac bona fide rem gesserit potior erit is. qui rem ipsam emerat sicuti Bald. Iason & Iason. Lupi in predictatis locis censem. Nam licet in emptione. & alienatis titulo oneroso verum sit. tam venditorem. quam emptorem. vt alienatio reuocetur. participem fraudis esse oportet. l. prima. ff. que in fraud. credit. vbi tamen donationis titulo res possidetur. nulla fraudis scientia in donatario exigitur. l. ignoti. C. de reuoca. his que in fraud. creditor. l. qui autem. §. similique modo. ff. que in fraud. credit. idem Rip. in specie notat in dicto capitulo octauo. ex veteri editione. & ex noua in capitulo. 4. numero tertiob. sub titu. de donat. & grat. perfic. & reuocand.

Sexto. si vterque emptor probet rem sibi traditam fuisse. nec appareat. cui prius tradita fuerit dubitatur. quam in + partem accipienda sit presumpt. & sane presumetur res prius tradita priori emptori. qui iustior & potior est seclusa traditione secundum Iacob. Arent. C. in. vltim. quæstio. & Iason. numero trigesimo optimo. in dict. l. quoties. Bald. in. l. post sententiam. columnna seunda. C. de sentent. & interloq. omni iud. Bald. & Angel. in. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publica. Roma. in singu. 377. Alexan. consilio. 92. numero duodecimo. & consilio. 109. numero sexto. libro quinto. & consilio octuagessimo primo. numero quarto. libro septimo. Iason in dicta. l. vltim. numero vigesimo octauo. Hippo. in dicta. l. qui duobus. numero octauo. quod verum est. vbi vterque probat pretium numerasse. di quoque ipsi potiora iura obtinebunt. & praesumerunt rem ei prius traditam fuisse. qui probat pretij numerationem quod Bald. scripsit in capit. si facta. columnna prima. si de feudo fuerit contro. inter domini & agnati. vas. cui consentiunt Roma. Iacob. & Hippo. proxime citati. & Alex. in additionibus ad Bart. in dicta. l. siue autem. §. si duobus. argimento deducto a tex. in. §. vendite. Insti. de rerum diuisio. quod est animaduertendum. simul & confiderandum. quis prius hoc in dubio pretium numerauerit.

Septimo. si rationem principalem dictæ constitutionis obseruemus. plane constabit. locum non fore eius decisioni. + vbi res vendita fuerit cum pacto. vt non possit ab ipso venditore alienari. Tom. j. Var. Reso. T t. 3 nari.

nari: & præmissa ad contractus & pacti robur hypotheca. in hac etenim specie, & si res secundo vendatur, fiatque traditio ipsius emptori, dominium non transfertur, & impeditur eius translatio ratione appositi pacti. text. singul. in. l. si creditor. §. vltim. ff. de distract. pignorum. cuius ipse memini hoc lib. cap. 15. nume. 3. atque ita quantum ad intellectum. l. quoties. Iason inibi nu. 28. & consil. 5. versic. sexto. libr. 3. Thomas Ferratius cautela. 48. colum. 2. adnotarunt: quos sequitur Andreas Tiraq. libr. 2. de retra. §. 3. glos. vnica. numer. 4. quo in loco dum mentionem fecit Iasonis in dict. l. quoties. falso opinatur ibidem Iasonem hanc questionem non exactè tradidisse. Sed aliam, quam circa hypothecam, Cinus, Io. Fab. Bald. Salyc. & Paul. examinarunt verè opinantes priorem in hypotheca, potiorem esse, licet postriori prius fuerit facta traditio. Nam hoc & ipse Iason. num. 11. scripsit, id vero quod modo tradidimus ad. l. quoties. dict. num. 28. distinctum omnino docet.

Octauò, non est prætermittendum, eadem re duobus ex interuallo vendita, & posteriori tradita ab eo, qui nec dominus illius est, nec iure vendere poterat, si postea dominus eiusdem rei efficiatur, ratam effici quo ad dominij translationem ultimam venditionem, traditionemque ex ea sequutam. quod deduci potest à Jurisconsulto in. l. si à Titio. ff. de rei vend. l. cum vir. prædium. ff. de vsucapio. l. si quis alienam. ff. de actio. empt. quibus locis suffultus Ludo. Roma. in consil. 270. column. 1. hanc sententiam probat: quem sequitur Hippol. singul. 32.

Nono, eademi profectò ratione queritur, sit nelocus dictæ constitutioni in locationis contraria ut tandem duobus & eadem re locata, is posterior sit, cui prius tradita fuerit, licet tempore posterior: quibusdam etenim visum est: cum potiorem esse, qui prius conduxerit: licet alteri res fuerit prius tradita: cum eo casu cesset ratio. l. quoties. quæ dominij acquisitionem respicit per ipsam apprehensionem. l. si ea res. §. vlti. ff. de actio. n. empt. nec locatio ius aliquod reale tranfert. l. non solet. vbi glos. & Barto. ff. locati. & l. emptorem. C. eod. titul. Hoc ipsum probatur auctoritate jurisconsulti in. l. in operis. ff. locat. vbi operis duobus locatis satisfaciendum est priori conductori. quamobrem Iason in dicta. l. quoties. 13. limitatione. & numero trigesimo secundo. hanc sententiam ad illius legis interpretationem elegit. Quæ dubia videtur ex eo, quod licet in conductorum per traditionem non sit translatum

dominium, nec ius reale: is tamen potentius ius habet cùm habeat saltem rei detentationem, à qua si expelleretur, ante omnia iudicis officio restituendus foret ad similitudinem eius, qui cùm possideret, fuerit spoliatus. l. Attilius regulus. & ibi Bartolus, & Paul. ff. de donatio. notatur in. l. officium. ff. de rei vend. text. optimus in. l. vnde cima. titulo decimo. partita septima. & preterea is, qui ex secunda locatione detinet, iure retentionis se defendit a priori conductore, qui tantum habet actionem personalem non realem, ut constat: actio vero personalis non datur contra secundum conductorem, sed contra locatorem, & ideo Iaso. opinio admittenda est, si secundus conductor, cui res prius tradita fuit, possessioni non incumbat: quod si rem ipsam is possideat, nulla poterit actione impetri imo præferendus erit priori conductori, ab eoque defendantus, sicuti opinantur Rotæ judices decisione prima. titu. de locato. in antiquioribus. & decis. 879. in antiquis. Bartho. Soci. consilio vigesimo nono. libro quarto. & Alexand. consilio. 122. columna secunda. libro quinto.

Decimo, an sit locus dict. l. quoties. vbi prior venditio iurata fuerit, à plerisque dubitatur, eam tamen dubitationem ipse examinavi in Epitome de sponsalib. parte prima. capitulo quinto. numero nono. Cæterum plura ad præmissæ constitutionis enucleationem requirenda sunt à Iasoni ibidem. qui adde Carol. Molin. in consue. Paris. §. trigesimo. questione vigesimaprima. & de clausula constituti. Deci. in. l. contractus. numer. 14. ff. de reg. iu. eundem consil. 598. & Hippo. singul. 32. Andream Tiraquel. de constituto. par. 1. numero vigesimoprimo. & sequentibus. usque ad vigesimum octauum.

## Ex Capite Sequenti.

### S V M M A R I V M .

1. An idem sunt libertas, & immunitas ecclesiastica.
2. Immunitas ecclesiistarum, & sacerorum templorum, an iure naturali, vel lege diuina statuta sunt, & inibi veterum hac de re exempla.
3. In tractatu de ecclesiistarum immunitate iura Pontificia præferenda sunt legibus secularibus.
4. Ecclesia etiam non consecrata habet hanc, de qua agimus, immunitatem, & quid de hospitalibus?
5. Qualiter accipiendi sunt canones, quibus ecclesia, & quadraginta passibus circum immunitas conceditur, &

- 6 *ter ex de palatio Episcopit?*
- 6 *Fugiens ad Eucharistiam, quam sacerdos extra Ecclesiam fert, an sit defendendus hac immunitate?*
- 7 *Homicida proditorius potest ab Ecclesia euelli & imbi latè traditur intel. cap. i. de homicidio.*
- 8 *Quid de raptoribus virginum?*
- 9 *An Assassini ex hac immunitate sint defendendi, nè abducantur à templis?*
- 10 *Latiſſimè expenditur materia de Assassinis & vera interpretatio text. in capitulo primo. de homicidio. in sexto.*
- 11 *Ecclesiastarum immunitas licet excommunicato proficit non tamen infideli, nec heretico.*
- 12 *Fugiens ad Ecclesiam, quem index aspergit, & cur su persequitur, ab ea extrahi non potest.*
- 13 *Quid de eo qui per Ecclesiam ducitur captus, ex de eo quise exemptus à familia iudicis, vel fugerit à carcere tribus ad Ecclesiam?*
- 14 *Debitores an possint ab Ecclesia abduci?*
- 15 *Intellect. cap. vlti. de immunit. eccles.*
- 16 *Clerici etiam à indice ecclesiastico non sunt euellendi ab ecclesia si ad eam fugerunt.*
- 17 *An fugiens ad ecclesiam, qui ab ea iure abduci non potest posset ibi vinculis ligari, aut obsideri, nè alienigena ad eum deferantur?*
- 18 *An à foribus ecclesiae possit fugiens ad eam abduci? ex an delinquens in ecclesia ex hoc fiat fori ecclesiastici, vel posset à iudice laico puniri?*

## De Ecclesiastarum, & sacrorum templorum immunitate.

### C A P. X X.

**M M V N I T A S, Q V O D**  
  
 frequentius est pro exemptione à muneribus, & honoribus assumitur. l. prima. ff. de iure immunitatis. nam auctore Festo immunitas est, qui præstare munia non tenetur. Sic immunitas & Ecclesiastica dicitur Ecclesiastica libertas, quæ & ad reum & personarum Ecclesiasticarum libertatem & exemptionem pertinet, vt hæ sint ab oneribus & publicis muneribus libere, & imminentes. text. est in capit. aduersus. de immunit. Ecclesia. quo in loco libertas personarum, Ecclesiastica immunitas dicitur. notat Syllester, verb. immunitas. in princ. nec id temere admonemus: sed vt ad interpreta-

tionem constitutionum, quæ poenas infligunt violentibus ecclesiasticam immunitatem expeditum sit easdem poenas etiam obtinere aduersus eos, qui non tantum Ecclesiarum priuilegia, & exemptiones perturbant: sed & personarum Ecclesiasticarum immunitatem infringunt. Tametsi Caiet. verb. immunitas. §. vlti. scriptis, immunitatem ecclesiasticam à libertate Ecclesiastica in eo differre, quodd libertas ad personas, immunitas vero ad Ecclesias, res & tempora pertineat, adducit text. in extrauag. i. de priuileg. columna quarta. versico. incendiarios. inter communis qui tamen immunitatem Ecclesiarum à libertate Ecclesiastica distinxit, non autem Ecclesiasticam immunitatem & libertatem Ecclesiasticam differre probat. Nos vero hoc in capite alijs omissis, de Ecclesiastarum immunitate tractabimus, inquirentes, quo iure statutum sit, neminem vtcunque sceleratum ab Ecclesia inuitum extrahendum fore: ac deinde examinantes quid iure circa hoc tradiderint. quamobrem tribus duntaxat conclusionibus prænotatis, pluta ad hanc rem pertinentia deducemus:

Prima conclusio. Hæc templorum, & Ecclesiastarum immunitas iure naturali statuta non est, nec ex eo vetitum criminum auctores etiam inuitos ad punitionem à templis extrahi. quod probatur. hæc etenim & immunitas non est de primis principiis juris naturalis, quæ dictant nulli nocendum esse ratione viuendum fore. Nec ab his necessario deducitur: nam licet Deum collendum esse ad ius naturale pertineat, non ex hoc sequitur homicidam fugientem ad te nplum, vel Ecclesiam, non esse inde deducendum ut puniatur, siquidem criminum punitio iure naturali, diuino, & humano stabilita est. Et præterea ius naturale tolli, aut mutari humanis constitutionibus non potest, licet ab his declarari possit, sicuti probauimus in epitome de sponsalibus secunda part. capitulo sexto. §. nono. numero secundo. & tamen Ecclesiastarum immunitas non tantum quo ad declarationem: sed & quo ad nouam constitutionem humanis iuribus, & legibus subiicitur, quod nemo negabit. igitur consequens est, eam iure naturali statutam non esse.

Secunda conclusio. Immunitas hæc Ecclesiastarum iure diuino, quod vt lex diuina in Ecclesia Christi custodiendum est, minimè statuitur. leges etenim veteris testamenti aduentu Christi exprirarunt capitul. translato. de constitutio. tradit Thom. i. 2. quæstione nonagesima octaua. articulo primo. & quæstione 104. articulo tertio.

Magister in quarto sentent. distinctione tertia. & ideo quanvis lege Mosaica ab altari nullus ad punitionem criminis euellendus esset, non deducitur ex eo hanc immunitatem diuina lege sanctam apud Ecclesiam esse, & lege vero Euangelica non est haec immunitas statuta, quemadmodum ex sacris Euangelijs apparet, & ratione probatur quia a Christo Iesu nulla lex instituta fuit praeter naturalis iuris precepta: nisi de his, quae ad sacramenta & articulos fidei pertinent omnino, auctore Thoma prima secundæ. questione. 108. articulo primo, & secundo. & quodlibet. quarto. articulo. 13. sed isthac immunitas iuris naturalis non est, nec ad sacramenta, nec ad fidei articulos attinet, ergo non est iure diuino Euangelico instituta.

Tertia conclusio. Immunitas Ecclesiarum iure, sancte, & legitimè, ad Christianæ religionis utilitatem, sacerorum Canonum Ecclesiæ vniuersalis, sanctorumque virorum authoritate, humano & positivo iure fuit, & est statua. Haec probantur. Num. etenim capitulo trigesimo quinto. iussit Deus quasdam ciuitates constitui in praesidia homicidarum, fugitiuorum. idem legitur capitulo. vigesimo. Iosue, & Deutero. capitulo decimo nono. atque Exodi. 21. altare ipsum Dei hoc privelegio instruitur, vt ad id configiens extrahi, aut diuelli ad punitionem iuvitus non posset. tametsi in his locis probetur, delictis, & homicidiis non voluntariis refugium fuisse aras, & templo. Quod & de Gentilium templis fateatur Thucydes libro septimo. quibus expressim contenit ius civile ex Iustiniani nouellis in auth. de mandat. Princip. §. sed nec homicidis. & Regia. l. vlti. titulo undecimo. partita prima. de quibus statim numero septimo. sed & de templorum immunitate ferè in vniuersum, & generaliter multa sunt ex libris Regum testimonia. Nam idem traditur tertio Reg. 1.2. & 3. quibus veteris testameti auctoritatibus haec templorum, & Ecclesiarum immunitas comprobatur: & ostenditur iustissime lege humana statutam esse. Sunt & ad hanc partem comprobandum diu Augustini, aliorumque sanctorum vitorum testimonio, quorum Gratianus meminit. 17. questione quarta. præsertim capitul. miror. cap. reum. cap. constituit. & cap. definiuit. vbi & concilia ad id citantur. tex. celebris in ca. inter alia. c. pe. & finali. de immunit. Eccles. cap. id constituimus. 17. quæst. 4. l. 2. 3. &. l. præsent. C. de his, qui ad Eccles. configi. Regia. l. 2. titulo. II. part. I. His accedit quod & apud veteres, quibus veri Dei cognitio deerat, aris & templis honoris hic habebatur. Nam & apud Plautū

in Mostellaria actu. 5. scena. I. TranEO seruus nè à Teuropide & Lorarijs puniretur ad aram confugiens, inquit interim ego hāc aram occupabo. Te. Quid ita? Tra. Nullam rem sapis, nè enim illi hunc configere possint, quæstiōne quos dabit, & rursus ipse Tranjo. Sic tamen huic consiliū dedero, nimio plus sapio sedens, tunc consilia firmiora sunt de diuinis locis.

Item apud eundem Plautū in Rudente. A&t. 3. scena. 3. Trachalio admonet Palæstrā, & Ampeliscā vt in ara assideant, ne per vim abducatur: sic enim inquit. Ne, inquam, timete, assidite hic in hac ara. Ampelis. Quid? ista ara plus prodeſſe nobis potest, quām signū Veneris in phano hic intus, quod amplexæ modo, vnde abruptæ per vim miseræ? Et scena. 4. Labrax inquit, mihi non licet ancillas meas Veneris de ara abducere! Dē mones. est lex apud nos. Hactenus apud Plautū Athenis etiam erat ara misericordiæ, quam Herculis nepotes post quam is è terris migrauit, collocarunt, vt eslet eis Asylum, à qua nemo, abduci posset, timentes insidias eorum, quos auus affligerat. auctore Statio lib. 12. Thebaidos.

*Vrbe fuit media nulli concessa potentum  
Ara Deum, mitis posuit clementia sedem.*

Eum legito, apud quem satis constat hanc aram misericordiæ: omnium configium fuisse, nulliq; Deorum nominatim dicatam.

*Huc vielli bellis, patriaque è sedefugati.  
Regnorumq; inopes: scelerumq; errore nocentes,  
Conueniunt, pacemque rogant.*

Huius aræ ignoti Dei meminit Paulus Apostol. A&t. u. c. 17. secundum Nicolaum Lyranum inibi. & Gersonem tract. 6. super Mag. Aræ itē misericordiæ meminit & Pausanias lib. 1. in atticis, qui eam in foro fuisse tradit. idē scribit in Phaletra portu atticorum aras constitutas, & dicatas esse Heroibus, & diis, qui ignoti vocantur. Tempulum quoque Dianæ Ephesiæ eiusmodi fuit, vt ex eo nemo quoquis criminè damnatus educi posset. Cuius Cice. in Verrem actione meminit. scribit & ad hæc Iustinus lib. 28. in hunc modū. Laodamia autem cum in aram Dianæ configisset, concursu populi interficitur. Quod facinus Dij immortalis, assiduis cladibus gentis, & propè interterrit totius populi vindicauerunt. nam sterilitatem, famemque, passi, & intestina discordia vexati externis ad postremum bellis pene consumpti sunt. Miloque Laodamiae percussor in furorem versum, nunc ferro, nunc saxo, in summo dentibus laceratis visceribus, duodecimo die interiit. Hactenus Iustinus, mentione faciens Aræ Diane non

non Ephesiæ, sed Epitrothæ. Hinc & Pausanias in Atticis existimat, non ob aliam causam Syllam in diram incidisse calamitatem, quam quod Ariſtione, qui in Mineruæ templum confugerat, vi extractum interfici iussisset. idem Pausanias in Achaicis Helices vrbis excidium commemo-rans multa profecto tradit exempla, quibus apparet, implacabilem fuisse numinum iram ob violata deorum templo. Quo in loco refert Dodonei Iouis oraculum Atheniensibus redditum his sanè versibus.

*Ara tibi Eumenidum sumans, & curia Martis  
Sint cordi: hinc bello domiti: nam forte Lacones  
Suppliciter tristes venirent, tu proyce tela  
Supplicibus parcens, dinum quos iura tuenter.*

Apud eundem Pausaniam in Corinthiacis men-tio fit Hebae deæ, cuius templum erat sacrosanctum, & hunc honorem habebat, vt qui supplices in id configissent, cuiusvis criminis impuni-tatem consequerentur. Idem Pausanias in Laco-nicis tradit, apud Tegeatas Mineruæ templū uni-versæ Peloponeso fuisse antiqua religione sacro sanctum nec violari eos fas fuisse, qui illuc con-fugissent. Que sanè religio in Pausania scimel, an-tea vero in Leothychide est ab Argiuis conserua-ta. Cum enim illi supplices se in illud templū tan-quam in Asylum recepissent, nec postulatū qui-dem est, vt dederentur. Erat & apud Lacedæmonios Templum Palladis Chalcioecæ, quo confu-git Pausanias prodictionis accusatus, cuius & nos statim mentionē habebimus. Traditū etiam est, Oreste matre occisa, cùm à tribus furis infesta-retur, in templū Apollinis configuisse nec ausas ingredi Eumenidas sed expectasse dum exiret. hinc Vergilius libro. 4. Æneidos.

*Mit. Agamemnonius selenus agitatus Orestes  
Armatam facibus matrem & serpenteribus atria.  
Cum fugit, utrice que sedente in limine dira.*

Quod Statius Aræ misericordie: & ignoti Dei tribuisse viderur, dum scribit,

*Et a misero matrem summojvit Oreste.*

Asyla item apud veteres passim constitueban-tur, erantque loca sacra, vnde fas non erat quen-quam rapere. ex à particula priuata, & sylao rapio, vel syria iudem rapio, aut mutata. r. in. l. authore Serpicio li. 8. Ænei, cuius meminere Ca-telli. Costa, dictione, Asylum, & Ludo. Viues. li. 1. Augu. de ciui. Dei. c. 34, vnde Liu. ab urbe condi. lib. 36. author est templum Apollinis Delium Asylum fuisse. Primus omniū Asylum condidit Cadmus, vt Thebas quas nuper ædificauerat ma-iore populo compleceret. Huius exemplū Romu-

lus imitatus est, cùm Romā condidisset, Asylum enim cōstituit authoribus Liuio lib. 1. Dionysio Halicarnasseo lib. 2. August. d.c. 34. Iuuēn. Saty. 8. ad fi. Strabo. lib. 5. Patricio de Regno lib. 8. tit. 16. cuius quidē Asyli frequentissime autores me-minerunt præsertim Ouid. lib. 3. Fasto. Romulus vt saxo lucū circundedit alto: Quilibet huc, in-quic, confuge, tutus eris. Vergi. 8. Æneidos.

*Huic lucum ingēnē, quem Romulus acer Asylum  
Retulit, & gelida mostrant super rupe Lupercal.*

Erant in Græcia & Asia plura Asyla, quæ nomi-natim traduntur à Cornelio Tacito libr. 3. Thucydide lib. 1. belli Peloponnesiaci. & Vergi. Po-lido. lib. 3. de inuentor. rerum. cap. 12. Plutarcho in Theseco, & Romulo. Ioan. Coras. lib. 5. Mis-cellan. capi. 23. Alexandro ab Alexandro. lib. 3. cap. 20. Meminit & Diony. libr. 47. templi in hono-rem Iulij Cæsaris dicati, quod Asylum erat apud Romanos, fitq̄ue Asyli mentio apud Iuriscon-sultum in. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edict. vbi eleganter Budæus explicat Asyliam dici ius hoc libertatis, & venie, quod quis apud Aras consequitur, nam immunitatē Ecclesiastum vulgò vocamus. Asyli etiam secun-dum eundem dicebantur homines sacrosancti, quos actingere sine piaculo non licet, nec pre-hendere, vt apud Romanos Tribuni plebis, at-que ita Philostratus statuam Tyberij Asylam fuisse perhibet ex eo, quod ad eam configuen-tes, iniuti inde abduci non poterant. Quibus tandem satis ostendimus, apud Christianæ reli-gionis cultores, sanctissimum esse, vt templis ius hoc Asyliæ, & immunitatis religiosissimè serue-tur, & firmiter statuatur, quandoquidem & illo seculo, quo vana Deorum colebantur Simula-chra & idola, eorum aris ius hoc concessum fuit. Quo sit vt constitutiones canonieæ, quibus hæc immunitas stabilita est, veteris diuini iuris sacro-rum Conciliorum, ex authoritatibus, exempli-que Gentilium comprobentur, licet iure diuino, quod modo lex diuina dicitur, vimq̄ue legis habet: statuta non sit, quanvis Ioannes Igneus in. l. prima. in princip. ff. ad Syllanianum. numer. 26. & sequentibus probare conetur, immunita-tem Ecclesiastum, iuris & legis verè diuinæ esse. ex his tamen plura deducuntur.

Primum, in materia, & tractatu immunitatis Ecclesiastum, etiam apud iudices seculares, stan-dum esse potius iuris Pontifici decretis, & sta-tutis †, quam iuris Cæsarei sanctiōibus per-tinet enim hoc ad honorem, & reverentiam exhibendam locis sacris, quorum cura ad Pontifices,

& p̄latos ecclesiasticos spectat, & ideo eorum leges hac in re secularibus p̄ferendæ sunt, quē admodum voluerē glo. in dicto cap. inter alia. & in cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. Oldra. consil. 154. Imol. in Clementi. i. in fine. de p̄nitentia & remissi. & ibi Card. & Bonifac. de Vitalinis. Abb. in dict. capit. inter alia. nume. 24. Fulgo. in. l. fide li. C. de his, qui ad Ecclesi. confugi. Ioan. Fabr. in §. sed hoc tempore. Institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. Alexan. consil. 143. lib. septimo. col. 2. & 3. Chassanæ. in consuetu. Burgun. rubri. i. §. quin to. versi. Archidiaconus num. 111. Petrus Belluga in speculo Principum rubr. 11. §. sed quia. nu. 12. quorum opinio communis est, & omnino te nenda aduersus Saly in authen. 2. qui. C. de adul te. in fine. Angel. Areti. de malefi. §. fama public. verit. quarto quæsto. Præcti. Ferrari. in forma In quisitionis. numer. 31. Carol. Moli. in dict. Alex. consil. 145. & Alcia. regul. 3. de præsumptio. præ sumpt. 33. quibus minime consentiendum est, modo factorum Canonum decisiones, recte, & iuxta authorum sensum intelligantur.

Secundum, Ecclesiam cultui, & ministerio diuino dicatā, & in qua diuina officia celebrantur & si consecrata non sit, hoc immunitatis priuilegium habere, text. expressum id probat in capit. Ecclesiæ. de immunita. Ecclesi. & tamen dubitatur, an idem sit vbi Ecclesia dicata est cultui diuino, nondum & consecrata, & in qua haec tenus officia diuina celebrata non sunt? Nam glos. in dicto capi. Ecclesiæ. requirit diuinorum officiorum celebrationem, sed frequentiori interpretum sententia obtentum est, Ecclesiam autoritate Episcopi constructam, hac immunitate gaudere, licet non consecrata sit: nec in ea adhuc diuina officia fuerint celebrata: quodita visum est Guilielm. Imole, & alijs in dict. Clementi. i. Hostien. Ioan. Andr. Cardi. Henrico. col. 2. in dict. cap. Ecclesiæ. & Sylvestro, verbo. immunitas. i. quæst. prima. tametsi plurimum hac in re valeat coniuetudo secundum Abba. ibi. & Guiliel. Mainerium in. l. nemo de domo. nume. 21. ff. de regul. iur. quæ quidem potissimum est inspicienda, & præterea præcaudendum ne hisce temporibus, canones ipsos extendamus, cum oporteat audaciam reprimere eorum, qui passim cramina hac immunitate freti committunt, qua ratione aliquot in urbibus p̄lati immunitatem istam tantum admittunt: & tutantur aduersus iudices seculares in his Ecclesijs, quæ sanctissimam Euchariastiam ad publicam venerationem: & adoratio nem continuo habent.

Tertio, constat & idem immunitatem ius hospitalibus auctoritate Episcopi constructis com petere secundum Archidia. in cap. definiuit. 17. quæst. 4. Bald. in. l. si quis ad declinandam. C. de Episco. & cleri. §. in omnibus. nume. 21. Alexan consil. 9. colum. 2. libr. 2. Felinus in capit. de qua ta. de præscript. col. 3. & Suares in. l. secunda. tit. de los gobiernos. quæst. 5. Guilielm. Mainer. in dicta. l. nemo de domo. numer. 21. tex. optimus in l. omnia. C. de Episcopis & clericis. Quibus ad dit Panormita. in dict. capitul. Ecclesiæ. numer. 7. standum esse hac in dubitatione consuetudini. quod verissimum esse censeo. possunt & ad hanc illationem adduci plura, quæ Curti. Iunior tra dit consilio. 20.

Quarto, deducitur ex his, hanc immunitatē non tantum Ecclesijs concessam esse, sed etiam quadraginta passibus circum † eccleiam matricem. capit. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. & triginta passibus circum alias Ecclesijs. capitul. defini uit. & cap. quisquis. eadem caus. & quæst. Oldra. consil. 55. Abb. Henric. & Doct. in dict. cap. Ecclesiæ. Sylvester verb. immunitas. 3. in prin. Hoc tamen moribus receptum non est. sicuti & Ioannes Igneus testatur in. l. i. in prin. nume. 58. ff. ad Syllani. nam & Archid. scribit in capit. quisquis. 17. quæst. 4. Ecclesijs intra muros ciuitatem constructas non habere hanc immunitatem quo ad horum passuum circuitum, quod ad coniuetudinem maximè accedit: sed id videtur accipendum quo ad Ecclesijs intra castellorum muros constructas. text. in dict. capit. quisquis. Passus vero quinq; pedes habet. glo. in. l. 3. ff. de verb. sign. glo. in capit. sicut. 17. quæst. 4. Regia. l. 4. titul. 13. part. 1. Columella. libr. 5. de re rustica. ca. 1. Isidorus & alij communiter, ex eo sic dictus q̄ passis & extensis brachijs hanc mensuram conficiamus, ut Isidorus existimat, cui subscripsere Alciat. in lib. de quinq; pedum præscriptione. & in l. mille passus. ff. de verb. signific. Corasi. in. l. 1. ff. de serui. nu. 107. Oldendorpius de actionib. titu. de rei vendicat. Pes decem & sex digites transuersos continet secundum Alciat. Corasium, & Oldendorpium, ac Constanti. Harmenopul. lib. 2. tit. 4. Epitomes iuris ciuilis. Budæ. lib. 1. de asse. Nebriss. in Lexico iuris ciuilis, dictione. digitus. Isidorum lib. 15. Etymologi. c. 15. tametsi gl. in. d. cap. sicut antiquitus. Docto. in. l. 1. ff. si quis caut. & dicta Regia. l. 4. errore forsan numeri quinde cim tantum digitos pedi tribuant. Hinc pes in vi cias, vt as, diuilius constituit semissem, est enim semis octo digitorum. Hispani vulgo. Xeme, dici mus

Libri secundi, Caput. X X.

667

rum qui censem, fugientem ad sacerdotem Eu-  
charistiam manibus portantem †, hac immuni-  
tate gaudere, ut inde euelli inuitus non possit:  
immunitas enim templis à Canonibus concessa  
est propter honorem, & reuerentiam, quæ locis  
sacris, diuinoque cultui dicatis debetur: & ideo  
maiori profecto iure idem priuilegium sacra-  
tissimo Dei Maximi corpori datum esse existi-  
mandum est: sicuti existimarunt Atchid. in cap.  
quæsitione. 13. questione secunda. Abbas in cap.  
sanè de celebrâ missar. & ibi Docto. Roma. sin-  
gular. 335. Catellianus Cotta, distinctione, rationis  
identitas. Alberti. in cap. 1. de heret. in 16. que-  
stione. 13. numer. 14. & est hæc opinio commu-  
nis secundum Ludou. Gometi. in. §. poenales. de  
actionib. numer. 50. quicquidem omnes & Ioan.  
Lupi in rubri. de donatio. §. trigesimo octavo. nu-  
me. quinto. fatentur secus esse dicendum, ubi ca-  
ptus in carceribus ad Eucharistiam, quæ ad eum  
adducitur, fugerit. Ego sanè fateor maiorem ho-  
norem exhibendum fore Eucharistie, quam ip-  
sis templis: quibus ob ipsam Eucharistiam plura  
priuilegia conceduntur: attramen: cum immuni-  
tas hæc à Canonibus statuta sit, & nullibi Eucha-  
ristie hoc ius extra ipsas Ecclesias datum. fuisse le-  
gamus dubius sum; an vera sit. interpretum fre-  
quentissima sententia, cui etiam aduersatur glo-  
celebris in dicto capit. quæsitione. Tamen olim  
authore Plutarcho in Nama, qui ad supplicium  
mortis ducebatur, huius poena immunitis erat, si  
eideni Vestalis virgo forte, nulla data opera ob-  
uiamiret.

Septimò, deducitur ex his, quæ præmisimus,  
neminem ab Ecclesia violenter & per vim abdu-  
cendum fore, etiam si graue crimen perpetratu-  
rit: hoc probatur in dicto capit. inter alia. & cano-  
nibus, qui ad hanc immunitatem comproban-  
dam hoc capite adducti fuerunt. Item & Regia  
I. secunda. tituli xvi decimo parti. prima. quaquevis.  
Iacob. de Rauenmis, & Petr. à Bella Pertiça. in. I.  
secunda. C. debitis, qui ad Ecclesia configi. opi-  
nebuntur; immunitatem istam non profecte his,  
qui graue delictum commisere. quibus refra-  
gantur Panormita. in dicto capit. inter alia. num. 24.  
& Alexan. consil. 194. lib. 7: frequentissime om-  
nes qui materiam istam tractauerunt.

Ostatò, constat, homicidam proditorii, qui  
que alium insidiose occiderit, ab Ecclesia iniui-  
tum, & publica vi ad punitionem criminis abdu-  
ci posse tex. singulis causis de homicidio: quem in  
hunc sensum interpretantur glo. **Anania.** & Felici  
ibi Aret. in cap. cum non ab homine, colum. 10.

## Guido

Guido Papæ decisi. 121. Régia. l. vlti. tit. i. parti. 11. Abulensis cap. 21. Exodi. Alex. in dict. consil. 145. lib. 7. num. 5. Specul. in tract. de concilio. 2. par. titul. 45. Eleganter Nicolaus Boerius decisi. 109. ascenderans opinionem hanc apud Gallos. admissam fuisse. & plane hic est verus sensus præfati capit. quod deductu est ab ea lege quæ Exodi capit. 21. refertur. nam & Ioab, qui duos principes insidiose occiderat, cum ad altare confugisset, iussu Salomonis apud ipsum altare occisus est. 3. Reg. cap. 2. & narrat Iosephus lib. 8. antiquitat. capit. i. idem tenet Anchæ. in dict. cap. 1. & in dict. cap. inter alia. Præctica Ferrar. in titul. de forma Inquisitionis. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 33. & libr. 7. Parerg. cap. 6. Chassan. in consuetu. Burgundie. rubri. 1. §. 5. versi. Archidiaconus. numer. 113. Quæ quidem interpretatio communis est: & consuetudine Christiani orbis admodum recepta. Imò & idem esse in eo, qui alterū proditorie animo occidendi percussit tametsi ex percussione mors sequuta non fuerit: explicat eleganter Ioan. Igneus in l. 1. §: si dominus nunc. 7. ff. ad Syllani. dicens num. 20. ita iudicatum fuisse licet Boeri. in dict. decisi. 109. & Rebuffus. 2. Tomo Regiarum consti. tractatu de immunitate. arti. 1. q. 5. minimè admittat, simplicem percussorem ex prædictione, morte quidem non sequuta, Ecclesiæ immunitate priuari. Utitur sanè Rebuffus Boerii testimonio. Et tamen, nisi fallor, Boerius potius probat saltem apud Gallos Ignei sententiam. Verum opinio contraria placuit potius Panormita. qui in dicto capitulo primo. probare conatur, etiam homicidiam ab Ecclesia iniurij abduci non posse: ex eo, quod inter casus exceptos à regula in dict. capit. inter alia. expressa, hinc minimè contineatur. idem probant Henri. in cap. vlti. col. 2. de immu. Ecclesi. & Alberti. in cap. 1. de hære. in. 6. quæst. 11. num. 69. quæ ratio minimè conuinicit. cum ex sequentibus appareat alios casus à regula excipiendos fore: præter nominatim expressos in dict. cap. inter alia. Respondet tamen Panor. ad text. in d. c. 2. dicens, eam decisionem non esse intelligendā in homicide laico ad Ecclesiæ confugiente: sed in clericis proditorie plium occidente: ut is causa cognita à iudice Ecclesiastico, actu & solenniter Sacris ordinibus exautoratus, & degradatus: iudici seculari tradatur, vt per eum occidatur: quasi propter hoc crimen, & similia, ratione gravissimi, excessus clericis in Sacris constitutis sit degradandus. & tradendus iudicibus seculari bus, non expectata eius contumacia. etiam si in-

corrigitur non sit, ad exemplum, & imitationem grauissimorum quorundam scelerum, ut quibus id à iure canonico statuum esse apparet, ut in heretico, falsario literatum Apostolicarum Assassino, & reliquis. eandem sententiam repebit Panor. in d. c. cum non ab homine: & in ca. at si clerici. in prin. nu. 39. de iudi. Ancha. in consil. 158. & in regu. ea quæ. quæst. 19. de reg. iur. in. 6c Feli. in capi. 1. de consti. nu. 49. Guido Papæ. questione. 121. Alcia. in. c. cum non ab homine. nu. 22. Guiliel. Benedi. post repe. c. Rainuritus. de té stamen. in quæst. de homicidio. qui testatur hanc opinionem frequentiori Doctorum calculo receptam esse, & eam plerunque, ac sepissime servatam fuisse in praxi. asserunt Alcia. d. nu. 22. De cius in d. c. at si clerici. vlt. col. Ioan. Bernar. Calaguritanus Antistes in præctica criminali canonica capi. 90. & plerique alij iuris vtriusque professores cui opinioni suffragatur text. in cap. nouimus. de verb. signifi. dum inquit, de falsario, ut clericus, qui propter hoc vel aliud flagitium grave, fuerit degradatus. Et tamen maximam dubitationem habet ex ea, & præcipua ratione, qua traditum est, clericum non aliter tradendum esse post degradationem iudici seculari, quam si is in corrigitur sit text. in d. c. cum non ab homine. tex. optimus in. c. tuç. de pœnis. à qua quidem regula pauca excipiuntur crimina, igitur in his criminibus, quæ excepta non sunt, nullo pacto post degradationem traditio fieri debet. idem probatur in cap. clerici. de excess. præla. vbi ob crimen Sodomie, quod procul dubio grauissimum est, clericus post degradationem in monasteriu traditur, nec iudici seculari traditur. His item suffragatur text. in dict. capi. cum non ab homine. qui in principio docet, in omni crimine quætuncunque graui & enormi, iudicem secularem clericos punire non posse, eos tamen deponendos esse, & si incorrigibilis fuerint, tradendos fore curia seculari. ecce Romani Pontificis apertâ authoritatem: ex qua etiam ob enorme crimen, nisi accesserit pertinacia, traditio fieri non debet. Quam ob rem aduersus Panor. non esse clericum homicidam proditorum seculari iudici tradendum post degradationem existimarent verius esse Doct. communiter in d. c. cum nō ab homine. quos sequuntur, eoru sententiā asserentes communē esse. Aret. inibi col. 9. Deci. in d. c. at si clerici. col. vlti. Alberti. in. c. 1. de hæret. q. 11. nu. 55. lib. 6. & Io. Bernar. in. d. c. 90. ad fi. Quibus ipse libenter accedo: non enim video, posse hanc traditionem iuste fieri post degradationē: nisi clericus sit

cus sit incorrigibilis, aut in his criminibus: quæ expressim iuxta canonicas sanctiones, eam punitionem admittunt: nec tamen infior, posse contingere homicidium, aliudve crimen ita perniciolum Reipublicæ, inspectis loci, temporis, & personarum qualitatibus, quod arbitrio discreto rum iudicium hanc traditionem iustissimè patiat, qua in re maturo consilio opus erit. Etenim responsio Romani Pontificis in dicto cap. nouimus, non tantum exigit ad hanc traditionē damnable flagitium, sed & damnosum requirit: quæ si esse debeat ex ijs, quæ expressim in iure Pontificio nominantur: vel ex ipsius clerici incorrigibilis conditione recipi. damnosum, aut criminis grauitate atrocissimum. Hinc sanè colligitur, an verum sit, quod Abb. scripsit in capitu. primo. de his qui filios occid. dicens, clericum parricidam esse post degradationem tradendum iudici seculari item & illud, quod præmissa disputatione in definitum atque indecsum dimisit Alberti. in dicto cap. i. quæst. ii. nu. 87. & quæst. 15. num. 12. sit ne clericus post degradationem tradendus iudici seculari ob crimen læsa maiestatis aduersus Principem laicum commissæ. Nam iuxta regulam Iuris, & communem sententiam, nisi natura rei, & alia quæ negotio & criminis accesserint contrarium suadeat, traditio non est aliquo pacto facienda. quod sentiunt in hac specie Matth. Afflict. in constit. Neapoli. libr. primo. rubr. 43. & Ioan. Bernard. in praxi. cap. 110.

Tandem his prænotatis deducitur text. in d. c. ii. de homic. commodè non posse accipere Pan. interpretationem. Imò verè is Canon intelligendus est: in laicis homicidis, vt hi Ecclesiarum, & templorū immunitate minimè se tutari queant, cum per insidias, & proditoriè aliquem occiderit. Quod si ita verum est, hic octauus intellectus contra Pan. omnino est admittendus. Pro eius cāmen examinatione admonendū est, cum dici proditoriū homicidam, qui veneno alterū occiderit secundū Bald. in l. nemo. col. 3. de summa Tri. Anani. & Fel. in d. c. i. de homici. item is proditorius homicida est, qui occiderit eum, qui eius inimicus non est: nihilq; tale præcauentem: cum nulla esset præcaendi causa, sicuti colligitur ex gl. in c. clericus. 46. dist. Bal. in c. i. in prin. col. 4. quib. mod. seu. amit. Bart. in l. respiciendū. §. delinquent. ff. de poenis. & Felin. in c. i. vbi est text. optim. dum eum proditorem appellat, qui per industria, & insidias alium occiderit, id est per insidiosam industria: ita eisdem sunt illius c. verba exponenda ex glo. Bar. & Iaf. in l. i.

in prin. ff. de past. verb. Placitus, & consensus. id apertius constat ex Græca dictione, quavsi fure Septuaginta Interpretes in d. c. 21. Exod. legitur enim *epithitai*, id est, industria aggressus fuerit. Scribit tamen Barto. in d. §. delinquent. eum, qui propriū inimicum etiam à tergo, & incutū occiderit: non esse proditoriū homicidam: quia inimicus debuerat caute præuidere, & præcaue re ab inimico: sequitur Gerardus singul. 14. aduersus quos ego animaduerto id homicidium commissum fuisse per industria studiosam: quod sufficit, vt homicida proditorius dicatur. text. in d. c. i. & præterea ex iure Regio expressum hęc Bart. opinio corruit. perpensa. l. vlt. tit. 7. libro. 8. ordina. quam ob rem mihi potius placet hunc homicidam proditorium omnino esse.

In his profecto casibus, vbi quis alium proditoriè occiderit, & vt Hispani vulgò dicimus: *a tracyon, y aleuofamente*, communis opinio contra Panor. potior est: nec templorū immunitas hūc homicidam, iure defendere poterit: imò ab Ecclesia is erit abducendus, vt dignam patiatur poenam. Sed illud dubium est: an idem sit obscurandum, vbi quis absq; villa proditione, consulto tamen, & prævia deliberatione post repentinum iræ motum alium occiderit: nam hunc ab Ecclesia abduci posse: responderunt ferè omnes, qui aduersus Abb. communē opinionem tenuerūt: & præsertim Anchar. Specu. Alex. Guido Papæ, Boerius, Præctica Ferrarien. Chassan. & Alciat. quibus adstipulatur tex. in d. §. delinquent. & ibi gl. ac Bart. Ang. item de malef. §. Appensatè. quibus in locis traditur grauius esse puniendū delictum homicidij: quod ex proposito, & deliberatione prævia commissum est: quam quod repente suborta rixa, iracundiae calore, & impetu perpetratur. adhuc tamē: cūm hoc homicidium manifestè distinguatur ab eo, quod proditoriè contigerit: ipse hoc in casu iure veriorem esse cēso. Panor. sententiam: secundum quam non est hic homicida ab Ecclesia abducendus: tametsi propter Doctorum autoritatem, & eorum communem opinionem contrarium səpissimè fiat.

Nonò, ab eisdē conclusionibus deducitur: homicidam simplicē, & si sponte, non fortuito, injuriosē aliquē occiderit: non esse ab Ecclesia per vim abducendum. quod apparet: quia iure canonicis gaudet Ecclesiarum immunitate: sicuti apud omnes satis compertum est: & colligitur ad sumpta argumentatione ex casibus exceptis in dicto cap. inter alia. & in ca. vlt. cod. tit. & in dicto cap. i. de homi. per quæ & alia hanc opinionem comnu-

communem approbat Alexan. consi. 145. lib. 7. Nec obilitant huic illationi text. in auth. de mandatis Princip. §. nec autem homicidis. & l. Regia viti titul. 11. part. 1. gloss. in. l. fideli. C. de his, qui ab Ecclesi. configui. vbi contrarium aperte probatur: siquidem hæc constitntiones quantum ad hoc iure Pontificio antiquantur, & tolluntur.

Decimò, hinc expediri poterit, quid in raptōribus virginum dicendum sit: iure etenim Cæsa-

re eo constitutum est †, eos non gaudere Ecclesia rum immunitate: & ideo ab eis per vim, & inuitos extrahendos fore. text. in dicto. §. neque autem homicidis. Rursus iure Pontificio id expressim vetitum est. tex. in capit. de raptoribus. 36. q. 1. notant Panor in dict. capit. inter alia. & ibi Docto. dum censem neminem præter publicum latronem, & nocturnum depopulatorē agrorū ab Ecclesijs ad punitionē criminis abducendum esse: & existimant gloss. ibi iura ciuilia contrariū statuentia omnino tolli iure canonico. atque ita in specie de raptore communis est conclusio secundum Henri. in cap. Ecclesiæ. de immunitate. Eccl. col. 3. quam sequitur Petr. Belluga in Speculo Principum §. sed quia. numero. 12 à quibus ipse libentissime dissentio: video etenim hoc crimen raptus virginum, esse grauissimum, & Reipublicæ admodum perniciosum, ac similiūm his quæ in. d. c. inter alia. excipiuntur. Deinde animaduerto iura Pontificia: post veterum patrum decreta non cōcedere Ecclesijs indistinctè hanc immunitatem: in. ò eam denegare aliquot in criminibus: non alia ratione, quam quod ea grauissima sint: & reipublicæ maximè incommoda: quæ quidem ratio, virginum raptui omnino conuenit: & ideo virginum raptores ab Ecclesia, & templis extrahi posse arbitror etiam iure canonico post Hippoly. in Lynica. numer. 109. C. de raptu virgi. Nam & hoc expressum est. l. vlti. titul. 11. parti. 1. id vero, quod statutum fuit in dict. cap. de raptoribus. ad iuta vetera, quæ hanc immunitatem licentius largiebantur, pertinet.

Vndecimo, eadem ratione, frequentissima Bernardi, Panor, & aliorum sententia respondebitur, Assassinos, cum hi in dicto capit. inter alia. non fuerint excepti †, Ecclesiæ immunitatē, si ad eas configuerint, in tutelam criminis habitueros, quod non est tolerandum, perpensa insigni Romani Pontificis constitutione in capit. 1. de homic. lib. 7. pro cuius interpretatione adnotandum est, Assassinos dici quo scunque, qui pecunia, aliōve preiō conducti homines occidunt percutiuntve nihil tale ab eis præcauentes: sicut

ti explicant Dom. Anch. Imol. Vanchelius: & Philippus Frobis in. d. c. 1. cani constitutionem intelligentes in his, qui aliquem hominem Christianum mandant occidi per homicidas pecunia ad id conductos, etiam si hi mandatarij Christiani sint. idem præmittunt Bart. in. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. nu. 4. idem Bart. in. l. Cicero. ff. de pœnis. Paulus Castr. in. l. 1. §. vlti. ff. de eo per quem fact. erit. Alex. consi. 166. lib. 7. Bal. & Salyce. in. l. non ideo minus. colum. pen. C. de accusatio. Angel. in. l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. Hippoly. in pract. crimi. §. examinanda. numero. 21. & §. diligenter. numero. 156. & in. l. vnic. C. de raptu. virgi. numer. 103. Ludo. Carrerius in practi. crimi. titu. de homic. §. circa tertium. in princip. & plerique alij passim idem, vii expeditum, fatentur: quorum opinio communis est, & consuetudine recepta. teste Areti. consi. 165. colum. 11. Sic sanè crimen istud Assassinum vtrinque dicitur: tam quo ad mandantem, conductorem: quam quo ad mandatarium, & locatorem. His accedit, grauissimum †, & crimen esse, pecunia conductum alium occidere incautum quidem, & insontem, siquidem cum alioqui is, qui potum causa abortionis dederit, sequutusq; fuerit aborsus infantis iam animari, pœna mortis puniendus sit. l. penult. C. de Sicar. l. Diuus. ff. de extraordi. crimi. l. 8. titu. 8. part. 7. si verò aborsus sit infantis nondum animati: pœna extraordinaria exili⁹ sit puniendus. l. si mulierem. ff. de Sicar. & ibi Hippoly. ac Ioan. Igne. in. l. prima. §. occisorum. col. 3. ff. ad Syllania. notatur in cap. si aliauis: de homicid. Quod si nec mors, nec aborsus fuerit ex potionē sequutus: vilis damnandus sit in metallum, & honestius in insulam relegandus amissa parte bonorum. textus in. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. tamen foemina, quæ ob pecuniam foetum etiam nondum animalatum potionibus sumptis abegerit, vt locum faciat ventris substituto, mortis poena est punienda. text. insignis in dicta. l. Cicero. cuius ad hanc rem meminere Felin. & Anania. colum. 1. in dicto capit. si aliquis. Cardi. in capit. sicut. el. 2. de homicid. Deci. in consilio. 135. quibus addendus est Anani. & inibi Bologn. consi. 1. col. vltim. Extat amplior, & elegantior dict. l. Cicero. species apud ipsum Ciceronem in oratione pro Aulo Cluentio, vbi inquit, eam foeminam ita punitam esse, nec iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familias, designatum reipublicæ ciuem substulisset. Hactenus Cicero. Sed, vt ad Assassinos redcam, mihi non ad-

nō admodum placet hæc communis interpretatione: opinor etenim ea, quæ iure statuta sunt aduersus criminis Assassini authores, non esse recipienda, nec ad praxim deducenda contra eos, qui conductis pecunia ad id homicidis, alios occidunt, nec eos, qui proprias operas pecunia in hoc scelus locauerint, idque commiserint: sed tunc his constitutionibus locum fore, vbi quis aliquem Christianum occidit, opera & industria hominum quorundam infidelium, qui Gentilis, Patrioꝝ nōm̄ne Assassini dicuntur, sicuti asserunt Archidia. & Ioan. Andr. in dict. cap. primo. de homi. in. 6. Aretin. consil. 165. col. 11. Sylvest. verb. Assassinus. & Caieta. cod. verbo. & verb. excommunicatio. casu. 16. Scribūt etenim Arch. & Ioan. And. & post eos Alberi. in Dictionary. vñb. Assassinus, hos Assassinos esse quosdam infideles, qui subsunt principi itidem infideli: à quo ita edocti, & instructi sunt, vt quos ille occidi iusserit, facilimè occidant, atque arbitrentur mortem ex hoc noa est timendam, nec ullam peñam ob crimen istud post obitum passuros: imò se obsequium praestare Dō opinentur. His conuenit, quod Raphaël Volaterranus testatur libr. 11. capit. de sectis Syriæ: dicens, Assassinos esse Syriæ homines à pueritia ita instructos, vt inimicos Regis, aut domini, cui obediunt, eius mandato audacter incautos opprimat. Idem feret de his tradit eleganter Paul. Emilius, de rebus Francorum lib. 5. qui lib. 7. meminit, Arsacidae Assassinarum Principis, qui quosdam Assassinos misericordia pecunia accepta, vt Regem Diuum Ludouicum occiderent, sicut historici quidam scripsere inveni commemorantes, cruenti consilij penitentia ductum eis reuocasse. Vanum tamen sententio visum est, à ratiō hōste missos eodem mox ab eodem contra patris mores reuocatos. Sed & idem author huius Arsacidae & Assassinarum iterum in eodem libro meminit. \* Huius authoris Duarenus mentionem fecit, libr. 2. Annal. Sariorum. c. 12. \* Quo factum est, apud Christianos, hos admissos frequenter fuisse, & pecunia conductos, vt audacter quemcunq; occiderent. Haec vero interpretatio apertissima sit si pensiterimus verba, sciriemque text. in dict. c. 1. Præterim inquit, Innocentius Quartus, cùm nonnihil magnates taliter perimi formidantes: coacti fuerint securitatem ab eorundem Assassinarum domino inimicis, sitis ab eo non absq; Christianæ dignitatis opprobrio, redimere quodammodo vitam suam. Quibus verbis appetit crimen hæc Assassini non malate accipiendum

esse, sicuti Doct. existimant, tametsi eorum opinio proculdubio communis sit, atque ad eo recepta, vt admodum pauci refragentur. Et præter alios eandem sequuntur ex iunioribus Thomas Grammati. voto. 8. 9. & 11. & Capicius decisio. Neapolit. 155. quibus non omnino adstipulatur Regia. 1. 3. tit. 27. parti. 7. quæ subobscure tractat, qui fuerint hi Assassini. Et profectò cum iuris virtusque interpres iuxta eorum sententiam frequentissime plura de Assassinis tradiderint, operæ pretium me facturum opinor, si lectorēm hac de re tantisper admonuerim, communem opinionem proculdubio falsam esse opinatus.

Primum, vere censeo, Romanū, Summumq; Pontificem aduersus laicos, & seculares, qui ei subditi non sunt, quo ad temporalem iurisdictionem, nihil in eo capite statuere, etiam si aliquem Christianum occidi iussetint pecunia conductis homicidis: qui Assassini non sint. Huius equidem criminis punito ad Principem secularem pertinet non obstante dicti capititis constitutio-ne, quæ tunc laicos poenit inibi expressis punit: quando hi Christianum aliquem occidi mandauerint, ministerio & opera illorum infidelium, qui Assassini dicuntur. Nam licet iurisdiction temporalis, & secularis ab Ecclesiastica distincta sit. capit. nouit. de iudic. capit. causam quæ in secundo. qui filii sint legitimi. capit. Regum. 23. quæstione quinta. potuit tamen Summus Pontifex eam constitutionem edere nominatum contra laicos, ex eo quod crimen hoc sit admodum atroc, enorme, & Christianæ religioni pernici- sum: siquidem opera infidelium fideles occidebantur passim in ignominiam Christianæ Reipublicæ: sic equidem illum textum adnotarunt Panormita in capit. si duobus. colum. secunda. de appellationib. & Barbat. in capital. primo. numero vñdecimo. de probationib. text. optimus in Clementi. prima. de testibus. Imò & Imperator ipse sub dicta constitutionis poenis comprehenditur, si id crimen perpetrauerit vñ Ioan. Andre. inibi opinatur. (adnot. Panormita)

Secundò inferò, mandantem aliquem occidi, pecunia conductis hominibus: qui Assassini infideles non sunt, etiam si mors sequuta fuerit, canonis illius excommunicatione minimè affectum esse: cùm ea excommunicatione tantu in eos lata sit, qui industria, & opera Assassinarum infidelium Christianum aliquem occidi mandaerit. Quod si communis interpretatio admittenda foret: hi esent excommunicati, qui industria alterius Christiani pecunia conducti: Christianum aliquem interimi-

interimi mandarent: quod si fallor, alienum est à dicta constitutionis mente.

Tertio, eadem ratione existimó, cum qui alterum occidi iussit: pecunia conductio homicida: & scelere sequuta: nequaquam diffidatū censere: nec ex bannitum, nec publicum hostem esse existimandum: ubi conductus homicida fidelis est: & alienus à gente **Assassinia**. Nec enim hoc causa admittenda est illius canonis constitutio: quæ diffidatum esse pronuntiavit cum, qui fidem opéra Assassinorum occidi iussit. **Fa** vero diffidationis poena, ut interim hac dictione vtar: ita est accipienda: vt diffidatus à quocunq; impone occidi possit. l. **tertia**, §. **vltimo**, ff. de **Sicarijs**. l. **tertia**, titul. **vigesimo septimo**, parti. **septima**. Angel. consilio decimoquarto. Cynus in. l. **reos**. C. de accusat. **sexta** q̄stione: notatur in auctoritate huius. C. de furtis. auctheā. item quæcunq; G. de Episcopis & clericis. **optimus** text. in capitulo. **felicis**. de poenis. & in capitulo. primo. de schismatis. in sexto. Nec mirum ita à Romano Pontifice statutum fuisse contra laicos crimen hoc **Assassinii** committentes, quandoquidem licet pronuntiatione, & iudiciali sententia. Princeps Ecclesiasticus mortis poenam non inferat, capite per venerabilem: qui filii sint legitimi. ad finem legem tamen statuendo. eam potest infligere, vt Bald. notat in capitulo secundo. de maiestate & obediencie. cui accedit Ioannes Bernard. in pract. capitulo quinquagesimo sexto. quo in loco addit. posse clericum ab ipso mesu irregularitatē cōsulto Principi, vt pro certo crimine mortis peccati lege statuat infidem fore: eidem que legi condendat, cleri etiam priuatus suffragium exhibens: licet postea ex legge ipsa aliquis occidatur, irregularis non est: quod & Dominus scribit in capitulo. **vltimo** **tertia** distinct. post Adchidia in capitulo officia. **vigesima tertia** q̄stione quinque. Bald. in authenti. habita. in princip. C. ne filius pro parte. Anani. in capitulo. ad audientiam. column. 3. vñsc. Tertio queritur de homicidio.

Quarto, eadem ratione constat cuiusdam dubitationis definitio: dubium etenim est, an sicuti per dictam constitutionem puniantur mandatores: ita & ipsi interfectores & percussores puniantur: quibusdam existimantibus inibi minime puniri ipsos mandatarios. quod visum est Areti. in dicto consilio centesimo exagessimo quinto. cql. vñdecima quem sequitur Alberti. in capitulo primo de laicis. in sexto. q̄stione vñdecima: ad finem. Alijs ex aduerso existimantibus dicta constitutionis penas etiam mandatarium compre-

bendere peripetea legis ratione: sicuti asserunt Angelis de maleficijs. §. & dempronium mandatorem. in princip. Angel. in l. prima. C. de sepul. violat. Paris de syndicatu. verbo. inquisitio. Thomas Grammaticus dict. voto. 9. in fine. Antonius Capicetus decisio. centesima quinquagesima quinta. Hippolytus in locis à me expressis in initio huius vñdecimæ illationis. Imò ipsos interfectores, & homicidas pecunia ad id conductos in poenam tanti criminis frustratim scindendos, ac dilacerandos fore scribit Panormit. in capitul. atq; clerici. in princip. nume. quadragesimo primo: de iudic. idemq; sensit Chassanx. in consuetud. Burgund. rubri. prima. versi. videndum. numero septimo. hanc item opinionem, ipsum, scilicet, homicidam, ita ut mandatorem punendum esse, tenet Euerard. in Topicis capitu. 76. & probat Regia. l. **tertia**, titul. **vigesimo septimo**, parti. **septima**. Nam si vera est communis interpretatio huius criminis **Assassinorum**: itidem & vera erit hæc posterior opinio: at si vero adsumenda est **Assassinorum** significatio iuxta cura sensum, quem aduersus communem probauimus: constabit plane prior sententia: cum ex poenis in dicto capitulo. primo. statutis. plures infidelibus **Assassinis** minime conueniant. Quin ipsos homicidas ab codem canone prætermisso fuisse, facilis est conjectura, ex eo quod infideles essent, nec eis poenæ ab Ecclesia statuta conuenirent. Et nihilominus, si idem **Assassinii** caperentur, et adelier forent puniendi. Quinto, hinc apparet ratio: cut ab codem canone exigatur, occisum opera **Assassinorum** Christianum esse: vt poena ibidem expresse obtinat aduersus mandatorem: sicuti tradunt Ioannes Andreas, & Dost. ibi communiter. Bald. in d. se quis non dicam rapere. column. **tertia**. C. de Episcopis & clericis. Sylvest. verb. **Assassinus**. Socratus. junior consilio sexto. colum. **vltim**, tenentes hac in re, oportere: quod constet, occisum Christianum fuisse: vt sit locus his, quæ de **Assassinis** constituta sunt. hoc etenim ideo ab Ecclesia exigitur: quia grauen ignominiam Christianæ Republicæ fieri existimauit: si catholici viri opera, & ministerio infidelium occiduntur. Sexto deducitur, ex prænotatis, an verum sit quod pleriq; docuerunt, censentes sacerdotem, clericumve crimen: hoc **Assassinij** committentem, eo ipso absque actuali, & solenni depositione, & degradatione, posse per iudicem. laicum puniri. quaslibet criminis immanitatem sit speciali ratione hoc obseruandum secundum Lapanum, &

pum, & alios in dicto capitulo primo. Hipp. in dicta. lvnica. numero. 107. & in dict. §. diligenter. numero. 160. & in dict. §. examinanda. numero vigesimoquinto. quorum opinionem sequuntur eam esse communem asseuerantes Albertinus in capitulo primo. de hære. in. 6. quæstio. II. numero. 20. 88. & Joan. Bernard. in pract. crimi. capitul. 91. idem notat Steph. Aufredi. in Clementina prima de off. ord. reg. I. fall. 18. & optime Capit. decisio. 312. Nam & ipse idem opinor. & id admitteendum censeo ubi clericus ministerio Assassinorum infideliū aliquem fidelem occidet. aut percussit. alioqui admissa Doctorum communī interpretatione qua dictiōnē istā in **Assassinis** explicant falsū existimō. quod plerique tradidere. nempe absque vila degradatio ne clericū ob crimen istud puniri posse a iudice seculari. Imo an & tunc sit degradandus. & ex autorandus. tradendusque iudice seculari. pendet ab his. quæ diximus hoc in capite. versi. 8.

Septimo. vt ad institutum regrediar. hinc colligendum est. yorum Assassinī crimen committentem iuxta eam significationem. quam ipse probauit non gaudere Ecclesiā immunitatē: imo ab Ecclesia in punitum etiam per iudicem laicum euelli posse. quemadmodum palam deducitur ex dict. capitulo primo. de homi. in. 6. At si crimen. Assassinī iuxta communem sensum quis comiserit. tuac demum ab Ecclesia extrahi poterit: cum & simul proditionis crimen. & scelus perpetrauerit: quod frequentius contingit. Et ramen qui communem interpretationem hujus Assassinij criminis sequatur. consequēter & eius authorem ab Ecclesia extrahi posse opinabitur ex dict. capitulo primo. Sic & Specul. 2. part. de Concilio. capitul. quadragesimoquinto. scripsit. Christianæ recipitiae conuenire lege lata declarati. Assassinos posse ab Ecclesijs. & tēplis ad punitiōnē euelli.

Duodecimo. vt primam huius capitatis materiam repetamus: opinor hanc Ecclesiā immunitatem. cum ea Ecclesijs. & non delinquentibus hominibus concessa sit. etiam excommunicatis prodesse. nec fugientem ad templum ob ali quod crimen posse inde in iuxta abduci. eo quod excommunicatus sit: secundum Host. in summa huius tit. Guilliel. & Imol. in Clem. de poenit. & remiss. Henri. in capitul. vltim. de immunit. Ecclesi. columnā quinta. Cosmam in pragmat. sanctiōne. tit. de interdictis. §. statuit. versi. inde. quorū opinio communis est. teste Boerio decisio. 110. numero. 7. dicet contrarium probare comen-

tut. & tenent Summa confessorum. titu. de immuni. Eccles. quæstione quinta. & Felin. in cap. 2. col. 2. de except.

Decimotertio. quanuis excommunicato pro sit Ecclesiā immunitas: non tamen proderit infideli: qui si ob scelus ab ipso cōmissum ad Ecclesiā confugerit: poterit ab ea iure extrahi. vt condigna puniatur pœna. gloss. in. l. 1. C. de his. qui ad Eccles. confugi. per text. inibi. gloss. item in authen. de mandat. princ. §. publicorum. Abb. in dict. capit. inter alia. numero. 6. Henri. in capi. vlti. columnā secunda. glo. in dict. prag. sanct. versi. inde. Boeri. dict. decis. 110. Anani. in capit. Iudæi. in. 1. de Iude. Oldra. consil. 54. Saly. in dict. l. 1. Cinus in. 1. præsenti. 1. quæstio. C. eo. tit. quo rum opinionem communem esse fatetur Hippo. in. l. ex senatusconsulto. ff. de Sicar. num. 10. Contrarium tamen notant glo. in dict. cap. inter alia. & ibi Host. Joan. And. & Card. quæstione. 1. And. Tiraquel. in tractat. de primogenijs. quæst. 66. numero. 8. Huguitio in cap. definiuit. 17. quæst. 4. Felin. in dicto capi. Iudæi. Imola post alios in Clem. 1. de pœni. & remiss. Sylvest. verb. immunitas. 3. §. 3. Hippol. in. l. vnicā. C. de rapt. virgi. numero. 114. quæ quidem sententia fortassis videbitur frequentiori. authorum calculo recepta: tametsi ipse potius priorē probauerit. non enim par est ab Ecclesia defendi eum. qui eius gremio. tutelæ. & fidei committere. seipsum recusat.

Decimoquarto. eadem ratione. & profecto fortiori: hæreticus non est ab Ecclesia defendendus: imo is poterit in iustis ad punitiōnē criminis à Sacris templis abduci. quod in specie adnotarunt Gonsallus à Villadiego in tract. de hæret. quæst. 11. numero. 15. & Hippoly. in dict. l. Ex senatusconsulto. ad finem. Boerius dict. deci. 110. dicens idem esse in blasphemis. atque ita apud Gallos pronuntiatum fuisse.

Decimoquinto. ex his discuti poterit: an fugiens ob aliquod crimen ad Ecclesiā. quem fugientem iudex aspectu & cursu persequitur: possit ab ipso iudice euelli & à templo & deduci ad punitiōnē: siquidem id posse iure fieri existimat. Cynus in authent. si quis ei. C. de adulte. Alexand. consilio vigesimoquarto. numer. vigesimosexto. libro secundo. Hippo. in dict. l. vnicā. numero. III. quibus aliqua ex parte suffragatur Jurisconsultus in. l. quod ait lex. §. vlti. ff. de adulte. Ego sane non video. qua ratione hæc sententia defendi possit. nec legi apud ius Canonicū: imo nec ciuale locum aliquem. quo ea probari valeat: & ideo vere. ni fallor. opinor. fugientem

ad Ecclesiam, minimè posse inde per vim extrahi: ex eo quod fugiēs à iudice seculari, vel ab eius familia, cum ad oculum & propè perséquente, fuerit Ecclesiā ipsam ingressus: iura etenim Pontificia, quibus hoc in tractatu standum est, nequaquam patiuntur exceptionem istam: imo hac in specie eorum ratio firma: & valida est: quamobrem aduersus Cinum hanc opinionem asserunt iure veriorem esse Bald. Roma. Alexand. & Iason in l. plerique ff. de in ius vocan. Henri. in ca. vltim. columnā tertia. de immunit. Eccl. Chassanæ. in consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. versi. Archidiaconus. numero. 116. Ioan. Lupi in rub. de donatio. §. 38. numero quarto. Rode. Xuares in l. secunda. titu. de los gouvemos. questio. 5. & Ioan. Igneus in l. 1. in prin. colum. 2. & 3. ff. ad Syllani. quin & Carol. Moli. in dic. Alex. cons. scribit. Ale xandrum in eo responso loquutum fuisse argumentando: non autem affirmando: sentiens plānè Cini opinionem veram non esse. Sic sanè aduersus eam pronūtiatum fuisse testatur Boerius dict. decis. 110. col. penulti.

Decimo sexto, oportet ex his probare Archid. sententiam: is inquam in capitul. sicut antiquitus. 17. questione quarta. scribit f. captum a iudicis secularis familia: dum per Ecclesiam ad carcerem publicum ita captus ducitur: posse ab eam dem Ecclesia inuitum abduci. Nec enim verè is à templo violenter euellitur: sed per id templū, captus extra Ecclesiam ad carcerem dueitur: nec libet templum ingressus est: quamobrem sequunti Archid. idem tenent Ioā. Lupi in dict. §. 38. numero. 4. & Ioan. Igneus in dicta l. 1. in princ. colum. 3. quibus suffragatur text. singul. in l. si quis post hanc. C. de ædif. priuat. idem notat Oldra. consil. 54.

Decimo septimo, perpensis primis huius capit. principijs, ipse arbitrator, non posse iuste ab Ecclesia euelli eum: qui dum captus esset à iudicis familia: ab ea seipsum exemit: & ita liber ad Ecclesiam fugerit: sicuti in specie asserit Ioan. Igne. in dicta l. 1. colum. 3. Boer. dicta decisio. 110. colum. penult. Nec Archid. in dict. capit. sicut antiquitus. contrarium probat: quanuis Chassanæ. in dict. versi. Archidiaconus. nu. 115. id ex ipso Archi. falso deduxerit: & asseueret ita apud Gallos iudicatum fuisse.

Decimo octavo, ex his constatiure Canonico, cui standum est, non posse quem inuitum ad criminis punitionem ab Ecclesia extrahi, etiam si is captus in carceribus, ipsum carcerem confreget: & ad Ecclesiam fugerit, quod in specie tradit

Boerius dicta decisio. 110. col. penulti. qui resert, Arresto lato hanc sententiam probatam fuisse. eandem Chassanæ. dicto versi. Archidiaconus. numero. 116. probat, & si testetur contrarium in Gallia iudicatum fuisse: & feruari frequenter. quæ quidem praxis ex eo etiam improbatur, quod si quis existens in carceribus praetito iuramento de redeundo exierit obtenta custodis licentia, & fugerit ad Ecclesiam: non poterit inde inuitus extrahī: secundum Barth. Brixi. quest. Dominicali 39. Alberi. in l. fideli. C. de his, qui ad Ecclesi. con fugi. Henri. in capit. Ecclesiæ. in fine. de immunit. Ecclesi. Præpo. in capi. ius gentium. r. mero. 10. 1. dist. & Auferri. in additionibus Capellæ Tholosanæ. 422. qui tamen permittendum esse censem, hunc de quo hac in specie agitur, abduci ab Ecclesia, si iuste captus, & in carcerem detrusus fuerat: modo cautum eis sit quo ad corporis peccatum: ita quidem, ut ad eam patiendam, & quoties ea timetur, ab Ecclesia euellendus non sit, etiam si captus iuste fuerit.

Decimonono, oportet perpendere crimina excepta à regula generali in d. ca. inter alia. nempe nocturnū depopulatorem agrorum: is certe nim periculosior est grauiusque peccat, ac delinquit: huicque difficultius resistitur. argumento eorum quæ de fure nocturno notantur in capitulo secundo. &c. 3. de homicid. & in l. itaque. ff. ad l. Aqui. & in l. furem. ff. ad l. Cor. de Sicar. Sic etiā excipitur fatiosus latro cuius metuinit Iuris consultus in l. capitaliū. §. famosos. ff. de poenis, eiusque cognitionem obiter & nos attigimus hoc lib. capitulo nono. numero septimo. quem & in hac materia, viarum grassatorem interpretantur Regia. l. pe. tit. 11. part. 1. Oldra. consil. 154. Belluga in dicto. §. sed. quia. nu. 13. in Speculo Principum. Quasi secundum eos simplices fures ab Ecclesia extrahi non possint: quod iure probari facilime poterit. Consuetudo tamen consensu clericorum, & laicorum instituta: obtinuit fures etiam simplices non gaudere temporum immunitate, atque ita passim ab Ecclesijs abducuntur inuiti à iudicibus secularibus.

Vicesimo, principaliter oportet expendere quid agendum sit de simplicibus debitoribus ante alieno grauiatis: qui hac ex causa ad Ecclesijs configiunt: Nam eos posse ab Ecclesijs inuitos extrahi aliquot rationib⁹ & forsah persuaderi poterit. & primo ex eo quod debitor fugitiuus capi potest die feriato, tēporeque, celebratione speciali diuorum publice sancto. glos. celebris in l. vltimi. C. de ferijs. quam sequuntur Bald. in cap. fina. co.

fina.eo.titu. Baptista de S. Seuerino dicens eam singularem esse in tracta. de debit.susp.& fugit. quæstione octaua. tenet Bar. in.l. ait prætor. §. si debitorem. ff. si quid in fraud.credit. Bar. idem in dict.l. vltim. Ag. Aret. & ibi Ias. numero septuagesimo septimo. in princip.de actioni. Alberi. dicens ita communiter obseruari in. l. feriati. ff. de ferijs. Nec id mirū, cùm & fugitiuus debitor ob fugę periculum capi possit à iudice in competēti vt existimat Arch. consilio. 192. cui accesserunt Socin. & Iason colum. vlti. in.l. secunda. ff. de iuris. omni. iudi. & Carol. Moli. in consuetu. Parisien. titulo primo. §. 6. glos. 6. numero septi mo. quod si debitor fugitiuus tēpore feriato in honorem diuinū capi potest, poterit sanè & in loco Sacro. argumento sumpto de tempore ad locum. l. vinū. ff. si cert. peta. l. vlt. ff. de triticar. l. ratio. §. si per venditorem. ff. de actio. empti. qua ratione debitorem fugitiuum ab Ecclesia abduci posse, tenent Ias. in dict.l. vinum. nume. quinto. & Euerardus in topicis in capit. de loco à tēpore. His suffragatur, maximē in his Hispaniarum Regnis, quod lege Regia Hodie. l. quarta. s. 6. & septima. titulo. decimonono. libro quinto. Recopilat. debitores tradendi sunt, si soluere ne queant, ipsis creditoribus in seruitutem quandā sicuti capite. 1. huius libri ostendimus: & ideo videtur posse debitorem ex trahi ab Ecclesia ad exhibendum creditoris seruitium istud: quemadmodum in hac specie, præmissa lege ista, vilum est Oldald. consilio quinquagesimoquarto. & Auffretio in Capel. Tholos. 422. & Panorm. in dict. capit. inter alia. nume. vigesimo secundo. Alberi. in r. part. statu. quæst. trigesimanona. & in rubri. C. de his qui ad Eccles. confu. Boerio decisi. 215. numero septimo. cum seruus fugiens ad Ecclesiam possit ab ea abduci vt domino seruiat. text. in dict. capit. inter alia. l. si seruus. C. de his qui ad Eccles. confug. quam legem Honorius & Archadius Imperatores tulerūt Eutropij eunuchi consulis iudicio & persuasione, eamque iniquo animo diuis. Chrysostomus tulit, eoque nomine graues inimicitias cum Eutropio exercuit. At cùm fortina tulisset, vt ob iram Cæsarum Eutropius ad Ecclesiam configisset & in æra fuderet, diuino iudicio factum esse Chrysostomus dixit, vt eo auxilio, quod abstulerat, ipse indigeret, vt scribit Otho. libro quarto Chronicorum capitul. l. decimonono. quem & Alciat. refert libro secundo parerg capitulo quadragesimoquinto. extat ipsius Chrysostomi in Eutropium increpatorius sermo. Cuius rei etiam meminit Nicephorus.

rus Historiæ Ecclesi. libro decimotertio. capitul. quarto. Qui tamen scribit, Eutropium persuasit se Imperatoribus, vt legem ferrēt, ne quis ad Ecclesiam confugeret. Quod si quis ad eam confugisset, & supplex Deo factus esset, atque in templis metus causa versaretur, vt inde extraheretur. Idem prius scriperant Socrates libro. 6. capitulo quinto. Sozomenes libro octauo. capitu. septimo. Cassiodorus libro decimo. Tripart. capitu. quarto. & Prosper. tercia parte. de promiss. capitulo trigesimo octauo. Nec lex ista de seruis ab Ecclesia extrahendis lata est. Sicuti ex his auctoribus constat, & præ cæteris ipse Nicephorus tradit adiiciens, post suplicium Eutropij legem istam ex publicis monumentis sublatam, & nomen Eutropij ex Catalogo consulum expunctū fuisse. quorum prius ex Sozomene, posterius ex Socrate accepit. vnde nihil hoc pertinet ad. d. l. si seruus. Quicquid Alciato visum fuerit. Nec enim diuus Chrysost. indignè tulisset legem maxime iustum, vt seruus à domino ad Ecclesiam fugiens inde abduceretur, vt domino seruiret.

Sed profecto, debitorem fugitiuum ab Ecclesia minimē abduci posse: templorumque immunitate gaudere, iure verius est. Nec enim alicubi expressum est in hac specie Ecclesiarum immunitatem nō prodesse his, qui ad eas configunt, & ideo regulē standum est. sic sanè hanc partem sequuntur Docto. communiter, præsertim Abb. in dict. capit. inter alia. numero vigesimo secundo. Oldra. in dict. consilio quinquagesimoquarto. tex. singula. in.l. præsenti. C. de his qui ad Ec. conf. Regia. l. secunda. titulo vndecimo. part. 1. etiam si debitor fugiens ad Ecclesiam sit obnoxius publicis tributis, secundum Abb. in dict. capitul. inter alia. Cynum in dict. l. præsenti. Auffre. in dict. Cape. Tholos. 422. & Sylvest. verb. immunitas. 3. §. tertio. idem expressum cautum extat Machabæo. 1. capitulo decimo. licet contrarium in Cæsarum Nouellis statutum fuerit. in authent. de mand. princi. §. publicorum. is enim text. tanquam iuri Pontificio hac in re contrarius recipiendus non est. Imo & in Hispaniarum Regnis non obstante lege Regia. Hodie dict. l. quarta, quinta, sexta, & septima. titul. decimonono. libr. quinto. Recopil. de tradendis in seruitutem debtoribus ipsi creditori, nō possunt ab Ecclesijs debitores abduci. Hodie. l. decimateria. titulo secundo. libro primo. Recopil. quod eleganter ostendit Roderi. Xuares in dict. l. secunda. de los gouiernos. quæstione quinta. quia dict. l. secunda. si seruus. obtinet in vero seruo, & in iu-

te veræ senitutis, quod equidem etiam lege Regia non datur creditori in ipsum debitorem ut manifestum est. Sic & olim ab Asylo, quod Romulus instituit minimè debitor abducebatur, auctore Plutarch. in Romulo, sed & in Epheso Dia na obseratis, cum in illius templum confugissent Asylum ac securitatem a sceneratoribus praestabat, ut idem Plutarchus scribit in libr. De vita diviura. fuit & Mineruæ Calydoniæ tanta religio, ut capitalem fraudem ausi, aut pecunia iudicati, qui ad illam confugissent, noxa, pecunia que soluerentur. quod item Pergami in Asia receptum erat si quis ad Æsculapij ædem confugisset. Alexander Polyhistor scribit.

Nec Iasonis argumentatio sufficiens est, siquidem hac in specie minimè licet de tempore ad locum argumētari paopter disparem rationem quæ manifesta est, & cōstat. Nam tempore feriato licitura est homicidam, aliosve delictorum reos capere, quod Iason ipse non negavit & probatur in l. Provinciarum. C. de ferijs. & tamen hos non licet ab Ecclesia abducere. qua ratione à Iasoni recedunt inibi Deci. numero octauo. Purpura. numero decimo. & Alciat. qui Panormitan. & communem sequuntur, posset fortasse Iasonis sententia apud Hispanos admitti in mercatoribus, & camporibus qui maximo reipubli. dispendio, ex pecunijs, & rebus alienis dum negotiationem questuariam exercent, operam versus & scenoribus strenue dantes, laute, & opipare viuentes: decocti tandem versuram faciunt, & ad Ecclesiam fugientes creditores omnes misere fallunt. quod grauissimum crimen est, & ob id famosi latrones appellantur, ac vt tales, grauissima poena puniuatur, pragmatica lege ocluagesima, hos etenim vidi ab Ecclesijs violenter ad criminalē punitiōnem à iudicibus euelli, quod an iuste fiat, aliotum esto iudicium, id etenim posse iure fieri probat, & tenet Boerius decisione. 215. numero. 7. quo in loco plura de his mercatoribus tradit.

Nec tamen me latet in supremo Regis & Cœfari prætorio quæstiōnē hanc anno Millesimo Quingētūmōtricesimo controuersam fuit se, & ob id datas literas Regias, rescriptumque esse iudicibus Ecclesiasticis, ut, præstata per iudicem secularem cautione de non puniendis criminalitatē debitoribus, ipsosmet debitores quos cunque ab Ecclesijs abducerent, & eorum bona, si quæ debitores in Ecclesiam detulerint. Alioqui ipsis iudicibus Ecclesiasticis prævia monitione nolentibus, aut negligentibus debitores ab Ec-

clesijs abducere, id munus delegatum est eodē Regio rescripto, & iniunctum iudicibus seculari bus. extat hoc Principis decretum inter alia quæ Granatz Anno Quinquagēsimoprimo excusa fuere Regij tenatus inibi cōmorātis iussu. Hodie l. decimatercia. titu. secundo. libr. primo Recopilat. Idem ad iudices Ecclesiasticos rescripte rant Catholici Reges Ferdinandus, & Elysabeth anno Quadrageſimo nonagesimo octauo, quemadmodum inter huius Regni pragmáticas sanctiones refertur ad finem ipsius operis. idem quæ lege Regia apud Gallos sanctū fuit authore Rebuffo, Tomo secundo, de Regijs constitutionibus. titul. de immunitate Ecclesiarum. articulo secundo.

Vicesimoprimo ex Canonum constitutionibus apparet, quodcunque crimen committentem in ipsis diuinis templis, & in ipsa Ecclesia, ab eis iustissime euellendum + fore. capitul. vltim. de immunit. Ecclesi. cuius ea est potissima ratio quod indignum sit Ecclesiam auxilium exhibere ei, qui intra ipsam delinquens iniuriam templis intulit. capitul. quia frustra de usuris accedit ad hæc & secunda ratio, cùm in Ecclesia delinquens, ea fiducia & spe delinquisse videatur ut ab ipsa Ecclesia defenderetur, alioqui crimen non commissurus: & ideo grauem iniuriam Ecclesie facit, ab ea adsumens ansam & deliquendi occasionem. atque ita passim omnes conueniunt in hunc casum: licet Ludouicus Romanus consil. 234. contrarium teneat autoritate gloss. in capitul. frater. decimaseptima quæstiōne quarta. quæ vt vulgo in omnibus ferē codicibus legitur expressim asserit, delinquentem in Ecclesia ab ea auelli non posse, ciuique immunitate gaude re, atsi tollatur à gloss. dictio, non, quæ proculdu bio expungenda est, attenta ipsius gloss. intentione, potius probat decisionem text. in dicto capitul. vltim.

Vicesimosecūdo deducitur, eum qui in Ecclesia crimen aliquod commiserit, etiam sine spe, & absque fiducia consequendæ immunitatis ab ea dem Ecclesia, adhuc abduci iuste posse: nam ex predictis rationibus & si posterior hoc in casu deficiat, prior tamen omnino obtinet. Quamobrem hanc illationem tenet Panormi. in dict. cap. vlt. colum. 2. quæ verissima est seruanda secundum Aufri. in dict. Capel. Tolosana. 422. probiturque ex sequentibus illationibus, quæ ad interpretationem dicti capititis vltimi statim expressum tradentur.

Vicesimotertio, delictum committens in Ecclesia

# Libri secundi; Caput. X X.

677

clesia non tantum illius Ecclesie immunitate priuatur & ab ea abduci poterit, sed & à quacun que alia propter crimen intra Ecclesiam perpetratum, sicuti post Doctor. antiquos Henricus probat in capitu. Ecclesie. columnæ tertia. de impiis. Ecclesie. *etiam in libro tertio. capitulo vij. §. 10.*  
 Vicesimoquarto, fortius asseritur, crimen in Ecclesia dominis uniti non tantum eius authorem priuare immunitate Ecclesiarum quo ad illud delictum, sed & quo ad omnia alia crimina, quæ commiserit extra divina templæ, quasi ob iniuriam Ecclesiæ illatam dignus sit hac generali immunitatis priuatione quod expressim tenent Capella. Thyllo. decisione. 422. & Chassart. in consil. Burgun. rubrica prima. §. quinto. yestific. Archidiaconus. nume. 112. contraria tamen sententia veterior apparet, ex regula iuris Pontificis; quæ in hac specie minimè reperitur sublata, arguita responderet Baerius dict. decisio. 110. cunctis. vñtimis. *et in libro tertio. capitulo viii. columnæ vij.* Vicesimoquinto, ita sunt hæc intelligenda, ut deficitum in Ecclesia commissum causa: potissimum si vir delinquens iure Ecclesiasticæ immunitatis præceptor modo crimen graue sit. Nam si sit leuo etiam intra Ecclesiam commissum, non est ab ipsa Ecclesia abducendus ipse delinquens, si enim existimat Abb. in dict. capitul. ultim. post Hostien. & Doctor. ibi. Henric. in dicto capitul. Ecclesie. columnæ tertia. Aufretrius dict. decisio. 422. Sylvest. verb. immunitas tertio. §. secundo. & Angelus Castrensis, Pauli Castrensis filius in consil. 459. columnæ primæ. libro secundo consiliorum patris, ubi asserit hanc opinionem communem esse.

Vicesimosexto, attenta ratione tex. in dict. capitulo ultimo: si quis prope Ecclesiam ex proprie delictum commiserit ita deliberate, ut concedere possimus, cum spe Ecclesiasticæ immunitatis deliquerit, ab Ecclesia is abduci ad criminis punitionem poterit secundum Anch. in dict. capitulo ultimo. Henric. in dict. capi. Ecclesie. colum. 3. & Alcian. in reg. 3. de presumptio. capitulo trigesimæ tertio. Hinc scribit eleganter Ioan. Lupi in cap. pcr vestras. §. 10. de donationib. inter vir. & vxor. peccantem spe consequendæ absolutio- nis virtute & ratione indulgentiarum, & Apostoli carum literarum, non posse ex vi ipsarum absolu. quod probari item potest per tex. in c. quan do. in. 1. de consecra. distinctione quarta. & in cap. illud. de cleri. excomm. minist. & in. l. prima. §. hec autem actio. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuerit. quibus mire conueniunt pulchra verba La-

stantij Firmiani, qui lib. 6. diui. insti. capitulo. 13. ita de Eleemosina inquit. Nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes, abolentur enim si Deo largiare, quia peccaueras. Nam si fiducia largiædi pecces, non abolentur. His vero, ut cautius Lactantij verba intelligas. S. Thom. & ibi Cajetan. 2. 2. quest. 21. artic. 2. ad. 3.

Vicesimo septimo. ex his opinor, non gaude re Ecclesiarum immunitate eu., qui ex loco profano sagitta, iaculo, aut scollo, existente in Ecclesia percusserit, non enim potest commodè negari crimen istud in Ecclesia commissum fuisse, cum id scelus etiam si initium habuerit à loco non sacro, in Ecclesia tamen executionem & perfectionem habuit, quamobrem non possumus in fieri Ecclesiæ factam fuisse iniuriæ. quod probari potest auctoritate Bald. in. l. si quis non dicam rapere. colum. 3. C. de Epis. & cleric. Pauli Castrensis in. l. si ut proponitur. ff. de fideiustio. item Bald. in. l. muleum interest. pen. colum. versi. Sed hic quero. Casu quis alteri vel sibi. quibus & Hippo. accedit in. l. vñica. C. de rapt. virgi. colum. 290. & sequenti. vñni hq. *etiam in libro tertio.*

Vicesimo octavo examinanda est: hoc in loco opinio Angeli Castrensis, qui in dict. consil. 459. libro. 2. inter Pauli sui parentis responsa: existimat furem qui rem furto ablatam intra Eccle siam contrectauerit: eaque usus fuerit, posse ab Ecclesia abduci, nec eius immunitate gaudere, ac si furtum in Ecclesia commisisset, quod tamè extra Ecclesiæ perpetrauit, quasi hæc contrectatio, que in Ecclesia fit, nouum furti crimen ve re dici valeat. Nam licet regulariter delinquens sit ad locum delicti, & ad urbem ubi deliquerit remittendus, ut inibi puniatur. l. si cui. §. ultimo. & l. ultima. ff. de accusationib. & in Authenti. ut nulli iudic. §. si quis vero comprehensorum collatione. 9. Regia. l. secunda. titu. decimo septimo. libr. octauo. ordina. Hodie. l. tertia. titul. decimo sexto. libr. octauo Recopilat. & notatur in. l. prima. & in Authent. qua in Provincia. C. ubi de cri mi. agi oport. gloss. in capit. ultimo. de foro com peten. dicto verbo. de more. & in. l. à diu Pio. §. sententiam. ff. de re iudica. si tamen quis Toleti rem furto abstulerit, eamque Hispalim deferat, poterit à iudice Hispalensi ob nouam contrectationem puniri, nec is tenebitur furem ad iudicem. Toletanum remittere. quod Bart. notat in l. si dominum. ff. de furtis. & ibi Alexan. Guido quest. 202. Bald. in. l. vñica. col. 7. C. de confess. idem Baldus consil. 771. libro tertio. Angel. Ca Tom. j. Var. Reso. Vv 3 fren

strensis in dict. consil. 459. quorum opinio communis est secundum Nicol. Boerium decisione decimatercia. numero quadragesimo septimo. sed quia hæc sententia dubia quibusdam visa fuit: siquidem contrarium tenet Fulgosius consilio 149. columnina secunda. & Bald. in dict. consilio 471. asseuerat Bartoli opinionem non seruari, nec admitti in praxi, eamque late reprobat pluri bus rationibus Marcus à Mantua apophthegma te. 103. ex ducentis posterioribus: ego maximè dubius sum, an verum sit quod in hac materia de Ecclesiarum immunitate Angelus Castrensis adnotauit: imo, vt ingenue fatear, eius opinionem falsam esse censem: licet concedam rem ipsam futto ablatam posse ab ipso fure. etiam intra Ecclesiam per vim auferri vt domino restituatur, ne Ecclesia occupantem rem alienam tutari videatur, atque ita arbitror intelligendam esse decisionem texti. in dicto capitul. ultim. de immunit. Ecclesi.

Vicesimonono<sup>e</sup>, constat non tantum laicos sed & maiori ratione clericos inuitos ab Ecclesia euelli non posse etiam a iudice Ecclesiastico. quemadmodum post Innocentium, Cardinalē questione sexta. & alios in dicto capi. inter alia. Roma. respondie in consilio. 234. & consil. 227.

16 cui Panormita. refragatur † in dicto cap. inter alia. numero decimotertio. scribens, iudicem Ecclesiasticum posse clericum inuitum ab Ecclesia abducere ad criminis punitionem, quod consuetudine & moribus obtinuit, vt testatur Ioan. Bernat. in pract. criminali. capitulo. 115. qui tamen asserit Roman. opinionem magis communem esse: & opinatur eam seruandam fore vbi cūque crimen, quod clericus commiserit, sit dignum degradatione, & traditione curiæ seculari, tunc etenim vel clericus non est ab Ecclesia abducendus: aut si abductus fuerit non est curiæ seculari tradendus. qua in re ipse considerandum esse censeo, in criminibus, quæ digna sunt degradatione & traditione iudici seculari facienda, nō obtinere locum, Ecclesiarum & templorum diuinorū immunitatem, cum atrocissima sint. Et ideo si crimen à clero perpetratum exigat degradationem, & traditionem, ac præterea eiusmodi sit, vt fugientem ad Ecclesiam priuet iure immunitatis Ecclesiasticae, non video qua ratione clericus ab Ecclesia extrahi non valeat, ac demum curiæ seculari post degradationem tradi. alioqui iuris simum est, traditionem minimè fieri: in quo oportet maturius cogitare.

Trigesimo, apparet ex præmissis, fugientem

ad Ecclesiam, qui ab ea iure abduci non potest, minimè esse intra eadem Ecclesiam, ne quis, com pedibus, aut catenis vinciendum †, ligandum ve, ne fugere quo libuerit; ei liceat. hoc etenim contra Ecclesiasticae libertatem, & immunitatem sit: & ob id fieri non debet. quod deduci potest ex cap. definiuit. 17: quæstione quarta. l. præ senti. C. de his qui ad Ecclesi. confugi. l. 2. titu. 11. parti. 1. tenet in specie Guido Papæ decisio. 121. scribens contrarium: moribus receptum esse, & id permitti potest, vbi ambiguum sit debeatne gaudere delinquens Ecclesiæ immunitate, modo vincula ab utroque iudice Ecclesiastico & seculari iniiciantur, sicut tradit Belluga in Specul. Princip. rubri. 11. §. sed quia numero vigesimo primo.

Trigesimoprimo, eadem ratione infertur, vbi immunitas Ecclesiastica iure seruanda est, non posse Ecclesiam ipsam obsideri, vt ad eam fugientibus alimenta, victus, & vestitus minimè defranciantur, cum hoc sit immunitatem omnino violari. quod probatuit in dicta. l. præsenti. & in dicta. l. secunda. secundum Hostiens. Abb. numero decimotertio. & communem in dicto capitul. inter alia. Guido. dicta questione. 121. nec contraria consuetudo valet, vt latè ostendit Ioannes Igne in l. prima. in principio. ff. ad Syllania. scribit tamen Andreas Alciat. libr. septimo paterg. capit. septimo. Pausaniam Lacedæmonium proditoris accusatum, cum in templum Palladis Chalciceę configisset, à matre obstructa parte templi ianua, coactum fame mori. citat huius historiæ authorem Æmilium Probum, sed & Ioann. Stobæus sermone. 37. eiusdem meminit, ex Gesneri interpretatione in hunc sane modū. Cum Persæ Græciam vastarent, & indigenæ omnes perturbati essent, Pausanias Lacedæmoniorum dux quingentis auri talentis acceptis à Xerxe Spartam proditus erat. Ceterum, intercepitis Epistolis Hegesilaus eius pater, cum rem intellexisset ab illis, qui in Epistolas inciderant, per sequutus est filium ad templum usque Mineruę, quæ Chalcicea ab æde ænea cognominatur: ibi foribus templi obstructis per lateres, una cum uxore sua Pausaniam matre, introitum custodivit, & proditorem fame necauit, quem mater mortuū sublatum extra fines Sparta: proiecit. Hac tenus Stobæus ex Chrysermo in secundo libr. Historiæ Persicæ. Plutarchus item in parallelis capitulo vigesimoprimo. Persis, inquit, Græciam discursationibus, ac prædis infestatibus, Pausanias Lacedæmoniorum Imperator quinquaginta anni talen-

ri talenta, ut Spartam proderet à Xerxe acceperat. Quod vbi deprehensum est, pater Agesilaus usque ad Chalcioecę Palladis templum filium insectatus cocto latere ita templi fores obstruxit, ut eum inedia consumpscerit, mater autem in sepultum eiecit: quemadmodum Chrysermus historiarum secundo refert. Hęc Plutarchus, cuius testimonio adducor, ut existimem apud Stobaeum corruptam esse vocem in talentorum numero. Sed & Diodorus Siculus libro undecimo. idem ferè de Pausanias morte scripscerat. Eiusdē mortis meminat Lycurgus in oratione contra Leocratem: & Alianus libr. 9: de varia Historia. Ad hanc Pausanias occisionem putat Alciatus allusisse Quidium in Ibin.

*Obstruōloque necem patiarū limine templi.*

*Vt legem pena cui dedit ipsa parens.*

Idem Plutarchus capitulo vigesimo secundo, in parallelis scribit: Romanis aduersus Latinos bellum gerentibus, quandam partitum genere, in opem tamen adolescentem Cassium Brutum non mine, dicta mercede portas aperire volentem, deprehensum ad auxiliare Palladis templū confugisse; tandem ab eius patre Cassio signifero occlusis templis foribus fame necatum fuisse, in sepultumque a parente eiusdem esse. quod adducit ex Glyconino in libr. no. terum Italicarum. Paulo aliter Pausanias mortem, & quod is fugiens ad templum Palladis Chalcioecę impunitatem solus non meruerit tradit Pausanias libro tertio in Laconicis. & Thucydides libro primo. de bello Peloponensiaco. quo in loco Laurentius Valla ē Græco vertit, Palladem Chalcidoniam, cum vertere debuisset Chalcioecam. Huius etiā templi Chalcioeci mentio fit à T. Liuio libro quinto. decad. 4. & Polybio libro quarto. vt obiter lectorum admoneam, Nicolaum Perottum non satis hujus dictionis cognitionem habuisse, qui templum æratio vicinum fuerit interpretatus. Pausanias vero matrem Alcithean nominat Thucydidis interpres, patrem autem ipse Thucydides Cleombrōtum fuisse scribit.

Tricesimo secundo, dubitatur ex hoc, quid dicendum sit de delinquente, qui cùm ad Ecclesiā confugisset, eam clausam inueniens, manu portatas, earumve ansam †, aut vestes apprehendit, an inde extrahi possit à iudice seculari absque violatione immunitatis Ecclesiasticę? Et sane hunc abduci ab eo loco nō posse, & si abducatur immunitatem Ecclesię violatā censeri, respondit Ioan. Igneus in dict. l. 1. ff. ad Syllani. numer. 57. dicēs Rhotomagi ita sēpissime iudicatum fuisse. nam

& id à ratione Sacrorum Canonum super hac re statutorum palam deducitur.

Tricesimotertio, idem dicendum erit de eo, qui cùm esset intra Ecclesiā per vestem eius extra Ecclesiā extensam apprehensus fuit, & ab Ecclesia abductus, violatur enim ex hoc immunitas Ecclesiastica secundum Ioan. Andream in capitu. vlt. de immuni Ecclesia. & Ioan. Igne, in dict. num. 57.

Tricesimoquarto infertur ex prænotatis, iudicem laicum nec posse abducere criminosum ab Ecclesia, etiam absque licentia Episcopi, quoties iuxta Canonicas sanctiones delinquēs ab Ecclesia extrahi potest, nec immunitas Ecclesiastū ex eo violatur. siquidem cùm Ecclesia tunc ad eam fugientes minimè tenetur, nec tutari velit, nulla fit ei iniuria, si propria autoritatē iudex etiā secularis eos per vim abduxerit, quod moribus & praxi Christiani orbis satis receptum est, vt asserit Guido Papæ. questione. 121. notat Guillielmus Benediti. in capit. Raynuntius. verb. vxorem. numero. 444. de testament. quanuis Cintus & Salye. in dict. authen. si quis ei. C. de adult. & Belluga in Speculo Princip. rub. 11. §. & quia. numero vigesimo septimo. teneant, in hac specie exigendam esse licentiam à iudice Ecclesiastico, vel Prætatis. per textum inibi, qui tamen non omnino aperte hoc probant in his casibus, quibus ab Ecclesia possunt criminum authores iure Pontificio euelli.

Tricesimoquinto, non est prætermittendum ex capit. vlti. de immunit. Eccles. adnotari posse si eius communem interpretationem consideremus laicum crimen aliquod intra Ecclesiā perpetrantem: posse à iudice seculari puniri, nec eius criminis cognitionem ideo ad Ecclesiasticū iudicem pertinere: quod intra Ecclesiā commissum fuerit. nam si laicus committens deliquit in Ecclesia potest à iudice seculari inde inuitus abduci, textus in dicto capitul. vltimo. poterit sane per eundem iudicem puniri. quod aduersus Cinum in l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. conflu. Panormitan. existimat iure verum esse in dicto capitul. vltimo. idem in capitul. cùm sit generale. numero vigesimo septimo. de foro competen. Bart. in l. si cui. §. vlti. ff. de accusat. idem Panormit. in dict. capi. inter alia. numero vigesimo nono. Augelus de maleficijs. §. in scalis sancti Petronij. temetsi secundum eum & Panor. iudex Ecclesiasticus ratione Sacrilegijs poterit aduersus delinquentem in Ecclesia quo ad eius pœnam procedere.

Tricesimo sexto, his proximè accedit, iudicem laicum, & si non possit fugientes ad Ecclesiam in deinceps abducere, posse tamè ab eis arma prohibita, & legibus vetita etiā intra Ecclesiam auferre. delinquit etenim is, qui fert arma prohibita, & ideo cùm hoc delictum in Ecclesia cōmitat, à iudice seculari puniendus, aut saltem armis priuandus erit. Nam regulariter arma prohibita sunt, & item corū usus vetitus tam clericis, quā laicis, tam intra Ecclesiās, quam foris. tex. in. l. prima. C. vi. armorum usus inscio Principe interdictus sit. libro undecimo. cap. clericī arma. de vit. & honest. cleri. tradunt latē Corn. consilio. 20. libro tertio. Socinus regula. 30. Catellian. Cotta dictione, Armorum. eleganter Tiraquellus de nobilitate, capitulo. 20. nume. 66. extant & Regiae sanctiones hac de re, & optimus text. in cap. 1. §. si clericus. de pace tenet. & eius viola. in feudis. poena tamen, quæ ob armorum usum lege inferatur, à clericis exigenda est apud iudicem Ecclesiasticum, secundum Ioā. de Platæa in. §. item lege Iulij. Inst. de pub. iudic. & Ioan. Lupi in cap. per vestras. 2. notabi. §. 1. nu. 13. Apud Gallos clericī arma vetiti deferentes per iudices seculares puniuntur, quemadmodum testantur Chassanç, in consue. Burg. rubr. 1. §. 5. versic. Archidiaconus. num. 79. & Carolus libr. 2. Regalium Franciæ. priuilegio. 17. modo poena sit pecuniaria, non alias. Apud Hispanos usus obtinuit, ut clericī cum armis ipsis deprehensi à ministris iudicis secula-

ris: armis spolientur, quod iuste fieri potest, cū, alioqui si à iudicibus secularibus id non fieret, libera m haberent clerici facultatem arma vetita defendi, ac deinde maxima ab his scelera liberiū perpetratentur in reipublicę injuriam, & Ecclesiastici ordinis, ac dignitatis opprobrium.

Cæterum, vt & hoc non omittamus, adnotandum est in Franciæ & Gallorum Regno, delinquentes statim ab Ecclesijs abduci, vincitosque à laicis iudicibus obseruari: ac demū tractatur sit ne is, qui abductus fuit, dignus iuxta Canonicas sanctiones Ecclesiārum immunitate, quod si dignus ea iudicetur: remittitur, & restituitur Ecclesiæ, alioqui punitur à iudice seculari: quemadmodum asseuerat Rebiffus in proœmio constit. Regiarum glos. s. num. 40.

Sed & illud non est in hoc tractatu pretermittendum. An liceat, honestumve sit clericis, fugientes ad Ecclesiam armis defendere, ne à iudicibus secularibus ab eisdem templis per vim extrahatur hi, qui immunitate ista iure vti possint. Et collectarius in dicto capitul. inter alia. id fieri non debere, asseuerare videtur, ac satis esse certum, si Ecclesiastici armis spiritualibus, id est, censuris utrantur, eandem opinionem multis probat Remigius de immunitate Ecclesiārum quæstionē duodecima, quod & edicto Regio nuper datum est iussu Catholice Maiestatis, ac Regis nostri Philippi, ut multis obuiam iretur scandalis, quæ hac ex causa contingere solent.

## Huius secundi libri Finis.



DIDACI COVARRV  
 VIAS A LEYVA TOLETANI  
 EPISCOPI SEGOVIENSIS, SUPREMIQUE  
 HISPANIARVM SENATVS PRÆSIDIS MERITIS-  
 SIMI, VARIARVM EX IVRE PON-  
 tificio, Regio, & Cæsaræ Resolutionum,  
 Liber Tertius.

Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

1. *V.S.V.R.*, AB definitio latè discussitur: & n. 2.
2. *Ad heresim, an sit necessarium eius assertore Christi, si fidei Sacro Baptismate suscepisse?*
3. *Traditur ample intellect. cap. salubriter. de usuris.*
4. *Intellect. ca. conquestus de usur. & ca. i. de feudis.*
5. *Usuram iure naturali, & diuino prohibitam esse ostenditur.*
6. *Usura & iure ciuili. Cesaram prohibita non est; tamen Regia lege sit improbaq.*
7. *An licet vñquam Iudeus usuras exercere erga alienigenas?*
8. *Usura licita non est, quam dispensatione, & priuilegio Romani Pontificis.*
9. *Usura an sit licita ex testatoris voluntate? & inib[us] traditur interpretatio texti in l. 3. §. ultimo ff. de annuo legatu.*

**Quid sit usura: quove iure prohibita fuerit?**

CAP. I.

**S VI. DE USURARVM**  
 crimen ex professo hactenus tractauere, ab usurp definitione, ut par est à rei cognitione, negotium ipsum auspicantur: varias hac in re obseruantes opiniones: quarum aliquor ipse breniter attingā. Ioannes Andreas, etenim in regul. peccatum. columna secunda. de regulis iuris. in. 6. Innocent.

Cardinalis, Abbas, & Anani. in rubri. de usuris. nu. 3. Salycket. in rubri. eadem. C. & Carol. Molinae. in tracta. de contractibus. nu. 6. in hoc conuenire mihi videntur: quod usuram definiunt esse: quicquid sorti accedit ex pacto +, vel spe praecedenti. textus ad id optimus in cap. ultim. 14. quæstione. 3. ex Agathensi Concilio. Verè tamen hi Doctores peccatum, & crimen usurpæ, de quo agimus, non definiunt: sed potius rem ipsam ex eo criminis partam: nempe pretium, aut estimacionem pecuniae ipsius usus. Est etenim usura pecunie usus: & item ipsius usus pretium: id vero ad criminis definitionem non pertinet. Nec esset congrua definitio: si quis furtum esse responderit, rem alienam domino invito confrectatam: si quidem potius definitur res ipsa furto acquisita: materia, ac subiectum criminis: quam ipsum crimen. & ideo licet Laurent. à Rodulphis in tract. de usuris. q. 1. premissam Doctorum definitiōnem probauerit: mihi profecto non placet: qui existimo, aliud esse materiam ipsam criminis, aliud crimen ipsum: sic quidem differt res ipsa, quæ criminis materia est, ab ipso crimen: etiam si Hispani vulgo furtum appellemus rem ipsam à domino invito ablatam: quo fit, ut sepiusime oporteat in his, quæ ad scelerum cognitionē pertinent, ipsum crimen ab eo, ex quo crimen fit, & perficitur, omnino distinguere. Hinc profecto, ni fallor, dirimi poterit ea controværsia, quæ passim discussitur: sine necessarium, ut aliqua propositio heresis dicatur: eius assertorem Christianum, & Catholicæ fidei professorem Baptismi lauacrum fuisse. Quidam enim opinantur, heresim esse errorem intellectus Catholicæ fidei manifeste contrarium ab homine Christiano pertinaciter assertum, atque ideo existimat non aliter errorem Catholicæ fidei manifeste contrarium, dici posse heresim, quam si ab eo, qui Christiani-

nam fidem fuerit professus, asseueretur, cum hæresis circa materiam Catholicæ fidei versetur: & ob id congruere nō poscit, nec aptari valeat Saraceno, Turcœ, aut infideli: nec Sarracenus hæreticus dici poterit, etiam si negauerit articulatum fidei, iuxta tex. in cap. hæretici. 24. quæst. 1. cap. firmissimè. de hæretic. glo. in Clem. 1. §. vlti. verb. hæreticum. de usuris. Abb. & Docto. in rubri. de hæreti. Thom. 2. 2. quæst. 11. arti. 2. & Cardina. à Turre Crema. in. lib. 4. de Eccles. 2. parte. c. 1. Alij sanè censem, errorem Catholicæ fidei manifestè contrarium, hæresim esse, & verè ita nuncupari posse, etiam si à Turca, aut Sarraceno proponeatur, & prædicetur, quod probat eleganter Alfonius à Castro de iusta hæreti. punit. libr. 1. cap. 1. Ex eo quod cùm propositio Catholicæ, à quo-cunque asseratur verè Catholicæ est, etiā si à Sarraceno pronuntietur: ita eadem ratione propositio contraria Catholicæ fidei erit hæretica: tametsi ab eodem Sarraceno pronuntiata fuerit. Hęc etenim assertio, Deus est trinus & unus, Catholicæ est: siue illam proponat Iudæus, siue Turca. ergo sua contradictoria, Deus non est trinus & unus, erit hæretica. à quo-cunque dicatur. Nam isthac posterior opinio vera est, si hæresim simpliciter assumamus pro ipsa propositione aduersus fidem Catholicam asserta: pro ipsa quidem re: ex qua grauissimum crimen apud Christianos committitur, siquidē hęc propositio: Deus non est factus homo: etiam à Turca pronuntiata: etiā in pariete descripta absque vilo certo authore, vel ab eo, qui penitus quid scriberet ignorabat, vel à Catholicis eam euertentibus proposita, hæresis est: & ita verè dici potest: cùm sit error manifeste Catholicæ fidei contrarius. At si hæresim pro ipso criminis accipiamus: prior sententia potior est, & magis probanda: cùm hæreses nomen quatenus infame est, & causa sceleris notam infert, ac nefandum crimen præmitit: exigit profecto multa quidem: nempe quod eius author Christianam fuerit fidem professus: item, quod pertinaci animo, & errore intellectus propositionem contrarium manifestè fidei Catholicæ pronuntiauerit. vel asseruerit: quemadmodum constat horum prius ex dict. cap. hæretici. & his, quę modo citauimus. Posteriorius autem apparet ex capit. dixit. 24. quæst. 1. & in Clem. 1. de summa Trinit. & Clem. 1. §. vlti. de usur. Oldra. consil. 210. text. elegans in extrauagan. cùm inter nonnullos. Ioannis. 22. de verbo. signifi. & in cap. qui in Ecclesia. 24. quæst. 3. quod alibi aptius tractabitur.

\* Interim tamen non omittam, hoc in sensu accipiendum esse quod S. Tho. in priorē ad Corinth. cap. 2. lect. 4. scribit asseuerans, de ratione hæresis esse pertinaciam: idem non obscure tradit. 2. 2. q. 2. artic. 6. ad. 2. & quæst. 11. arti. 2. ad. 3. explicat eleganter, & magno cum iudicio præsul Canariensis Bartholomæus Torres vir, & moribus, & Sacré Theologicæ non vulgari eruditio-ne insignis, Collega olim meus Salmanticæ in admodum celebri Sanctissimi Salvatoris collegio: is inquam in Commentarijs, quos in S. Th. edidit prima parte. q. 32. arti. 4. de pertinacia ad hæresis tractatum doctissime differit.\*

His accedit, quod hæreses nomen olim ante legis Euangelicæ promulgationem, & apud eos, qui Christianam religionem nondum accepterant, infame non erat, sed significabat electio-nem quandam discipline: quam quisque profitebatur: ab ἀιρεμαῖ, verbo Græco: quod Latinè vertitur, eligo. Sic Lucianus libro, quem de platiis, seu sectis philosophorum scripsit, titulum tribuit, περὶ ἀιρέσεων, id est, de sectis. eadem ratio ne hæresim veteres dicebant quancunque opinionem, quam tenaciter quisque tutabatur. Augusti. libr. 8. de ciuita. Dei. capitul. 12. Aristoteles, inquit, vir excellentis ingenij: cùm sectam Peripateticorum condidisset: quod deambulans disputare consueuerat: plurimos discipulos viuo adhuc præceptore in suam hæresim congregauit. vtuntur & eadem dictione in hoc sensu Cicero ad Crassum, & in præfatione Paradoxi-rum ad Brutum: & Iurisconsultus Modestinus in l. si duas. §. est autem ff. de excusat. tutor. Divius Hieronymus in Epistola ad Galatas ca. quinto. capitul. hæresis. 24. quæst. tercia. tradunt Budæus in l. 1. §. item sciendum. ff. de ædili. editio. Corasius lib. 3. Miscellane. cap. 8. Alfonius à Castro libr. 1. de iuit. hæreti. punitio. capit. 1. Verum enim uero, quia in lege Christianorum, quæ ab ipso Deo data est, ac diuino numine inspirante ab eam profitentibus accepta: non electa iuxta illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi patet, qui misit me traxerit eum. & Ioan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Christianis non conuenit electio sectæ: nec eis licet quicquam circa fidem eligere: cùm fides Catholicæ non ex hominis arbitrio, nec ex humano inge-nio pendeat: sed Deo inspirante ac reuelante sit hominibus manifestata, & quia in verba Sacré Scripturæ, & Ecclesiæ Catholicæ iurauimus, nec possimus ab illarum sententia discedere: apud nos hæresis nomen infame est: quod latius often dit Al-

dit Alfonso à Castr. in dicto capi. primo. & lib. primo de heresib. cap. iidem. i.

Hinc sane deducitur, eum esse hæreticū, qui hæresim propoundingaverit, aut assuererit, intelligendo hæresim, propter apud nos adsumitur pro ipso crimen, & quatenus crimen præmittit: si quidem, & hibi significatur errorum assertum fuisse ab homine Christiano, pertinaci animo, errante intellectu. At si hæresim accipiamus simpliciter non ut crimen, sed ut propositionem falsam aduersus fidem Catholicam non statim sequitur, eum qui eam promoundingaverit, hæreticū esse: quia admodum docet idem Alfonius à Castro lib. p. de ista hæretici panitia cap. 7.

Vsura igitur, vt crimen est, ab alijs ita definitur: vsura est voluntas capiendi ultra sortem lucrum aliquod temporale vi, & causa mutui principalius. Voluntas, inquit, id est actus voluntatis interior, vel exterior: sicut & in simonia definitione explicat Hadri. quodlib. 9. arti. 2. vt hinc colligamus vsuram esse mentalē, cum quis mutuā dat sortum Tiro spe consequendi ab eo: ultra sortem decēdē: alioqui non mutuaturus. cap. conutatio de vsuris. item & esse exteriorē, quam aquilem quidam appellat: cum quis pacto expressim appello mutuat mille recepturus ex conutacione quiaquaginta ultra sortem ipsam. Luctum ideo diximus: quia ad hoc crimen exiguit: id quod ultra sortem accipitur, vere lucrū esse: eum alioqui si quis mutuo dederit mille, ac deinde sortem ipsam acceperit, & præterea cenant, qua sibi iure debentur ultra sortem: vsuram minime committit: etiam si id pactus fuerit: sicuti constat omnium fere consensu: quando creditor qui mutuat, in pactum deducit, vt ipse debitor teneatur simile ei beneficium exhiberi: si in egostatem venerit, aut pecuniae mutuatae quandoque indigens fuerit modo aliter hic debitor ex ea pactione non obligetur, quam secluso pacto ipse in re cuiusdam honestatis moralis tenebatur creditoti simile beneficium rependere. quod traditum est in dict. ca. consuluit. à Panor. & alijs: atque id a nobis fuit breuiter ad notatum lib. 1. harum resolutionum. capit. vige simo. nume: quarto.

Hinc iustissime creditores defenduntur, qui à debitoribus ultra sortem principalem, aliquid recipiunt ratione interesse, vel damni emergentis, vel lucri cessantis secundum ea, quæ frequentissime adnotantur in capi. conquestus. de vsur. & in l. curabit. C. de actio. empt. ad cuius interpretationem paulò post nos idem latius explica-

bimus. Diximus lucrum aliquod temporale: quia si quis etiam vi mutui amicitiam alterius pacificatur, aut animo acquirere intendat: aut aliam rem utilem quidem, sed minime estimabilem ratione pretij: quod ei conuenire nequit, ex eo, quod non soleat ea res pecunia estimari: usurarius censendus non est: sicuti Doct. fatentur. ultimo loco proposuimus in definitione vsuram vi mutui committi, aperte intelligentes hoc crimē in alijs contractibus quam mutui nequam quam accidere, atque ita verum est: modo accipiamus mutuum sine expressum, siue tacitum: & hoc quidem ea ratione: quia sapissimè sub imagine emptionis, & venditionis subest contractus quidam pignoratius: qui latenter viatum hoc usuram, maximo Republicae & pauperum incommodo continet. capi. i. ad nostram de empt. & vendit. vbi mentio sit pacti de retro uendendo. capital. in ciuitate, de usuris. quoties res venditur carius pecunia credita, quam presenti, & statim numerata iuste venderetur: de quo aliqua diximus. 2. libr. harum resolutionum capit. 3. numer. septimo.

Ex his plurima possent deduci, sed præsentia aliquot attingam, quæ frequentiora sunt. Et primo offert se se insignis Pontificalis decisio capitu. salabriter. de usuris. Cuius haec sunt verba. Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi a socio sunt pro numerata dote pignori obligatae, computandos in sortem non credimus compellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Hactenus Romanus Pontifex: qui plane respondet non esse generum usurarium, etiam si præcipuos percipiat fructus rei pignori datæ ultra sortem ipsam: cum tamen alioqui creditor usurarius sit: si fructus pignoris ultra sortem sibi præcipuos habuerit. capitul. primo. capitul. conqueritus. de usuris. capitul. primo. de feudis. i. prima, & secunda. C. de pigne. actione. Sed huic obiectioni responderetur: à summo Pontifice decreatum esse fructus pignoris dati pro dote soluenda in sortem minime computari ratione interesse tam damni emergentis, quam lucri cessantis: damni emergentis: vbi maritus dilata solutione dotis decrementum patitur lucri cessantis, quasi ea constitutio tunc admittenda sit: cum ipse gener attenta eius industria, & officio posset ex dote statim sibi soluta lucrari tantam quantum: quantam ex fructibus pignorum quotannis percipiebat, non alijs, secundum Hostiensem, Ioannem Andr. Abbatem, Antoni. & alios in

alios in dict. cap. salubriter. Bart. in l. in insulam. §. vsluras. ff. solut. mat. Bologni. consil. 19. Hadria. in 4. senten. tract. de vsluris. versu sed dubium. Syl uel verbō vslura. 3. q. 2. Maiorem in 4. dist. 15. q. 31. versic. tertius casus. Bald. in l. vlti. §. præterea. colum. 2. C. de iure dot. Alex. in dicto. §. vsluras. & consil. 17. nume. 7. libro. 7. Deci. consil. 4. 19. nume. 4. Conrad. de contractibus. quæst. 35. con filio. 7. & consil. 5. Ioan. à Medina. de contract. capitulo. de acquisitis per vsluram. §. ad capi. salubriter. fatentur hanc opinionem communem esse Bald. Nouell. de dote. 7. parte. priuileg. 3. & Carol. Molina. in tracta. de vsluris. quæst. 74. nume. 325. Ioan. Lupi in capit. per vestras. 6. notabili. §. octauo. Pztrifus. consil. 64. libr. 4. ex his vero qui dam opinatur sufficere, ut ratione interesse hoc in casu percipiatur fructus pignoris præcipui ultra sortem: quod is, cui dos est promissa, aut debita: interim dum ea non solvit, sustinet onera matrimonij ex propria re, & proprio patrimonio: quæ ex dote soluta posset profecto sustinere. l. pro oneribus. C. de iure doti. quamobrem de damno cuitando agit maritus fructus pignoris præcipuos habens: non de lucro acquirendo: nechi Docto. requirunt interesse lucri cessantis: quod dote statim soluta maritus consequeretur attenta eius solita industria, & negotiandi exercitio: huius sane sensus authores sunt Anania in dict. cap. salubriter. nume. 8. Nouell. dict. priuile. 3. Alexan. consil. 31. col. 3. lib. 6. sensit idem consil. 141. lib. 3. in princ. Ioan. Lupi dict. §. octauo. Carol. in dict. quæst. 74. nume. 325. Caietan. 2. 2. quæst. 7. articu. 2. Qui quidem interesse damni emergētis appellant totum id quod maritus expendit in alenda vxore, & oneribus matrimonij subtinendis: & ideo permisum esse opinantur, quod fructus pignoris percipiat, hoc item probabitur inferius illatione. 6. idem sensit Decius in dict. consil. 119. numer. 4. post Paul. Castrensi. in dicto. §. vsluras. qui temperate loquitur dicens id procedere ex eo quod præsumendum sit, maritū, si statim dos fuisset soluta, potuisse per industriam acquirere lucrum aliquod ex quo alere posset vxorē. Ego sane non inficior, maritum, & quemcunq; alium creditorem iustissimè absque vslurarum labo: posse percipere fructus pignoris præcipuos ultra sortem, vel ex pacto, vel ex lege, ratione interesse damni emergētis & lucri cessantis: & tamen non video qua ratione possit congrue colligi damnum, & eius ratione interesse ex eo, quod maritus onera subtinat matrimonij: siquidem eadem subtinueret statim

dote soluta, vel ex ipsa dote, vel aliunde, quod si dixeris: statim soluta dote non expenderet proprias pecuniās pro oneribus matrimonij: sed ea onera expedirentur ex ipsa dotali pecunia: id facte: modò manifeste sentias, & consideres, expensis in hanc rem proprijs numis, dotalē pecuniam saluam esse: quæ alioqui expensa foret. Deinde hac Ananiae opinione admissa, maxima constaret iniquitas: aut non esset æqua Romani Pontificis constitutio: cum sapientissime essent maiora onera matrimonij quam ipsorum fructuum æstimatio: & fieret non æqua damni emergētis cum ipsis pignorū fructibus compensatio.

Quamobrem verius esse censeo quod paulò ante scripsi, nempe fructus pignoris dati pro dote soluenda: tunc non esse in sortem computandos, cum interesse damni emergētis, aut lucri cessantis æquale sit verisimili, licet non exacta cœlura, fructibus ipsius rei datae in pignus. Interesse autē damni emergētis id appello: quod creditoris sequenti fuerit ea ratione: quia dos soluta ab initio non est: & ob id damnum patrimonij & rerum, passus fuerit: coactus equideū sub vsluris licitis, aut annuis reditibus pecuniam que rere ad ea onera sublevanda: quæ ex dotali pecunia possent commode tolerari. Lucri vero cessantis interesse illud est, quod ipse creditor posset inspecta solita industria, & ipsius Provincie qualitate, & conditione ex pecunia dotali statim soluta acquirere: atque iuxta hunc sensum esse accipendum. Romani Pontificis responsum in dicto capitul. salubriter. ipse colligo ex mente Docto. inibi & aliorum, qui rem istam tractauere: præsertim id asserunt Panormita. in dict. capit. salubriter. Paul. Castrensi. Imo. Alexan. in dicto. §. vsluras. Conrad. dict. quæstio. 35. conclusio. 7. Hadrian. Ioannes Major, ac Medina nominatum superius citati. & esse hanc opinionem frequentiori authorum in iudicio probatam minimè ipse dubito. sensit idem latè Ludouicus Bologni. in dicto consil. decimonono. Imo & Ioannes Lupi in dicto. §. nono. col. terzia. tandem hanc opinionem sequitur.

Hinc primo appetet summi Pontificis constitutionem in dicto capit. salubriter. non tantum esse obseruandum in genere, erga sacerdotum: sed etiam in quocunque extraneo, cui dos promissa fuerit. quod manifeste deducitur ex ratione cui innititur prædicta decisio.

Secundo constat, non esse id speciale, in fauo rem & priuilegium dotis statutum: nempe fructus pignoris in sorte minimè computari: cum à ratio-

à ratione interesse id procedat: quæ quidem ratio efficax est, ut aliquid ultra sortem iuste recipi à creditorē possit. Id vero speciale est in hac specie fauore dotis: ut vir, cui dos fuerit promissa: dilata solutione datisque pignoribus, fructus pignorum præcipuos habeat, nec teneatur eos in sortem compensare, etiam si ab initio nulla pactio præcesserit de fructibus pignorum ultra sortem præcipiendis. Id enim iure inest ob natum contractus dotalis. id enim in dict. cap. salubriter. visum est Panormita. & Carolo Molin. de contract. dict. q. 74. numer. 524, licet alijs ambiguū sit, an creditor posset petere interesse ante moram ob dilationem solutionis: vel possit aliiquid ea ratione percipere inuito debitore: cum quo id ab initio pactum non est, quod alibi tractabimus.

Tertio, probatur ex his: nihil referre ad hoc, ut possit maritus ob dilatam dotis solutionem fructus pignorum præcipuos habere, quod maiorem, minoremve quantitatē expendat, in oneribus matrimonij: quam sint ipsi fructus pignorum; sicuti in specie aduentum Hadria. in d. versi. sed dubium. Et Joan. Medina in dicto. §. ad capitū. salubriter, licet contrarium responderint Angel. & Sylvest. in summa. verb. vsura. 3. q. 2. & plerique alijs. Et ideo quod scribunt Anania in dicto cap. salubriter. num. 2. ad finem. Alex. consil. 178. lib. 7. nu. 11. & Anto. Faneasis de pignorib. 5. parte. membr. 5. num. 16. existimantes, fructus pignoris esse in sommam imputandos, quatenus excedunt congrua, & iusta alimenta uxoris secundum quantitatē dotis, erit ita accipiēdum, ut intelligamus id verum esse quando fructus excedunt legitimū, & verisimile interesse: quod ratione lucri posset ex dotali, quantitate à mari- to percipi: alioqui falsum est: quod hī Docto. opinantur.

Quarto, hinc poterit discuti, & tractari: quid dicendum sit, vbi dote promissa, & eius solutione dilata: maritus cum promissore dotis paciscitur, ultra sortem certam quantitatē, quotannis sibi soluendam, interim dum non fuerit solutus? Nam quidam censent hanc pactionem illicitam esse: nec in hac specie admittendam fore decisionem text. in dict. ca. salubriter, cùm inibi de fructibus pignorum, id est, de re incerta, ultra sortem præcipiendis tractetur: & ideo secus sit respondendum, vbi certa quātitas in pactum ultra sortem deducta fuerit. Huius opinionis sunt Joan. Andr. Anto. Cardin. Joan. de Ligniano, & Ambrosi. à Vignate nume. 14. in dict. capi. salu-

briter. Lau. à Rodulphis in capi. consuluit. 2. par. quæst. 53. Alex. consil. 27. libro. 4. & consil. 74. & consil. 141. lib. 5. Florenti. 2. part. titu. 1. §. 7. & 27. Soci. consil. 98. num. 18. & consil. 130. nume. 10. lib. 4. Joan. Lupi in dict. ca. per vestras. 6. notabi. §. octauo. qui nume. 6. & Soci. in dictis responsis existimant, hanc opinionem communem esse. Contrarium tamen verius est: siquidem attenta vera ratione decidendi, quam ab interesse deduximus ad dict. capit. salubriter. nulla congrua ratio exhiberi potest: cur ab initio contractus interesse verisimile in pactum deduci non possit: quod in interpretatione. l. curabit. C. de actio. empti. alibi probabimus. & in hac specie ita tenet Calderi. Ancharr. & Abb. in dicto capit. salubriter. Bald. Nouell. de dote. 7. part. priuile. 3. Alexand. consil. 31. libr. 6. Ant. Rube. consil. 108. Corne. consil. 45. & consil. vlti. col. 3. lib. 2. Conrad. dict. q. 35. conclusi. 7. Hadrian. vbi supra. Sylvest. verb. vsura. 3. q. 3. Gabriel. Joan. Maior, & Almain in. 4. distin. 15. tractatu de vsur. eandem opinionem sequuti, fatentur communem esse Alexā. in dicto. §. vsuras. Carol. Molin. in tract. de contractib. quæstio. 74. numer. 523. Et in hanc partem inclinat Deci. consil. 119. idem in capit. cum venerabilis. de exceptio. nume. 14.

Quinto, eodem iure constat, non esse admittendum, quod Anto. Butri. asseuerat in dict. ca. salubriter. existimans, eam decisionem procedere, vbi nulla dilatio ad soluendam dotem data fuerit socero: quasi certum sit, non posse generū fructus pignoris præcipuos habere ultra sortem, quoties dederit socero dilationem ad eius solutionem: nec socer ex eo pacto in mora fuerit. sequitur Butrium Joan. Lupi in dicto. §. nume. tercio. idem tradit Almain in quarto distin. 15. quæstione. de vsuris. Et ex hoc præcedentem illationem intelligendam esse putant Anto. Rub. dict. consil. 108. & Aymon. consil. 189. colum. penul. vt tandem prior opinio vera non sit, nulla data ad soluendam dotem dilatione: at ea data, eadem omnino tenenda sit posteriori sententia improbata, & repulsa. Nam hæc distinctione, si rationem veri interesse consideremus, probari nequit: cū iustiori sane causa habeat locum perceptio fructuum: alteriusve quantitatē loco interesse: quādo libera ex pacto datur facultas ipsi debitori fruendæ sortis: quād si creditori licitum esset eam quocūque die petere, quod est omnino ad notandum ex Panormita. in dicto capit. salubriter. Imola, & Roma. in dicto. §. vsuras. Nouello. dicto priuileg. 3. Carolo Molinæ. dict. quæst. 74. numer.

numer. 524. in hoc tamen parum vrgent Conradi rationes in dicta quest. 35. conclusio. 2.

Sexto hinc etiam constat, an matrimonio soluto, possit vxor vidua erga mariti heredes uti priuilegio capit. Salubriter. & his, quae ad eius interpretationem diximus? Innoc. etenim quem authore Panormi. Inibi communiter alii sequuntur, opinantur, eam constitutionem non esse accipiendam in fauorem vxoris matrimonio soluto: cum ea non sustineat tunc matrimonij onera. idem tenet Bar. in l. atqui natura. §. non tantum ff. de nego. gest. Anchar. consil. 150. Imola, & alii in dict. §. vsuras. Alex. consil. 27. consil. 56. libr. 4. Anto. Rube. consil. 55. & consil. 108. tandem opinionem fatetur communem esse Matthæ. Affl. deciso. 284. late Aymon dict. consil. 189. nume. 7. ad finem. idem notat Caieta. dict. quest. 78. art. 2. & Corne. consil. 77. & consil. 212. libro. 3. Sed profecto ratione interesse damni emergentis, aut lucri cessantis poterit vidua fructus pignoris percipere praecipuos: & præterea pacisci ut interim dum soluitur dos certam annuam quantitatem percipiat: quod manifestum est: nec ab his authoribus negatur: & tradunt Alex. consil. 200. lib. 6. idem Alex. consil. 141. libr. 5. Ioan. Lupi in dict. §. 8. nu. 4. & nu. 8. dicens hanc opinionem communem post Lancelo. Deci. in dict. l. diuortio. col. 3. idem notant Iason consil. 92. libr. 1. Contra de contract. q. 35. conclusione 9. Aymon dict. nume. 7. & Matthæ. Affl. dicta deciso. 284. Alex. in l. diuortio. in prin. col. 5. nu. mc. 23. 24. ac 25. & Anto. Farensis in tract. de pignoribus. 5. membr. par. 5. ad finem. qui quidem authores opinionem præcedentem, quam com munem esse concedunt, ita iure intelligendam esse censem. Quod si vidua non habeat præter dotem bona, ex quibus percipere possit alimento: poterit ab heredibus mariti iuste exigere certam quantitatem dum dos non soluitur, loco alimentorum: cum per eam non stet, quin ei reddatur dos, sicuti expressim adnotarunt Anchar. in regu. peccati venia. 4. q. de rugu. iuris. in. 6. Paul. Castren. consil. 429. nu. 4. lib. 2. Imola, & Alex. in dict. l. diuortio. nu. 24. idem Alex. consil. 63; col. 2. lib. 4. Et consil. 31. col. 2. & consil. 200. libr. 6. & consil. 141. num. 7. lib. 5. Aymon consil. 189. col. 2. & penulti. quorum opinio passim recepta videtur. Mihi profecto non omnino placet: scio etenim eam æquitate quadam potius, quam iure probari, & admitti. Nā inspectis vtriusque iuris principijs constat: viduam etiam inopem ratione alimentorum non posse ultra sortem do-

tis aliquid recipere ob dilatam eius solutionem: tametsi præcedens opinio in Neapolitano prætorio fuerit iudicuni sententia comprobata auctore Matthæ. Affl. dicta decisio. 284. quod manifestis rationibus ostendam. Siquidem fauor dotis minimè permittit, nec patitur aliquid ultra sortem recipi. text. in capit. super eo. de usu ris. Nec itidem in opia viduae: cum ratione paupertatis usuræ permittendæ non sint: ex codem cap. super eo. ratione vero alimentorum eadem opinio minimè defenditur. Quia vbi alimenta ab heredibus mariti viduae in opere iure debentur: tunc fateor: hæc alimenta posse ad certam deduci annuam quantitatem. at vbi iure non debentur vxori viduae alimenta: non video qua ratione possint in pactum deduciorum dilatam dotis solutionem. Debentur autem viduae alimenta ab heredibus mariti: si ea pauper sit: intra annum viduitatis, quo mariti heredes cogi non possunt pecuniam dotalem viduae soluere. glo. Bartol. & Doct. in l. prima. §. exactio. C. de rei vxor. actio. doct. communiter in dict. l. diuortio. in princ. Et ideo caute Panormita. in dict. ca. salubriter. numero. sexto. scribit, ratione horum alimentorum, quæ intra annum dilationis datæ à lege debentur, posse ex statuto viduam certam quantitatem ultra sortem dotis recipere. idem ipse cœsio ex pacto partium, quia eadem est ratio: modo æquæ, & iuste fiat alimentorum æstimatio. Si dixeris: etiam idem permittendum fore post annum: cum ab eo tempore heredes constituantur in mora, respondeo, nullibi apud iuris vtriusque sanctiones statutum esse, licere post moram debitoris creditori aliud recipere quam interesse damni emergentis, aut lucri cessantis. alimenta vero: etiam si creditor pauper sit nec debentur: nec ei dari absq; usuræ vitio, alicubi est permisum, potest etenim post annum statim præcisæ vidua coram iudice dotem ab heredibus mariti exigere: & ex ea sibi necessaria alimenta ministrare. Nec quicquam facit quod à plerisque traditur: inquit enim. Si statim solueretur dos viduae: posset ipsa inde alimenta habere: nam id ita verum est, & tamen, si dotalem pecuniam in alimenta expenderet vidua: diminueretur ipsa dos: quæ iuxta horum doctorum sententiam salua, & integra maneret. Non Oberit dicere hanc quantitatem posse à vidua recipi iure alimentorum tanquam interesse: vt scribit Cardi. in Clemen. 1. de usur. in princ. nume. octauo. cui prædicti Doct. conueniunt: dum etiam nomine interesse hac in controversia vtetur. Nam interesse damni emergentis,

gentis, aut lucri cessantis nullū hic verè dici potest: quemadmodum tradidi in ratione principia li cap. salubriter. versic. Ex his plurimā. nisi dixeris: interesse posse appellari ius alimentorum saltem in inope: cum alioqui cogatur fame perire, aut mendicare, hoc autem non est pecunia æstimabile: & ideo hæc in re ut interesse verum, recipiendum non est. Posset fortasse admitti Anchæt. & sequaciuni sententia apud Hispanos, attento & considerato communī vītu, quo frequētissime tractatur emptio annorū reddituum redimibiliū. Est etenim facilimum habentem pecuniam: statim paratos inuenire mille venditores horum reddituum. Et ideo si pecunia dotalis viduæ soluta foret: posset ex ea annuū redditum emere: vnde propter hoc interesse lucri cessantis: ea opinio locum haberet in praxi. Imo idem esset in vidua diuite, si obseruemus decisionem capituli salubriter. etiam intelligendam esse matrimonio soluto, quantum ad rationem interesse damni emergentis, & lucri cessantis: quod est unimadversendum.

Septimo ab eadem ratione procedit frequens illa controversia qua queritur: sit ne licitum statutum: ex quo viduæ interim dum non soluitur dos ab heredibus mariti detur certa quantitas moderata quidem ad rationem decem pro centum quolibet anno? Nam hoc statutum nullum esse: quippe quod usuram permittat: tenent Io. Ligni. & Imola in Clem. 1. de vslur. nu. 35. Abb. consil. 39. lib. 2. Doct. in dict. cap. salubrit. t. Ang. & alijs in dict. l. diuortio in princi. Et est communis opinio secundum Soci. consil. 56. lib. 3. col. 2. & Iaso. in §. fuerat. de actioni. nume. 19. quorum opinio vera est procul dubio: si præmittamus, usuram esse, matrimonio soluto viduam ob dilectionem solutionis lucrum aliquod accipere; aut fructus pignorū præcipuos habere: sicut in præcedentibus explicuimus. Et ideo quidam hanc sententiam communem reprobant: in eo casu, quo ratione alimentorum viduæ pauperibus statutum aliquod annuatim dandum esse sancirent interim dum dos soluta non fuerit: ex rationibus præcedenti illatione adductis. sic sane usuram est Cardin. in dict. Clem. 1. de vslur. nu. 8. Bald. in l. vlt. §. præterea C. de iure dot. Paulo Castren f. & inibi Alexan. in dict. l. diuortio. col. 5. Felin. in capi. consultationibus. de offic. delega. ad fin. Ioan. Lupi in dict. §. octauo. num. 4. Aymon dicto eonsil. 189. col. 2. & oninibus his quos proxime citauit ad comprobationē eius; quod retuli ex Anchæt. in regu. peccati venia. 4. q. de regu-

lis iur. in. 6. Iason consil. 93. col. 8. versi. Quarto principaliter. l. b. 1. Dum vero ipse Ioan. Lupi. & quidam alij hæc opinionem tribuunt. Abbatii in dicto cap. salubriter. falluntur: quia ipse tantum tractat de viribüs statuti taxantis alimenta, quæ iure debentur viduæ ab heredibus mariti: quem admodum ostendimus in præcedenti illatione: ex ibi etenim traditis apparet an vera sit hæc Doct. opinio, quandoquidem si hæc alimenta ex pacto recipi non possunt ob crimem, & vitium usuræ, nec itidem poterunt ex statuto, sed iure satis evidenter probatur in dict. Clem. 1. de vslur. Sed rursum alijs placet indistincte posse legem vel statutum constitui: quod vxori viduæ interim dum ab heredibus mariti dos non soluitur, detur certa & annua quantitas ad rationem decem pro centum: quasi ipsa lex definat: hanc in quantitatem, interesse incertum. sic etenim Bald. respondet in dict. §. præterea. num. 5. idem consil. 166. lib. 1. Cæpola consil. clivium causarum. 15. Caieta. dict. q. 78. artic. 1. Carol. in dict. q. 74. nu. 527. qui quidem hanc partē probant: etiam non considorato nec vere contingentī lucri cessantis, aut damni emergentis interesse, sed tantum aduertunt posse à lege taxari legitimū, ac legale interesse. & ideo Carolus Molli. statutum: hac in re existimat procedere iuxta usuras pcr. Cesares in l. eos. C. de vslur. definitas. ego vero hanc Baldi sententiam intelligendam esse opinor: vbi attento communi. Provinciæ vslu, quantitas ab statuto taxata, esset vero simile lucri cessantis interesse propter faciem & frequentissimam annuorum reddituum redimibilium emptionem, quod Bald. in dicto §. præterea. & in dicto consil. 166. palam sensit.

Octauo hinc colligitur, sit ne validum statutum: quod sancit, matrimonio constante interim dum dos promissa non soluitur marito: detur eidem à promittente, vel socero certa annua quantitas: ex eo quod matrimonij onera sustinet: quibus quidem oneribus sustinendis donis constitui solent: Et Caieta. dicta quæstione 78. articulo secundo. respondet, id statutum valere omnino absque ratione damni emergentis, aut lucri cessantis quæ quidem sententia penderet supra præhotatis. Nam si hæc, certa, & annua: quantitas usuratiā ptauitatem sapit: nec pacto nec statuto probari poterit eius perceptio. Quod si usuraria non sit: planè permitti iure, & æquitate potest. Quamobrem ego hanc Caietani opinionem admitterem: vbi ex causa frequentis annuorum redditum redimibilium emptionis, ea quan-

ea quantitas iustum censebitur lucri cessantis in terefic. Hac inspecta ratione vidi iam profecto sepiissime in hoc Granatensi Regio prætorio, loceros: aliosque dotiū promissores vocatos in iudicium damnari, ut intra decem, aut viginti dies dotalē pecuniam soluat; alioqui post eam diem constituant super proprio patrimonio annum redditum redimibilem ad rationem unius pro decem: aut duodecim iuxta quantitatem dotis, iusta fātē ista condemnatio cūm propter onera matrimonij à marito sustinenda: tum ob communem & faciem horum reddituum vocationem.

Ceterum plura alia ad intellectum dict. capi. salubriter. ultra doct. ibi legenda sunt apud Salyctum in authen. ad hæc. quæst. 3. & Bal. in rubr. C. de vñ. Ioan. Lupi in dict. §. 8. Deci. consil. 571. Paul. Parisi. consil. 64. lib. 4. & Carol. dict. quæst. 74. præsertim nu. 523. qui in specie tradunt: an habensiuta mariti per cessionē possit dictæ constitutionis priuilegio. vti. Omittendum tamen hac in controvērsia non est: quod Fortun. Garrias Hispanus magni profecto nominis apud Iulios dum iuuenis Bononiæ in Cardinalis. Ægidij Hispanorum collegio ius ciuile publice proficitur: et demum apud Hispanos dum in summo Regis auditorio iudicis rectissimi ofricium ageret: in tract. de ultimo fine. illat. 6. censem. tex. in dict. capi. Salubriter. ita esse accipendum; vt tantum in genero respectu saceri obtineat: non autem in extraneo. genera autem fructus pignoris præcipuos habeat ultra dotem: etiam si esset causa interesse damni emergentis, & lucri cessantis: ex eo solum quod nondum soluta dote matrimonij onera sustineat, atque hanc esse vere germanam illius constitutionis interpretationem arbitratur. cui suffragantur plura. Primum quod sacer tenetur iure filiæ dotem dare, aut alimenta. l. vlti. C. de dotis promis. l. qui liberos, ff. de ritu nuptiar. ca. cum haberet. de eo qui duxit in matri. cap. ius naturale. i. dist. notatur in l. l. ff. soluit. matr. at in præfati casu licet dote promiserit sacer, eam tamen non dat, nec soluit, nec alimenta: ideo mirum non est quod maritus, qui subit onus alendi vxorem, & sacerum hoc onere liberat, fructus pignoris ultra sortē percipiat. Deinde ratio dictæ constitutionis dum scribitur: cum frequenter dotis fructus non sufficient ad onera matrimonij supportanda: minimè congruit, si eam decisionem in extraneis etiam intelligamus & iuxta interesse verum damni emergentis, aut lucri cessantis: cum fructuum perce-

ptio tunc non procedat ab oneribus matrimonij sustinendis: nec ab eo quod dotis fructus non sufficiat ad ea, sed à damno & interesse sequuto ex dilata solutione dotis. Præterea in hunc Fortunij sensum conuenire videtur text. ipse qui de genere loquitur. Et passim vtriusque iuris interpres, qui dum hanc materiani examinant generi & saceri mentionem faciant. Item hi doct. qui huius perceptionis fructuum permissionem ultra sortem in hac specie ex eo solo defendunt: quod maritus onera matrimonij sustineat: nec requirunt interesse damni emergentis, nec lucri cessantis, eandem Fortun. interpretationem facile admisisse cententur. Huc etiam accedit, quod sacer tradens genero pignus ob dilatam solutionem dotis, donare præsumitur fructus pignoris ad alendam filiam, & onera matrimonij substituenda: propter quædotem promisit: secundum Ioan. à Medina de contract. quæst. de vñ. 5. ad cap. salubriter. Postremo hanc opinionem Fortunij eleganter probat, eo non relato, Carol. Molin. d. q. 74. num. 525. Et profecto mihi quantum ad generum & sacerum maximè placet, idem sane probat Dominicus Soto lib. 6. De iustitia & iure. quæst. 1. arti. 2. ad finem. Non obstat, si quis dixerit, rationem dicti capit. salubriter. minimè huic sensui conuenire: cum ex eo constet, matrum pignoris fructus præcipuos habere, etiam si hi excederint dotis promissæ interesse, lucrum, & fructus, quod iniquum est. Nam respondeo id permitti ex eo, quod quandoque & frequenter dotis fructus non sufficient ad onera matrimonij: & tamen tunc maritus tenetur ea subire. 1. si filia. ff. fami. herc. ita è contrario si fructus pignoris excedant dotis interesse: & fructus, qui ab ea poterant deduci: eos habebit gener præcipuos.

Hæc vero interpretatio potissimum probari potest ex decisione text. in. c. 1. de feudis. c. conquestus. de vñ. quibus statutum est, dominum directū rei feudalī, qui eam à vasallo in pignus acceperit, iuste posse fructus pignoris præcipuos ultra sortem habere. id etenim procedit: quia frequenter fructus rei feudalī sunt eiusdē estimationis, & valoris cuius ipsa seruitia: ipsæ opera: que ratione feudi à vasallo domino debentur: à quibus ipse vasallus liberatur interim dum res apud dominum est iure pignoris. tandem prædictæ decisiones sane debent intelligi: quando onus sine seruitium, quod interim à domino remittitur, æquipollit fructibus, vel quaterus cum illis concurrit: sicuti probatur in dict. capitul. primo. dc. feudis. quem ita in specie interpretantur

Innocen. ibi Adrianus in. 4. senten. tract. de usur. veri. occurrit. ad finem. & eleganter Carol. Molinæ in consuetu. Parisien. titulo primo. §. primo. gloss. 9. numero. ii. & 3. quæstione. quem omnino legendum esse arbitror eodem pacto est intelligendus text. in capitulo primo. de usuris. unde partim ex hoc defenditur intellectus ad text. in dicto capitulo. salubriter. tametsi in eo casu, etiam si fructus pignoris excedant interesse datis, præcipui à genero habeantur: si vero excedant onera matrimonij, nō poterit, ni fallor, hic excessus iuste percipi ultra sortem: sicuti, nec in specie capi. primo. de feudis. si fructus pignoris seruitia excederint: possunt absque usurarum labi præcipui haberi.

Hinc apparet Hosti. Ioan. Andre. Cardi. Abbas. & alios in dicto capitulo. primo, & capitulo conquestus. Marti. Laudensi. & Præp. in capitulo. primo. §. item si delator. quæ fuit prima caus. be ne. amit. Angel. in summa verb. Feudum. §. pen. & vlti. & in verbo. usura. i. §. ii. Sylvest. verb. feudum. ad finem. Conrad. de contract. quæstione trigesima secunda. conclus. 3. Ioan. à Medina de restitutione ca. de acquisitis per usurani. §. ad capitol. conquestus, quotum opinio communis est, non exacta viuræ rationem expendit. dum opinatur eos text. procedere ex natura feudi: & virtute directi dominij. quod erat penes creditorem: & per dationem pignoris trahit ad se utile. quod consolidatum cum directo iure operatur hæc perceptionem fructuum præcipuam: & ideo non esse eos in sorte computados. hoc etenim falsum est: quia per dationem pignoris non consolidatur dominium utile cum directo: imo debitor utiles dominus adhuc manet: & eius nomine fructus à creditore percipiuntur. capitulo primo de usur. l. prima. C. de pigno. actio. Nec vlibi in iure probatur, dominium utile debitoris amitti, & transferri in creditorem habentem directum cum in eum solum transeat ius retinendi in pignus dominium utile: quod non ut proprium sed in pignus habet. Et præterea etiam si fateremur dominium utile consolidari in hac specie cum directo: minime labem usuræ effugimus: si quidem lucrum hoc consolidationis ultra sortem ratione mutui accipitur: & ideo vere usura committitur.

Rursus ex his satis liquet dictionem text. in dicto capitulo. conquestus. non esse statutam in favorem Ecclesiæ: sed etiam in laicis procedere: imo iustioratione: cum Ecclesia debeat ab his lucris potius quam laici abit. ne-

re. capitu. suam. de penis. sic sanè contra gloss. ibi Abb. & communiter docto. fatentur. & ijdem in ca. i. de feudis.

Eodem iure conuincitur quod sensit Panor. in dicto capitulo. conquestus. & assuerat Aug. in verb. usur. §. duodecimo. & verbo. Feudum. di cens, proprietarium accipientem ab usufructua riorum in pignus mutui causa: posse præcipuos recipere. fructus pignoris ultra sortem propter dominium directum, cui utile consolidatum. Falsa enim est hæc opinio: & aperte eius error ostenditur considerata vera ratione text. in dict. cap. conquestus. atque ita eam in specie reprobat nō relato Panormit. Carol. Molin. in dicta quæstio. 3. numero. 23.

Sic examinari poterit, an decisio dicti capituli. primi. de feudis. obtineat in eo, qui dominiū directum habens recipiat in pignus rem emphyteuticam ab ipso emphyteuta? Nam Roma. in singula. 325. Imola in dicto capitulo primo. columnæ tertia. Anania. in dicto capitulo. conquestus. columnæ sextæ. existimant idem in hoc calu dicendum esse ratione directi dominij. Quod admittendum non est: nisi quatenus emphyteutica pensio fructibus pignoris æquipolle: à qua quidem pensio liber est ipse emphyteuta durante causa pignoris: quamobrem iuste dominus fructus percipit in pensionis compensationem non alias. Et ita sunt hæc ex definitio ne usuræ ad examen proprium deducenda: que admodum & plurima passim deducentur.

Superest modo explicare & quo iure prohibita sit usura quam quidem questionem breuiter ab soluentes respondemus, crimen istud iure naturali, diuino, & humano, canonico & ciuili vetitum esse. Primum etenim iure naturali usuram illicitam esse constat, aliquot rationibus, quibus efficaciter huius rei demonstratio. Nam domino in iure naturali non potest quis lucrum percipere è re aliena: imo id est contra ius naturale: & in motuo statim transit res in dominium debitoris: ergo creditor ex hac re lucrum aliquod recipere non potest, iure naturali hoc vetante. Secundò, in pecunia rebusque alijs mutuabilibus, usus est ipsius rei consumptio: sicque nō potest separari à proprietate: nec ab ipsa re: igitur accipere lucrum aliquod pro usu ipsius rei: & demum rem ipsam, in quantum est: & prava commutatio: cū id quod non est, pretio vēdatur. quod tertio loco apertius fit, si specialius argumentemur: aut enim creditor capit lucrum iūdū pro sorte, aut pro usu ipsius. Si pro sorte, ergo bis capit eius estimationem vel

cipit iniustum sortis valorem. Si pro vsu rei, is nō potest seorsum à sorte estimari: & sic sors ipsa venditur: quod satis iniquum esse cōstat. huic rationi suffragatur Iurisconsultus in. l. secunda. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consu. Sed de pecunia, inquit, recte caueri oportet his, à quibus eius pecunia v̄lusfructus legatus erit. quo Senatusconsulto non id effectum est, vt pecunia v̄lusfructus proprius esset: necenim naturalis ratio auctoritate senatusconsulti mutari potuit, sed remedio introducto cœpit quasi v̄lusfructus haberi. haec tenus Caius libro septimo. ad edictum prouinciale. idem tradit Iustinianus in. §. cōstituitur vbi Theophilus. Insti. de v̄lusfruct. passimque obseruatum est pecuniam v̄su ipsius consumi. text. in capitulo vltim. de pignori. authen. nouissima. C. de admi. tut. & in authent. vt hi, qui obliga. se hab. perhib. res min. l. Aristo. §. vltimo. ff. de iure delib. gloss. Bart. & Doct. in. l. prima. §. fuit quæsum. ff. ad Trebelli. Andr. Tiraq. libro primo. de retract. §. primo. gloss. 7. numero. 103. Non tamē intelligas, pecuniam v̄su consumi, id est, perire, & minui. id etenim falso est: sicuti palam constat. siquidem eiusdem valoris censemur: ac salua manet, etiam si millies commutetur, deturque, vel gratis, aut in alterius rei pretium. Sed ita accipendum est quod frequentissimè vulgo dicitur pecuniam v̄su consumi: hoc est v̄sum pecunia in sumptibus, & erogationibus consistere: atque per viam omnino eam ab vrente discedere: & in aliū transferri: ideoque quantum ad ipsum v̄su consumi, & perire, Nam, vt inquit Aristo. 4. Ethic. capitulo primo. v̄lus pecunia est eius cōsumptio, & datio, retentio verò, & acceptio, eius est possessio. quæ quidem verba ita Eustatius inibi interpretatur. Nec aliter eum locum nostrates accipiunt: tametsi Tiraquellus dicto numero. 103. eos prauis sensus, & intellectus authores esse arbitretur. Quarta ratio, quæ probat, v̄suram esse contra ius naturale ea est: quia pecunia de se nō fructificat, nec patit: vnde accipere aliquid vltra sortem pro v̄su rei, illicitum, & iniquum est: cum potius capiatur ex industria aliena, quam de pecunia quæ non fructificat. Sic sane v̄sura apud Latinos dicitur: quia propter v̄sum sortis accedit. Fœnus item quasi fœtus, eo quod numus numū pariat apud Græcos τοῖος, quasi partus: & τοιχὸν fœnerari. Quod eleganter explicat Diuus Basilius in Psalmum decimumquartum. & Gregorius Nyssenus Homilia. 4. in Ecclesiasten. vnde Suidas ex Aristophane in Nubibus inquit, v̄suram esse ferā quandam belluam ἀργυροκεν, quæ per menses &

dies argentum semper gignit serpente tempore. Hinc & Plutarchus in problematis capitulo. 131. v̄surarum repetitionem *palinocian* appellat, quā nos v̄suram v̄surarum dicimus. & Cicero libro quinto. ad Atticum epist. vlti. Anatocismū nuncupauit. Clamare, inquit, omnes qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum Anatocismo contentus non erat: fit & Anotocismi mentio ab eodem Cicerone libro sexto. ad Atticum. epist. 1. 3. & . 4. est & optimus text. in. l. vltima. C. de v̄sur. rei iudi. nam & Iustinianus in. l. vltim. C. de v̄sur. hunc Anotocismum in vñuer sum aboleuit. de quo multa Carolus Molina. de contractib. numero quadragesimoquarto. Quin tò apparet v̄suram esse contra ius naturale: & eo iure prohibitam ex eo quod cum iure diuino Euangelico vetita sit: quemadmodum statim prohibabitur: deducitur manifestè, eam iure & lege naturæ prohibitam esse. siquidem lege Euangelica nihil nec præcipitur, nec vt illicitum prohibetur, quod nō sit iuris naturalis legibus vel præceptū, vel prohibitum: præter ea quæ circa sacramenta & fidei catholice articulos instituta sunt, hoc etenim sæpiissimè ex diuo Thoma tradidimus, præsertim in Epitome de spōsa. lib. 2. parte. capitulo sexto. §. decimo. numero primo. his tādē & alijs rationibus hāc sententiā asseuerant verā esse Thomas. 2. 2. quæstione septuagesima octaua. articulo primo. Ioa. Andreas in reg. peccatum. de reg. iur. in. 6. columna quarta. Conradus latissimè de contract. quæstione. 22. conclus. 2. Scotus & frequentissimo omniū cōsensu Theologi in. 4. sent. dist. 5. quæstione secunda. Dominicus Soto de Iust. & iure libro sexto. quæstione prima. articulo primo. licet has rationes conetur euertere Carol. Moli. de cōtract. quæstione septuagesima quarta. num. 528. Sed incōmuni sententiæ fauore plurima ex authoribus adduci possent: maximè quod Aristo. scribit libro primo Polyticorū. capitulo septimo. his equidē verbis. Defenore tractans ad distinctionē & discrimē eius commutationis quæ in Republica cēseri debet laudatissima propter eius vtilitatē. illud contrahendis rebus accōmodatū est, idēque vituperandū, nec iniuria, nō enim natura id genuit, sed rerū vltro citroque cōtrahendarū ratio, iureque optimo in hominū odia incurrit. quoniam ipsa pecunia fructus eius est: nec ad permutadas res, cuius causa cōparata est, refertur. Fœtus autē pecunia auger & amplificat, ex quo etiā nomē inuenit. Haec tenus Aristot. qui & capitulo sexto. hoc idē vitiū improbat: atque esse alienū à natura existimat. idem

idem lib. 4. Ethicorum. cap. primo. ad finem. usurpa turpe lucrum: turpem quæstum appellat: ac fœneratores pares esse cœset latronibus, lenonibus, de populatoribus & tyrannis. Sic & Cicero libro secundo. de officijs. ad finem, inquit, dare subusuram esse hominem occidere. Trannio seruus apud Plautum in Mostellaria. nullum, inquit, ædepol hodie genus est hominum tertiis, nec minus bono cum iure, quam danisticum. Marcus item Cato in principio de re Rustica. Maiores, inquit, nostri sic habuerūt, & ita in legibus posuerunt, furē dupli condemnari: fœneratore quadrupli. Quāto peiorem ciuem existimarent fœneratorem quām furem, hinc licet existimari. hæc Cato. Fuit & olim apud Romanos gravis contentio super tollendo fœnore: in qua Asselius prætor, qui id suadebat, occisus fuit à fœneratoribus: authore Appiano Alexandrino libro primo. de bello ciuili. quo in loco artem fœneratoriam vituperat. Eandem appellat intolerabilem, veteremq; pestem Plutarchus in Lucullo. qui & in libello de vitand. usurpa eleganter candē improbat. Sed & Cornelius Tacitus lib. 5. omnino sublatas fuisse usurpas scribit, quæ denuo varijs fraudibus exortæ, paulatim consuetudine leges vincente ad centesimas peruererunt.

Iure diuino veteris testamenti probatur, usurpam prohibitam esse Ezechiae capitulo decimo octauo. vbi dominus de eo, qui ad usurpam dedecit loquutus ait, quod talis non viuet: sed morietur. item Psalm. 14. inquit Propheta, non habiteturum in templo domini, eum, qui ad usurpam dedicit. capitulo. quoniam. 14. quæstione quarta. & eadem quæstione. ca. si quis oblitus. Ex nouo testamento passim adducitur vulgaris ille locus Luce. 6. Mutuum date: nihil inde sperantes. quæ in hunc sensum, ut crimen usurpæ sub præcepto, & mortalis culpæ reatu prohibitum sit, Ecclesia catholica interpretatur. in capitul. consultuit. de usurp. & probatur. eod. titulo. capitulo. quia in omnibus. & capitulo. super eo. tametsi quibusdā vi- sum sit inibi non probari, usurpam iure Euangelico prohibitam esse. cum Christus Iesus potius prædictis verbis consulat, quam præcipiat. quod patet: quia in eo capitulo Euangelica consilia traduntur: nempe de diligendo inimico: de præbenda percutiēti altera maxilla. Et præterea Christus non tradidit illud præceptum: ut non obtemperans puniatur: sed ut præmio sit indignus qui mutuauerit, aliudve opus fecerit sub spe præmij, & non gratis vtcunque tamen sit prior sensus ad usurpæ prohibitionem ut pote ab Ecclesia, quæ spi-

ritu sancto duce scripturam sacrā interpretatur receptus omnino tenendus est. atque ita Theologi & Canonistæ frequentissimo omnium cōsenſu existimant, usurpam iure diuino etiam Euangelico vetitam esse. pluraque ad hanc rem testimonia adducit Guilielm. Peraldus Episcopus Lugdunensis in summa de vitijs & virtutib. Tomo. 2. tract. de auaritia. c. 1.

Quod vero ad ius Pontificium attinet, non est immorandum: cum paſsim eius constitutio- nibus usurpa prohibita sit. idemque crimen iure Regio satis est improbatum: maximis in usurparios statutis poenis. sicuti alibi tractabimus. Sed an iure Cæsarū prohibite sint usurpæ à plerisq; dubitatur: siquidem iure Pandectarum constat eas permittas fuisse. l. placuit. ff. de usurp. & iure Codicis. l. eos. C. cod. titulo. quam etiam Theologis, & Canonistis refragantibus † defendere conatur Carol. Moli. in tracta. de contract. numero sexto. & numero trigesimo sexto. modestius Bartol. & post alios Iason in l. prima. C. de summa Trini. numero quadragesimo octauo. assuerant, usurpas non esse iure ciuili prohibitas: tametsi deberent omnino eodē iure prohiberi. idem Bart. in auth. ad hæc. C. de usurp. immo usurpas prohibitas esse iure Authenticorum à Iustiniano Cæſare, te- rent gloss. in auth. ad hæc. gloss. in dicto capitul. quia in omnibus. & in capitulo. quid dicam. 14. quæstione quarta. quarum opinio communis est secundum Abb. in capitulo. cum fit. de foro cōp. numero decimo octauo. & eā defendit Fortuni. illa. 5. de vltimo fine iuris. hi tamen ea vtuntur ratione: quod Iustinianus profesus fuerit catholicam fidem, & se admittere ac probare quatuor Concilia vniuersalia: è quibus Nicena Synodus usurpas prohibuit: & eas turpes esse ac aduersus sacram scripturam constanter asserit. capitul. quoniam multi. 47. distin. igitur & Iustinianus usurpas omnino vetuit.

Ego sanè, usurpas legibus Iustiniani permissas: & approbatas, ut licitas: fuisse opinor: easque leges improbas esse censeo: cum iuri naturali: & diuino refragentur. Nam & leges seculares usurpas permittentes nullas esse, & earum latores, fautoresque Principes excommunicari constat in Clementina prima. in prin. de usurp. cuius cōstitutionis. §. vltimo. explicatur. eum hereticum esse, qui pertinaci animo dixerit usurpas licitas esse. quod & Castro adnotauit. libro de heresis. capitulo vltimo. Hinc etiam arbitror, Iustinianum Cæſarem nusquam proprijs sanctionibus usurpas reprobaſſe, licet Docto. communiter aliud existiment

# Variarum Resolutionum

huiusque opinionis, quam ipse teneo authores sunt Panor. in dicto capitulo. cum sit. numer. 18. & Contra. de contractib. quæstione vigesima secunda. columna decima. & duodecima. Nec communis sententia probari potest ea ratione, quod Iustinianus quatuor Concilia Ecclesiæ catholice ad miserit. & ut sacrosancta statuta, ea fore seruanda profiteatur. Non enim sequitur ex hoc, & usurpas ipsum reprobare: quæ per Concilia damnantur: siquidem id ex tacita Cæsaris lege deducitur quæ eiusdem expressis constitutionibus non derogat. Et præterea licet Iustiniani constitutio approbet concilia: non censetur prohibere ea quæ à concilijs prohibentur. Lex nanque diuina Euangelica præcipit, obtemperandum esse prælatis, & Romani Pontificis constitutionibus: & tamen non omnia, quæ Romanorum Pontificum decreta prohibetur, lege diuina prohibita sunt: vt constat de cœtu carnium, qui licet iustissima lege Pontificia quibusdā diebus prohibitus sit: nō tamen lege diuina, & præcepto diuino vetitus censetur.

Hinc deducitur vera interpretatio text. in capitul. vigesimotertio Deuteronom. vbi scriptum est. Non fœnerabis fratri tuo ad usuram: sed alio. quibus verbis quidam vtuntur ad + probandum, usuram non esse cōtra ius naturale: nihil enim iure naturæ aduersum licuit vnquam Iudæis. Et ideo quibusdam placuit. cum locum ita esse intelligendum, vt usura Iudæis minimè fuerit permis̄a nec licita etiam erga alienigenas: sed tantum dissimulatione quadam ea permissio processerit, & concessa fuerit Iudæis ad maius malum effugiendum ob duritiam & auaritiam eorum: ne fratribus ad usuram pecunias mutuant. Sicuti & eis permissus est libellus repudij: at que ita hunc sensum probarunt S. Thomas secunda. quæstione septuagesima octaua. articulo primo. & ibi Caiet. Card. in Clementina prima. de usuris. §. ultimo. quæstione decimatercia. & Conrad. de contracti. quæstione vigesima quarta. conclus. 2. Hostien. in summa titulo de usuris. §. in aliquo. vers. octauo. & Anani. in capitulo primo. de usur. columna ultima. Card. à Turre Crema. in capitulo ultimo. 14. quæstione quarta. Dominicus Soto articu. primo. Alijs vero hac in revisum est inibi, usurpas permitti Iudæis propria permissione, & earum approbatione, non erga omnes alienigenas, & exterros, sed tantum erga eos, quibus cum bellum iuste gerebant. quia tunc non possunt exactiones istæ dici usuræ propriæ sed impropiæ, & potius iuste exactiones: nempe ab his, quorum bona iura belli capi iuste possunt

secundum diuum Ambrosium à Gratiano relatū in dicto capitulo ultimo. 14. quæstione quarta. glo. ibi. Florenti. 2. part. titulo primo. capitulo septimo. §. secundo. Ioan. Maiorem in. 4. dist. 15. quæstione vigesimanona. Roma. singu. 265. Hippoly. in. l. prima. §. præterea. nume. 65. ff. de quæst. Soci. in regula. accipere ultra sortem. ad finem. Contra. de contracti. quæstione quadragesima secunda. conclus. 2. & Ioan. à Medina de acquisitis per usuram. §. ad tertium argumentum. Et licet Conrado dicta quæstione. 42. conclus. 3. Alexan. Halensi. 3. parte. quæstio. 66. Gabrieli in. 4. distin. 15. quæstione. 11. & Carol. Molii. in consuetud. Parisi. §. primo. gloss. 9. numero. 11. usum sit text. in dicto capitulo ultimo. non esse diuini Ambrosij, sed cuiusdam alterius heretici. idem tamen Carol. de contracti. numero nono. asserit verè esse diuini Ambrosij: locum eius minimè adducens. Est enim caput illud apud Ambrosium lib. de Tobia capitulo decimoquinto. & profectò hæc secunda interpretatio si accipiatur vt eam glo. Roma. Soci. & Hippo. accipiunt, falsa est omnino secundū communem authore Anania in dicto capitulo primo. columna ultima. Nam licet mihi liceat bellum gerere, & capta in eo bello efficiantur captives, sicuti alibi tractabitur: non tamen mihi licet cum hoste contractum inire: quia naturæ lege reprobatus sit: potissimum quia cōuentiones istæ iam non sunt cum hoste iure belli, sed iure pacis & communitiorum: sic non licet ab hoste emere rem, quæ illius propria est priusquam iure belli capiatur: carius iusto pretio, & ita est plane respondendum communī omnium consensu. Erit igitur hic secundus intellectus verus: quoties ab hoste accipitur usura, & retinetur in compensationem damni ab hoste iniusto, & iniquo illati vel vbi bona ab hoste possessa, sunt ipsius mutuantis, aut ad eum pertinent, quemadmodum bona & prædia hostium incolentium terram promissionis ad iudicēs pertinebāt diuina largitione. sic sane sententiā istam intellexere Conrad. & Theologī paulò ante citati.

Secundò ex præmissis infertur, nec ipsum Romanum Pontificem posse priuilegio, dispensatione, aliove iure permittere usurparum exertitum ita quidem, vt ex eo licitum sit, aut usurarius immunitis reddatur à restitutione + eorum, quæ male acquisiuit. Hoc probatur: quia nec summus Pontifex potest iuri naturali refragari, nec approbatione quadam, aut eius authoritate præmissa id permittere, quod est iure naturæ, aut diuino illicitum, quemadmodum satis in specie constat

in capitul. super eo. de vñuris. quo in loco frequē  
tissimo omnium consensu hoc adnotatum est.  
idem respondendum esse censeo in Principe se-  
culari: & in quacunque consuetudine, vt cunque  
immemorialis sit: propter eandem rationem.  
quemadmodum multis rationibus probare co-  
natur Ioan. Andr. in dict. reg. peccatū. & omniū  
latissimè Conrad. de contract. quæstione vigesi-  
ma quinta. 26. 27. &. 28. Iason. in l. i. C. de summa  
Trinitat. numero. 54. Carol. Molin. in consue. Pa-  
ris. titulo primo. §. primio. glo. 9. numero. 19. quā  
uis Anchār. consilio. 243. numero septimo. du-  
bius tamen afferat, posse Romani Pontificis pri-  
uilegio iudeis permitti vñurarum exercitium er-  
ga Christianos. idem satis firmiter probare con-  
atur Alexan. cons. 1. &. 3. ac cons. 107. libro. 2. post  
Paul. Castrensem. cons. 398. lib. 2. quem & Ro-  
chus Curt. sequitur de consuetudine. Fol. paruo.  
14. col. 2. quorum sententia omnino falsa est. Się  
& Catholicorum Hispaniae Regum extat consti-  
tutio. quæ. 3. est. titul. 2. lib. 8. ordina. Hodie. l. pri-  
ma. &. 3. titulo sexto. libr. 8. Recopila. vbi priuile-  
gia Regibus Iudeis concessa ad exercendas vñu-  
ras, penitus reuocatur. ad idē faciunt tex. in Cle-  
1. de vñsr. vbi Card. q. 15. & in. c. post miserabilē.  
& in capit. quanto. de vñuris. quo sit vt nec proce-  
dere possit responsum Pau. Castrensi. cons. 295. &  
sequent. libro secundo. scribentis posse iuste Prin-  
cipes seculares negare ius repetendi à creditori-  
bus Iudeis vñuras iam per debitores solutas. hoc  
verē est contra text. in dicto capitul. post misera-  
bilem. & in dicta Clementina prima. quidquid  
etiam in fauorem Pauli Castrensis dixerit Ale-  
xand. consilio quinquagesimo septimo. libro pri-  
mo. esset enim id tacitē, & indirectē, & per  
obliquum vñuras permettere: quod Conrad. vbi  
supta latē improbat.

Postremō illud in hoc tractatu satis est contro-  
uersum: quod ab Vlpiano traditur in l. 3. §. vltim.  
ff. de annuis lega. Si cui, inquit, certa quantitas  
legetur, & quo ad p̄stetetur in singulos annos cer-  
9 tum aliiquid, veluti vñuras, iussit testator p̄sta-  
ri, legatum valet. Sed in vñuris haētenus debet va-  
lere: quatenus modum probabilem vñurarum nō  
excedat. Hæc iurisconsultus: qui palam insinuat,  
posse testatoris vltima voluntate vñuras permitti  
quæ tamen iure naturali, ac diuino passim impro-  
bantur. Quamobrem quidam ex nostratis exi-  
stimat hodie p̄dictum legatum nullum esse  
quo ad vñuras, & eam annuam quantitatē in  
fortem principalem legati esse imputandā: quod  
placeat Bart. & Lancelot. Decio in dict. §. vlt. Bar.

in l. cū stipulati. ff. de verb. oblig. Bald. in. l. cū  
allegas. 10. opp. C. de vñsr. & ibi Salyc. columnā  
secunda. Alex. in. l. diuortio. in princ. columnā se-  
ptima. ff. solut. matri. Ananię in capitu. super eo.  
columnā secunda. de vñsr. Bart. & Soc. in. l. secū-  
da. ff. de his quæ pœnæ nomi. Iaso. in. l. prima. C.  
de summa Trinit. numero. 59. Aymoni. consi. 89.  
Crott. in. l. nemo potest. col. prima. ff. de legat. 1.  
Socin. cons. 56. lib. 3. quo in loco scribit, hanc opi-  
nionem esse communem, quam sequitur Ioan.  
Lupi in. c. per vestras. 6. notab. num. 8. &. 9. de do-  
nat. int. vir. & vxor. cū enim hic vñura constitua-  
tur vt constat in dict. §. vlt. sicuti nec in contracti-  
bus est licita, ita nec in testamentis. Et fanē dicti  
authores loquuntur quando creditor seu legata-  
rius potest sortem legatam statim exigere, si ve-  
lit: nam dum eius exactiō differt, cām quan-  
titatē videtur hæredi sub vñuris mutuo date. ideo  
communis sententia procedit: licet contrariam  
teneant Pau. Castren. in rubr. ff. de his quæ pœnæ  
nom. & in. l. i. col. pe. C. de summa Trini. Ro-  
ma. cons. 510. col. 10. Alciat. lib. 5. parad. c. vi. Ioā.  
Gerson in libro de contractib. col. antep. Carol.  
Molinæ. in tractat. de vñuris. q. 73. numero. 483.  
Quasi hac in specie vñura dici non possit hæc an-  
nuia quantitatis: cū ea non recipiatur causa mu-  
tui, sed ex voluntate legantis: ex qua & poena iu-  
stè recipi potest non ob solutum ab hærede lega-  
tum. hec siquidem ratio tunc obtinet, cū pœna  
simplex & semel committenda à testatore iniun-  
gitur. Barto. verò loquitur vbi apponitur per di-  
numerationem temporis pœna ob dilatam lega-  
ti solutionem: quæ vñura est, si veram eius rationē  
consideremus.

Quod si legatarius iusti interesse dam-  
ni emergentis, aut lucri cessantis, vélit hanc quā-  
titatem annuam p̄cipuam sibi habere: id meo  
iudicio iure ei permittendum est: cū hoc ambi-  
guitatem, & controuersiam communis opinio-  
nis: tū ob ea quæ diximus hoc capite ad interpre-  
tationem text. in. c. salubriter. tametsi Ioan. Lupi  
contrarium censeat in. d. notab. 6. nu. 9. sequutis  
Areti. cons. 152.

Sed vbi legatarius quantitatē sibi legatam  
petere non potest nisi post certum tempus: at-  
que interim testator certam annuam pensionē  
solui iussit: id permisum esse censeo absque vñ-  
urarum labore: sequutus Socinum in dict. l. 2. ff. de  
his quæ pœ. nomi. & Carol. Molin. dicta quæsti.  
73. qui scribit hunc casum esse minus dubitabilē.

Eadem profectō ratione: si testator mille lega-  
uerit Titio ab hærede: ita quidē vt hæres habeat

liberam facultatem fruendi, & retinendi dictam summam soluendo annuam moderatam pensionem ab ipso testatore definitam: & eam item pensionem redimiendi soluendo summam principalem: opinor eum pensionem licite recipi: nec usuram posse dici: præsertim animaduersa communia annuorum redditum emptione, quæ iurelicita censetur: & præterea quia hic nulla potest ratio mutui nec veri, nec ficti dari. Deinde legatum istud est alternatiuum data optione hæc di soluendi mille aureos vel annuam pensionem & ita equidem hanc opinionem defendit eleganter Carolus Molinæus dicta questione septuagesimatercia. sequutus Bal. in l. vnica. questione ter tia. C. de his quæ poenæ nomi. & Paulum Castræ sem in dict. l. prima. column. tertia. C. de summa Trini. & eundem in dicta rubri. ff. de his quæ poenæ nomi. tametsi & in hac specie usuram committi existiment Aretin. dicto consili. 152. Iason in dict. l. prima. numero quinquagesimonono. & in l. vnica. C. de his quæ poenæ nomi. colum. 2. Crottus in dict. l. nemo potest. colum. 2. & Barb. consi. 66. lib. 2.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

- 1 *Quanvis tutor non tenetur, nec possit pecuniam pupillarem in fœnus improbum dare: tenetur tamen eam expendere in emptionem prædiorum, vel in aliam honesti lucri negotiationem.*
- 2 *Potest societas ex unius pecunia, & industria alterius ita coiri, ut lucrum & damnum aqua lance communia sint.*
- 3 *Non potest pecunia alteri eo pactio dari: ut lucrum ex ea adquisitum commune sit: periculum vero ipsius immineat exercenti negotia: & inibi traditur intell. §. de illa. Inst. de societate.*
- 4 *Poterit nihilominus ea pactio valere: modo subeunti periculum, vel ex ipso lucro maior pars cedat, vel aliunde merces suscepiti periculi detur.*
- 5 *Nauticum fœnus etiam iure Pontificio licitum est. & inibi late expenditur interpretatio cap. Nau ganti. de vñsr.*
- 6 *An liceat fideiussori mercedem aliquam stipulari à debitore pro ipso officio fideiussionis.*
- 7 *Pactum legis commissoria non aliter licitum est fideiussori, quam ipsi creditori.*
- 8 *Pacti legis commissoria materia, & si breviter cō pendio tamen examinatur.*

**A**n teneatur, possitve licetè tutor pecuniam pupillarem foenerare?

## C A P. II.



ÆSARVM CONSTITUTIONIBUS STATUTUM EST, IMÒ PRÆCEPTUM TUTORIBUS STATIM ACCEPTA TUTELA: VEL EX PECUNIJS PUPILLARIBUS PRÆDIA EMERE, VEL EALDEM PECUNIAS IUSTA USURAM MODUM FOENORI DARE. L. TUTORES, IN. 2. C. DE ADMINI. TUTO. L. QUOTIES. FF. EODEM TITULO. IN PRINCIPIO. QUOD ABSURDUM ESSE APPARET, SQUIDE NEC PIETAS CAUSA LICET USURAS EXERCERE. CAPITULO. SUPER EO. DE USURIS. QUAMOBREM OPINOR, MINIME LICERE TUTORIBUS PECUNIAS PUPILLARES FOENERARE: QUICQUID VETERES IURISCONSULTI, & CÆSARES EXISTIMAUERINT. SIC & NOUELLA JUSTINIANI CONSTITUTIO DE HIS QUI OBLIG. SE HABER. PERIB. RES MINO. §. QUONIAM. COLLA. 6. & C. DE ADMINI. TUT. PRIMA. CONSTITUTIO, PERMITTENS TUTORI PECUNIAM PUPILLI MUTUO SUB USURIS DARE AD ALIMENTA PUPILLO EXHIBENDA, ADMITTENDA NON EST. NEC ITIDEM TENEBITUR TUTOR, QUI PECUNIAM PUPILLI IN PROPRIOS VSUS CONUERTIT AUTHORATE PROPRIA, USURA PUPILLO DARE: ETIAM SI CONTRARIUM VISUM FUERIT IURISCONSULTIS IN. L. QUI SINE. FF. DE NEGOT. GESTIS. L. TUTOR QUI REPERTORIUM. §. PECUNIA. L. NON EXISTIMO. FF. DE ADMI. TUT. PRIMA. C. DE USURIS PUPILLAM LICET, UT STATIM PROBABIMUS, TENEBITUR TUTOR PUPILLO AD INTERESSE DAMNI EMERGENTIS, & LUCRI CESSIONIS: NON TAMEN AD USURAS: QUANVIS PRÆDISTA IURISCONSULTORUM RESPONSA DEFENDERE CONETUR CAROL. MOLINÆ. DE CONTRACT. NUMERO QUINTUAG SIMOSEPTIMO. & QUESTIONE. 76. CUIUS SENTENTIA ADMITTI POSSET, SI IPSE BONI VITI ARBITRIUM IN HIS TAXANDIS USURIS, QUOD IPSE REQUIRIT, INTELLEXISSET ESSE EXIGENDUM QUANTUM AD RATIONEM INTERESSE DAMNI EMERGENTIS, AUT LUCRI CESSIONIS. ATQUE ITA EODEM MODO EST AD PRAXIM DEDUCENDUS TEXT. IN DICT. L. TUTOR QUI. §. IDEM SOLENTE. CUM ALIOQUI TOLERANDUM NON SIT FOENERIS EXERCITIUM ETIAM IN FAUOREM PIETATIS.

ILLUD SANÈ OBSERVADUM EST, TUTORĒ, & CURATORĒ, QUI IUSTA VETERES IURIS CIVILIS SANCTIÖES TENEBAVIT PECUNIÄ PUPILLARĒ MUTUO DARE SUB USUR. L. OB FOENUS. FF. DE ADMI. TUTOR. L. SI PECUNIAM. C. DE USURIS PUPILL.

pupill. teneri omnino hodie eam pecuniam, vel in emptionem prædiorum expendere, vel eam alicui mercatori tradere ad partem honesti, & liciti lucri recipiendum secundum regionis, & prouinciae mores: quibus inspectis lucrum honestum potest absque verisimili damno minoris tutor accipere, & minori adquirere. text. optimus in. c. per vestras. de don. inter vir. & vxor. cuius ratione & authoritate idem adnotarunt Bartol. Paul. Castr. & Alex. in. l. Diuus Seucrus. ff. ad. l. Falcid. Bart. in. l. tutor qui repertorium. §. si post depositionem. ff. de admi. tuto. Roman. consil. 28. & latius consil. 139. Socin. consil. 2. libro. 1. col. vltiim. Deci. consi. 192. col. 1. Ioan. Lupi. in dicto capit. per vestras. 6. notab. §. 7. Salyce. in authen. nouissi me. C. de administra. tutorum. alioqui si tutor hac in parte negligens fuerit: cum commode posset id lucrum minori adquirere, tenebitur, & condemnabitur in id quod interest: quemadmodum probatur in dicto. §. si post depositionem. & in dicta. l. tutor. in princ. ac fatentur præcitatit Doct. potissimum vbi erga scipsum tutor diligens fuerit in hisce lucris acquirēdis. l. quidquid. C. arbit. tute. text. insignis in. l. tutor secundum dignitatem. §. 1. ff. de admin. tut gloss. in capitulo vltimo. 12. quæstione. 4. cuius meminere Abb. in capitulo primo. colum. 2. de in integ. rest. Barb. in cap. edoceri. colum. secunda. de re script. idemq; Atheniensium legibus olim decretum erat, vt constat ex oratione Lysia apud Halicarnaseum in Lysia, & Demosthenem contra Aphobum eius tutorem. quo fit, vt in ea prouincia, vbi frequens est redditum annuorum venditio, maxima dignus culpa censetur tutor qui pecuniam pupilli in id negotium expendere neglexerit: ac iure optimo damnandus erit in id, quod pupilli interest eius pecuniam otiosam fuisse, absq; vlo lucro apud tutorem curatoremve.

Cæterum satis controversum est, possit ne absque usuræ crimen pecunia pupillaris, aut dotalis mercatori artis negotiatori perito tradi: eo pacto: vt quolibet auno ex ratione lucri semper salua ipsa sorte: certa quantitas pupillo, aut vxori detur? Quæ quidem quæstio adeò necessaria est ad huius capitinis integrum resolutionē, quod omitti commode non possit: & ideo ad magis expeditam eius cognitionem eam aliquot conclusionibus distinguam: quid iure verius, quid doctorum calculis receptius, quid denique animæ consultius, & vrilius sit: breui usus compendio ex iuris tam humani quam diuini professoribus exponens.

Prima Conclusio. Iure, & ratione societatis potest quis dare licite propriam pecuniam mercatori hac conditione, & pacto: vt pecuniam accipiens mercatoriam artem exerceat laborem & industriam subiturus: lucrum verò ex ea adquisitum simul & damnū sequutum communia sint utriusque. tex. optimus in. l. societas. ff. pro socio. & in. §. de illa. Inst. de societat. Nam & ita, inquit Iustinianus, coiri societatem posse nemo dubitat, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat: & tamen lucrum sit commune: sàpè etenim vnius & socijs diligentia tantum præstat: quantum pecunia ab alijs collata. quam quidem sententiam latè explicat Petrus à Perusio in tractat. de duabus fratribus. parte. 4. quæstione. 1. & sequentibus. quod autem diximus de damno ita accipiendo est, vt intelligamus de damno contingente ipsis mercibus, & in ipso negotiationis exercitio: non autem de periculo pecunia in societatem istam collatæ: nam id ad eum, qui eam contulit, pertinet: licet possit aliud in pactum & conuentionem æquissimè deduci. contingit si quidem industriam & diligentiam illius, qui artem negotiatoriam exercet: non esse æqualem pretio, & æstimatione ipsi pecunia ab altero in societatem collatæ: & ideo oportet ad æquum rem ipsam deducere: ac non tatum mercatorem ipsum lucri quod superest deductis damnis, partem dimidiā consequi: sed & si quid ex sorte & pecunia ab altero collata perierit, pro parte dimidia socio resarcire. vt tandem sicut propter eius industriam mercator dignus non erat dimidia lucri parte: in compensationis vi: cum eam sit habitus, & damni dimidiā partem soluat: fortuna sortem ipsam inuasa. quod est hac in re maxime obseruandum, ad intellectum glo. in. l. prima. C. pro socio. & corum, quæ tradunt inibi Paul. & Salyce. quæstione tertia. Cumanus consili. 9. & Iason in. §. sequen. & de actioni. numero. 43. & sequentib. Petrus Perusi. latius in dict. tractatu, & Alexan. consi. 131. libr. 5. Sed si industria alterius sit æqualis pecunia ab altero in societatem collatæ. proculdubio ad iustam societatem: lucrum deductis expensis, & rebus de perditis commune erit: datum verò contingens in pecunia ad eū, qui eam contulit, spectet: si quidem & tunc is, qui industriam diligenter adhibuit: operari itidem perdiderit. gl. insignis in. l. si non fuerint. verb. Solus. ff. pro socio. quam doct. probant, & sequuntur. Imò hoc in casu: cum industria, & opera vnius ex socijs æquialer pecunia ab altero in societatem constitutæ: & finita societate nullum lu-

erū supersit: nec quidquam aliud præter pecuniaē quantitatē ab altero collatam: illa est vtrique socio communis: ea ratione quod operam & industriam sorti æquialētem alter perdiderit absque eius culpa: alioqui sequeretur alterum ex duobus socijs paria in eam societatem deducen-  
tibus: totum id, quod contulit in communem vti-  
litatem amittere: alterum verò saluum consequi.  
hoc vero restagatur societatis legibus. I. si id  
quod in princ. & §. item Celsus. I. cūm duobus. §.  
quidam sagariam. ff. pro socio. I. tertia. titul. 10.  
par. 5. & expressim adnotauit gloss. in. I. prima. C.  
pro socio. Bald. in. I. cum patruus. C. com. vtrii. iu-  
dic. Ias. in dicto. §. sequens. columna vltima. Ab-  
bas in. d. capit. per vestras. columna secunda. Sed  
tamen id pluribus displicet: & idcō, vt & hoc obi-  
tet adnotemus, sententia. gloss. procedit vbi appa-  
ret pecuniaē periculum esse vtrique socio com-  
mune: nam alioqui si id spectet ad eum qui pecu-  
nia contulit, vel ex pacto, vel ex iure, non erit  
pecunia communis, nec eius aliqua pars ad alte-  
rum, qui operam & industriam subit, pertinebit,  
vt explicat Ioan. Lup. in dicto capit. per vestras.  
6. notab. §. 12. numero nono. post Ange. in tract.  
de duob. fratrib. quæstione decimaquinta. nihilo  
minus gloss. opinio admittenda erit vbi opera &  
industria alterius esset æqualis non tantum vslui  
ipsius pecuniaē: sed etiam ipsius pecuniaē: sicuti  
tradit Petrus Perusinus in dict. 4. par. 2. columna.  
&demum quæstione secunda. qui eleganter docet  
iudicis, & prudētis ac periti hac in re arbitrio cō-  
mittendum iudicium, de pecuniaē & operarum  
atque industria valore, estimatione, & compen-  
satione. idem tenet Soci. hanc quæstionem dili-  
genter discutiens consilio. 265. libro secundo. co-  
lumna quarta. text. in specie in. I. in proposita. ff.  
pro socio.

**Quia** & pecunia mutuo dari poterit sub hu-  
iis primæ conclusionis conditionibus legibusq;  
nec vslurarius hic contractus censemitur: cum ex  
pactis appositis apparcat potius initā fuisse socie-  
tatem, quam mutui contractum: sicuti existimat  
Guido Papæ. quæstione. 186. arguento deduc-  
to à Iurisconsulto in. I. vbi ita donatur. ff. de do-  
natio. cauf. mort. & notatis in. c. cōstitutus. de re-  
ligio. domi.

**Secunda conclusio.** Pecunia in societatem li-  
cet dari nō potest eo pacto vt accipiens eam pe-  
culum eius subeat: sitque + salua & integra cōfe-  
renti: lucrum vero ex ea partum vtrique commu-  
ne. Hęc probatur: quia contra leges societatis est,  
commodum & lucrum percipere, damnum ve-

ro effugere. I. si non fuerint. in princip. vbi Accur-  
sius hauc sententiam tenet. tex. optimus in dicto  
§. quidam Sagariam. Petrus à Perusio in dict. 4.  
par. quæstione. 1. colum. 4. Ioan. Ligniano. Card.  
Aneharr. & Abb. in capitu. vltim. de vsluris. Bald.  
in. I. 1. quæst 9. C. pro socio. Saly. in auth. ad hęc.  
quæstio. 14. C. de vslur. gloss. singularis in cap. ple-  
rique. 14. quæstione tertia. Rom. consi. 238. Abb.  
in capit. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. &  
ibidem Ioan. Lupi. 6. notab. §. 11. dicens numero  
6. hanc sententiam communem esse: quam etiā  
sequuntur & probant Floren. 2. par. titulo primo.  
c. 7. §. 37. Lauren. à Rodulphis in rep. c. cōsuluit.  
de vsluris. 2. p. q. 19. Ange. Arc. in. §. de illa. Inst. de  
societate. Deci. in. I. si pascenda. columna secun-  
da. C. de pact. idem cons. 116. Abb. cons. 77. libr.  
1. & cons. 114. libro secundo. Diuus Thomas. 2. 2.  
q. 73. art. 2. ad quintum. & Conrad. de contracti-  
bus. q. 97. ex quibus appetat, hunc cōtractum ini-  
quū esse, ac restituendum fore, quidquid dāni hu-  
ius pacti causa alteri socio contigerit, nam & es-  
se vslurarium pactum istud quibusdam placuit:  
quod tamen nō est ita simpliciter dicendum: cū  
deficiat causa mutui: ac sit satis societatem istam  
censerit iniquam in damnum proximi: secundū  
communem opinionem, quam latè tradit Soci-  
nus cons. 265. libro secundo. probatur item hęc  
conclusio apud Iurisconsultum in. I. si Titius. ver-  
sic. sed nec ipsius. ff. de præscriptis verbis. cuius  
præter Paul. Castren. inibi meminerunt Iason &  
Nouiores in. I. si pascenda. C. de pact. & Socin. in  
dicto consilio ducentesimo septuagesimo quin-  
to. columna. 6.

Huic conclusioni obijcitur Iurisconsulti lo-  
cus in. I. si nō fuerint. ff. pro socio. §. ita coiri. vbi  
censemitur ita coiri societatem posse, vt nullam partē  
damni alter sentiat, lucrum verò commune  
sit. idem probat Iustinianus in dict. §. de illa. & Re-  
gia. I. 4. tit. 10. par. 5. constat igitur prædictum so-  
cietatis pactum licitum omnino esse. quanuis ea  
conditione initum sit, vt tradens pecuniam in so-  
cietatem, & commercium exercendum ei, qui o-  
peram, & industriam, ac laborem subiturus est,  
nullum in ipsa pecunia damnum patiatur: imo ea  
sibi salua sit: licet perierit absq; culpa socij: lucrū  
vere commune sit vtrique. Quamobrem his au-  
thoritatibus moti hanc pactionem licitā esse, &  
absque vlo crimine fieri posse existimarent Ho-  
stien. in dict. cap. per vestras. Et quidam alij à iu-  
nioribus relati: quibus respondendum erit prēno-  
tato vero sensu Iurisconsultorum. Ea etenim pa-  
ctio vt lucrum commune sit: damnum verò ad al-  
teruni

terum pertineat: minimè proderit: nec obtinet vbi in ipsa negotiatione damnum & lucrū accesserint: siquidem lucrum eo easū deduci non potest: quin & prius damnum deductū fuerit: cum illud tantum lucrum sit, quod compensatione dāni facta liquido supereft: igitur is qui lucri hoc pācto deducti, & liquidi partem consequitur: damni etiam particeps esse censetur. sic & cum lucrū tantum modo in societate contigerit, prædicta pactioni locus non erit. Quum vero solum damnum acceptum fuerit: tunc ea pāctio proderit. Nā si milenos singuli socij aureos in societate: subsequuta conuētione quod ad alterum tātum damnum pertineat, lucrum verò sit comīnne, contulerint: nullumque lucrum supersit: imo dānum eueniat ducentorum aureorum, & societas dissoluatur: alter mille aureos quos intulit: alter tantum octingentos habebit. quemadmodū explicat Theophilus in. d. §. de ilia. id ipsum obscurē tamen senserunt Calde. in. c. v. t. q. 2. de vſur. & Laurentius à Rodulphis de vſuris. 2. part. q. 19. vt hinc possit deduci, pactionem illam cuius meminere Iurisconsulti, & Iustinianus, non pertinere ad societatem, quæ inita fuerit ex pecunia vnius, & industria alterius: quasi iniquum sit periculum pecuniæ ad alterum, qui industria vtitur, pertinere, lucrum verò commune fore. Præsumitur enim pecuniam illam mutuo dari eo pācto, vt mutantib[us] ultra sortem detur pars illa dimidia lucri, quæ quidem pāctio vſuram sapit. non idem erit vbi societas fuerit contracta vtrinque collata pecunia: cùm in ea specie vere contractus sit societas: nec mutuum præsumi recte valeat. Ego sanè & si sciam in hac posteriori specie non ita contingere vſuræ præsumptionem, sicuti in priori. opinor tamen esse societatem iniquam, ob eā conditionem quod lucrum commune sit: damnum verò alteri tantum socio immineat: siquidem ea est Leonina societas, cuius meminit Iurisconsultus in. d. l. si non fuerint. §. vlt. ex Aesopi apolo, quæ & Erasmus in Chiliadibus explicat. Et ideo cū ad iustæ, & æquaæ societatis ius pertineat, æqua les inter socios paria conferentes portiones distribui: omnino iura societatis violantur cum ita pāctum sit: vt æqualia conferentes non æquæ lucri & damni sint particeps. quod item probatur ex eo quod societas quædam fraternitas esse censetur. l. verum. ff. pro socio. & ideo contra naturam societatis est pāctum iniquæ, & inæqualis distributionis. idem deducitur ex. l. Socius pro filia, vbi hoc notat Paul. Castren. ff. pro socio. Hoc itē afferit Hosti. in summa. tit. dē vſuris. §. an aliquo.

versi. quid si periculum, vbi hanc secundam principalem conclusionem, ni fallor, asseuerat. Sic & pactum societati appositum, ex quo inæqualitas sequitur, non valere: tenent Accursius & Azo in dicta. l. si non fuerint. & ibi Doct. quorum opinionem sequuti testantur communem esse Corneus columna prima. & ibi Purpurat. columna. 2. in. l. si pascenda. C. de pāct. Socin. consili. 265. columna vlti. libro secundo. idem Corneus consil. 212. & consilio. 310. libr. 4. idem fatetur Fulgos. in dict. l. si non fuerint. in princ. scribens Azonis sententiam communiter receptam esse quod sēpissimè Corneus profiteatur: sicuti commemorat Aymon consilio. 173. num. 1. Et licet Philip. Declus in dicta. l. si pascenda. col. 2. ab Azone dissentiat, afferit tamen eius opinionem communem esse: idem inibi Decio respondens existimat Curtius Iunior. column. 1. probat eandem opinionē Abb. consil. 77. lib. 1.

Hinc primò appetet: tunc pactionem hanc de diuidēdis inter socios lucris pro portionibus & partibus dissimilibus, & inæqualibus, valere: cum in ipsam societatem imparia socij contulerint: quia vnuus maiore quam alter partem in eā intulit: quod præcitat authores passim, & frequētissime fatentur. & sensit gloss. in dicto. §. de illa. probaturque in dicta. l. si non fuerint, vbi gloss. Nec enim æquum est, æqualem habere partem eum, qui minus quam alter socius in societatem deduxerit. quod & Aristoteles scribit libro tertio Politico. capit. 6. quia in re sit satis hanc illationem frequentissimo omnium cōsensu probata esse: & præter alias notat Corneus optimè consil. 196. lib. 3.

Secundò constat verus intellectus, veraque & propria interpretatio ad tex. in. d. l. si nō fuerint. in princ. & in dict. §. de illa. ad glo. in dict. l. si pascenda. verb. Portionibus. quibus probatur: pācto fieri posse, vt inter socios distributio fiat proportionibus inæqualibus. id enim verum est viri boni arbitrio: cùm vnuus ex socijs maiorem partē vel sortis, vel industriae in societatem contulerit. quod expressum probatur in dict. §. si nō fuerint. & est omnium communis sententia.

Tertiò ex hoc dubio redditur responsio Philippi Cornei in consilio. 187. libro tertio. columnā tertia. versicul. nec obstat. quo in loco censet, valere iure optimo: eam pactionem, qua cautum inter socios sit: vt qui ex eis minorem portionem in societatem contulit, æqualem habeat lucri partē cum his, qui maiorē impenderūt: qua si reproba sit pāctio inter socios paria conferen-

tes de inæquali portionum diuisione: non sic ea, qua agitur ut in paria conferentes parem habeat lucri partem. Ego profecto non video iustum divisionis rationem: imo ex ipso Iurisconsulto in dict. l. si non fuerint censeo utramque pactionem iniquam fore: cum utrobique contra legem societatis non æqua sit lucri diuisione, nec congruens partibus in societatem deductis: atque ita aduersus Corneum tenet Purpurat. in d. l. si pascenda. n. 51. licet Aymon dict. cons. 173. videatur Cornei responsum admittere.

Quarto hinc scribit Roma. cons. 168. vlti. dubio, contracta inter duos parem pecuniam cōfrentes societate: quorum alter operam dederit negotiationi. esse omnino arbitrio boni viri maiorem lucri partē huic quam socio quiescēti ad-signanda iuxta estimationem operarum, laboris & industrie, quod deducit ex dict. l. si non fuerint idem adnotarūt post Roma. Gerard. à Petra Sancta. sing. 68. Purpurat. in dict. l. si pascenda. numero decimoquarto. & Iason in. l. illud. numer. 8. C. de collat.

Quinto infertur posse defendi opinionem eorum qui asseuerāt, in societate omniū bonorum præsentium, & futurorum nihil referre ad eius æquitatem, quod alter ex socijs plura bona in societatem deduxerit: maiorique prædictus sit industria. Nam & si, ut fieri solet, ex æquis portionibus finita societate sit facienda diuisione, omniaque & adquisita & adquirēda pariter diuidantur & communia sint: iusta tamen censetur societas ob spē illam: ex qua etiam si socio pauperiori ingens patrimonium obuenierit, id erit commune utrique. sic sanè visum est Corneo. cons. 310. libro. 4. col. 4. versic. Nec obstat. & cons. 187. libro tertio. columna penultima. Socino consilio. 160. libro secundo. colum. 7. vers. ex quibus. Deci. in cons. 66. col. penul. & cōsil. 68. colum. 2. & Purpurato, in dicta. l. si pascenda. num. 38. facit text. in. l. 3. §. 1. ff. pro socio. optimus tex. in. l. Socius pro filia. ff. eodem. qui in hoc traditur: an ex bonis societatis omnium bonorum contractæ, sit dos danda filia alterius ex socijs. & id explicant eleganter De cius in dictis duobus responsis. Corneus consilio. 52. libro tertio. Soci. cons. 291. libro secundo. post Bald. in. l. si patruus. C. commu. vtri. iudic. numero. 10.

Sexto poterit ex his perpendi sitne vera interpretatione, quam ad dic. §. de illa. tradidere Panor. in d. cap. per vestras. col. 2. idem in cons. 77. libro 1. & Anani. in. d. capi. vlti. de usuris. num. 7. dum arbitrantur pactionem illam à Justiniano proba-

tam: qua actum sit, inter socios, quod lucrum cōmune sit, damnum vero ad alterum pertineat: tunc procedere, cum societas contrahitur inter duos, quorum unus pecuniam, alter industriam exhibet in societatem: & is qui industria & laboris operam datus est ab altero stipulatur, se liberum fore à periculo. & damno pecuniae in societatem collatæ: lucri vero æquæ participem. At si conferens pecuniam id ab altero stipuletur, & in pactum deducat: illicitam esse eam pactionem opinantur, alienamque à mente & ratione Justiniani, Iurisconsultorum. Fateor equidem hunc sensum maximè conuenire Justiniano & Iurisconsulto: & tamen quia quandoque bonus vir arbitrabitur posse absque vlla iniquitate patrum hoc fieri in fauorem & utilitatem eius qui pecuniam in societatem contulerit: tertiam hac in questione proponam non inutilem assertionem.

<sup>4</sup> Tertia conclusio. Potest licet dari pecunia alteri, ut per eum adhibita industria quæstuaria ars exerceatur: ita contracta societate: quod pecunia salua sit: eiusque periculum ad mercatorem pertinet: lucrum tamen, quod alioquin æquis portionibus commune foret, maiori ex parte ad subeuntem pecuniae periculum spectet: quasi ea pars lucri, quæ dimidiam excedit iustum sit arbitrio boni viri pretium subeundi periculi.

Quod probatur. Nam contractus societatis se paratim initus iustissimus est. Et similiter contractus is, quo igitur pro periculo pecuniae, certa iusta merces detur ei, qui eam promittit, saluam fore: sicuti paulò post manifeste ostendemus: igitur nihil impedit, quin & hi duo contractus licet simul fieri possint. hanc conclusionem asserunt Ioan. Maior in. 4. distin. 15. questione quadragesima octaua, & sequenti. & Sylvest. verb. Societas. 1. questione secunda. quibus suffragantur Ioannes Lupi in dicto capitul. per vestras. 6. notab. §. duo decimo. numero octavo. Petrus Perusinus in tracta. de duob. fratri. 4. parte. questione prima. Purpurat. in dicta. l. si pascenda. numer. 37. existentes, posse societatem ita coiti ex unius pecunia, & industria alterius: ut pecunia salua sit: lucrum vero commune: ubi alterius industria non æquuat pecuniae, nec iuxta societatis æquitatem alter socius, qui industria vtitur, dignus est dimidia lucri parte: sed tertia forsitan, aut quarta. Et ideò constituitur illi dimidia lucri pars in pretiu suscepti periculi ipsius pecunie. & sortis ab altero in societatem collatæ. atque ita posse intelligi textus in dicto. §. de illa. & in dicta. l. si non fuerint.

Ioan.

Ioann. Lupi, & alij censem. quibus addendus est Caiet.lib.16.responsonum cap.11. qui opinatur hanc tertiam conclusionem procedere vbi hi duo contractus : societatis quidem : & periculi suscepiti : fuerint ex interuallo initi & constituti: quod si vnicō actu & contextu fiant, eam pationem iniquam esse: ex eo quod contractus societatis falsæ, & veri mutui sub usuris iniquis tractetur. Sed tamen quidquid ipse dixerit, mihi magis placet contraria sententia: quam secundum conclusionem tertiam veram esse existimo. Nihil etenim refert fiant hi duo cōtractus simul, an ex interuallo: modò fraus omnis absit. Quamobrem ut obiter & aliud, quod ad periculi suscepiti conuentionem attinet, explicemus: tractandum erit de fœnore traiectiæ pecuniaæ.

Constat sane ex iuris Cesarei responsis, & constitutionibus licuisse nauticum fœnus exercerit eo quidem pacto: vt qui mutuat alteri mille aureos ultra mare vehendos: aliquid præter sortem ipsam accipiat in + premium suscepiti periculi: promittit enim eam pecuniam saluam fore: & si perierit, eam se non periturum: sicuti probatur in. l. prima.l. nihil interest.l. Periculi. ff. de naut. fœn. l. prima. & 2. C. eod. titulo. in hac etenim specie quod ultra sortem accipitur non datur ratione mutui: nec propter usum pecuniaæ, nec propter nudum interesse interusurij temporis: sed propter aliam iustissimam causam: nempe periculi contra naturam mutui spectantis ad creditorē. Et præterea valet pactum cū tertio à mercatore factum: quod si pecunia, aut merces alia saluæ venirent ad portum, habebit is certam summam in premium periculi suscepiti: si vero perierint: tenebitur emendare damnum. l. in naue Saupheli. & ibi Paul. Castr. ff. locat. Alex. in. l. à Titio. columna prima. ff. de verb. oblig. Iaf. in. l. illa stipulatio. in princ. eo titulo. Lauren. à Rodulphis in capit. consuluit. 3. par. q. 3. Ioan. Anania in. c. vltim. de usuris. q. 13. Ioan. Lupi. in dict. cap. per vestras. 6. nota. §. 9. num. 5. Si pactum istud cum tertio fieri potest: ergo & cum creditore, modò absit fraus. itaque nauticum fœnus rationi suscepiti periculi à creditore licitum esse, asserunt Jacob. Butr. in. l. prima. C. de nautico fœno. Bald. in. l. prima. coluna quarta. C. de summa Trinitat. Conrad. de contract. q. 39. conclus. 1. Florentin. 2. part. titulo primo. capitulo septimo. §. 21. Thomas in tract. de usuris. q. 9. Jacob. Almain in. 4. sent. dist. 15. & ini. bi Gabriel. q. 11. column. s. & Ioan. Maior. quest. 3. col. vlti. Et Sylu. ver. usura. l. §. 35. Ang. eo verb. §. 37. Caiet. ver. viura exterior. vers. duodecimus

casus. Pulchrè Carol. Molinæus de contraq. q. 3. qui idem esse censem. vbi creditor aliquid mutuant pecuniaæ periculū recipit quam transactum, & marinū: ob eandem rationem: post Bal. in. d. l. periculi. & in rub. C. de naut. fœno. Paul. in. l. prima. C. eo. titulo. Et Angel. verb. usurfa. 1. quæstione. 38. ad finem.

Quibus obiectūt text. insignis in caput. vltim. de usur. Nauiganti; inquit Gregorius Nonius, vel eunti ad nundinas certaini mutuant pecuniaæ quantitatem, eo quod suscipit in se periculum recepturus aliquid ultra sortem: usurarius est censendus. Hac siquidem responsonē visum est quibusdam præcedentem cœpti conclusionem ita virgenter, & valide; ut nulli vñquam licitum sit refragari. ob auctoritatem Summi Pontificis rehanc summo decreto definiens. Hæc vero obiectio tollitur varijs huius decretalis interpretationibus.

Primùm equidem Romani Pontificis responsum obtinet, vbi deficit probabile dubium & periculum cuius causa iuste aliquid recipiat: imò vani periculi susceptio prætextitur, vt hoc colore quæsto, creditor, qui nullum istum' damni metum habet: nec periculum aliquod vere subit, certus sit de conuento ultra sortem lucro. Sic sane existimat intelligendum esse text. in dicto cap. Nauiganti. Carol. Molin. dict. quest. 3. idem tradit Adria. in tract. de usuris. cap. occurrunt ad prium. quibus ipse non assentior: quippe quilibet videam, maxima imminere nauigantibus pericula & res, que per maria transiuntur, pluribus subiacere incommodis. Cuius quidem fortunæ, & periculi meminit Summus Pontifex in dicto capitulo vltimo. ideò aliter est ea difficultas excutienda.

Secundò tex. in dict. capit. vltim. eum sensum habet, vt censi debat usurarius is, qui nauiganti, vel eunti ad nundinas mutuant pecuniam: eo pacto, & conditione, qua cautum sit: contraq. suscipiendo periculi cum eo fieri debere: alioqui non mutuantur: quasi in hac specie ratione mutui, & periculi simul aliquid ultra sortem capiatur: siquidem ratione mutui cogitur alter cum creditore de suscipiendo periculo sub certa mercede conuenire, hæc vero conuentio ultra sortem deducitur in pactum: & ob id usuraria est datio mutui, alioqui licita foret iudicanda mutui datio, quæ liberè fit: & tamen debitor cum creditori conuenit sponte de periculo mutuant pecuniaæ suscipiendo certa constituta mercede. in hunc equidem modum dictam decretalem ac cipiunt

cipiunt, & intelligunt Florent. dict. §. 21. Contra. dict. q. 39. Ioan. Maior. dict. q. 31. Sylvest. & Caiet. in locis paulò ante adductis. atque hic sensus verè proprius est & frequentior. Theologorum iudicio probatus.

Tertio tamen Adrianus in. 4. sent. in tractat. de vſur. capitul. occurruunt. aliter existimat hanc controuersiam definiendam fore; scribit etenim non esse vſuriam mutui dationem eo pacto factam, quod contractus suscipiendi periculi ipsius pecunie certo pretio fiat cum ipso mutuante; aliter non mutuatario: modò iustum sit premium periculi suscepti. Quamobrem intelligit Responsum Romani Pontificis in dict. capit. vltimo. eo casu, quo premium periculi suscepti est iniustum, & excedit iustum ipsius rei mercede. Priori siquidem casu nihil vere ultra sortem accipitur: at in posteriori ultra sortem recipitur. id, quod iustum premium excedit: & tandem causa mutui: igitur vſura praeue committitur. Huius authoris opinio quo ad priorē partem, nam posterior absque difficultate procedit, coadiuatur ex eo, quod mutuans rusticō mille eo pacto ut se cum conueniat de cultura agri iusta data mercede: alioqui non mutuaturus, vſurarius non est: quippe qui nihil ultra sortem recipiat: cùm iustum operariā mercedem soluat operanti: secūdum Bald. in h. Rogasti. §. si tibi. columnā secunda. ff. si certum petatur. Florent. secunda parte. titulo primo. capitul. septimo. §. decimo. Ioan. Lupi in cap. per yestras. §. vltim. numero trigesimo nono. quo in loco similia adducit exempla. quibus accedit quod Socinus adnotauit in. l. si quis. ff. si certum peta. numer. 12. scribens, contractum esse vſurium: si quis domum conduixerit mutuans locatori centū: & ob id minus iusta mercede constituta. sentit enim vſuram in hac specie non subesse, vbi ex hoc mutuo nō foret iusta dominus pensio diminuta. idein probatur ex alia eiusdem Adriani sententia, qui in tract. de vſur. super quartum sentent. cap. Sed dubium videtur. in fine censet, nullum vſuræ vitium committi, si quis alteri mille mutuauerit eo pacto expresso, ut debitor iusta soluta mercede ad eius molendinum proprium triticum molendum ferat, cùm ex ea pactione nullum damnum debitori immineat, nec creditori lucrum aliquod accedat iusto ei pretio soluto. Verum aduersus Adrianum, & ea, quæ in comprobationem adducta sunt, instat ratio urgentissima: ex qua constat, vſuram committi si ultra sortem ex pacto debitor obligetur aliquid indebitum, & ad quod minime tenebatur,

agere. Est enim omnium consensu receptum, mutuantem centum non posse in pactum deducere quod debitor teneatur ei totidē mutuo dare cum petierit: nisi eo modo id debitor promittat, quo secluso pacto siure cogitur creditori mutuare. quod & nos probauimus libro primo harum Resolutionum. capitulo vltim. & præterea, quoties debitor ratione mutui ultra sortem obligatur ad aliquid, quod agere non tenebatur, vſura est. gloss. Bartol. & communiter omnes in dicto. §. si tibi. Et probatur ac colligitur ab vſuræ definitione. ergo Adriani opinio procedere nequit cùm in ea specie, & casibus modò adductis ratione mutui debitor cogatur id promittere, quod agere minime tenebatur. Item & illud hanc partem plurimum contra Adria. probat, quod debitor cogitur amittere libertatem quam iure habet cum alio quam credirore pascendi de periculo suscipiendo: frumentum ad aliud molendinum deferendi: alibi operas culture impendere. Hec autem libertas pretio estimari arbitrio boni viri potest: nec id negari poterit. igitur aliquid ultra per creditorem mutuantem à debitore exigitur, quod est pretij estimatione dignum: alioqui frustra in pactum id deduceretur. Ex quibus Adriani rationibus satis aperte respondetur. Quamobrem contrariam sententiam his omnibus, quæ ab eodem Adriano, Baldō, Soci. & alijs deduxi, probant, & tenent Ioan. Calderi. Ancharrā. Cardinalis, Abbas columnā penultima, Anania numero decimo octavo. in capitulo vltimo. de vſur. Laurent. à Rodulphis in capit. consuluit. secunda parte. questio. 38. Caietanus. 2. 2. questio. 78. articulo secundo. Florentinus dicto capitulo septimo. §. 8. Conrad. de contracti. questio. 36. Ioann. à Medina de contractib. & restitu. capitul. de vſura restituenda. quorum opinio communis est secundum Sylvest. verb. vſura. primo. questio. scripta. quibus sanè diligenter inspectis ipse opinor hanc vltimam sententiam veriorem esse: & ea ratione minime in iudicio exteriori, nec in interiori cogendum esse debitorem pactiones, quarum modò meminimus, obseruare, propter earū iniquitatem.

Quantum verò ad restitutionem attinet: aliquot sunt præcipue notanda. Primum, creditorem omnino teneri, & cogendum fore, has pactiones debitori remittere: eamque ab earum obligatione eximere. Secundò, si creditor iam his fuerit vſus conditionibus, tenebitur debitori restituere quocunque damnum ei contingit ex dictis conventionibus. Tertium nullo damno

damno dato debitori, nihilominus tenebitur creditor ei reddere quantum boni viri arbitrio debitoris intersit, coactum fuisse causa mutui, praefatas pactiones inire: libertatemque cum alijs conueniendi sibi ablatam fuisse. Et haec quidem debitori: non pauperibus sunt restituenda: quemadmodum probat eleganter Ioannes à Medina, dicto capitul. de usura restituenda. iustum autem periculi suscepit mercedem: & ea quæ ob pactiones præmissas creditor ratione operarum, vel causa iusti pretij locationis, ac simili iure habuerit: non est etiam in interiori foro cogendus restituere: quia & si iniquè pactum fecerit exigens à debitore ultra sortem ea, quæ ipse liberè poterat alteri præstare: tamen ad restitutionem minimè tenetur: cum ea acceperit creditor in iustum alterius rei compensationem: quod Adriano placet: & ante ipsum Conradus probat. questio. 39. versicul. quarta conclusio. & Laurent. à Rodulphis secunda parte. questio. 39. Post Calde. in dicto capitul. vlti.

Primò ex his appareat: etiam in ea specie contractus, quæ ut usuraria damnatur in dicto capitulo ultimo, non teneri mutuantem restituere quod ratione periculi suscepit absque fraude acceperit: modò nihil ultra iustum pretium periculi habuerit: quod maximè est adnotandum.

Secundò constat, leges ciuiles nauticum fœnus permittentes non esse Pontifícia lege sublatas: imò & hodie vim, & potestatem legum habere, iustasque censendas fore: tametsi eas Canonicis correctas esse asseuerent Hostiens. in summa. titul. de usuris. §. in alijs autem. Docto. communiter ut inibi fatetur Anania. columna prima. eos sequutus in dicto capitulo ultimi. Salyce. in authenti. ad haec. columna terria. C. de usur. Ioan. Faber in Rubrica. C. de naut. fœnore. Ancharr. in regul. Peccati. questione quinta. de regulis juris. Guido Papæ in tract. de contract. numero decimo octavo. Nam & præter alios fautores quorum paulò ante meminimus. & Ioan. Lupi dict. 6. notab. § 9. numero. 12. ad finem: nauticum fœnus, etiam hodie iure canonico, minimè prohiberi existimat.

Terriò deducitur Conradum, virū alioqui doctissimum deceptum fuisse dum. q. 71. de contractib. assertit, illicitam esse conventionem, qua inter mercatorē, & alium fit: vt is accepta certa periculi mercede: suscipiat onus, & periculū merciū vehendārū ultra mare quoties qui periculū suscipit nullam operam impensurus sit pro peri-

cule effugiendo. Siquidem licitū est partū istud suscipiendi periculi ob iustum illius pretiū: quanvis qui subit periculum nullum laborem: nullam operam impendat pro ipso evitando.

Quartò hinc poterit discuti illa questio, an licet fideiussori pacisci, aut stipulari mercede. item aliquā pro ipsa + fideiussione? Probatur etenim id licere ratione periculi, quod subit fideiussendo: cum forsan pro ipso debitore integrum quantitatē ex proprio patrimonio soluet: quod pasim contingit, & ideò ut iustum boni viri arbitrio periculi pretium poterit fideiussor à debitore absque vlla ratione damni, nec lucri cessantis, accipere. Nec ambiguum est, hunc contractum fideiussionis, incommodum & periculosem esse fideiubenti: qui se constituit debitorem pecuniae ab alio acceptae. Salomon equidem consilium dat: ne quis alterius fideiussor existat temere, & inconsulte: ita inquiens Proverb. capitulo decimo septimo. stultus homo plaudit manibus suis: cum spoponderit pro amico suo. item capit. 22. noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Quamobrem iulte potest ob hoc periculum, cui quis submittitur, merces constitui. quod probatur expressim in l. hoc iure. §. Labeo. ff. de donatio. l. si remunerandi. §. Maurus. ff. manda. notant in specie Lauren. à Rodulphis in dicto capit. consuluit. par. 3. questio. tertia. Florent. dicto capitulo septimo. §. 45. Anania in dicto capitul. vltim. nume. 42. Deci. consil. 7. numero primo. Bartol. Paul. Castr. & alij in dicta. l. hoc iure. §. primo. Ioan. Lupi in dicto cap. per vestras. 6. notab. §. 9. numer. 10. Angelus verb. fideiussor. ad finem. Ioann. à Medina de contractib. capit. de usura restituenda. columna 3. Conrad. de contract. quest. 40. conclus. 4. Caiet. 2. 2. quest. 73. art. 2. in responsione ad quartum. Dominicus Soto li. 6. de iustitia & iur. questio. 1. art. 2. quorum opinio communis est, quanvis consultius sit ab hac pactione abstinere: & ea improbam esse contendat Carol. Molin. de usuris. questio. 31. qui legendus est ad elegantem huius questionis disputationē. Et præsertim questio. 34. vbi probare nititur, licet posse creditorem à fideiussore aliquid accipere: vt eum liberet à fideiussoria obligatione: quoties dubia est exactio debitoris: alioqui si certa sit debitoris solutio, nec vllum immineat fideiussori periculum: minimè liceret creditori aliquid ultra sortem à fideiussore accipere in pretium liberationis. Sic & ipse in præcedenti dubitatione communem sententiam non admitterem in eo casu: quo inspecta

# Variarum Resolutionum

Specie qualitate & conditione debitoris: nullum imminet periculum fideiussori, quasi tunc ea pactio fiat fictio, & simulato periculo in fraudem vñtarum. nam vt creditor pro officio mutui nihil potest exigere à debitore: sic nec fideiussor pro officio fideiussionis: imò multo minus, quia minus officij impendit. Sed in fauorem communis sententiae illud accedit: quod licet in pignoribus pactum legis commissoriae illicitum sit & improbatum inter debitorem & creditorem accipientem pignora. text. in capitul. significante. de pignor. l. secunda, & vltima. C. de pact. pignor. l. 41. titulo quinto. & l. duodecima. titul. 13. part. 5. tamen huiusmodi pactio etiam ipsi cōtractui pignoris statim apposita inter debitorem, & fideiussorem valida est, & absque tilla criminis labefit. text. optimus in l. vltima. ff. de contrah. empt. ex quo hoc ipsum adnotarunt Bartol. in l. quantius. ff. de solut. Abb. in dicto capitul. significante. numero. 6. Bartol. & Bald. ac Salyce. in dict. l. vltima. Antoni. Fanensis de pignorib. 4. parte. numer. 7. & est communis opinio quemadmodum constat ex Carolo Molin. de contract. quest. 52. nam & idem tenent Salyce. in l. 1. C. de pact. pignor. Paul. Castr. in dicta. l. quanuis. & in l. Titius. ff. de pignorat. actio. Fabianus in tracta. de emp. & vendit. quæstione septima. column. 3. potest ergo pro tutela periculi, quod fideiussor subit, ei licet pactū inire: quod creditori minime licuisse. Adhuc tamen considerandum est, hanc communem Doctorum sententiam vel falsam esse, vel quibusdam limitibus restringendam: ne fideiussores sub periculi suscepit titulo: illicitas & vñrarias pactiones creditoribus illicitas, exerceant: quod manifestè probabitur: si Iurisconsulti verba expendantur in dicta. l. vltima. Titius inquit Scuola, cum mutuas acciperet tot aureos sub vñris, dedit pignori, siue hypothecæ prædia, & fideiussorem Lucium, cui promisit, intra trienniū proximum, se eum liberaturum: quod si id non fecerit die suprascripta, & soluerit debitum fideiussor creditoris: iussit prædia empta esse, quæ creditori obligauerat. Quero, cum non sit liberatus Lucius fideiussor à titio, an si soluerit creditori, empta haberet suprascripta prædia? Respondi: si non vt in causam obligationis, sed vt empta habeantur, sub conditione emptio facta est: & contractam esse obligationem. Hacenus Iurisconsultus. ex quo nostrates immerito adnotarunt, pactum legis commissoriae licere inter debitorem & fideiussorem, & id primū: quia res datae in pignus creditoris, non fuerunt datae in pignus fi-

deiussori: quod inibi evidenter constat: & ideo non potest quo ad fideiussorem propriè dici pactum legis commissoriae: nec illius meminit iurisconsultus: sed alterius conditionalis venditionis. Imò si in specie prædicta, res essent fideiussori datae in pignus pro indemnitatibus cautela: non procedere pactum: de quo Iurisconsultus tractauit in dicta. l. vltima. secundum Curti. Juniorum ibi numero secundo. Bald. in capitulo primo. columna prima. de feud. dat. in vicem legis commissoriae. Alexand. Imola. in consilio. 178. libr. 7. numero septimo. Sed iuxta hanc interpretationem appareret, nullum esse discriminem inter creditorem & fideiussoren: nam & cū creditore mutuante pactum fieri potest: quod si debitum intra certam diem non fuerit solutum & res quædam debitoris, quæ non extitit data in pignus, si pro eadem quantitate empta ipsi creditori: secundum Bald. in dicto capitulo primo. columna secunda. & ibi Aluarot. Tiraque. libro secundo. de retract. in fine. numer. 138. sensit Bartol. in dicta. l. quantius. numer. 2. & ideo vt discriminem aliquod ex dict. l. vltim. inter creditorem, & fideiussorem constituantur, ergo potiorem esse causam existimo illorum, qui aduersus Bald. & Aluarot. opinantur, pactum istud non valere, quo conuentu sit inter creditorem & debitorem, quod si intra certum diem pecunia soluta non fuerit, domus quædam nec pignori, nec hypothecæ ob eam causam subiecta empta sit pro eodem pretio creditori. quod placuisse video Curtio juniori in dicta. l. vlti. col. 1. & Carolo Molinæ. de contract. questione. 52. numero. 362. eadem etenim est ratio. iniquitatis, & captionis, siue res sit pignori data siue non, quum utroque casu creditor ultra sortē habeat rem minus iusto pretio emptam. Et præterea licet deficiente hypotheca, & pignore: non sit formale pactum legis commissoriae, est tamen simile & eiusdem rationis & ob id æquè prohibitum. l. non dubium. C. de legib. deinde non tantum formale pactum legis commissoriae prohibitum est, sed & illi simile. l. prima. C. de pact. pigno. vbi hoc satis probatur.

Ex quibus tria deducuntur, Primū, quo ad prohibitionem pacti legis commissoriae, & quo ad eius iniquitatem non referre: si res illa generaliter tantum: an specialiter hypothecæ submissa: cum utrobique eadem sit prohibitionis ratio secundum Steph. Bertrand. consil. 97. libr. 1. alias 4. & consil. 1778. lib. 3. Roger. de Mota in l. traditionibus C. de pact. nu. 53. Carol. dict. quest. quinagesima secunda. nu. 361. aduersus eundem Bertrandum.

dum consilio. 245. libro primo. columna prima & Tiraquell. in dict. 2. lib. de retract. in fine. numero 139. Secundum item quo ad hanc prohibitionem, & eius propriam rationem nihil interesse constat, si fiat pactum legis commissoriae directe, quod res maneat empta: an promissio tem ipsam in eum etiam vendendi premitatur: sicuti censent Carol. in dicta questione quinquagesimae secunda. numer. 359. & Tiraquellus dict. 2. lib. in fine. numer. 141: quo in loco hanc sententiam deducit a glo. Bart. Baldo, & alijs in dict. 1. prima. C. de pact. pigno. Contra Bertrandum consilio. 134. lib. 1. Tercio hac questione diligenter examinata, constituta est iuxta premisam interpretationem differentia inter creditorem, & fideiussorem: ut saltem responsum Scuole jurisconsulti in praxi obtinere valeat quantum ad propriam eius speciem in fideiussore: tametsi quo ad creditorem propter causam, & rationem mutui non idem sit admittendum. quamobrem alteram subiecti interpretationem iurisconsulti: quo res fiat apertior.

Secundo pactum illud inter debitorem, & fideiussorem, de quo iurisconsultus tractat, ita est accipiendo, ut res empta sit iusto pretio: nam tunc id licere videtur, cum nihil habeat fideiussor ultra sortem ipsam: ac nullum lucrum adquirat. Sic etenim eum tex. intellexere Ioan. ab Imola in dicto capitul. significante. numero decimo. Hibernia, & Aluarot. columna secunda. in dict. capit. 1. de feudo dat. in vicem legis commisso. Alexander consilio. 178. numero nono. libro septimo. & Caro. Moli. dicta quest. 52. colum. 3. quorum sententia procul dubio verior est quam communis aliorum opinio: quae admittit, paucum inter debitorem, & fideiussorem ut res maneat empta pro pecunia debita, etiam si minor sit iusto rei pretio: quod iniquissimum esse censeo: tametsi Imola, & Caro. fateantur ita predictum tex. communione omnium consensu intelligi. Verum secundum Imolæ, Alexand. & sequacium intellectum planè appareat, adhuc non esse differentiam inter creditorem, & fideiussorem: siquidem & cum creditore pactum fieri potest legis commissoriae, ita quidem, ut res sit empta iusto pretio: quemad modum ex l. si fundus. §. vltimo. ff. de pignori. ad notarunt Abb. Imol. & Doctor. in dicto capitul. significante. Docto. in dicto. §. vltimo. Bartol. in dicta l. quanuis. idem Bartol. & ibi Salycet. in l. tertia. C. de pact. pignori. Cæpola cautela. 309. alias 241. incipi. Pactum pignoris. Andreas Tiraquellus optime in dict. 2. lib. de retract. in fine: nu-

mero. 136. Alexand. consilio. 378. Antoni. de Fano in dicta quarta parte. numero sexto. postalios quos ipse allegat. & Antoni. Rubeus consili. 134. Et est communis opinio, quæ probatur iure Regio in dicta l. 41. titulo quinto. & lege duodecima. titu. decimotertio. part 5. idem erit, si fiat pactum simpliciter, quod res pignori data, empta sit creditori: quia intelligitur iusto pretio: vt Bartol. existimat in dicta l. si fundus. §. vltimo. quem alij paulo ante citati sequuntur. quibus in hoc ultimo dicta Regia l. duodecima. obstat videtur: dum in ea decisum est pactum hoc in pignoribus nullum & illicitum esse: quando debitor conuenit cum creditore, ut si intra certum diem non soluerit, res data pignori sit creditoris pro quantitate, mutuata, vel ei sit empta. ecce quod lege Regia ad reprobationem pacti satis est conueniri: quod res sit empta, licet dictum non fuerit, pro ipsa pecunia mutuata: nec ea conuentio intelligitur pro iusto pretio. Adhuc tamen poterit Regia lex congrue intelligi in hunc sane modum, ut utraque pars accipiatur quando pro debito, & pecunia mutuata, res pignori data, vel datur in solutum, vel venditor creditori ea conditione: si in racertum diem pecunia mutuata soluta non fuerit. Quod si detur in solutum simpliciter: profecto data censemur pro ipsa pecunia mutuata: si vero simpliciter vendatur, ipse iuxta communem Doctorum sententiam intelligerem pro iusto pretio venditionem fieri arbitrio boni viri estimando. quo fit, communem sententiam Bartol. & aliarum non improbari lege Regia. Cæterum Caro. Molinæ. in dicta questione 52. numer. 360. ab hac opinione communi, quam falsam esse contendit, ex eo discedit, quod mutuans nullum lucrum pacisci possit ratione mutui, & propter officium mutuandi, etiam ratione dilatae solutionis: sed ius vendendi, & acquirendi rem debitoris etiam ob certum & iustum pretium est ipsi creditori lucrum considerabile. text in l. si æquo. ff. de legatis primo, igitur pactum illud illicitum est, & usurarium. Quo quidem ratio non conuincit, nec omnino probat communem sententiam falsam esse: siquidem ipse fatear usurariam esse eam pactiopem, qua alium sit inter creditorem & debitorem, ut debitor teneatur ei vendere propriam rem, quam aliqui forsitan non foret venditus, etiam si iusti pretij mentio fiat: vbi ea pactio sit ex causa mutui, & ob officium mutuandi, ultra solutionem sortis: at si ea pactio fiat ad cautionem certiorem, & tutiorem creditæ pecuniae solutionem

# Variarum Resolutionum

nem veluti iure iustissimæ dationis in solutum: non video hic aliquam subesse usuram: sed potius cautum esse inde a unitati creditoris: quod omnino licitum est.

**Quamobrem**, vt disputationem istam ab ipsis principijs inquiramus, obseruandum est: rationem prohibendi pactum legis commissoriz, & ei similia: in eo tantum censeri, quod creditor sub conditione dilatae solutionis rem debitoris adquirat, aut emptam habeat minus iusto pretio: ac tandem causa mutui lucrum percipiat: partem illam, scilicet, quæ pretio iusto deficit, nam hanc rationem leges, & earum interpres passim obseruant, & praemittunt in his locis, quæ modo expressim adduximus. Pactum autem legis commissoriz hoc proprium habet, vt pignora cadat in commissum debito ad diem prænitiū non soluto. & dicitur lex commissoria ad similitudinem commissorum emphyteuticorum, & publicanorum: quorum mensura. l. secunda. C. de iure. emphyt. l. commissa. ff. de publi. & vestigalib.

Hinc colligitur aduersus communem sententiam, nullam debere, nec posse constitui differentiationem in legis commissoriz pactione inter creditorem, & fideiussorem: nam sicut pactum istud prohibetur cum creditore: eodem iure & cum fideiussore fieri nequid: atq; ut permisum est fideiussori ita creditori licitum erit: que ad modum ex prænotatis appetet.

Secundò infertur, licitum esse creditori pacisci cum debitore eo tempore, quo mutuum dat captis pignoribus: quod si intra certum diem pecunia soluta non fuerit, pignora empta sint ipsi creditori iusto pretio, tunc arbitrio & iudicio boni viri definiendo. l. si. fundus. §. vltimo. ff. de pignorib. Quod si prius quam pretium istud estimetur, resque adiudicata sit emptori, debitor mutuatam pecuniam obtulerit etiam post diem solutioni prænitiū: moram purgabit, & impedit pignorum perfectam venditionem, sicuti docent Angelus in. l. cūm dominam. C. de pignorib. Hippolyt. in singul. 468. Carolus Molinæus dicta questione quinquagesima secunda. numero 356. quod comprobari potest ex. l. fundus. ff. de rescindenda venditione. l. si residuum. &. l. si prius quam. C. de distract. pigno. Baldo in. l. pactum vulgare. C. de pignor. actio. nam licet haec venditio sit conditionalis. text. in. d. l. si fundus. §. vlti. & conditio iam euenerit: tamen consummata non est, donec pretium estimeretur. l. vltima. C. de contrahe. emptio. l. si merces. in principio,

ff. locati. quanvis quadam proposita distinctione contrarium senserit Anton. Fancen. de pignori. 4. parte. numer. 1.

Tertiò, hinc etiam probatur falsam esse Bart. & aliorum opinionem, qua communiter assertum est, pactum legis commissoriz etiam cum creditore initum: ex interuallo tamen validum esse quod ad retinendam rem, & excipiendum: licet nullum fuerit quo ad agendum. Hæc etenim distinctio omnino falsa est: quia ratione eadem, quæ nullum censetur pactum istud ab initio factum, prohibetur & damnatur factum ex interuallo, cùm enim debitor minus iusto pretio: nempe pro ipsa pecunia credita vendit pignus, aut re aliam creditori sub conditione dilatae solutionis: verè causa mutui creditor consequitur ultra sortem id, quod iusto pretio deficit: & ideo ab usuram criminis immunis esse non poterit. hoc ipsum probatur: siquidem negari non poterit usuram committi à creditore, qui ex interuallo receperit aliquid ultra sortem a debitore causâ mutui, & iure dilatae solutionis: in hac vero specie pa-  
cium istud, ex quo ultra sortem accipitur, sit causa, & ratione mutui: igitur id illicitum est. Et præterea nullio hæc Doctorum distinctione probatur: cum in. l. Titius. ff. de pigno. actio. quæ passim à Doctoribus adducitur ad probationem communis erroris, minimè tractatur de pacto legis commissoriz: sed de datione in solutum: quæ fit a debitore creditori: & ea certo, ac iusto pretio, vt ini-  
bi expressum est: non autem pro ipsa quantitate debita. Hæc vero datio in solutum nullum habet vitium: ac iure fieri potest. l. eleganter. in fine princip. ff. de pigno. actio. l. si præmium. & auth. hoc si debitor. C. de solutioni. Ergo absque legis autho-  
ritate, hæc differentia, quæ fraudem non exclu-  
dit, sed auget: fieri non debuit. Sic sane hanc tertiam illationem pulchre, & eleganter defendit Carolus Molinæus in dicta quæstione quinquagesima secunda. numero 363. contra Bartol. in. l. quauis. ff. de solut. Abb. numero iexto. & Doct. ixi in dict. capitul. significante. Alexand. consili. 173. n. m. 1. & consili. sequen. libr. septimo. Anto. n. Fancensem de pignorib. 4. part. num. 6. Guido Papæ. quæstione texta. Bart. Bald. Salycet. & Paulus de Castro in. l. Titius. Ripam in. l. nemo poterit. numero decimo quarto. ff. de legatis primo. & alios, quos refert in itaque libro secundo. de distract. in præfatione. numero septimo. & in fine. numero 134. quibus in locis dubitat de hu-  
ijs communis sententiæ veritate, existimans ex ea fraudem fieri prohibitioni legis, & pacti commissorij:

## C A P. III.

misorij: authoritatem sequutus Alber. in l. secunda. C. de pact. int. emp. & vend. versic. sed quid si. Empor. & Cuma. consil. 184. qui censem pacta ab initio prohibita in aliquo contractu: etiam si ex interuallo fiant, adhuc habere fraudis suspicionem.

Quarto & vltimo, quanvis in praxi fori exterioris, & interioris, apposito pacto legis commissoriæ pro quantitate mutuata: cogendus sit creditor soluto debito pignus debitori reddere, etiam si omnino constet, pignus ipsum iustissimè non valere ultra quantitatē mutuātam: fortassis verius est: quod in ea specie validum sit legis commissoriæ pactum cessante ratione prohibitionis. Et sanè procul dubio in eo casu creditor nihil tenetur restituere debitori in foro interiori nihil peteti, cum nihil ultra sortem ratione mutui percepit. qua in re oportet diligenter rem istam perpendere: iustumque pretium examinare, ne fraus, aut dolus sub imagine iusti pretij lateat.

## Ex Capite Sequenti.

## S V M M A R I V M.

1. Crimen usurarum, an sit mere Ecclesiasticum: late discutitur.
2. Usurarius poena infamiae punitur iure ciuili: & qua poena lege Regia sit puniendus?
3. Clericus usurarius qualiter iure Pontificio puniatur?
4. Quis dicatur usurarius manifestus ad interpretationem cap. quinquag. de usur. in 6.
5. Testes singulares, an probent quem usurarium: esse?
6. Cautione idonea qua sit? & an bona usurarij sint hypotheca titulo obligata pro restituzione usurarū?
7. Hæredes usurarij coguntur usuras restituere. & inibi, an ex delicto defuncti hæres tencatur?
8. Hæredes usurarij non conseclo inuentario, non tenetur ad usuras restituendas ultra vires hæreditatis.
9. Testamentum usurarij manifesti nullum est, nisi fiat seruata forma cap. quinquag. & ibi tradundur hac in re aliquot interpretationes.

## De poenis contra usurarios iure Pontificio, Regio &amp; Cæsareo statutis.



M N I V M C O N S E N-  
su in eam à nostris itū est sententiam, vt existiment juris  
vtriusque professores, usurarum crimen mere Ecclesiasticum esse: ita etenim opinantur glossi, & omnes ita capitul. cum sit generale.  
de foro competent. & in capitul. l. de offi. ordin. & in Clemen. dispensio sam. de iudic. Alexan. consilio. 29. nume. 6. lib. 4. Decius consil. 170. Iason. consilio. 153. libro quarto. columna vltima. quorum opinionem communem esse testatur præter alios Alber. in rubri. C. de usur. numero tertio. Imo usurarum causam esse quasi spiritualem asserit glo. in capitul. ex literis. de iure rei. His suffragantur tex. in capitulo primo. & 2. & capitul. præterea. de usur. vbi laici usurarij à iudicibus Ecclesiasticis puniuntur excommunicationis poena: qua quidem & alijs poenis etiam laici iure Pontificio ab hoc criminе coercentur. Quo fit, vt de usurarum scelere minime valeat cognoscere iudex laicus, etiam inter seculares: quemadmodum nec de hæresis criminе cum & id absque villa cōtrouersia mere Ecclesiasticum sit. Hanc tandem opinionem & nos in Epitome de sponsalibus secunda parte. capitu. 8. §. vltimo. numero tertio. probauimus quoties quæstio iuri tractanda contigerit: nam vbi tantū facti. quæstio inciderit, communiter receptum est, eius cognitionem posse iudici seculari iure competere: sicuti ex Barto. & alijs in l. Titia. ff. sola. matri. inibi explicuimus.

Rursus alijs placuit, crimen istud usurarum esse misti fori: & ideo laicum iudicem posse inter laicos causam istam iudicare: Ecclesiasticum vero inter clericos. quod tenuerūt Salyee. in l. eos §. vltimo. numero 8. C. de usur. Archidiac. in ca. quid dicam. 4. quæstione quarta. Gaspar Calderi. inter consilia Ancharrani, respōlo. 236. Barb. in dicto capitul. cum sit generale. numero. 173. quibus minime citatis Carol. Molin. in tract. de contraci. quæstione. 10. animo in Canonistas irato existimat, huius criminis cognitionem non minus ad iudicem laicum pertinere, quam homicidij, furti, similiūmque delictorum: que mere Ecclesiastica minime censemur.

Ego, vt libere quid senserim hac in controvēria proferam, censco usurarum crimen non esse mere Ecclesiasticum: & ideo eius cognitionem Tom. j. Var. Reso. Y y inter

## Variarum Resolutionum

inter seculares & laicos, ad iudicem laicum posse pertinere: siue sit questio iuris, siue facti: cundē que iudicent rectissimē hac de causa inter sibi subditos cognitum: quidquid communis Doctorum traditio haec tenus obseruauerit. Nā eam sententiam erroneam esse: nostramque iure verissimam manifeste probatur. Primo, quod nulli bi ius Pontificium vertuit, iudicem laicum hac de causa cognoscere: imo permisit iudicibus secula ribus super usuris iura dicere: iusque litigantibus reddere. capit. post miserabilem. de usur. Quod si hoc crimen mere Ecclesiasticum foret: profecto ius Canonicum alicubi: laicos iudices id tractare prohibuissest iuxta ca. tuam. de ord. cogni. capitul. primo. capit. lator. ca. causam quæ. in. 2. qui filii sint legit. ca. Inquisitionis. §. inhibemus. de hæret. in. 6. Secundo, quia crimen istud nihil plus habet, quam homicidium, quam furtum, quam & similia scelera: que in damnum, & iniuriam proximi perpetratur, hoc etenim ita ad sensum patet, ut nulla indigeat probatione: & tamē predicta crimina mere Ecclesiastica non sunt, ergo nec istud. Tertio, ratione urgentissima probatur: crimen siquidem usurarium non ex alio in re Ecclesiasticum dici potest: quam quod sit ab initio vetitum lege supernaturali, vel fuerit lege tantum Pontificia, aut naturali simul, & Pontificia duntaxat prohibitum. nulla autē harum qualitatum criminis usuraru aptari potest: igitur mere Ecclesiasticum dici non debet. Primum, sanē satis probatur usuras non esse lege supernaturali vetitas: cum id crimen non sit contra ea, que per Deum, aut Ecclesiam Catholicam supernaturaliter sunt inducta, & reuelata: quale est crimen heresios, crimen simoni: quatenus committuntur contra Ecclesię Sacramēta, & articulos fidei, gravissima à pernitosis hominibus hec ipsa delicta. Deinde usuras sola lege Pontificia prohiberi fas sum est omnino, sicuti capitulo primo huius libri, ostendimus. nam & lege naturali prohibitæ verè censentur. Sic & eas improbari iure tantum naturali, & Pontificio itidem non est admittendum: cum iure ciuili iuxta quorūdam sententiā fuerint etiam improbatæ, & absque ullo dubio certos quosdam limites excedentes usuræ iure Cæsarum prohibentur. l. cos. C. de usur. & penitus quacunque in quantitate iure Regio per Christiani orbis Principes damnatur. ecce quo pacto dici non valeat, hoc usurarum crimen mere Ecclesiasticum esse. Deinde si dixeris satis esse, ut hoc crimen mere Ecclesiasticum sit lege naturali & diuina prohibitum esse: eadem ratione oportet

fateri: & homicidiū mere Ecclesiasticum crīmē esse: cūm hoc sit lege naturali, diuina Euangelica & Pontificia prohibitum: idem dicendum foret de adulterio, de furto, & pluribus alijs, que absq; vlla cōtrouersia mere Ecclesiastica non iungit, nec talia dici debet: & prēterea quanvis grauis cōcedamus crimen usurarum olim sola lege Pontificia prohiberi cōceptum: cūm tamen & per leges ciuiles seculares postmodum, & nunc sit vetitū non sequitur ex hoc mere Ecclesiasticū esse, cūm & Sacrilegia olim Canonibus Ecclesiasticis cōperint prohiberi: nec ideo sunt mere Ecclesiastica: imo iudex laicus poterit de his cognoscere: quia etiā lege laica vetantur: secundum Abb. numer. 33. & communem in dicto capi. cūm sit generale. Ex quibus probatur Sacrilegium, & similia crimina nō esse mere Ecclesiastica, sed simpliciter Ecclesiastica: simpliciter inquam, ex eo quod & ratione iniuriæ locis, rebus, aut personæ Sacris illatæ eorum cognitio valeat ad iudicem Ecclesiasticum deferri. qua ratione possint dici Ecclesiastica secundum quid: atque ita non mere Ecclesiastica.

His tandem prænotatis, quo antiquorum Canonum crimen istud usurarium, & eius cognitio nem tractantium vera deducatur interpretatio: ipse opinor aliquot illationes adnotandas, & colligendas fore. Prima, olim eo tempore, quo viuere ultra limites quosdā, & iure seculari prohibite fuerunt ultra eosdem limites: inspectis rigore quodam iuris Principijs crīmē hoc mīsti fori fuisse, & nunc esse: ita ut laicus iudex inter laicos de eo cognosceret, Ecclesiasticus vero inter clericos quemadmodū de homicidio, de adulterio, de furto, & similibus: que vtraque lege Pōtificia, & seculari prohibentur, nec Pontificia tantum ab initio prohibita fuere. quod constat ex Abb. in dicto capitulo. cūm sit generale. columna penultima. quem sequuntur alij afferentes, crimen vtraque lege prohibitum mīsti fori omnino esse. quorum sententiam ipse sequor, modo crimen prohibitum lege seculari, & Pontificia simul nō cōperit prohiberi lege tantum Canonica: nam hoc Ecclesiasticum est, non tanien mere, nec itē crimen lege laica prohibitum fuerit ab initio lege supernaturali vetitum, ut hæresis: cūm hoc sit mere Ecclesiasticum. Hec vero latius hic tractare non vacat: præsertim cūm de his criminibus, que mīsta sint, vel mere Ecclesiastica, aut Ecclesiastica, diligentissimē tradiderit Martinus Ab Azpilcueta in relect. capituli. nouit, de iudic. notab. 6. collatio. 7.

Secundò,

Secundo, insertur olim eo tempore, quo iure ciuili intra limites quosdam usuræ præmissæ fuerunt, crimen istud quatenus ad usuras ita promis cas pertinebat, mere Ecclesiasticum fuisse: ita qui dem, ut eius cognitio solius esset iudicis Ecclesiastici: quia crimen hoc lege tantum naturali, diuina, & Pontificia prohibebatur. Quamobrem ad hoc tempus referri possunt Canones hi, qui quo fundam iudicio crimen istud probant esse mere Ecclesiasticum: atque hinc poterit perpendi quam occasionem habuerint veterum Canonum conditores, ut hulus criminis cognitionem iudicibus Ecclesiasticis vendicarent.

Tertio apparet, hisce temporibus, quibus & legibus laicis usuræ indistincte vetantur: crimen istud esse censendum ex rigore quodam, & iuxta veram iuris cognitionem, nisi fori: ut tandem inter laicos iudex secularis tantum de eo cognoscat: Ecclesiasticus autem inter clericos, sicuti de homicidio, de adulterio, de furto, & similibus.

Quarto non est hac in re pretermittendum: ex iuris Canonici decisionibus posse optime deduci etiâ hoc seculo iudices Ecclesiasticos habere huius criminis aduersus laicos cognitionem: quæ admodum & iudices secularares eam habere diximus: quod & praxis obseruat: nec est ab utilitate reipublicæ Christianæ alienum: cum tot annis post religionis Christianæ institutionem leges ieculares huius criminis coercionē neglexerint: imo partim eius usum probauerint: quo factum est, ut oportuerit, Romanos Pontifices pluribus Canonibus aduersus usurarios, & Principes secularates eos aliqua ex parte defendantes statutis curam hanc puniendi hoc scelus subire: ab hocque initio obtatum iam diu est: quod criminis huius punitio ad Ecclesiasticos iudices, simul & ad seculares etiâ contra laicos pertineat. Quasi crimen hoc, licet mere Ecclesiasticum non sit: Ecclesiasticum tamē dici vere possit ex eo quod ab initio renascētis Ecclesiæ iura Pontificia hoc prohibuerint: legibus secularibus id permittentibus, imo probantibus.

Vtunque sit, etiam si admittamus opinionem eorum, qui censent, usurarum crimen mere Ecclesiasticum esse: nihilominus scelus istud potest lege seculari poenis statutis puniri: quod ipse tradidi in Epitome de Sponsalib. 2. part. capitul. sexto. numer. 19. Imo exequitio instrumenti publici apud iudicem laicum ex lege Regia perita, non erit suspēdenda ad exceptionem usurarum nisi ea probetur intra decem dies: quanvis iudex

Ecclesiasticus, coram quo debitor petierit contractum usurarium pronuntiari iudicem laicum hac exequitione inhibuerit, aut cum requisierit, quod in ea supersedeat: sicuti & ipse adnotauit. 2. par. Epitomes, capitulo octavo. §. duodecimo. numero. quinto.

Punitur usurarius iure ciuili pœna infamiae. tex. singu. in l. improbus fœnus. C. ex quib. caus. infam. irroget & in capitulo. infames. 3. questio. septima. §. potro. Quæquidem infamia ipso iure irrogatur. glo. Cinus, Alber. & Salic. post Azonem in summa in dicta l. improbum fœnus. Panormi. numero secundo. Ancha. & alij in capitulo. inter dilectos. de excesso. Prælat. quo in loco iure Pontificio fere probatur. hæc ipsa pœna. idē adnotauit Matthei. nota. 197. quorum opinionem arbitror communem esse. Solet tamen controverti: an hoc sit admittendum in his, qui exercet usuras intra modum, & limites definitos Cæsarū in l. eos. C. de usur. Nam tex. in dicta l. improbus. videtur eos tantum hac nota afficere, qui usuras ultra limites legis ciuilis, id est, ultra centesimā exercent, cum aliæ usuræ intra centesimas permisæ forent. & ideo verisimile non est legem Cæsaream infamia eos affecisse, qui secundum eius permissionem, & eius auctoritate faci norident: & ita hæc opinionem probat glo. prima. in dicta l. improbum. quā sequitur Domini. consilio. 77. colum. penultima. his adstipulatur, quod pœna statutæ iure ciuili aduersus contrahentes incestas nuptias, referendæ sunt ad eas nuptias, quæ iure eodem ciuili ob consanguinitatem, & affinitatem erant tunc prohibite, non ad eas, quæ per easdem leges tunc permittebantur: tametsi iure Canonico essent improbatæ: secundum Anchæ. consilio. 391. Domi. conf. 71. Calderi. consil. vlt. de consangui. Deci. con. l. 268. num. 5. & Andre. Alcia. in capitulo. cum contingat. de iure iuri. nu. 53. Quamobrem opinio glo. in dicta l. improbum. satis probata quibusdam videtur, & Pan. in dicto capitulo. inter dilectos. num. 2. hac de usuris questione proposita, eam indecisam dimisit dubius valde circa eius veram resolutionem. Sed tamen contraria sententia est admittenda ex eo quod cum leges ciuiles improbum fœnus exercentes infamia afficerit, & iure naturali, ac Canonico indistincte quacunque in quantitate usuræ in maximam reipublicæ utilitatē improbe sunt & prohibitæ: satis est consonum, legislatores nō abhorrent hæc huius criminis punitiōem: leges etenim hac in re subseruiunt apud Christianos prohibitionis iuris Pontifici, quod iuxta naturam.

lem institutionē usuras maximis execratur prohibitionibus. Et ideo hanc ultimam opinionem elegerunt Guillel. de Cuneo, Petrus, Iaco. Butri. Cinus, Sali. & alij in dict. l. improbus. Mathes. nota. 49. quorum sententiam communem esse testantur Sali. in dict. l. improbum. columna prima. & Domi. d. conf. 77. columna penultima. eadem probat Regia. l. ultima. tit. secundo. lib. 8. ord. Hodie. l. 4. titul. 6. libr. 8. Recopilationis. idem præmittit Regia. l. quarta. titulo. 6. part. 7. nec obstat gl. in. d. l. improbum. quia communia omnia consensu reprobatur. nec item obseruit. quod ex Anchia. adduximus. cum id non esse verum: imo ex frequentiore Doctorum suffragio reprobatum esse ostenderim in Epitome de sponsa. 2. par. c. 6. §. 8. numer. 18.

Scribit tamen Salic. in. d. l. improbum. q. 3. nu. 4. usurarium publicum etiā ante sententiam notatum esse, & affectum infamia facti, & infamia iuris: ac usurarium occultum nec iuris infamia affici donec eius crimen detectum fuerit per sententiam. Cui suffragatur text. in dicta. l. improbum. dum exercentes improbum fœnus infamia afficit, quasi exercitiū eius criminis requirat: quod publice pateat. idem probat text. in dicto capitulo. inter dilectos. qui frequentem mutui dationē exigit: non alia ex causa, quam quod ad infamiam etiam iuris necessariam sit: delictum nō esse omnino occultum. quod & ratione constat: quia infamia etiam iuris ex delicto nascitur. tex. in. l. cognovimus. ff. de varijs, & extra. cognitio. sicut fama, & illæsæ dignitatis status ex bonis moribus. Neutrum vero sine publica rerum notitia potest contingere. Hoc ipsum generaliter de qua-cunq; infamia iuris ipso facto à lege irrogata censet Alfon. à Castr. libr. secundo. de potestate. l. pœ. c. vlt. tametsi. & in hac specie quā tractamus contrarium adnotauerit Pau. de Cast. in dict. l. improbum fœnus. in fin. iure Regio usurarius ita punitur: ut pecuniae ab eo usuris mutuo datae debitorum cedant, & adquirantur, & præter ea totidem numeros soluere damnatur: qui certis quibusdam modis eodem iure distribuuntur. Quod si usurarius semel hac punitus poena: iterum in idem crimen inciderit amittit dimidiā bonorum partem & demum si ita semel, ac iterum punitus in eandem tertio labem inciderit. omnibus bonis totoque patrimonio multabitur: & id addicendum erit Regio fisco: atque accusatori, vel denunciatori: quemadmodum cautum est. l. 1. & vlt. tit. 2. libr. 8. ordinat. Hodie. l. prima, & quarta. titulo sexto. libro octavo Recopilationis. Sed & Plato. lib. 5.

de legibus censet. Usurarium ita legē multandum fore. vt sortem ipsam, & usuras amittat.

Clericus usurarius itidem infamis est ipso iure eodem pacto, quo laicus. tex. secundum Abb. ini bi in dict. capit. inter dilectos. quod est intelligendum iuxta ea: quæ de laicis † paulò antè diximus ad interpretationem. l. improbum fœnus. C. ex quib. caus. infamia irroget. qua ratione repellitur clericus usurarius ab obtinendo beneficio. glo. in capi. præterea. de usuris. quæ probatur ex reg. infamibus. de reg. iur. in. 6. tametsi Episcopo permisum sit hāc infamiae notam tollere, & abolerere ab eo, qui iam pœnituerit ad effectū obtinendi beneficia Ecclesiastica: quod glo. communiter recepta adnotauit in dicto ca. præterea. Imo & clericus usurarius deponēdus est officio & beneficio. tex. insignis vbi hoc notant Ioan. Andr. Abb. Et Rauenna in capitulo primo. de usur. Alex. Imol. in consilio septuagesimo secundo. libr. primo. in prin. Quibus obiectetur decisio tex. in. d. cap. præterea. Ex qua clericus usurarius arbitrio iudicis ad certum usque tempus officio, & beneficio suspēndendus est, non ab officio, nec beneficio deponendus. Quod ita intelligendum est, vt clericus usurarius primo quidē suspensione puniatur: & demum in eundem lapsus errorem fenerare perseverans, deponendus sit ab officio, & beneficio: simpliciter vero usurarius abique proterua contumacia suspensione tantum sit puniendus: sicuti placet Host. in Summa. ti. de usuris. §. vlt. ver. alia à iudice. & Io. Episcopo Calagurrit. in Summa & pract. crimi. c. 82. quibus verba tex. in dicto cap. primo. dum dicit: usurarum lucris insistat, ad stipulantur. Nam & si similibus vtaatur Roma. in dicto capitulo. præterea. ita scribens qui si patere contempserit. si clerici sint, eos ab officio, beneficioque suspendas. non tamen ex eo constat, usurarum crimen commissum aduersus interdictionem Episcopi, clericum efficere in eodem delicto contumacem, & incorrigibilem. argum. eorum, quæ notantur in cap. cùm non ab homine. de iudic.

Quod vero diximus Episcopum posse dispensare cum clero usurario post pœnitentiam: vt beneficia Ecclesiastica obtineat: ne fortassis mirum cuiquam videatur infamiam, quæ ex usurᾳ contrahitur, ab alio quam à Principe tolli posse: vt Dominico visum est in dicto consil. 77. colūna ultima. præter alia poterit adnotatione quadam intelligi quantum ad beneficia obtenta, nam his ob infamiam etiam iuris minimè est priuatus: non quo ad obtinenda, quæ infames adsequi nō possunt

possunt absque Romani Pontificis indulgentia: hoc etenim glo. expressim obseruauit in. d. ca. inter dilato. de excessib. Prælat.

Ceterum, circa huius criminis punitionem extat celebris constitutio: quæ secunda est sub rub. de vslur. lib. 6. incipiens, quanquam. Ea siquidem usurarij manifesti, etiæ si iussent vsluras restituiri, & criminis commissi poenituerint: non sunt tradendi Ecclesiasticæ sepulturæ: imo & eorum testamenta sunt nulla ipso iure, nisi de vsluris ipsis fuerit, iuxta eorum facultates, vel post obitum plenarie satisfactum: aut illis, quibus facienda est restitutio: vel alijs eorum nomine, idonee de restitutione facienda sit cautum: ad eius constitutionis interpretatione aliquot, ipse explicare aggrediar, reliqua ordinarijs eiusdem loci interpretibus Missa facturus.

Primum, oportet exponere quis dicatur usurarius manifestus, ut ei conueniat prædictæ sententio poena. Et sane & dubio præcul manifestus est usurarius, qui palam, & publice fœneratij, artem ita exercet, ut ipsa operis, & patrati sceleris evidenter nullam excusationem habeat. cap. evidenter. de accusatio. in quo omnes conuenire video.

Et enim & is manifestus usurarius, qui crimē ipsum confessus est in iudicio: iure etenim ea confessio manifestum facit: rect. in capitulo vltimo. capitul. vslra. de cohabiti, cleri, & mulier. ca. cum olim de verb. signifi. glo. in hac specie in cap. 1. verb. manifestos. de vslu. in. 6. quā Doct. inibi sequuntur: & in. cap. quia in omnibus. co. titu. Diciturque frequentissime id esse notorium iuris: quod apparet per confessionem in iudicio emisam. Et ideo manifestus usurarius dicetur is, qui apud judicem confiteretur se viurarium esse: etiæ si simplex confessio sit: acc. professus fuerit se manifestari viurarium esse: quemadmodum & in specie explicat Francus in dicto capitulo primo super d. glo. manifestos. Et est de mente Doct. ibi. Abb. Anania, & aliorum in dicto capitulo quia in omnibus.

Tertio licet confessio extra judicialis non efficiat quem manifestum usurarium. capitulo vltimo. de cohabit. cleri, & mulier. si tamen ea facta fuerit corā Sacerdote, & testibus publice: ita qui dem ut id in plurim notitiam deuenerit: erit quis ex ea confessione usurarius manifestus. gl. in dicto capitulo. quanquam. verb. manifesti. quā ita intelligunt, & sequuntur Archid. Domi. & Franc. ibi. Abb. idem & Anani. columna quinta. in dicto

capitul. quia in omnibus. Bald. in. l. 1. colum. 4. C. de Sacros. Eccles. Felin. in cap. audit. columna penulti. de prescript. quorum opinio communis est secundum Soci. in cons. 127. columna secunda. libro tertio. Et profecto si eorum ratio nes consideremus: nō refert, an fiat ea confessio extra iudicium corā Sacerdote, vel notario: modo facta fuerit corā testibus ita palam, & publice quod in plurim aures, cognitionem, & scientiam peruerterit. Nam & hi Doctores ea ratione corū sententiam probat: quod ore confitentis crimē istud effectum sit manifestum.

Quarto etiam diceretur usurarius manifestus, qui ob hoc crimen iam à iudice per sententiam damnatus fuerit: cum iudicis pronuntiatio quid notorium efficiat. dicto capitu. vltim. de cohab. cleri, & muli. glo. hac in specie communiter probata in dicto capitul. primo. de vsluris. in. 6. iudex vero quempiam huius criminis dñare poterit si is testibus legitimis conuictus fuerit, nec prius usurarius hic manifestus dicetur etiam si testib⁹ aut alijs probationibus fuerit conuictus: quam à iudice sit per sententiam damnatus: quia madmodum Hostien. Abb. & alij explicarunt in capitulo cū in diœcesi. de vslur. Frederi. cons. 64. Domi. cons. 59. Abb. consilio secundo libr. secundo. & consil. 34. libro. 1. Iason. cons. 78. nume. 3. lib. 3. & ideo licet glo. in dict. ca. 1. verb. manifestos. scripsit, posse iudicem quempiam per sententiam usurarium declarare, & publicare, si is testibus, fama aut alijs argumentis conuictus fuerit. Ea tamen est intelligenda in hunc sane sensum: ut ante sententiā non dicatur is usurarius manifestus atque ita sunt intelligendi plures qui illius glo. meminere, & presertim Iason in. l. licet Imperator. ff. de legat. 1. columna secunda. Nam & hic sensus satis aperte ex ipsius glo. verbis: & ex his, qui eam sequuntur, deducitur. licet Abb. cōs. 81. lib. 2. voluerit, per famam, & adminicula absque alia iudicis manifestatione censi quem usurarium manifestum. Nec id in dicto capitu. cum in diœcesi. probatur. Sed tamen ex dicto glo. colligitur, in criminalibus ad punitionem sufficere famam cum argumentis: quod procedit, ubi argumenta probarent plus quam semiplene: quamadmodum dictam glo. laudans, & exponens adnotauit Felin. in capitulo. veniens. in. 1. de testib⁹. 4. column. cum alioqui in his fama cum uno teste minimè prober glo. communiter recepta in dicto capitulo. veniens. Et fortassis tutius erit: quod fama cum argumentis non prober quo ad pœnam grauem: etiam si sufficiat ad aliam me Tom. j. Var. Refo. Y y 3 dio-

diocrem, seu mitiorem poenam infligendam, auctore Domi, in dicto capitulo primo, quem Decius sequitur in capitulo primo column. quarta, de appellationi. In hac autem usurarum causa non censentur legitimi testes, qui afferunt ab accusato sub usuris mutuatam pecuniam recipisse: cum & hi respecti sint: ut afferunt Frederi. consilio. 61. Roma. sing. 355. Abb. & Feli. in capitulo. personas. de testib. Nec item testes singulares sunt ad ministrandi ad huius criminis probationem: ne mpe cum unus testis deponit, & testificatur de uno actu: alter de alio, sicuti docuerunt Abb. consil. 42. libro primo. Alex. consil. 72. libro primo. nu. 3. licet ex hac testificatione & oriatur infamia facta aduersus usurarium: quod Bald. scribit in l. 1. C. de testam. questione octaua. Et sane si cum hoc singularium testimoniis testimonio adsiat, & concurrent aliquot alii conieciur, scilicet multitudo testificantium, aliave presumptio: tunc erit sufficiens testimonium testimoniis singularium secundum Carolum Mollium in dicto consil. 72. nu. tertio. sensit Alexand. consilio. 100. libro primo. numero quinto.

Imo Episcopi constitutio nulla esset, & inuidia, quae frateretur, criminis usurarum probari posse per testes singulares. cum ea sit iuri contraria, nec plane conueniens, nec equidem iusta: sicuti respondit Frederi. consilio. 17. cui cōfessare Bald. consilio. 276. libro quarto. Lanfran. in rep. Cle. dispēdiosam. de iudic. col. vlt. Ioan. Baptista de S. Seuerino in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. column. 46. Doct. in dicto capitul. cum in dicto celi. ubi Abb. col. vlt. fateatur, hanc opinionem communem esse.

Verum quoties ageretur generaliter aliquem esse usurarium manifestum, aut simpliciter quae huius criminis infamia publicè notarum esse: testes singulares sufficerent ad eum effectum: ut reus usurarius manifestus censetur: si testes testimoniis perhibuerint eius qualitatis, quae manifestum usurarium, aut publicum efficiat: quāuis in actibus particularibus singulares sint: nec eos legitime probauerint quantum ad sententiam, & iudicium de eodem actu singulari ferendum. ita plane Bald. c̄set in dicta. l. prima. C. de testam. questione octaua. Ang. in disputatione: Estensis miles. Abb. consilio decimo octavo. libro secundo. Lanfranc in d. Cle. dispēdiosam. col. antep. versi. tercia conclusio. ex glo. celebri in l. ob carmen. ff. de testib. ad finem. quae probat, testes singulares sufficere ad plenam probationem alicuius rei, quae à pluribus actibus generaliter dedu-

citur, nempe ad probandum usum possessionis: usum iurisdictionis, quem infamen esse. idem Alexan. consilio. 141. columna secunda. libro. 1. & consilio. 92. columna quarta. libr. quinto. Bar. elegantia in l. de quibus. numero vigesimo quarto. ff. de legib. Capol. consil. ciuilium. 3. ad finem. Lanfranc. in capit. quoniam contra. de probat. §. testium. nu. 30. Areti. consil. 6c. Bald. & Paul. in l. Lucius ff. de his qui notat. infamia. Dodo. communiter in dicta. l. ob carmen. §. ultimo. Soci. consilio. 95. libro tertio. in fine. Aymon. consilio. 78. nume. 6. Quin & ipse Angel. in dict. disputatione: Estensis miles. existimat, ad hunc finem admittendos esse in testes aduersus usurarium etiam eos, qui ab eodem dixerint mutuum sub usuris accepisse: quiq; singulares sint ia hoc testimonio modo nullam ex eo utilitate consequantur.

Hinc profecto colligitur satis cautē, & prouide lege Regia Hodie. l. 4. tit. 6. lib. 8. Recopil. statutum esse: quod aduersus usurarium, quoties actum fuerit de eo puniendo ob usurarum criminis generaliter commissum admittatur testes singulares, quiq; testificantur ab eo sub usuris mutuum accepisse: modo his testibus à iudice fides habeatur, non equidem solis, sed adiunctis alijs argumentis, & administriculis: ex quibus simul & ex integritate morum, & vite ipsorum testimonia iudex ipse sibi periuaserit, fidem his adhibendā fore: ac tunc nulla pars poenae in usurarium statuta, & à iudice inflictæ, cum pecuniaria sit, ad ipsos testes pertinebit, hoc etenim sanctum est l. prima. tit. secundo. libro octauo. ordinat. Nec id mirum: cum ex opinione Angelii, tum ex eo quod & testibus singularibus alioqui quacūque in re fides adhibenda est: si id iudici usum fuerit ex negotijs & personarum qualitatibus. quod ex plicant Pau. Cast. in dicta. l. Lucius Cepola in dicto. consil. 3. in fine. Soci. con. 262. col. 5. libro secundo. Curti. junior easl. 106. columna prima. idem Paul. de Castro in l. admonendi. ff. de iure iur. columna septima. Aymon dicto consilio septuagesimo octavo. numero septimo.

Ex quibus Regij iudices admonendi sunt, ut cautē Regia constitutione vtatur in praxi: quoties de puniēdis usurarijs apud ipsos tractetur: si quidem in poenam statutum est: quod usurarius tot numeris, quot mutuo dedit reddere cogatur Regio fisco, & accusatori. Nā si de pluribus mutuis per testes singulares iuxta legem Regiam probatum fuerit: non omnino est usurarius integrum legis poenam soluere cogendus: sed mitiore arbitrio indicantis, nisi ipsi ex circumstantijs vi-

fum fuerit quodlibet mutuum satis planè probatum esse, qua in re oportet iudicem omnia diligenter & quod iudicio perpendere.

Tandem quo prima hęc c. quanquam. interpretatione ad vnguicū exāminetur: ego existimо p̄dilectis modis quempiajū manifestum usurariū dīci aut eorū altero, si tradetur de poenis in c. quia in omnibus statatis nempe ubi actum fuerit de non sepiendishā loco Sacro usurariis manifestis, qui in eo peccato, & criminē decelerant: & de non recipiendis eorum oblationibus, de quē non admittendis usurariis, qui non pœniuerint clus criminis, ad omnium Eucharistię. In his etenim casib⁹ sat erit, esse quem usurariū manifestum operis evidētia, confessio ne iudicat, extra iudicati, vel iudicis condannatione. Nuxta ēt quā modo explicamus. atque in hunc modum accipiendus est rex. in d. c. cum in diecessi. dum scelindum Abb. & cōm. nunem probat, dici manifestum usurariū eum, qui argumentis, alīsve probationib⁹ aīdīce huius criminis reis pronuntiantur fuerit, cum ad hos effectus, ut si aque iuris pœnitentiæ testis usurariū dicaturis, qui de eo criminē conuictus fuerit, aut falso in statim & ait a faciliā conuinci.

At si tractetur de pœnas statutis in d. ca. quanquam coram usurariis manifestos, etiam si hi citi ministris peccati pœnitentia, ac füsserint usuras debitos suis reficiat, eḡo manifestum usurariū quo ad h̄is pœnas ei in tantum existimo, qui ita palā, & publicē usuras exequitur, ut ipsa criminis evidētia via tergūtatione celari non possit, quod probatur ratione: A quidem non est verisimile Romanum Pontificem tam graues pœnas affuisse aduersus eum, qui seip̄l mutuum dede- rit iub usurariis, licet id confessus fuerit publicē in iudicio, vel extra iudicium, vel a iudice ex ea causa factit dominatus. Nec item in eam, qui secretim & oculite usurarios contractus pactus fuerit: quā nisdem in eius citiatis accusatus, vel cōfessio ne, vel probationibus ali⁹ fuerit condemnatus: nam & in his casib⁹ non posset iuste index h̄ic recte pronuntiare esse manifestas usurariū. Et hoc sententia, aut confessio eum efficiat manifestum non sufficit ea iudicis manifestatio ad pœnas: capi quanquam cū inibi, vt par est, manifestatio suæ, non iuris exigatur: idē probatur et eo quod in c. i. eiusdem tituli: exercitium usurariū manifestum requiratur; quo quidem deficiente legis pœna deficeret debet. Et præter hoc eadem sententia probatur authoritate Bart. qui in l. 2. nu. 3. ff. de furtis scribit, ad hoc vt quis

dicatur manifestus usurarius, oportete, quod is publicē tabulam, & mensam paratam habeat ad mutandum sub usuris. l. palam. s. de ritu nupt. idem Bald. voluit in l. i. C. de Sacros. Eccles. col. 4. dum asseuerat, non sufficere ad hoc, vt quis sit usurarius manifestus: quod probetur eum usurariū esse: sed requiri probationē actuū publicē, & palam gestorum super eiusdem criminis exercitio. idem Bald. in l. vnicā. §. similiq; modo. in 2. nu. 4. dicens usurariū manifestum cum esse, qui palam, & in omniū cōspectu, vel maiotis partis usuras exercet. Et quānis ident Bal. inibi addiderit, etiam dici manifestum usurariū, cum qui confessus fuerit in iudicio se usurariū fuisse simpliciter, licet non manifestū: sunt ea verba sane intelligenda, vt idem Bal. dōcet ad effectū, vt deinceps post confessionem cōseatur usurarius manifestus; id est manifestatus, & publicatus, nō autem manifestus ratione manifesti exercitū & negotiis quod ultimum requiritur ad pœnas. c. quanquam. Alioqui sequentur eiusdem cōstitutionis pœnis officiū, qui semel & occulte matus dederit sub usuris: & tamē vocatus ad iudicium id confessus fuerit: quod ego prosus alienum esse existimō à mente & intentione Romani Pontificis. Imò etiā si tractetur in d. c. cū in diecessi. de pœnas statutis in c. quia in omnib⁹. requiriit tex. ille quod probetur accusatos, seu delatos usurarios. s. manifestos, ecce igitur quod non est satis constare eos esse usurarios, nisi veram cōstiterit esse usurarios manifestos: & sic exigitur huius qualitatis probatio. Nec mihi placet, quod hac in re tradit Anto. Burgensis in d. c. ad nostrā. de emptio. nu. 28. scribens usurariū manifestū eum esse, qui cofam septem testibus dederit mutuum sub usuris. id enim non probatur iure quo ad tractatum istum, quem explicare incepimus, licet text. in l. hæredes palam. quantum ad alia id probet. Ex quibus communes hac in materia de usurario manifesto traditiones: quo ad pœnas. c. quanquam. non omnino procedunt. quarum secundam, & quartā merito reprobavit Anton. Burg. in dict. numer. 23. Quid si dikeris non posse contingere, hanc qualitatē manifesti usurariū probari per argumenta, sicuti p̄mittit tex. in d. c. cū n. in diecessi. Respondebo libenter ad huius interpretationis defensionem: argumenta inibi appellari indubitate indicia, aliasque apertissimas, & urgentissimas probationes: quarum meminit l. vlt. C. de probationi.

Secundo principiū est adnotandum, ad effugias his pœnas capitū. quanquam cautionē Tom. j. Var. Relo. Y y 4 ido-

## Variarum Resolutionum

idoneam fore necessariam, ut inibi decisum est:  
 & ideo non sufficere + simplicem cautionem: sed  
 requiri pignoratitiam, vel fideiussoriam. gl. com  
 muniter recepta in. d. c. quāquam. verb. idonee.  
 & in. c. ad nostram. de iureiu. vbi post alios. Feli.  
 gl. & ibi late Iaso. in. l. sancimus. C. de verb. signi.  
 nec satis erit hypothecam bonorum generalem  
 aut specialem ab usurario constitui: quemadmo  
 dum adnotarunt in. d. c. quāquam. Ioan. Andre.  
 Domini. Franc. & Doct. quos sequitur Soci. cō  
 fil. 127. col. 4. lib. 3. & Anania in. d. c. cūm tu. nu.  
 6. qua ratione. opportunè queritur, an bona vñu  
 ratij sint à iure tacitè hypothecata pro usuratu  
 restituione? Nam gl. in. d. c. quanquam. verb. fa  
 cultates. assert, bona usurarij esse tacitè hypothe  
 cata pro restituēdis usuris. idem gl. in. c. tua nos  
 de usuris. pectex. in. c. cūm tu. eo. tit. Qui tamen  
 hanc conclusionem non probat: cūm inibi statu  
 tum sit, quod bona empta ex pecunia usuraria: si  
 sint penes tertium lucratuō, & gratuito titulo:  
 deficientibus alijs usurarij bonis, vendantur pro  
 restituēdis usuris. Hoc tamen non ideo fit, quia  
 illa bona sint hypothecæ titulo subiectæ: nam si  
 ita, esset, vendenda forent, etiam quandoque ter  
 tius ea possideret oneroso titulo: quod satis cui  
 denter constat: sed venduntur ex quadam æquita  
 tate deductâ à iurisconsulto in. l. si me, & Tuiū  
 ff. si cert. pe. & protectio benigna quadam inter  
 pretatione. Nihilominus gl. sequuntur. Lapus al  
 leg. 74. & simpliciter quo ad omnia bona Bald.  
 in. l. exequutorem. col. 1. C. de exeq. rei iud. & in  
 l. vlt. C. de seruo pig. dat. manu. Alberi. in. l. pro  
 officio. C. de admi. tutor. Ripa. in. l. Senatuscon  
 sulto. nu. 9. ff. qui. caus. pig. tacitè cōtra. Nam La  
 pus eam opinionem admittit quo ad bona em  
 pta ex pecunia usuraria: ea etenim esse hypothe  
 ca submissa à iure certè pro restituēdis usuris:  
 quas creditor inique extorscat. tradit hæc de re  
 plura. Ioan. Lupi in rub. de dona. §. 65. num. 23.

Sed ad huius questionis certam resolutionē  
 oportet præmittere, res adquisitas, & emptas ex  
 pecunia usuraria ipsius emētis effici. & idem ad  
 quiri argumēto urgentissimo tex. in. l. si ex ea. C.  
 de rei vend. quod probatur, rem emptā etiā ma  
 la fide emptoris ex pecunia mea non esse meā:  
 nec mihi debitam, sed emētis. idem tex. in. l. 1.  
 C. si quis alt. vel sibi. l. quanuis ex ea. C. de pig.  
 notat in specie Caro. Moli. de contract. q. 83. nu.  
 628. Imo usurarius non tenetur debitori restitu  
 re rem, seu lucrū ex pecunia usuraria adquisitū:  
 tametsi pecuniam ipsam redere teneatur. ita vi  
 suma est Thomæ. 2. 2. q. 78. art. 3. Gabrieli, & alijs

in. 4. sent. dist. 15. que. 2. ibidem Maiori. q. 38. An  
 char. in regu. peccati. col. 2. de reg. iug. in. 6. Ioā.  
 And. Domi. & Franc. in cap. quāquam. col. 2. de  
 usur. in. 6. Laurentio a R. Odulphis in. c. cōsuluit.  
 q. 44. Abb. in ca. vlt. ad finem. cod. tit. & Carolo  
 d. q. 83. sat enim est, quod restituat id. in quo de  
 bitore in leſis id est. vñras. idē Syluest. verb. vñu  
 ra. 6. q. 2. licet Bal. in. l. C. pro socio. que. 10. &  
 Decius in. l. certi condictio. §. vlt. nu. 3. si. si cert.  
 pet. teneant. usurarium non tantum teneri ad re  
 stitutionē eius, quod ultra sortem à debitore ac  
 ceperit: sed & cuiuslibet alterius rei, vel lucri,  
 quod ex usuraria pecunia adquisierit, quod mini  
 mè verum est, nec iure probatur. atq; ita Ange.  
 in verbo. usurra. 1. §. 55. expressam Baldum repro  
 bat. Item, & illud est adnotandum: dominium  
 rei adquisitæ per usuram non transferri in credi  
 torem: unde si is ex enīa usurarum extorsit à  
 debitore equum, agrum, aliam ve rem: non effici  
 tur ex traditione illius dominus. quod in hac spe  
 cie verum esse cēserint Diuus Tho. 2. 2. q. 78. art.  
 3. Alex. de Hales. 3. par. q. 10. membr. 4. & Altif  
 fidorensis. 3. par. q. de usur. quos Joann. Maior  
 refert, & sequitur in. 4. dist. 15. q. 38. Bonaventura  
 in. 4. dist. 15. & ibi Ricard. q. 4. art. 5. Caiet. in opu  
 sculo questionum sex de usur. c. 1. Syluest. verb.  
 usurra. 6. q. 2. dicens hanc opinionem esse apud  
 Theologos, & Canonistas communī omnium  
 consensu receptam. cādem probat Ioan. à Medi  
 na in lib. de contract. c. de usurra. §. in tertio argu  
 mento principali. quorum opinio efficaci ratio  
 ne probatur: siquidem contractus usurarius om  
 nino nullus est iure naturali, Pontificio, diuino, &  
 ciuili saltem Regio: igitur ex eo dominiū minime  
 transit etiā spontanea domini traditione,  
 pr̄sertim, quod & in usurra ea traditio inuolūta  
 ria est. hoc probatur in. l. nō dubiū. C. de legib.  
 Bart. in. l. 1. §. si vir yxori. ff. de acq. pos. cuius sen  
 tētia à Doctoribus inibi recepta videtur. atq; ita  
 hæc sola ratio sufficiens est ad huius Thom. &  
 aliorum Theologorum opinionis probationem.  
 Eandem sententiam admittunt Ioan. And. La  
 pus, Domi. Franc. & alijs communiter in dicto ca  
 pitulo. quanquam. dum post Thom. assuerant.  
 usurarium teneri ad restitucionem fructū, quos  
 percepit ex domo, vel vinea per usurā adquisita  
 quia eos percepit ex re, quæ aliena est, cuiusque  
 alter est dominus. Et licet glos. in capitul. si quis  
 usurari. 14. questione quarta. Henr. Gandauen  
 sis quodlibe. 4. questione vigesimaquarta. Palu.  
 in. 4. dist. 15. questione secunda. articu. quinto. &  
 Hadria. in tract. de restituzione. §. ex his alia ori  
 tūc

ter q. tenuerint, in usurarium transire dominium rei viure causa adquisita: prior tamen sententia variorum est: quam etiam sequitur Dominicus Soto libro de inst. & iur. q. 4. art. 4. Nec ei aduersatur auctoritas: Diuini Tho. in dicta distinctio. 15. q. 2. articulo. 4. quæstio. 2. quia inibi aliorum opinionem potius refert, quam prober, dum scribit, se ut in usura accedit, in qua, ut quidam dicunt, dominium transfertur. His etenim verbis omnino non adorrit, nec concedit, veram esse illorum, quod ex cœlesti opinionem quem & ex nostris sequitur. Bald. in l. 1. C. de pig. act. num. 3.

His equidem prenatatis, potius placet, bona ipsius usurarij minimè esse hypothecæ, titulo tacito à iure obligata pro usurarium restituzione: cum nullibi hæc hypotheca à iure inducta sit, nec alicubi appareat, eam statutam esse. & ideo Doctor communiter hanc sententiam probant in dicto capit. quanquam, & in dict. capit. cum tu: & in capit. tua nos. de usur. idem assertus Caletan. in dicto capitulo primo. qui censet, priorem opinionem procedere, ubi eo tempore, quo bona usurarij ad tertium deuenierunt: usurarius ipse non habebat alias res, vnde posset debitoribus usuratas restituere: quod iure verum non est, cum ut diximus, nulla sit à iure in hoc casu hypotheca constituta. Quāobrem is qui oneroso titulo bona usurarij habuit, non poterit conueniri, nec a diuane reali, nec personali ad usurarum solutionem, & restitutionem: etiam si eo tempore, quo illa bona acquisiuit, usurarius alia non haberet: ex quibus posset usuratas reddere. Posset forsitan Cœta sententia obtinere, ubi qui rem habuit ab usurario etiam oneroso titulo sciebat eo tempore usurarum esse obnoxium usurarum restitutionem: non aliud possit eas reddere, quam ex illa re. in hac sententia specie satis admitti poterit, hunc totum honorum usurarij possessorem cogendam sere vel usuratas restituere: vel bona usurarij debitoribus, a quibus viure extorta fuere, pro ea cum satisfactione tradere.

Tertio, inquirendum est, num hæredes usurarij cogantur usuratas reddere: Et constat eos tenere ad usurarum restitucionem. + text. in capit. tua nos. de usur. capit. in literis. de raptorib. capit. ultimo. de sepultu. gloss. in dicto capitul. quanquam. verb. facultates. idque communis omnium consensu receptum est. Et probatur ea ratione, quod iure saltu Canonico hæres teneatur ex delicto defuncti: etiam si ex eo crimine nihil ad eum pertinerit: sicuti Romanus Pontifex in dicto capitulo ultimo. expreſsim statuit: licet iure ciui-

li ex delicto defuncti hæres non teneatur: nisi ea ex parte, que ad eum pertinenterit, vel insolidum: quoties lite contestata defunctus decesserit. l. prima. C. ex delicto defuncti. Et ideo hoc discrimen interius Canonicum, & ciuite constituitur: vt iure Pontificio hæres teneatur ex delicto defuncti: non sicut in civili glo. in dicto capitulo ultimo. cuius opinio communis est, quemadmodum constat ex Henri. inibi, & testantur Antoni. Burgen. in capit. primo. de empt. columna. 4. Caro. Rutilus cōsili. 20. lib. 4. & R. 9dseri. Xuares allegat. 26. quam sequitur loā. Faber. in §. poenales. Inst. de perpet. & tempo. astio. Hæc vero differentia dispuicit Panormita. in dicto capitul. ultimo. qui existimat, ius Pontificium à ciiali minimè differt: sed ideo iure Canonico teneri hæredem ad satisfactionem damni, & lesionis illatae per defunctum: quia tacite saltem, ipse defunctus decedens cum signis contritionis promittit, & iniungit illius damni compensationem: ita quidem quod hæres ratione huius tacitæ promissionis, vel pracepti potius quam ex delicto teneatur. idem repetit Abb. in dicto capitul. in literis. facit gloss. in signis in capitul. à nobis. in magno. de sententia excommunicati. in glo. vlti, quæ recepta ibidem ab Abb. & Felino opinionem Panormitan. probat. dixit eandem gloss. singul. Angel. verb. hæres. §. quarto. in hi profecto non placet hæc Panormitan. sententia, cum ex dicto capit. tua nos. de usuris. deduci possit hæredes usurarij teneri ad restitucionem usurarum, etiam si is imponitens decesserit. quod præter alios deducit Bald. in l. prima. C. ex delicto defuncti, numero decimotertio. Nec Oberit, si quis cum Panormita responderit, eam decisionem in usurarijs specialem esse, ideo qua usurarius non teneretur ex delicto: sed ex qua si contractu: nempe conditione indebiti. gloss. communiter approbata in ca. Michael. de usur. glo. in capit. Epilcopum. 16. quæstio. 6. qua ratio ne Abb. & Anani. in dict. capi. tua nos. Bart. in l. 1. num. 8. ff. de priuat. delict. Areti. in rub. ff. de ad qui. hæred. col. 3. cœsent, hæredes usurarij teneri omnino ad usurarij restitucionem: non ex delicto defuncti, sed ex contractu. Nam, ut ipse opinor, idem erit in hærede furis: in hærede incendiarij: in hærede raptoris: hi siquidem tenebuntur ad damni illati satisfactionem, etiam si defunctus imponitens decesserit, saltem in foro conscientia, & exteriori Ecclesiastico. quod placuit Ioanni Fabro in dicto. §. poenales. Aretin. in dicta rubri. de acquirend. hæredita. colum. 3. Hadria. quodlibc. II. articul. I. nulla etenim ratio congrua differen-

# Variarum Resolutionum

tiae dari potest; inter usurarium, furem, & rapto-rem, quo ad illati damni emendationem: ad quam naturali iure omnes hi tenentur non ex contra-ctu, nec quasi contractu: sed ex causa illatae lesio-nis proximo, quod ita manifestum est, vt nulla 8 indigat probatione: præsertim id proclamante regul. peccatum. de regal. int. id. 6. Nec nullus erit mediocri eruditione prædictus, qui audeat hæredem furis iure Pontificis, aut in interiori foro de-fendere à reparatione damni illati proximo per furum commissum ab eo, cuius hæres extitit. Quamobrem non est omnino recipienda Panormitani sententia. Quod sit, vt vel communis differentia inter ius Pontificium, & ciuile obseruāda sit: vel quod forsitan verius est, assuerati poterit, etiam iure ciuili hæredem teneri ad satisfa-ctionem damni illati ex delicto defuncti actione rei persequitoria: quiavis nihil ex eo crimine ad hæredes peruererit, nec his fuerit à defuncto co-testata: quæadmodum & in interiori iudicio ad id hæredes tenentur. Nam & iura Cæsarum, qui bus statutum est, hæredem non posse ex delicto defuncti conueniri, intelligenda sunt, quo ad actionem poenalem, vt poenam criminis foluat: non autem quo ad dāni illati persequitionem: actione etenim persequitoria rei, & damni illati conueniri hæres propter crimen defuncti poterit adhuc in foro ciuili, & seculari: sicuti noue, & aduersus communem visum est Carol. Moling. In additionibus ad Deciu. in. l. pupillum. §. in ha-redes ff. de regulis iuris. cui suffragatur tex. sing. quem si nō adducit in. §. his autem verbis. Insti. de lege Aquil. quo in loco premitit Iustinianus actionem legis Aquilie poenalem esse: quia non solum tanti quisque damnatur: quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris. Subdit dein de text. ideoque constat in hæredem eam actio-nem non transire: quæ transituta fuisset, si ultra damnum nūquam his estimaretur. Sic sane pro-batur actionem ex delicto rei persequitoriam omnino in hæredem competere. idem probatur in. l. si pro fure. ff. de condi. furt. & in. §. vlt. Insti. de oblig. quæ ex quasi delict. naf. quibus appetet aduersus furis hæredem dari condictionem fur-tiū, etiam si res furto ablata perierit vivente, fu-re, nec ad hæredem peruererit. Et licet omnium consensu assueretur, esse speciale quid in condi-tione furtiva, vt contra furis hæredem detur: ego non video congruam rationem differentias inter damnum illatum furti crimen, & illatum incendio, rapina, similiive scelere quantum ad ip-sius damni reparationem: idem igitur erit in hæ-

rede usurarij, in hærede furis, raptoris, incendiarij, de populatoris agrorum & similium.

Illud vero obseruatione dignum censco: an hæredes, qui ex delicto defuncti tenentur iuxta ea, quæ modo diximus, teneantur & etiā ultra vires hæreditarias: si inuentariū non consecerint & quibusdam placet: sat esse hæredes etiam non consecuto inuentario: conuenire posse iuxta vires hæreditarias, ita quidem, vt ultra patrimonium defuncti in hac specie minime teneantur: cum præter, né dicam contra regulas iuris ex delicto defuncti conueniantur. Sic adnotarunt Frederic. consilio vigesimo primo. Ioannes Andreas Do-minii & Franc. in dict. cap. quanquam. super gl. mandauerint. Henti. in cap. vltim. de sepult. Areti. consil. i. 48. column. vlt. Anania in dict. cap. tua nos. idem latitis in cap. in literis. de rapto. vbi numero. 7. hanc opinionem scribit communem esse: idem testatur Carol. Ruinus consilio. 20. lib. 4. eadem veram esse censet in omnibus criminibus præter usuram Areti. in rubri. ff. de adquirē. hæred. col. 3. at in viutra opinatur, hæredem, qui inuentarium non consecerit, in solidum ultra vires hæreditarias omnino teneri. Quin & Panor. aduersus vulgo receptam sententiam in dicto ca. in literis. in omnibus criminibus opinatur, hæ redem nō consecuto inuentario ultra vires hæreditarias teneri ad criminis, & damni emendatio nem, ea ratione, quod hæres non tenetur ex delicto defuncti aliqua dispositione iuris specialis: sed ex tacito precepto testatis, qui poenitens de cesserit, quam rationem fallam esse paulo ante ostendimus, & ideo Pan. opinio nequaquam poterit ea comprobari: fortius prosector persuaderi posset ex eo, quod hæredes teneantur nō conse-cto inuentario insolidum ad soluenda debita defuncti: sicuti iure manifestum est: & damni illati proximo à defuncto restitutio inter vere debita computanda sit. Sed nihilominus communem sententiam ipse sequor, cum propter tex. in dict. ca. quanquam. & in dict. c. tua nos & in dict. ca. in literis. quibus hæc satisfactio iniungitur hæreditibus iuxta facultates defuctorum: tum propte-rea quod in hisce casibus hæredes ex delicto defuncti potius, quam ex contractu conueniuntur vnde oportet rigorem hunc aliqua æquitate te-perari. tametsi iuxta diligentem, & exactam di-sputationem iustius defendetur Abb. opinio, quæ tenet Paul. Castr. in rub. ff. de acqu. hære. & ante omnes eam probauit glo. in dict. capit. in literis. Quod vero Areti. in dict. rubri. adnotavit in viuri opinionem Abb. defendens ob id, quod

vslarum restitutio descendat ex contractu: & peti possit condicione indebiti, refelli poterit: quia debitor scienter vsluras indebitas soluit: & ideo condicione indebiti, quidquid alij dixerint, minimè congruit secundum notata in l. prima. ff. de cond. indeb. Et si dixeris, debitorem coactū iuramento, quādoque vsluras indebitas soluisse: cap. debitores. de iure iuri. tunc non magis compētit ei condicione indebiti, quām soluenti debitū pērmetum. Et deinde etiam si condicione indebiti haec in specie detur: ea est irregularis, ac extra ordinaria potius ex delicto descendens, quām ex contractu: quemadmodum & sēpissime contingit aliquid recipi indebitum quidem ob iuris diuinī, vel humani prohibitionem ab eo qui sciēter soluit.

Quarto, licet alioqui infantes testari iure valent: & eorum testamenta minimè irrita sint prohibiter infamiam iuris. I. eius qui. in fin. ff. de testamentis. l. prima. C. de secundis nupt. Bart. & Doro. communiter in l. i. cui. §. si quis ob carmē. ff. de testamen. Bald. in. l. vltima. in fin. C. si a non comp. audie. Et item quanvis iure veteri Pandectarum vslararius manifestus posset condere testamentum. I. eius qui. in princ. ff. si certum petat: vbi hoc in specie adnotauit Alberi. Roma. & Iason. iure tamen + Pontificio vslarij manifesti testamentum ipso iure nullum est. text. in dicto ca. quanquam, ad finem. Imo non posset lcx. Principis secularis statuere, quod vslarij manifesti testamentum valeat secundum Bald. in consil. 334. lib. 2. nisi præmissa cautione, cuius mentio fit in dict. cap. quanquam.

Quinto idem erit in codicillis. nam & hi facti ab vslarato manifesto nulli sunt: sicut & testatum, gloss. so in. Andr. Domini. & Franc. in dicto cap. l. quanquam. Franc. in rubri. de testa. in. 6. num. 34. Anania in ca. quia in omnibus. de vslur. mutu. addit glo. rationem: quia alioqui ea cōstitutio vslaria vslarioris manifestos condita, redderetur elusoria, si Codicilli ab eis facti valerent. Vnde pari glo. commendant, & laudant Feli. in cap. translato. de constituta. column. vlt. Burgenfisi in cap. ad nostram. colum. 3. de emptio. Barb. consil. 33. lib. 2. col. 6. ex ea deducentes constituta plenaria exterridendam fore: ne reddatur inutilis: & frustretur passim ex cogitatis cautelis.

Sexto, eadem prohibito, & in donatione causa mortis obtinebit, iuxta resolutionem a nobis traditam. in rub. de testam. 3. part. nu. 11.

Sexto, circa eandem constitutionem controvèrtitur: quid dicendum sit in Iudeo manife-

sto vslarario, an & eius testamentum irritum sit non præstata cautione idonea de vslris restituendis? Et Alexan. I. mol. consil. 6. lib. 6. Areti. consil. 153. Socin. consilio 119. libro quarto. & consilio 70. libr. primo. Alciat. lib. 1. de verbor. significat. colum. 21. existimant, poenas statutas in dict. ca. quanquam. nulla in parte Iudeos afficere: dupli ci quidem ratione: primum quod Iudeos non conueniant illius constitutionis verba: quibus de Ecclesiastica sepultura, que ad eos nihil attinet, tractatur: & ob id nec ipsa constitutio Iudeos afficiat. ex gl. in l. mancipia. C. de seru. fugit. deinde quia Iudei exempti videntur a legibus Ecclesiasticis: cum hi extra Ecclesiam sint. ca. gaudemus. de diuort. capit. omnis Christianus. II. quæstio. 3. capi. multi. 2. quæstio. f. notatur in capit. 1. de constit. verum hac in controversia ergo verum esse censeo quo ad prohibitionem testandi, & testamenti reprobationem Iudeos dicta constitutione omnino ligari: sequutus Carol. Moli. in d. Alexand. consil. 6. & Deci. quanvis dubitanter in dict. ca. 1. de constitut. in. 2. lect. numic. 8. Nam quo ad testamentum optimè congruit etiam Iudeis prohibitio a Romano Pontifice facta ad coercendū vslrarum exercitiū, & ideo licet quo ad alias poenas verba eis non contueriant, eadē lex non minus obtinebit: nisi cautio meliori modo, & forma, qua possit, a Iudeo præstata sit. Iudei vero in Provincijs Christianorum habitantes, proculdubio Principibus secularibus, & Ecclesiasticis subiiciuntur: non quidem quo ad spirituales poenas: & ea, que ad spiritualia pertineat sed in his, que ratione politica ad legis naturalis observationem, & tutelam constituuntur. quod deducitur ex traditis in capitulo. 1. de constit. gl. in ca. saep. 28. quæst. 1. Oldra. consil. 333. Deci. in dict. ca. 1. nu. 17. post Abb. Card. & Feli. ibi. codē Decio in c. consuluit. in. 3. de app. Corneo. cōs. 114. lib. 1. Socin. consil. 119. libr. 4. quod alibi opportunius tractabitur.

Ostendo, non tantum obtinet cap. quanquam cōstitutio aduersus manifestos vslarios ex causa mutui: sed & contra eos, qui manifestè venditionis, & emptionis titulo vslras exercent. ca. ad nostram. de empto. c. in ciuitate. ca. natiganti. de vslr. notant in hac specie Abb. in dict. ca. ad nostram. & ibi Anto. Burgen. numer. 7. idem Abb. consil. 23. lib. 1. Iason in. l. eius qui in Provincia. 2. colum. ff. si cert. pet.

Nono, prætermittendū non est, testamentū factū non præstata Canonica, & solēni cautione nullū esse: non solum si fiat ab eo, qui eo tempore

# Variarum Resolutionum

pore manifestus est usurarius, sed & ab eo, qui manifestè fœneratitiam artem exercuerat: licet tempore testamenti improbam negotiationem dimiserat: secundum Ang. in disputatione incipienti. Astensis miles. quest. 12. Anani. in d. cap. quia in omnibus. nu. 15. Feli. in ea. 1. de probatio. nu. 19. & Soc. consil. 127. lib. 3. ubi scribit, hanc opinionem communem esse.

Decimo, quanvis manifestus usurarius testamentum fecerit praestita Canonis cautione, si tamen post testamentum etiam secrete: usurarium crimen commiserit: nullum erit testamentum: cum constet factam fuisse pœnitentiam: quod notwithstanding Angel. in dict. disputat. questione. 13. Anania in dicto capi. quia in omnibus. num. 15. Abb. consil. 1. lib. 2. Franc. in rub. de testam. numer. 38. Frederi. consil. 7. Domini. post alios in dict. cap. quanquam Bald. in l. exequutotem. C. de exeq. rei iud. num. 21.

Vndecimo, si quis cum usurarius non esset testamentum fecerit: ac demum post testamentum manifestus efficiatur usurarius, irritum erit testamentum: cum eadem sit ratio in hac specie, que in eo casu quo tempore testameti usurarius manifestus erat: siquidem Canon solennem cautionem indixit manifestis usurariis, ut usuræ palam extortæ omnino restituerentur: atque ita haec interpretationem adnotarunt Frac. in dicta rubrica. de testament. numer. 37. Domini. in dicto capitul. quanquam in fine. Bartol. & Imol. in Clementina prima. de sepulturis. Frederi. dicto consilio. 7. Imola in capit. 2. de testamen. num. 25. & probatur: quia ad vim testamenti oportet, testatorem posse testari tempore, quo testamentum condidit: & deinde mortis tempore. l. 1. §. filius. ff. de legat. 3. atque ideo testamentum in proposta questione minimè valebit: quidquid dixerint Angel. in dict. disputatione. 12. & Anania in dicto capitul. quia in omnibus. num. 14. versicul. duodecimo.

Duodecimo, hoc in tractatu ambigitur, quid dicendum sit: ubi usurarius manifestus testamentum fecerit non praestita Canonis cautione: an id testamentum vires assumat, & confitetur, si testator cautionem postea praestiterit. Et seclusa huiuscce articuli disputatione, ego opinor, testamētum hoc validum effici: quia satisfit Canonis constitutioni, & eius prohibitioni. quod expressim tenuerunt glossi. Ioannes Andreas, Dominicus, & Francus. in dicto cap. quanquam post Ancha. ibi. Franc. in dicta rub. de testamen. num. 38. Anani. in dict. ca. quia in omnibus. num. 12. Bar.

& Imola in l. filio præterito. columna vlti. ff. de iniust. rupt. Paul. Castren. cōsil. 292. lib. 2. & Imola in capitul. 2. numer. 26. de testamen. quorum opinio communis est secundum Alex. in l. Gal. lus. §. vlt. colum. 2. de lib. & posthu. quanvis contraria iure verior sit, ut testantur idem Alex. dict. col. 2. Bal. in l. exequutorem. nu. 22. ff. de exeq. rei iud. & in l. posthumo. columna vlt. C. de bono. posse. contra tabul. quo ad Ecclesiasticam tam sepulturam satis erit, cautionem post mortem usurarij manifesti præstari ab eius heredibus gl. inibi recepta in Clemens. 1. verb. usurarios manifestos. de septult.

Decimotertio, adnotandum est, testamenta manifestorum usurariorum ita nulla & irrita esse praestita Canonica cautione, ut nec legata ad pias causas in eis relicta debeantur. Bart. numero. 30. Bald. numero sexto. l. 1. C. de Sacrosan. Eccl. Abb. in rubrica. de testamen. columna vltima. & Franc. in ead. rub. libro sexto. numero. 35. ex eo quod nulla sint haec testamenta ipso iure, nec quidquam in eis relatum peti iure valeat. Aequius tamen est, quo ad pia legata haec testamenta fauore pietatis validacensi: modo, testator pœnitens scelerum, & cum contritionis signis decesserit: quod Dominico placet in dicto capitul. quanquam.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Id, quod creditoris verè interfit tam ratione lucrcessantis, quam damni emergentis licet ab eo exigitur abique usurarum labo. & num. 2.
- 2 Altera ratio decidendi adducitur ad. l. curabit. C. de actio. empt.
- 3 Examinatur Baldi opinio in. l. 2. C. de usur. an. l. curabit. obtineat ubi ab emptore nulli potuerunt fructus è re empta percipi?
- 4 An dominij translatio impedit usuras pretium non futi?
- 5 Quid ubi traditio facta fuerit data dilatione ad premium soluendum?
- 6 Etiam ab initio potest quantitas eius, quod intererit, vel usurarum in pacto definiri.
- 7 Fructus post venditionem percepiti, an ad emptorem, an ad venditorem perirent?
- 8 Discutitur, an constitutio. l. curabit. sit admittenda in pacto, & promissione vendendi tradunturq; in hoc capite viginti intellectus ad eandem constitutionem.

Traditur vera ratio deci-  
dendi ad. l. curabit. C. de  
act. empt.

## C A P. IIII.



V R A B I T; IN QVI-  
unt Cæsares, Præses Provin-  
ciae compellere emptorem,  
qui nactus possessionem fruc-  
tus percepit, partem pretij,  
quam penes se habet, cum vi-  
suris restituere, quas & perceptorum fructuum  
ratio, & minoris ætatis fauor, licet nulla mora  
intercesserit, generauit. Hactenus constitutio:  
quæ ex eo dubia censemur: quod contra iuris na-  
turalis, diuini & humani rationem vsuras lici-  
tas esse statuerit. hoc autem cur ita obtinuerit  
explicandum est. + Nam aliquid ultra ipsam for-  
tem plenique iure, iusteque recipitur: vbi id  
redditur ex causa interesse, damni emergentis,  
aut lucri cessantis. text. in. l. tertia: §. vltimo. ff.  
de eo quod cert. loco. l. atqui natura. §. non  
tantum. ff. de negot. gestis. & l. socium. ff. pro so-  
cio. l. & in contraria. ff. de vslur. capi. peruenit. de  
fidei. capitu. dilecti. de foro competen. notant  
Inno. in ca. Sacro. de sent. excommu. glo. in ca.  
conquestus. de vslur. vbi Panormi. & Doct. glo.  
in dict. l. curabit. & in l. prima. C. de summ. Tri-  
ni. & in l. secunda. C. de vslu. & inibi Bart. & alij.  
Bal. Abb. Feli. post alios in cap. P. & G. de offi. de  
legat. idem Panor. Felin. & Deci. in capitul. cum  
venerabilis. de exceptioni. Ioan. Lupi in capitul.  
per vestras. de donat. 6. not. Decius consilio. 116.  
& consil. 119. Aymo consil. 189. columna vltim.  
ex Theologis diuus Thom. 2. 2. quest. 62. artic. 4.  
& questione. 78. articul. 2. vbi Cajetan. Conrad.  
de contract. questio. 30. Cardin. à Turre Crema.  
in capitul. si res. 14. questione. 6. versi. ad tertium.  
Sylvest. verb. vslu. 1. questione. 19. Gabriel in. 4.  
sententia. distinctio. 15. questione. 11. articulo. 1.  
not. 2. & Ioan. Maior. quest. 30. Angel. in Summa  
verb. vslura. 1. quest. 16. Florent. 2. par. titul. 1. cap.  
7. §. 19. tradit late Rebussus in. l. vnica in Princi.  
C. de sent. que pro eo quod inter. optimus tex. in  
l. si commissa. ff. rem ratam hab. Sic tadem fit, vt  
in specie dict. l. curabit. vendor iuste recipiat v-  
suras pretij non soluti iuxta eam quætitatem, quæ  
ex ipso pretio statim prestito lucrari posset, vel  
secundum compensationem damni, quod habuit

ob dilatam pretij contenti solutionem. Hæc ta-  
men ratio plerisque non placebit consideratis  
conditionibus eius, quod verè interest: & verbis  
prædictæ constitutionis: quemadmodum paulo  
post tractabitur. Et ideo alia ex causa Cæsarum  
responsio poterit defendi: si rem ista diligentius  
examinantes obseruemus, vsluras, quas venditor  
hoc casu percipit, nō esse verè vsluras, sed rei pro-  
priæ persequitionē, quæ deducitur ab æquita-  
te iustitiae commutativa, quæ in æqualitate con-  
sistit, vt scribit Aristoteles lib. 5. Ethico. capitulo. 5.  
& ea versatur: quod quatenus unus cōtrahentiū  
impler, debet aliter vicissim implere, aut implēti  
soluere lucrū implēti recepti: nē sequatur inę  
qualitas inter commutatēs proprias res. Nam si  
emotor fructus percepit rei emptæ nondum sol-  
uto pretio: iustum est; vt pretij vsluras vslque ad  
fructuum quantitatēm soluat venditoris: qui ei  
rem tradidit liberè: cū eam tradere pretio non  
soluto minimè teneretur. L. ex empto. in princ. ff.  
de actio. empt. atq; hæc est ipsam et ratio: qua iu-  
stissimè à Cæsaribus statutum est id, quod in di-  
cta l. curabit. decism extat: sicuti expressim ad-  
notauit Carol. Moli. de contract. quest. 74. nu.  
559. & probatur in eadem constitutione dum in-  
quit, quas vsluras perceptorum fructuum ratio, si  
cet nulla mora intercesserit, generat. Itē & in. l.  
2. C. de vsluris. ibi, Æquitatis ratione præstare em-  
ptor vsluras pretij nō soluti cogitur, pulcher tex.  
in l. Julianus. §. ex vendito. ff. de actioni. emp. Nā  
cum re emptor fruatur, ait Iuriscon. æquissimū  
est, eum vsluras pretij depēdere. idem apparet in  
l. vltim. § vltim. ff. de fundo. dot. Quibus accedit,  
vsluras lucratorias omni iure reprobas esse: vslu-  
ras autē compensatorias omni iure admitti:  
quia dantur in compensationem eius, quod iu-  
stè competebat, & debitum erat eas recipienti.  
quodque ipse iustissimè habiturus esset, secundū  
Baldum, Paulum, & Salycetum in dict. l. 2. Ana-  
ni. in ca. 1 col. pen. & in cap. conquestus. colum-  
na. 1. de vslur. Caro. Moli. in consuetudinibus Pa-  
risien. titul. 1. §. 1. glo. 9. nu. 20. & Hiero. Cagnō-  
lum in dict. l. curabit. 2. colum. Qua profecto rā-  
tione perpensa, & ad vnguem inspecta: plura de-  
duci opportune possunt ad apertiorē huius  
constitutionis interpretationem: quoru aliquot  
summatim attingam, vt constet quantum utilita-  
tis habeat utriusque iuris decisionum ab origine  
rationum inquisitio.

Primo, deducitur emptorem teneri advsluras  
pretij non soluti vslque ad quætitatem fructuum  
rei emptæ: sibi que tradit, etiam nulla præceden-  
te mo-

## Variarum Resolutionum

te mora regulati: etiam si venditor ex pretio statim sibi soluto nihil lucratus esset. quod probatur in dict. l. curabit. constatque ex posteriori ratione, & id præmittunt fere omnes, qui hanc materiam tractauere. Quod si Cæsarum cōstitutio rationem deduceret ab eo, quod interest vēditoris causa damni emergentis, aut lucri cessantis, contrarium fore respondendum: siquidem interesse peti non potest, nec eius ratio habetur quo ad lucrum cessans: vbi qui illud habere vult: nihil lucratus esset: aut lucrari minimè erat: solitus. tex. in. l. si sterilis. §. si per venditorem. ff. de actionib. emp. Abb. & Anania in dicto capitul. conquestus. Cardin. post Innocen. in dicto capi. Sacro. & vñanimi consensu omnes hi, quos modo nominatim citaui ad comprobationem glo. in dicto capit. cōquestus. testaturque Iason in. l. tertia. §. vltim. ff. de eo, quod cert. loco. hanc sententiam communem esse: quam & tex. inibi probat: sequuntur etiam Alexan. consil. 52. numero quinto. lib. 6. Socin. consil. 156. numero. 9. libr. 2. Decius consil. 3. numer. 5. & consil. 322. Alexan. consil. 200. libr. 6. nume. 3. insolita etenim petentibus lucra ratione eius, quod interest peti non possunt. Deinde si ea constitutio propter intereste lucri cessantis, aut damni emergentis iusta foret, omnino esset eius ratio habenda post moram: nam si mora non interuenerit, minimè cogitur quis id, quod interest soluere. l. secunda. §. si nauis. ff. ad. l. Rhod. de iact. l. lecta. vers. nō enim. ff. si certum pe. l. in hac. in fin. ff. de cōd. trit. Pau. Castr. in. l. tertia. §. nūc de officio. ff. de eo quod cert. loco. traditur in. l. si insolam. ff. de verborū obligatio. & in. l. vnicā. C. de senten. que pro eo, quod interest. Ex quibus inseritur, emptorem à die traditionis rei venditæ teneri omnino, dum pretium soluere differt, reddere venditoris suras pretij non soluti iuxta quantitatem fructuum ipsius rei, nō autem secundum rationem eius, quod vēditoris interest ex causa damni sibi illati ob latam pretij solutionem, cùm ea ratione non teneretur emptor ad fructuum compensationem, sed ad damni illati restitutionem: quod quando que excederet ipsorum fructuum estimationem quandoque minus esset. Sic & lucri cessantis estimatio nequaquam in hoc casu debetur venditori: cùm attenta eius industria fortasse esset maior, quam fructuum perceptorum valot. Et sane ipsa lex duntaxat inducit obligationem restituendi vñtas pretij non soluti iuxta fructuum perceptorum quantitatem. Qua de re est locus celebris apud Iurisconsultum in. l. vltima. ff. de peri.

& comm. rei vend. venditori, inquit Iurisconsult. si emptor in pretio soluēdo moram fecerit, vñtas duntaxat p̄f̄stabit, non omne omnino, quod venditor mora nō facta consequi potuit: veluti si negotiator fuit, & pretio soluto ex mercibus plus, quam ex vñtis querere potuit. Hancenus ibi.

Secundo, eadem ratione opinor emptorem teneri ob dilatam pretij conuenti solutionem restituere, ac reddere venditori vñtas secundum estimationem fructuum, quos venditor ipse perceperet è re vendita, non autem erit habenda ratio in hac estimatione fructuum, quos percepit emptor etiam si is vñtiores, ac maiores fructus vere perceperit: quemadmodum adnotarūt Socin in l. de diuītione. 4. notab. ff. soluto matri- mo. & ibi Claudi. columna vlt. Hierony. Cagno. in dicta. l. curabit. nu. 48. & Carol. Molin. dicta quæstione. 74. numero. 541. facit pulchra decisio Bar. in. l. ratio. §. primo. ff. de actio. empt. dicens, quod quando fructus petuntur, vt fructus, omnes percepti veniunt, etiam si tot non percepti- set petitor. dicto. §. primo. at vbi fructus petun- tur in compensationem eius, quod interest: tunc veniunt fructus, quos petitor perceptisset. l. si fun- dum. ff. de verb. oblig.

Tertio, hinc etiam colligitur emptorem differente pretij solutionem esse cogendum restituere venditori estimationem fructuum perceptorum ex re vendita: quanvis hi fructus exce- dant ob temporis qualitatē pretij conuenti qua- titatem: quod manifeste constat ex ratione dictæ. l. curabit. inspecta mora irregulari, que oritur ob id, quod à die traditionis rei venditæ differt em- ptor pretium soluere: & ideo eadem constitutio statuit, vñtas pretij non soluti reddēdas fore ip- si venditori iuxta quantitatem fructuum, quos venditor perceptisset, re non tradita prius quam eam venditor tradere teneretur: nempe ante so- lutionem pretij cōuenti. sensit hoc ipsum Carol. dict. q. 74. num. 541.

Quarto, hinc examinari cōmode poterit, quod Bald. scribit in. l. 2. C. de vñt. asseuerans, vñtas pretij nō soluti à die traditionis rei + venditæ ab emptore venditori deberi: etiam si emptor: nullos ex re empta fructus percepterit, nec percipere potuerit, nec itidem vēditor ipse perceptisset: si rem ipsum nondum tradidisset. huic adstipu- lantur eum sequuti Paul. in dicta. l. curabit. An- char. in regul. peccati venia. colū. 8. de regul. iur. Anani. in c. conquestus. colum. 1. de vñt. Socin. consil. 88. libro. 4. numer. 8. idem consil. 203. co- lumna

lumna prima. eodem lib. Marian. Socin. consil. 174. libro secundo. columna. 5. Paul. Parisi. consilio. 60. libro primo. nume. vigesimo octavo. Qui bus, ni fallor, aduersatur ratio vera decidendi aliaque iura superius adducta ad confirmationem eius quod in dicta. l. curabit. decisum extat: nec video iuste posse comprobari Baldi sententiam: & ideo contrariam opinionem ipse veriorem es se cœleo sequutus Salyce. in dicta. l. secunda. Marian. Socin. consilio. 109. libro primo. columna secunda. Paul. Castrensem. in. l. Julianus. §. ex vē dito. ff. de actionib. empt. Cinum, Saly. & Paul. in. l. in minorem. C. in quib. caus. restit. in integ. non est necess. Alexand. & Claudium in dicta. l. de divisione. columna vltim. Corneum consilio quinquagesimonono. libro tertio. & consil. 145. libr. secundo. & Cagnolum in dicta. l. curabit. numero vigesimosexto. Quamobrem vſuræ, qua- rum mentio fit in dicta. l. curabit. non debentur, vbi venditor ipse re non tradicta fructus ex ea nō potuisse percipere, quod adeo verum est, vt etiā si venditor minor sit, adhuc in eo casu vſuras pretij non soluti percipere minimè iure valeat, cūm viuræ aliqui reprobae, fauore minorum nullo pacto permittantur. capitul. super eo. de vſur. quam ampliationem ipse admittendam esse opinor contra Petr. Iacob. Butricar. Paul. & Saly. in dicta. l. minorem. & Corneum consilio. 59. colunna. 2. libro tertio.

Quinto, ex eadem radice discutiendum est, quod plerique opinati sunt existimantes, vſuras in specie, & caſu dictæ. l. curabit. minimè deberi, nec licitas esse quando venditor + dominium rei vendite statim in emptorem translaterit. Quasi id probetur in eadem constitutione ea ratione, quod venditor simpliciter rem venditam tradēs non videatur fidem habere de pretio soluendo: & ideo dominium in emptorem translatum non est. §. venditæ. Inst. de rerum diuisio. l. quod vendidi. ff. de cōtrahen. emptio. tradit Paul. Castre. in dicta. l. Julianus. §. offerri. ac ea ex causa cōstitutio permiserit, & saixerit vſuras pretij non soluti ab emptore venditori soluendas esse loco fructuum qui ab emptore percepti fuerint, cūm potius hi ad venditorem iure dominij nondum translati pertineret. idem probatur in. l. sicut emptio. §. vltimo. ff. loca. vbi ex eo quod dominium venditor nondum translaterit in emptorem, sed solum detentionem rei: potuit sibi pēsionem locationis titulo stipulari interim dum pretium solutum non fuerit, quibus effectum est ut statim traditione dominio in emptorem translato: lo-

cus non sit dictæ. l. curabit. responso. nec vſuræ venditori ab emptore debeantur: tametsi pretij solutionem is differat. atque ita de iure respōde runt Panormita. consil. 76. libr. 1. dubio. 2. idem consil. 66. libro primo. Alexander consilio. 119. 120. 121. libro quarto. & consilio. 121. libro quinto. Capola, cautela. 125. Socin. consil. 176. libro secundo. & consilio. 103. libro quarto, & eodem lib. consil. 88. Decius consil. 119. numero quarto. versiculo, secundo non obstat. Sed contraria sententia iure verior est, qua quidem assueratur, emptorem teneri ad vſuras pretij nō soluti à die traditionis iuxta fructuum estimationem, etiam si venditor dominium rei per traditionem in emptorem transmisserit hoc suadetur ex ratione decidendi, quam secundo loco aptauimus dictæ. l. curabit. cūm secundum eam is qui tradere rem venditam minimè tenebatur ante pretij conuēti solutionem, eam tradens, & dominium trāfserēs dignior est, vt possit capere vſuras pretij proportionē fructuum, quos ē re ipsa perceperit traditione non facta: quam si simpliciter tradēs dominium nō translatisserit: plus enim iuris & commoditatis dat, qui dominium transfert, quam qui rem tradit dominio retēto. huic opinioni suffragatur tex. in dicta. l. sicut emptio. §. vlt. quo in loco. & glo. & Doct. contrarium opinentur, dominium fuit translatum in emptorem: quod apparet ex eo quia locator idemque venditor non obligatur: & liber est ab omni traditione, & patientia: nam si dominium sibi retinuisset ibi locator, tenetur ad prestantam patientiam fruendi, & ad faciendum, quod emptor, idemque conductor domo ipsapoſſit vti frui. l. si domum. cum. l. seq. ff. locati. Et preterea si venditor in specie dictæ. l. sicut emptio. dominium sibi retinuisse, unquam est, quod glo. communiter recepta inibi censem: res scilicet, perempta & extincta, adhuc emptorē teneri ad mercedis solutionem quod est contra veram legem locationis, atque ita his rationibus hanc posteriorem sententiam tenet. Caro. Molt. in dicta quæſtio. 74. numer. 542. cuius opinio & si vera sit propter rationem, cui innititur dicta. l. curabit. non tamen omnino probatur. inductio- ne text. in dicta. l. sicut emptio. cum omnium in terpretum sententia: que dictat ibidem à venditore non fuisse translatum dominium ex eo facilius defenditur aduersus Carolum, quod locator non obligatur ad patientiam: nec od faciendū, quod conductor possit vti frui: mo re extincta emptor teneatur soluere mercedem ratione periculi post perfectam vēditionem emptori in cum-

cumbentis.l.1.&.l.cū inter.C. de pericul. & cō.  
rei vendi. l. 23. titu. 5. par. 5.

Sexto, ex his in controuersiam, & dubitatem adducitur eorum sententia, qui censemt trā dita re vendita emptori à venditore data dilatatione ad soluendum, habitaq; pretij fide:nō fore locum Césarum constitutionem, nec teneri emptorem ad vſuras pretij non soluti, nec posse eas in conuentionem & pactum à venditore deduci pro eo tempore quo durat dilatio ab eo concessa. Quasi in hoc casu nulla sit in emptore mora regularis, nec irregularis ex qua ipsa constitutio rationem habet huius partis. autores sunt Soci. consil. 76. libr. 2. column a vltima. Barth. Soci. consilio. 103. in fi. li. 4. & consilio. 139. eo. libr. De cius. consil. 119. columna penultima. & numero tertio. idē Soci. consil. 88. lib. 4. Antoni. Rube. cō. 88. Aymon. consil. 189. casu. 3. quorum opinionē ante alios probat glos. in dicto capitulo. conque stus. dum asserit, vſuras à venditore peti posse loco eius, quod interest: si pretium conuentum ad terminum, & diem statutam solutum non fuerit: igitur pretio soluto eo die, quo pactum est, vſurę licite peti non possunt. Ego sanc non diffiteor, data dilatatione per venditorem emptori ad solutionem pretij nulla pactione premissa de dandis vſuris pretij non solati eo tempore, quo pactio dilatationis durat: minime teneri emptorem ad vſuras pretij nō soluti, etiam ratione perceptorum fructuum etiam ratione eius, quod intersit vēditoris: quia ipse traditioni & dilatationi cōfensit: nec vlla est mora emporis: proprioque consensu vendor renuntiasse videtur constitutioni Césareę. dicta. l. curabit. at hon video, cur vendor non possit stipulari sibi vſuras, vel interesse data dilatatione: & habita fide pretij: quas consequi possit æquissimè, si eam gratiam empori non fecisset. Nec responsum Imperatorum rationem habet a mora regulari vel irregulari, vt constat de priori expressim in dicta. l. curabit. & de posteriori patet, quia si Césares rationem habuissent traditionis facte non habita fide pretij soluendi, minime tractarent de vſuris soluendi: sed de fructibus omnino vendori restituendis: cum ad eum donec pretium solutum sit, non ad emptorem pertincent, sicuti probatur in dicto. §. offerri. Sic tandem, posse venditorem die data empori ad solutionem pretij pacifici vſuras pretij non soluti eo tempore, quo dies constituta expectatur: teneat Paul. Cal. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de action. emp. Decius in capitul. cum venerabilis. de exceptio. numero decimoquarto. ad fi. idem;

consil. 111. column a vltima. Corne. consil. 113. libr. 3. column a vltima. Alciat. in. l. si quis nec causam column. tertia. ff. si cer. pe. Cagnol. in dist. l. curabit. num. 58. Caro. Mol. in consuet. Parisi. §. 1. gl. 9. nu. 17. & in tract. de contract. d. q. 74. nu. 544. Alexan. consil. 121. libro. 5. nu. 4. his accedit, quod capitol. primo. huius lib. quinta illatione ad intellectum cap. salubriter. devsuris. adnotauimus: cū quidem decisionem seruandam fore, etiam si gener dilationē dederit socero ad dotis promissę solutionem. Item & illud, quod maxima æquitate frequentiori calculo receptum est, scilicet, etiam ex causa mutui posse creditorem ab initio contractus pactum inire cū debitore de repetendo eo, quod creditoris siue in damno siue in lucro intererit pendente dilatatione data ad mutui solutionem etiam ante moram. Iuste etenim post quis stipulari se indemnen: seruari tam in lucro, quam in damno: & ideo hanc sententiam tenet Hosti. in capitul. salubriter. & ibi Abb. num. 3. idem Abb. columna penultima. & Ana. nu. 16. in dicto capitulo. conquesus. Archi. in capitul. vſurę. 14. q. 3. Roma. consil. 517. column. octaua. Alex. consil. 228. libro secundo. Decius. in dicto capitulo. cum venerabilis. nu. 14. & in dist. consil. 111. Ioan. Lupi in. c. per vestras. 6. notab. nu. 5. Flerenti. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 15. Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. Conrad. de contract. q. 30. Hadria. in. 4. sentē. in tract. de vſuris. capi. quia tactum est de interesse. eleganter Thomas dist. q. 78. articulo secundo. ad primum. Carol. Moline. de contract. in principi. nu. 34. & q. 74. numero. 500. dicens hanc opinionem communem esse: quam etiam sequuntur Scotus in. 4. dist. 15. q. 2. ar. & ibi Gabriel. Angel. verb. vſura. 1. §. 16. & Sylvest. eodem verbo. §. 23. Ioan. à Medina. de contractibus. cap. de vſuris. fol. 137. licet hanc pactionem in mutuo illicitam esse censeant Innocen. Ioan. Andre. Cald. q. 3. in capit. vlt. de vſur. & Laurent. à Rodulphis in capitulo. consuluit. de vſur. par. 2. q. 2. præsertim quo ad lucrum cessans: quod firmiter asserunt Ancha. consil. 376. & Aymon consil. 189. column. 3. Quibus equidem omissis communis opinio est obseruanda. Nam licet S. Tho. & Scotus communem opinionem quo ad damnū sequunt, eadem velint quo ad lucrū reprobare ob incertitudinem lucris: nihilominus etiam quoad interesse lucris cessantis vera est communis opinio, vbi fraus absit, et si verisimilis eius certitudo, ac vere sit lucrū cessans: quemadmodum ceteri probare contendunt, & Dominicus Soto libro sexto. de Iustitia & iur. quæstione. 1. artic. 3. Quod si vere constet,

## LIBRI TERTII, DE CAPUT. III.

721

creditorum post morati debitoris datum passum, vel certum lucrum amissum, absque dubio etiam in animis successori iudicio tenetur debitorum civesare, secundum Innocent. in capitulo primo de usuris Salycet. in libro secundo. C. de usur. Anach. in dicto consilio. 376. Primo dabo: & per rique alii passim id dicutere. Imo etiam ante morata rebatur debito rem absque pacto, & conuenienter interest debitorum omnibus emergentis creditorum in foro conscientiae testificari, & asservantur Card. a Turce Cremona. in Summa. 14. quæstio tercia. & Rebuffus in libro unico. C. de senten. quæ probeto quod interest in principio. numero vigesimoquarto. Hoc tamen verum non est: cum debitor ultra sorte remansit tenetur reddere mutuantur etiam ratio & datum ex causa mutationis interim ante moram incursum sicut nec donatarius tenetur dominum rependere datum ei contingens. proprium datum: & Ideo Carolus Molinaeus de contractu. in principiis. nro. 33. a Turce Cremona. & Rebuffo desentit. quædam sententia. Septimus decadens inspecta radice, & ratione de cibis probatur? vendidorem pacisci posse licite usurias precia non soluti: etiam data dilatatione non tantum in generali sed & expressè ab initio contractus, & conuenientis certa quantitate: quem tamen per similitudinem & apparet conueniens, ei qui subandunt leges, & non iuste recipienda est ad suorum. Nam licet id quod inter se possit iuxta ipsorum deducis sub incerta quantitate: quæ postmodum probanda sit: non autem de certa quantitate cuiuslibet arbitrio fraudis suspicio licet, quis accedens. y. condicibus. & y. Titra. ff. de legatis. l. quiniescens. itum sub probationi. notant in spe. Bald. id. rogatus scribi. ff. si certa peras. & ibi corpora primum. h. 9. Avanua in capitul. ultimio. de usurpiatione. 10. q. p. 10. in iudicio colum. perfult. & sub B. 10. colum. m. 1. Cuge summa Trinitatis. Deci. & colligunt. & cognoscunt. A finibus consil. 189. colum. v. ff. Alex. id. confit. b. 1. numer. 8. lib. 6. & alij frequentibus. ita quæcumque minime eos sequuntur. Rebuffus in libro viii. g. 1. folio 34. nihilominus si recte ipsa latitas de qua sit furem in patrum quævis in libro. 1. b. 1. coniunctis conuenientia per quantitat. quæ vole inter se valebit profecto concupido invita probando his deducit ex uoxis similibus oīceduntis. quod dement. B. q. 10. d. y. si tibi. do inibi P. impurit. 12. eius in dicit. capitulo ueroeabilitatis. nro. m. 1. 4. iaduicem. Cag. ob. in dicit. h. curabit. nro. 59. Catol. M. de cognitatis. h. p. 10. c. nro. 35. Iohann. Medi- illa de contractu. q. 38. & folio. 139. Quibus suffici- gato id quod. ca. n. huius lib. scriptorum ad intel- leri.

lect. c. salubriter. de vſur. nume. 3. illatione. 4. hoc  
ipſum, in ſpecie. l. curabit. tenet Parisius cons. 60.  
libro. i. numer. 31255.

Odatuò infertur, posse pactum fieri inter emptorem & venditorem re tradicta, nulla data ad pretium soluendum dilatione: ut donec emptor  
6 pretium soluerit, is reddat + venditori certa quā titatem, quæ non excedat veras vias, & interesse pretij non soluti: iuxta dict: l. curabit. secundū Soci. consilio. 176. columnā ultimā, & Bartho. Soein. consil. 88. columnā penultimā, & consil. 103. columnā ultimā, & consil. 130. libr. 4. ac plures alijs, quos referit, & sequitur Paul. Parisien. consil. 60. libro primo, columnā penultimā. præscriptum nu. 21. Imò posset quandoque pacto fieri de soluenda certa quātitate quæ etiam excesserit. fructuū aestimationem, & eorum interesse: modò fiat in vim anni reditus redimibilis: & cum pacto redimenti: in hunc sanè modum: quod emptor constituat se soluturuhi venditori certam annuam quantitatē dum pretium solutum nō fuerit. iure & titulo anni reditus vēditi super ipsa re empta ad rationē vnius pro quatuor decim vel duo decim usque ad pretij conuenti numerum: quod notandum est: nam vidi non semel hanc pactionem initam fuisse.

Nonde platie ex prae*n*otatis colligitur licite fieri pactum inter venditorem & emptorem re tradita, & data die ad solutionem pre*v*is; ut em*p*tor dilatatio*n*e pendente habeat rem ipsam titulo locatio*n*is a venditore; ac soluta certam; & moderatam pensionem. optimus text. i*n*d*u*t: sicut em*p*trio 3. vltimo*s*l*u*lat*u*: quem ita interpretatur passim. Doctores, & prefectorum Ab*b*o*u* dicto consilio. 70. lib*o* 10. p*ri*mo*s*. Scio*n*us uterque*m* dicti respon*s*ias: Deob*z* in consilio. 119. Ali*q* uoniam*s*ib*o* 721. lib*o* qui*pt*or. Et Parisi*u* dicto consilio. ob*z* column*a* penultima & plurima; ac numer*o*. Regis*z* in primo*s* id xz. aut*o* 200. unde d*o* 19. xz. d*o* 22. d*o* 23. Decim*o*: quan*u*is hot dab*z* m*u*rib*o* fiduci*o* vi deri possit, opinor, venditorem pariter*u*ndare, & data dilatatio*n*e ad solendum*s* princip*u*; licet accipere fiduciam*s* p*ro*p*ri*am*s* p*ign*ius et*u* p*ro*positio*n*is; ut non tene*z* quod fructus*s* in sorte*s* compitare*s* quod expressim adnot*z* Caro*M*olin*u* in dicta qu*st*ione. 74. numero. 545. aduersus Gabr*io* in qua*to* senten*i* disting*u*it*z* questione*s* in columna dec*im*a septima*s*. qui hunc et*u* contra*s* illudum*s* illicium*s* b*is* censuit*z* q*uo*do*s* 100*s* in solution*e* q*uo*do*s* 2*s* et*u* 2*s* Undecima*s* est*z* hic constat Panormi*s* consilio 25. lib*o* 1. in altero*s* statu*s*; dum respondit, contra*s* illud*s* hinc*s* q*uo*is propriam*s* com*u* in octo Tom*i*. Var*o*. Reso. Z z annos

# Variarum Resolutionum

annos alteri pro certa pensione locauerit: ac de-  
mum eam conductori vendiderit alio contractu  
pro centum, quæ facetur recepisse. & tamen em-  
ptor in alio separato instrumento facetur se pre-  
mium debere vèditori: quod soluere promittit ad  
octo annos. & interim mercedem, & pensiones  
locationis soluere. inquit enim Panorm. vendito  
rem debere in sortem computare pensiones illis  
octo annis sibi solutas: cum alioqui conuictio sit  
illicita ex eo quod dominium translulerit vendi-  
tor in emptorem. Nam & si Panormit. sequatur  
Socius consilio. 130. libr. 0. 4. column. 1. cius re-  
sponsum falsum est: nec potest vlla congrua ra-  
tione defendi: siquidem verè dominium transla-  
tum non est: & deinde quanvis translatum esse af-  
scueremus: id parum refert ex his, quæ diximus  
illat. 5. &c. 6.

Duodecimò hinc deducitur dict. l. curabit. de-  
cisionem procedere, & obtinere, etiam si res tra-  
dicta fuerit emptori absque fideiussoribus de cui-  
tione, quos emptori venditor promiserit: nam  
adhuc emptor ob dilatam solutionem pretij, te-  
nebitur venditori soluere usuras pretij non soluti  
iuxta fructum quantitatem: cum defectus fide-  
iussoris de cuitione, non impedit fructum per-  
ceptionem: cuius ratione eadem constitutio sta-  
tuta fuit: atque ita in specie tenet Bald. & Pau. in  
l. secunda. C. de usur. Deci. consil. 119. col. 2. verb.  
Sextò adduci potest. & cursus colum. vltim. Paris.  
consil. 60. libr. primo. nu. 26. quorum opinio com-  
muni est, secundum Cagnolum in dicta. l. cura-  
bit. colum. 4. 119. notat idem Socius. &c.

Decimo tertio apparet, venditorem pro par-  
tem veritatem tradentem, & contractum ven-  
ditionis seruantem, licet & iuste posse petere u-  
suras pretij pro illa parte non soluti secundum  
fructum rationem. quod in hac specie adnotat  
Cagol. Moli. de contract. questione. 74. numero  
556. & probabitur efficacius ex his, quæ sta-  
tunt tradicimus ad. l. ultimam. §. ultimo. ff. de  
fundo dicti. Ita q[uod] nō soluti secundum fructum  
rationem.

Decimo quartu[m] diligenter obseruata huic  
questione ratione, & radice decisionis Cæsareæ,  
inseru[n]to facta traditione rei, sed ipsam adhuc  
possidente venditore non posse cum, qui fructus  
recepit agere ad usuras pretij non soluti: nec  
vix constitutione Imperatorum glossi in dict. l. cu-  
rabit communiter recepta auctoritate Cagnolo, in  
7 bi. nu. 49. notat idem Socius. & consil. 109. lib. 1. Nam  
si emptor ageret ad fructus vèditor posset usuras  
petere: & similiter vendikato agenti ad usuras  
emptor fructus petere posset. Quamobrem aul-

la data mora non oportet controversiam inter  
emptorem, & venditorem dari: quia pari iure  
uterque vtitur. Illud etenim manifesti juris est:  
quod fructus percepti è re vendita per vendito-  
rem post ipsam venditionem ante traditionem,  
ad venditorem pertinent: nisi percepti fructus à  
tempore moræ, id est, post diem, quo venditor  
rem emptori tradere tenet: notant Bald. in. l.  
fructus. in fine. C. de actio. empt. Doct. in. l. Iulianus.  
§. si fructibus. ff. eod. titu. & est communis o-  
pinio secundum Aret. consil. 160. ver. ad quintum.  
columna sexta. Et ideo si emptor constitutus in  
mora: quia venditor ei obtulit rem: & eam is no-  
luerit recipere: nec premium soluere, ager æquili-  
simè venditor ad id, quod cius interierit premium  
eo die solutum non fuisse: offeretque fructus ip-  
sos emptori. Et fortasse maior erit æstimatio eius  
quod interest, quam ipsorum fructuum. Eadem  
ratione: venditore constituto in mora: quia obla-  
to pretio noluit rē ipsam emptori tradere: cum  
tradere teneretur: ager sanè emptor aduersus vè-  
ditorem ad fructus, quos ex re vendita percepit:  
& quos ipse emptor ex eo die percipere potuiss-  
et. Et forsitan hoc in casu, cum venditor ex  
mora cogatur fructus restituere emptori: iti-  
dem & ipse emptor tenebitur premium conuen-  
tum reddere venditori: & præterea si quod lu-  
crum ex ipso pretio percepit: tametsi illud ven-  
ditor non percepisset: quemadmodum tradit Ca-  
rolus Molinaeus dicta questione. septuagesimaqua-  
ta. numer. 555.

Ex quibus obiter inferunt intellectus ad l. fru-  
ctus. C. de actio. emp. paulò ante citatam: quo in  
loco causam est, quod fructus post perfectam ve-  
ditionem pertineat ad emptorem: id etenim nō  
est: ita simpliciter verum, sed obtinet quando fa-  
cta est: tali traditio habita fide pretij, vel post mo-  
ram ipsius venditoris regularem: aut irregularem  
secundum Saly. & Docto. ibi: Cagnol. in dicta. l.  
curabit. nume. 36. tametsi Bart. in. l. Lucius. ff. de  
actio. empt. hac in re contraria sentiat scribens  
emptorem non posse petere rem cum fructibus  
à die, qua solui debuit, perceptis, sed posse petere  
rem & usuras, quas pro pretio iam venditori so-  
luto: quodque ab altero mutuo acceperat solue-  
rit, sicut in dicta. l. Lucius. probatur. Nam & si ve-  
rum sit ex causa eius, quod emptoris interest, cū  
posse petere usuras, quas iuste pro pretio alteri  
soluerit: non inde sequitur non posse fructus: rei  
venditæ à die, qua tradenda erat exigere: de qui-  
bus in dicta. l. Lucius. non agitur, quia vel nulli  
percepti fuerant à venditore nec percipi potuiss-  
sent

fent ab emptore: vel interesse usurarum erat maioris aestimationis.

Subinfertur item falsam esse Pauli Castrensis opinionem dum in dict. l. Julianus. §. ex vendito. is opinatur, nulla data niora nec ex parte emptori: nec ex parte venditoris: emptorem posse petere ipsam rem cum fructibus perceptis à die cōtractus sibi tradi: modò offerat usuras pretij non soluti. Hoc etenim nec in dict. l. fructus probatur nec iure verum est: siquidem fructus emptori nō debentur: sed venditoris percipientis efficiuntur: & ei competit ante moram regularem: & irregularēm percepti: quod præter proximè citatos Bal. probat in. l. prima. C. de bonis mater. Fabianus etiam tract. de emptio. parte. 6. membro 5. Nec istae usuræ pretij noa soluti iuste percipiuntur: nisi in compensationem fructuum, quos emptor è re empta percepit eo tempore, quo pretium ipse distulit soluere. dicta. l. curabit. Quam obrem ipse Carolus Molin eus dict. q. 74. numero. 55 4. relata Pauli opinione: eam omnino improbat.

Decimoquinto ex prenotatis colligitur, emptore, qui partem pretij soluit re nondum sibi tradita, posse petere totam rem cum parte fructuum ex ea perceptorum pro rata pretij soluti à die solutionis eidem tradi. tex. optimus in. l. vi. §. vlt. ff. de feudo dot. Baldus in. l. si traditio. q. 11. C. de actio. emp. Bar. in dict. l. Julianus. §. offerri. Alexan. consil. 121. libr. 4. Cagnolus in dicta. l. curabit. numero. 40. Et est communis opinio sicuti fatetur eam sequutus Carolus Molinæ. dicta. q. 74. numer. 55.

Decimosextò obseruandum erit, restissi nē defendi posse Baldi sententiam, qui in rubri. C. de contra. emptio. quæstio. 15. scribit, procuratorēm ex propria pecunia nomine domini ementem fundum, & eum possidentem pluribus annis non requisito domino: nec in mora constituto ad solutionem pretij, teneti ipsi domino illud fundum cum fructibus perceptis restituere: & sati esse quod dominus pretium soluat. id etenim probatur ex eo, quod dominus à die traditionis facte procuratori dominium rei habuerit, & possessionem: & ob id fructus omnino ad eum pertinent: nec hic ratio constitutionis Cæsaræ de qua in dicta. l. curabit. locum habet. quam obrem Baldum sequuntur Cremens. in singula. 168. Ferrati. cautela. 54. Iason in. l. secunda. §. 1. ff. si cert. pet. columna vltim. & quanvis Alciat. in dict. l. 2. §. vltim. & Caro. Moli. de contrati. quæst. 86. defendere conentur, usuras pretij es-

se à domino procuratori debitas, id tamen falsum esse existimo: nisi ratione eius, quod procuratoris inter sit post moram pretium ei à domino solutum non fuisse: quia pretium illud habuit ab altero mutuo datum sub usuris licitis & in usis, secundum Matthæum Afflictum. decisione Neapolita. 91.

Decimo septimo, si radicem huius quæstionis quæ in dicta. l. curabit. definitur, consideremus, planè constat, & probabitur, eam decisionem etiam obtinere in pacto, & promissione vendendi fundum facta, & constituta à venditore: siquidem is omnino tenebitur emptori, & cui vendere promisit, fructum è re ipsa perceptorum aestimationem soluere: perceptorum inquam fructuum, à die soluti pretij, quod eleganter adnotatur Soc. consil. 170. libr. 2. colum. penult. & finali. Paul. Parisi. consil. 75. numer. 17. libr. 4. idem expressius, & latius consilio. 60. libro primo. nume. 23. equissimum etenim est, venditorem fructus reddere ex quo habuit ab eo cuivèdere promisit pretium rei in actionem venditionis deductū. tametsi Philippus Deci. consil. 183. col. vltim. contrarium responderit existimans, fructum aestimationem miniū deberi emptori etiam soluēti pretium cum venditio nulla præcesserit: sed tantum promissio vendendi rem ipsam: sicuti nec fructus ipsi debentur. Et profecto licet ex promissione vendendi & emendi ipse venditor non possit agere ad pretium: authore Paulo Castrensi consilio. 93. columna tertia. libro secundo. quia aliud est vendere, aliud promittere. l. in bonæ fidei. §. si tamen. ff. de eo quod cert. loco. nec ex promissione vendendi, fructus post eam percepit debeantur ei, cui promissio facta fuerit secundum Alex. consilio. 73. colum. 2. libr. 2. & consil. 13. col. 5. libr. 3. Deci. in dict. consil. 183 & plerique alij: tamen vbi in hac promissione fuerit pretium nominatum definitum: & id solutum sit promitenti: & quius est ob euitandos circuitus idem in hac spe cie quod in vera venditione seruari. Nam & venditorem posse agere ad pretium constitutum ex sola promissione emendi ipse verius esse censeo quod longius discuti poterit ex traditis ab Andr. Tiraq. lib. 2. de retractu. in fine à nu. 25. usque ad sexagesimum.

Decimo octauo huic proximæ illationi, ego censeo & aliam adjiciendam fore: qua opinor, etiam esse admitteadum. l. curabit responsum: vbi inter venditorem, & emptorem promissio tantum vendendi & emendi fuerit facta: non equidem ipsa venditio: modò certum fuerit pretium

Reatum: & venditorem ipsam emptori, uti promiserat, tradiderit. quid enim obsecro aliam ventionem requirimus: nonne ex hac traditione facta huius promissionis causa satis censebitur venditio effectum sortita? ita quidem. Et ideo locus erit vñiris, quas dicit l.curabit. admisit. quod sensere Socin. & Parisius præcedenti illatione citati: dum scribunt, dicta l.curabit. etiam obtinere in promissione, & pacto de vendenda aliqua re. licet Alexander in addit. ad Bart. in l.Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. idem consilio. 73. libro secundo. columna secunda. Decius in dicto consilio. 183. ad finem: tradiderint, emptorem non teneri ad vñuras pretij non soluti iuxta decisionē. l.curabit. vbi non præcessit venditio: sed pactum de vendendo.

Decimononò erit non immerito adnotandum dict. constitutionem l.curabit. eiusque responsum omnino admittendum fore non tantum in venditore: sed etiam in eius cessionario: cui ipse cesserit ius sibi competens ad exigendas vñuras pretij non soluti: poterit enim is iu. e venditoris eas exigere iuxta limites hoc capite passim traditos secundum Matthæ. Afflct. decisio. 91. Et Paul. Parvum. dicto consilio. 65. numero 17. libro. 4.

Vicesimo apertissimè conuincitur, Cœsaream decisionem dict. l.curabit his adiunctis interpretationibus, quas hic adscriptissimus, etiam iure Potestio: in foro Ecclesiastico: & iudicio interiori animæ obtinere: seclusa vñurarum prohibitarum fraude. Nam si ea constitutio iusta est, quod in principio ostendimus, nihil impedit & eam vbi que utroque in foro ad proxim deduci.

## Ex Capite Sequenti.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Dictiones sunt interpretandæ iuxta eum sensum, qui vulgariter & communis vñsu, ac legum provinciæ significacione receperis sit.*
- 2 *Qualiter dictio, Majoratus, his regnis accipiatur.*
- 3 *Bona Majoratus ad unum tantum & indivisa pertinent.*
- 4 *Prohibitione alienationis ex causa majoratus facta per petua censetur: & inibi quid de fidei commissis.*
- 5 *Matoratus, & primogenitū bona ex ipsa propria dicti his significacione majoratus differuntur exclusis familiis.*

- 6 *Traditur intellectus. l. 45. Tauri: & eadem consti-  
tutio obtineat in maioratibus absque Regia lumen  
ta institutis. item de possessione, quam nostrates ci-  
vilißimam appellant.*
- 7 *Intellectus. l. 40. Tauri.*
- 8 *Rurjus traditur interpretatio. l. 40. ex eisdem consili-  
tionibus.*

**Quid hæc dictio, Maioratus, ex propria vi apud Hispanos continet?**

## C A P. v.

**S**OLET NON INFRE-  
quenter ambigi quam interpre-  
tationem, quemve sensum  
habeant testamenta: donatio-  
nes: aliisque contractus: qui-  
bus bona quedam alicui defe-  
runtur, vt ea obtineat iure, & titulo maioratus: &  
primogenitū, non expensis alijs clauſulis, nec condi-  
tionibus. Et sane illud hac in re est omnino co-  
ſiderandum, hanc dictiōnem: Majoratus: in qui-  
buscumque dispositionibus ita intelligendam fo-  
re, vt secundum eam significationem, quæ com-  
muni vñsu, legibus & Proutiæ & constitutioni-  
bus recepta sit, eius sensum interpretetur, in his  
eiusmodi, quæ dubia sunt canonis est observandus:  
vt ea iuxta communem vñsum, leges, & regionis  
statuta, ad proxim & intelligentiam deducamus.  
Hoc probatur authoritate Iuriicōſulti. in l.libro  
rum. §. quod tamen Caius. ff. de legat. 3. vbi glo-  
notat Bartol. in l.talis scriptura. ff. de legatis. 1. in  
principio. vbi ſcriptum est, & frequentissimo om-  
nium calculo receptum, communem vñsum in-  
telligendi & loquendi præferendum euc propriæ  
significationi. idem probatur in l.tertia. §. vltim.  
ff. de ſupeilect. leg. non aliter. ff. de legatis. 3. l.  
cūm de lanionis. §. afinam. ff. de fundo inſtrucl. l.  
vxori. in princip. ff. de legatis tertio. capitul. ex li-  
teris. in. 1. de ſponsal. gloss. in capitul. nonnulli.  
verb. vltra duas. de rereſcrip. tradunt laſo. in. l. ſi au-  
xil. columna vltima. C. de ſuccesi. edict. Roma.  
consilio centesimo septuagesimono columnā prima. Bartol. per text. ibi in l.Labeo. ff. de ſu-  
pe. leg. idem Bartol. in rubrica. ff. de noui oper.  
nuntiat. & ibi Roma. Alexan. & omnium latiſſi-  
me Franciscus Niconius numero. 196. Felin. in  
proce-

pro eiusmo Decret. 4. cdlu. Versi. modis his decut  
sunt optimè Curti. Iunior. in consi. 5. nu. 12. quod  
autem diximus, esse verba intelligenda iuxta co-  
nstantes & leges prouincie: assertuit Bart. in l. si  
quid barath. ff. de legat. 3. an. priu. & in. l. si quis fi-  
liabus. ff. de testa. tut. Bart. & omnes in. l. omnes  
populi. in. l. 3. quæst. Sextæ. quæst. Princ. de iust.  
de iust. Alexan. in consi. 26. nu. vi. lib. 3. qto. in lo-  
carepondit, non probato communi visu loque-  
di eomunique interpretationis sensu: omnino  
verba essent intelligenda secundum legum, & in-  
fium significationem. addit & ipse Alex. testa-  
menta; contractus, similesque hominum dispo-  
nitios vulgari sermone prolatas, vel scriptas: ef-  
fe interpretandas iuxta vulgarem significationem  
quod Bald. scripsaserat in. l. lege. vltima colu. C.  
de legit. & hæred. quibus equidem sit, vt si quis a-  
liqua bona proprio testamento vel donatione  
in Titulum detulerit ita quod ea obtineat & ha-  
bent alio & iure maioratus: hæc ipsa bona: &  
si alias conditiones institutor huius primogeniti  
non adiecerit: naturam, proprietatem & alios ef-  
fectus habebunt: quos apud Hispanos, apud eam  
prouinciam bona primogenitorum, & maiora-  
tum ex consuetudine, moribus, legibus, & con-  
stitutionibus habere soleant. Hoc etenim adeo  
est consonum voluntati instituentis primoge-  
niuum: quod nihil ei refragari valeat. atque ideo  
possent plura ab hoc themate deduci: e quibus  
aliquot obiter & breuiter attingam, vt constet  
re ista non inutiliter hoc in capite traditæuisse.  
Hanc denique opinionem post huius operis  
vñam & alteram editionem probarūt in his reg-  
nis doctissimi sane viri: Peralta, inquā, in Rubr.  
ff. de hæred. instit. nr. 103. & Burgenis à Pace. in  
protoem. legum Tátrinarum. nu. 88. Emanuel  
à Costa de lege Mentali. pag. 119. & Illistris An-  
ton. Padilla. in rub. C. de fideicōmis. nu. 11. & Tel-  
sus Fernand. in. l. 22. Tauri. nu. 15. \* Molin. lib. 1.  
de primog. cap. 3. & Melchior Pelaez. in tract. Ma-  
joratus. 1. p. 9. 48. & 4. p. q. 14. n. 16. & Gégor. in  
R. 2. nr. 15. part. 2. verbo. Mejoría.

Primum vbi constiterit fundum, villam, vr-  
bem aut castum aliquod iure maioratus in ali-  
quem deferri, hinc manifestum esse colligitur,  
eas res ad vnum tantum ex successoribus, & ma-  
jorem ac individuas absque villa diuisione per-  
tinere: sicuti id specie adnotarent hac in qua-  
stione Ioann. Lup. in rubric. de donatio. inter vi-  
tu & vxore. §. 69. nu. 21. Et Rodericus Suares in  
questione de maioratu. col. 5. quibus iustifraga-  
tur quod scripserat Angel. consi. 281. & Arctinus

consilio. 167. idem Rodericus Suares in l. quo-  
niā in prioribus. C. de inoficio testamenti. ex-  
tentio. 10. columnia vigesima afferentes, quod  
vbi ad vnum ex successoribus aliqua bona defe-  
renda sunt, vt ea iure habeat individualiter: tunc ea de-  
feruntur primogenito, & maiori iure primoge-  
nij & maioratus. Sic etenim qui voluerit, & sta-  
tuerit, fundo Titianū deferendum fore post eius  
obitum Sempronio, iure primogenij, & maiora-  
tus, voluisse omnino censem est, si huius di-  
ctionis communem interpretationem aecipa-  
mus, quod fundus is absque villa diuisione post  
mortem Sempronij maiori primogenito, vni ta-  
tum & absque villa diuisione ex pluribus succe-  
soribus deferatur, & competit.

Secundo ex his apparet, erroneum esse, ac ma-  
nifestissime fallum quod Ioan. Lup. in capit. per  
vestras. dedonat. int. vir. & vxor. 3. notab. §. 26. co-  
lumna vltima. opinatur existimans, ita condito  
testamento: vt pater aliquot bona legauerit filio  
suo maiori, hoc expressim addito: quod ea iure ha-  
beat iure maioratus, mortuo filio maiore horū  
bonorum possessore: ea bona diuidenda esse in-  
ter eius hæredes & filios, aut saltem eorum esti-  
mationem, si maior & primogenitus ea voluerit  
obtinere. Hæc siquidem opinio apertissime re-  
fragatur voluntati testatoris, qui tacite, & sensim  
statuit, bona p̄dicta absque villa diminutione,  
insolidum vni & maiori ex successoribus cōpe-  
tere. Item contraria est communis huius proin-  
tiæ, & Hispaniarū interpretationi, ex qua ins ma-  
ioratus hoc dictat, vt res eodem iure possessæ in  
vnū & maiore omnino deferantur aliquæ villa  
diminutione, siue hoc ins instituatur ex authori-  
tate Regis, siue propria ipsarum legū concessio-  
ne. atque ita Ioann. Lupi. dubius quidem huius  
opinionis definitionem cogitandam reliquit.

Tertiò eadē ratione opinor, bona ita vinculo  
maioratus submissa, sicuti modò proposuimus,  
nullis expressis prohibitionibus, nec clausulis,  
nō posse alienari, nec à primo, nec à quarto, nec  
ab octavo successore: immo prohibitionem tacitā  
alienationis perpetuam esse, quod dictat ipsa te-  
statoris mens, docet ipsa communis horum ver-  
borum interpretatione, quantum idem Ioann. Lup.  
dicto. §. 26. numero vltimo. idē satis dubius sen-  
tias, hanc prohibitionem ultra primū successore  
minime extēdi. quia in re oportet expēdere tex.  
in auth. de restitu. fideicom. §. Nos igitur. coll. 9.  
à quo Accurs. verb. voluisse deduxit, prohibito-  
nem alienationis extra familiā non egredi pri-  
mū ex familia successorem: & ideo quantum pri-  
Tom. j. Var. Refo. Z z 3 mus

## Variarum Resolutionum

maus familiæ successor alienare non possit bona alienari extra familiam prohibita, poterit nihilominus ex familia successor ea alienare: quæad modum quidam opinantur. Ego verò primum ex dicto. §. nos igitur, & ex Accursio colligendū esse censeo, prohibitionem alienationis factam filio: non censeri factā nepoti. quod inibi tenet Bart. Iacob. de bello visu & Angel. idem Bart. in l. filius familias. §. diui. q. 9. ff. de legat. i. quæ ceteri communiter sequuntur, præsertim Iason. nu. 109. in. 1. lect. in. 2. num. 146. & Ferdi. Loazes. nu. 489. tradit Deci. cons. 377. columnæ secunda. ex quibus constat, hæc opinionem communem esse huius sanè decisionis rationem, & si videā cā à iuris Cæsarei interpretibus osciāter omittam, esse censeo, quod in specie proposita in dict. No uella cōstitutione testator filios hæredes instituit eosque grauauit ut si sine liberis deceſſissent, fratribus hæreditatem & bona hæreditaria restituerent. eaque causa alienationem bonorum prohibuerit, nam decedentibus filiis cū liberis, cessat omnino causa fideicommissi, & ob id alienationis prohibitio, quæ in nepotibus filiorum filiis nequaquam obtinet. Quiaobrē non video, cur paſſim Nouellā constitutionē Doct. miris laudibus ad huius conclusionis probationē extollat: cū manifesta sit eius ratio. Causa igitur prohibitio- nis non tantū in filiis, sed in nepotibus & pro nepotibus adhuc vigente, ad eos prohibitio facta filiis etiam extenderetur: sicuti colligitur ex Bar. in. l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. gl. in. l. quoties ab omnibus. C. de fideic. Deci. cons. 182, col. 2. & cons. 23. colum. 3. Iaso. in dict. §. diui. lectio. 2. num. 146. & q. 10. Ioanne Crotto, & Ferainādo Loazes. quæst. 9. Hinc appetet, quod si fideicommissum foret iniunctum non solum filiis sed & eorum liberis, nepotibus & pronepo- tibus, prohibitio alienationis facta filiis, etiā ceteris facta eorum filiis nepotibus, & pronepo- tibus, quibus & fideicommissum extat iniunctū à testatore.

Secundum, quod ex dicto. §. nos igitur. adnotari potest, illud verè affuerat, nēpē, prohibitio- nem alienationis factam extra familiam, vt eadē bona perpetuò in familia maneat, & à familia posideantur, vltra quartā generationē effectū, & vim nō habere, quasi vñlum fuerit Iustiniano, voluntatē testantis hac in prohibitione non per- petuā esse, sed tantum ad quatuor vsque genera- tiones obtinere. tex. sing. & ibi Doct. in. d. §. nos igitur. Alex. & Iaso in dict. §. diui. quæstio. 11. 2, lect. numero. 155. idem Iaso. in. l. voluntas. C. de

fideico. & est omnium concors sententia, quæ ta- men non erit admittenda: vbi testator prohibi- tionem hac alienationis indixerit hæreditibus ea ratione adiecta, quod velit bona hæreditaria per petuò manere penes eius descendentes, aut po- steros, hoc etenim casu ex eius voluntate dedu- citur ob dictiū istarum vim, prohibitio, quæ quartam, quintam & alias generationes egredi- tur, secundum Iacob. & Angel. in dict. §. nos igitur. ex text. in. l. vltima. C. de suis & legit. l. cog- noscere. §. vlt. ff. de verb. signi. l. iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. & in auth. de hæred. ab in- testa. §. i. idem notant Bart. inauth. de restitu. §. primo. Iason in dicto. §. diui. 2. lectu. nume. 155. & in prima lectu. numero. 113. & ibi Loazes nu- mero. 493. Iason in. l. vltima. numero quinto. C. de hæredib. instit. Decius consilio. 516. numero decimosexto. & consil. 635. & consilio. 364. So- cin. consilio quadragesimotertio. libro tertio. Didacus à Segura in. l. filius. ff. de verb. oblig. nu. 108. Rode. Xuares ia. l. quoniam in prioribus. C. de inofic. testa. in. 2. limitatione legis Regiae. columnā vltima. Alexā. consilio. 56. numero se- cundo. libr. primo. quorum opinio absque dubio communis est. mihi verò sicuti per quād durū videtur quod Iustinianus in dict. §. nos igitur. re- spondit, & id aduersus testatoris mentem tacitā tantum non expressam: ita isthac doctorum in- terpretatio contraria omnino appetet Iustiniani ipsius responso, quo palam probatur, prohibi- tionē alienationis factā ex ea causa, vt res per- petuò maneat in familia. nec eam egrediatur, vt quæ de nomine testatoris minimè exeat, non ex tendi nec habere vim vltra quartā generationē. video etenim testatorem prohibuisse alienationē rerū: quia volebat eas manere perpetuò in e- ius familia, & nomine: & idēc mehercle nō pos- sum percipere qua ratione aliud dicendū sit eo casu, quo prohibuerit testator alienationem, eo quod perpetuò voluerit res alienari prohibitas, manere apud eius descendentes. Quod si dixe- ris appellatione descendentiū, plures generatio- nes comprehendendi, quād sub nomine & familia, lege obsecro iurisconsult. in. l. Pronuntiatio. §. iure enim proprio. ff. de verb. sig. ita responde- tem. Iure enim proprio familiā dicimus plures personas, quæ sunt sub vnius potestate, aut natu- ra, aut iure subiecta, vt puta patrē familias, ma- trē familias, filiū familias, filiā familias, quiqüe deinceps vicem illorum sequuntur, vt nepotes & neptes & deinceps. Rursus idem iurisconsul- tus scribit, sub familia contineri omnes, qui ab vltimi

ultimo genitoris sanguine proficiuntur, ut Familiam Iuliam intelligamus dici quasi à fonte quodam memorie, omnes, qui à Julio descendunt, à Julio, inquam primo eius nominis, quem ultimum iuris consultus appellat, quibus prosector responsis constat, proprie quo scunque descendentes familia nomine contineri, etiam si quintæ, vel sextæ sint generationis. Nec iure probari potest, maiorem esse descendantium quam familiae appellationem: præterim quia & nominis appellatione eos omnes ultra sextum gradum continent, qui ex eadem domo, agnatione, & gente prodierunt: tex. in dicta l. pronuntiatio. §. communione iure. Nam & sub familia liberi continentur, quod nemo negat: & probatur in l. ultima. C. de verb. signifi. & tamen liberiorum appellatione nepotes, pronepotes, ab nepotis & deinceps ceteri descendentes veniunt. Liberiorum if. de verb. signific. vnde qui faciunt communione sequuti prohibitionem alienationis ex co factam, quod testator velit re perpetuo in familia remanere, non habere vim ultra quartam generationem, idem fateri iure coguntur aduersus communem idem esse, si testator adiecerit eam causam prohibitioni, quod velit, rem manere perpetuo apud eius descendentes. Nec magis probatur in dict. l. ult. C. de suis & leg. locis quo similibus, appellatione descendantium plures gradus, quam appellatione familiae comprehendendi. Sic & Paul. Galterni. in cons. 38; libr. 1. respondit, ad legatum familie & relictum admittendos esse quo scunque de familia, modo sint intra decimum gradum.

Vetrum Iustiniani constitutionem in dicto. §. nos igitur ipse minime feruadam fore reor, quod aliquoc coniecturis possimus percipere, testatorum eam prohibitionem perpetuam esse voluntate, & cum iuxta communem huius regni praxim, & vinculorum ac primogenitorum & fideicommissorum institutiones, atque instituentium voluntatem ea voluntas satis manifesta sit: Sanctum est lega Taurita. 27. Hodie l. 11. tit. 6. li. 5. Recepimus in controversia vincula, & prohibitions perpetuas esse, nulla facta distinctione quartæ, vel quinta generationis.

Quin & hinc opinor Iustiniani constitutionem omnino ea lege sublatam esse, quod manifeste deducitur: cum sub distinctione inibi statutum sit vincula, prohibitions, & fideicommissa, perpetua esse, & perpetuo valida: vel ad tempus a testatore definitum, nulla habita distinctione quartæ, vel quinta generationis. Ex quibus verbis constat, non esse necessarium, ut vincula perpetuo durere

etiam ultra quintam generationem, quo si id expressim testator declarauerit, sed satis esse, prohibitions, & vincula ab eo simpliciter instituta fuisse modo non explicuetur, ad tempus et duratura, & fore valida.

Quarto ex his falsum esse videtur, quod vult probare Rodericus Xuares in dicta. l. quonia in prioribus. C. de inoff. testam. in repetitione. l. Regia. 2. limit. columna ultim. scribens instituto primogenio, expressa vocatione, ad res vinculo submisas, majoris & primogeniti: iniuncta ramen alienandi prohibitione filio, cui primo loco maioratum desert, non extendi prohibitionem hanc ad nepotes. ex gloss. in dicto. §. nos igitur, cuius opinionem in hac specie proculdubio falsam esse censeo: propter mentem, & voluntatem testatoris.

Quinto hinc examinari poterit opinio eorum qui censent fidicommissum à testatore ita reliatum familiae: ut deseratur gradum proximi oris masculi: esse intelligendum in his proximi oribus, qui ad intestatis successionem iure ciuij admittuntur, nempe intra decimum gradum tantum, non quidem remotoribus. Inst. de success. cognat. §. penultimo, l. ultim. C. vnde legit. notatur in l. 1. C. vnde vir. & vxor. atque ita huius opinionis autores sunt Ancha. conf. 94, column. 2. Bald. conf. 334. libr. 3. Deci. eleganter confil. 321. numero. 2. qui hanc sententiam alibi explicans eam non esse admittendam censet, in dominibus Regum, Marchionum, Ducum, & Comitum, in quibus etiam ultra decimum gradum desertur successio proximi oribus. sic ipse Decius in cons. 85. column. secunda. Curs. in tract. de feudis. 3. part. §. successione expedito. post Bald. Altrator. & Mart. Laudens. in capitulo primo. ad finem de feudo March. secundum quos & feudi successio in descendentes primi vasalli etiati ultra decimum gradum transmititur. c. 1. §. 1. de natu. success. feudi. quod communiter receptum est. idem ipse arbitrator omnino dicendum in successionibus iure primogenit., & maioratus apud Hispanos ab aliquo testatore institutis nā ex communis & recepta interpretatione, que à iure Regio & voluntate testantis deducitur: tales successiones etiam deseruntur his, qui decimum gradum egrediuntur quanvis testator ipse nullis expressis gradibus, nullis appositis nec adscriptis clausulis id tantum statuerit, bona nempe illa velle deferri. Titio & eius liberis, ac deicendentibus tit. & iure Majoratus. Quin & in casu, cuius Dec. Anch. & alii meminerint, eorum responsa minime esse Tom. j. Var. Reso. Zz 4 obser-

obseruanda æquissimè defendi poterit: inspe-  
cta testatoris voluntate , simul & cōsiderata  
hac communi horum fideicommissorum inter-  
pretatione.

Sextò ex his definiri iure debet , quod vidi se-  
mel maximē controuersum iudicū, & aduoca-  
torum non vulgari contentionē. Petierat quidā  
bona quædam post mortem alterius ex eo quod  
ipse esset proximior defuncto cognatus masculi-  
lus , & bona illa essentiam ab antiquis temporibus  
iure maioratus & primogenij ad unum tantum  
deuoluta , & eo titulo possessa, eumque titulum  
testibus & plurimum annorum quasi possessione  
probauit , ita quidem, vt licet constaret, ea bona  
absque villa diuisione iure maioratus ad eam fa-  
miliam pertinere : non tamen apparebat quibus  
conditionibus : & clausulis ipie maioratus à pri-  
mo testatore esset institutus, è cōtrario siquidem  
instabat fœmina quædam eiusdem cum masculo  
gradus & linea, nemp̄ actoris soror maior æ-  
tate, & primogenita, quæ petebat, maioratu sibi  
competere, iudicū sententia pronuntiari. que-  
situm & tractatum est, an à masculo minori fœ-  
mina maior eiusdem gradus , & linea excluden-  
da foret pluribus denique rationibus probari iu-  
re poterit hac in controuersia , marem eiusdem  
gradus, & linea, quanvis minor sit & secundò ge-  
nitus , præferendum esse fœminæ maiori ac pri-  
mogenitæ : sicuti apud Hispanos frequentissimè  
obtentum est, in maioratibus & primogenijs ex-  
pressim ita statui. Sed idem esse , vbi simpliciter  
res aliquot sint iure primogenij & maioratus po-  
steris delatae, ostenditur sequentibus. \* Præter au-  
toritatem doctissimi viri Grego.in.l.3.tit.13.par.  
3.verb.mugeres.\*

Primū hoc ipsum constat, quia vbi bona aliquid lege vel consuetudine deferuntur primo genito , ad ea non admittitur filia primogenita excluso masculo postremo genito, imò is fœminæ præfertur: quod expressim adnotarunt Petrus Peticensis, & Iacob. ab Arenis in.l.pater. §.quindecim. ff.de legat.3. Bald.in.l.in multis. ff.de stat. homi. idem Bal.in.l.prima. ff.de Senato. Roma. cons.98. Socin.cons.90.li.1.in fine. Ioannes Lup. in rub. de donat.int.vit. & vxor. §.69.n.24. Paul. Parisius consi.72. nume.80.lib.4. idem erit, si ex contractu bona primogenito deferantur: vel ex pactione causa matrimonij inita, vel ex donatione, secundum Iaco. & Petrum in dicto. §.quindecim. Guidonem Papæ. questione. 106. & singulari. 522. & Andream Tiraquell. libro. de pri-  
mogenijs. questione. 10. numero. 16. &c. 18. &c. q.

ii. numero secundo.

Secundò hæc pars iustior apparet ex eo, quod etiam seclusa proxima ratione, cōmunis, & omniū consenſū recepta est apud nos ea interpre-  
tatio, vt maioratum , seu primogenium masculi secundò genitus obtineat exclusa fœmina primogenita : quod proximum est testatoris voluntati , præsertim cum & verba sint intel- ligenda iuxta communem vulgo receptam significationem.

Tertiò eadem opinio potissimum instruitur à ratione: qua primogenia & maioratus liciti cen-  
sentur: nam & si res ista dubia sit, quemadmodū longe lateque tradit præter alias And. Tiraq. de primogenijs. q.4. tractans de iustitia consuetudi-  
nis deferentis bona primogenito , mihi semper placuit institutiones maioratum , & primoge-  
niorum licitas esse, atque itidem consuetudines,  
& leges quibus primogenitis bona omnia defe-  
runtur. quod probauit in Epitome de matr. 2. par.  
capitul. 2. §. 6. numero quinto. idque magis com-  
muniter probatum est, sicuti constat ex citatis à  
Tiraquel.d. q.4. numer. 13. Quibus accedit quod  
Italiæ statuta, quibus fœminæ nequaquam succe-  
dunt extantibus masculis , non alia ratione iusta  
cenſentur, quam quod ex eis familiæ conseruen-  
tur: neve diminutionem extenuato patrimonio  
ob paupertatem patientur: quod facilime con-  
tinget, si fœminis licet parentum res, & patri-  
monium ad exteram familiam secum ferre: hac  
etenim ratione hæc statuta iusta censi, tenent  
Cinus in.l. prima. C. de adulterijs. Baldus & Imo-  
la in.l. vltima. ff. de heredib. instituend. Alberic.  
in authentic. itaque. C. commu. de success. quos  
eam sententiam communem esse affuerans se-  
quitur Albertus Brunus in tracta. de statutis ex-  
clud. fœ. artic. 3. columnæ secunda. Eadem siqui-  
dem ratione primogenia , & maioratus licitos  
esse assertit Præpo. in capitulo. ins naturale colu-  
na. 3. dillintio. 1. cum ex maioratum institutione  
patronia indiuisa, integra, & illæsa penes fami-  
lias maximo cum Republicæ commodo conser-  
uentur: quæ alioqui per filiorum diuisiones atte-  
nuatur, ad nihilumq; exinanita reducuntur, quod  
minime expedit nec familijs, nec ipsi Republicæ  
quæ horum primogenitorum ratione viros nobi-  
les, ac diuites habet, promptiores quidem vt ei  
in bellō, & pace subieruiāt, & ministrēt. Nulli au-  
tē dubiū eit, quin familiæ cōseruentur potius per  
masculos, quam per fœminas. l. pronuntiatio. §.  
Familiæ. ff. de verbo. significat. l. juris consultus. ff.  
de gradī. l. cū legitimæ. ff. de statu homi. igitur

ad primogenitū fēminā admittendā non sunt exceptis mīscellis secundogenitis. quod verò diximus, sc̄i publica ex parte familiā diuites conservari, & integras ad ipsius Reipub. ornamentiū etiam probatur in l. prima. y. denuntiare. versic. publice. s. de ventre inspicie. l. super statu. C. de queritio. adnotauimus & nos in capitul. Raynuntius de rebus in princ. h̄um. 23. & præterea Angel. in. 3. Ed hæc quidem. institu. de exhortatione lib. Georgius Natan in cap. quantis pactū. colum. 23. de pacto. in. 6.

**Quarto** ad huius partis confirmationem argumentor. Nam quo pacto succeditur in regno: & prouincia capite; supremaque dignitate: eodem plane successio admittenda & constituenda est in inferioribus dignitatibus; primogeniti, & maioratis suis ipsius Regni, & prouinciae argum. ea. tamen hōi p̄ceat. de p̄s. l. i. 9. cum vrbē. s. de offi. p̄f. p̄t. vrbis glo. in. l. ex ea. ff. de postul. sed in Regia dignitate apud Hispanos māleū lus cœtu. genitus p̄f. fēmina primogenitū sc̄iūtū nōtissimum est, & probatur in. l. secunda. titulo decimoquinto. parti. 2. Ergo iden̄ erit illi alii inferioribus maioratis, & primogeniti. Hæc etenim argumentatione vritur in specie Paulas. C. breviss. in consilio. 164. columnā. V. libro lecū. id. incipit. In p̄senti causa, quæ vocatur Majorat̄ Hispalensis.

**Quinto**, Feuda & maioratus similia sunt aucthoribus Baldō in. l. cum antiquioribus. colum. 9. C. de iure delib. Archid. & P̄p̄o. in capitul. quam periculosem. 7. quæstio. 1. Socin. cons. 47. liber. 3. numero. 4. Paul. dict. consil. 164. Quorum hi duo posteriores hac similitudine, & comparatione vritur expressim: alij verò sensim eam p̄mittere videntur: sed in feudi regulariter fēmina excluditur, masculis admissis etiam remotioris. capitul. 1. y. hoc autem notandum. quod feudū idare. pot. legitur & in maioratis idem erit obseruandū.

**Sexto** alia item ratione id probatur: si quidem maioratus dignitas quedam est secundam Bald. in dicta. L. cum antiquioribus. columnā. sexta. Archi. & P̄p̄o. in dicto cap. quam periculosem. & Ioan. Cirier. de primogenitura. quæstione. 1. quod defertur in gradū pari potius masculis, quam fēminis. Bald. in. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Abb. in capit. dilect. colum. 3. de arb. Paul. Paris. consilio. 72. numero. 70. libr. 4. quo in loco alios citat idem asseuerantes, nam in dignitatibus venius est, quod in pari gradu p̄feratur masculus etiam minor, ex multis, quæ adducit Decius in. 4.

2. ff. de reguli. iuris. numero. 47. & notatur in. l. i. ff. de Senatōrib.

**Septimō** ad idem probandum plurimum conducit: quod etiā si feudum ex conventione partium deferatur masculis, & fēminis, hæc conuentio hoc ordine est intelligenda, vt defientibus masculis fēminæ admittantur non alias text. in capitulo primo. 9. quir etiam Episcop. vel Abbat̄. in libr. Feudo. vnde licet cōcedamus, Maioratum fēminis etiam deferri, id erit intelligendum masculis non extantibus, cum feudum, & Maioratus maxime sint similia, & pari iure censeantur, nisi vel ex conventione, institutione, aut moribus regionis aliquod obtētum sit inter hæc duo discrimen. His tandem effectum est, vt verā simplicis Maioratus conditionem ad iuris, & prouincie morum interpretationem deducamus. Non obterit his, quæ proximè diximus, text. elegans in. l. duodecima. titul. 33. parti. 7. qua lege in eo dubio, qua ambiguum est, ex duobus simul natūris, quis censendus sit primogenitus, constituitur casus, quo masculus, & fēmina simul fuerint natūri. & inquit lex masculum p̄sumi primo natū atque ideo eum habiturū ius, & bona primogeniti. Igitur satis ex lege ista constat, fēminam habiturā primogenitū si absque ullo dubio primē nata fuerit. Hæc etenim argumentatio deducitur à lege per sensum à contrario, & casu omissio, qui sensus sufficiens non est ad improbadam eam sententiam, quæ legibus & actionibus virginitatis haec tenus fuit recepta. Deinde etiā si hæc reponsio deficeret profecto satis esset eā legem positam esse sub titulo generali de verbōrum significatiōne, atque ideo non facile admittendam esse ad ea reprobanda, quæ alioqui iure optimo recepta sint. Sicut & de eiusdem legis secunda parte probauimus libro secundo. huius operis, capitu. 7. num. 10. Quod si ex his quisquam opinatus fuert, adhuc non congrue huius constitutionis inductioni respōsum esse, illud erit cōsiderandum, eiusdem legis sententiam admittendam fore, vbi seclusis prouinciarum moribus, & omisis alijs coniecturis solo iure scripto res agēda sit. Et de his tractetur rebus, quæ simpliciter primogenitis deferuntur. Quo quidem casu ad huc maximē dubitarem, an fēmina maior sit masculo minori p̄ferenda.

Rursus Septimō principaliter ex huius capituli prima adnotatione infertur. quod maioratus simpliciter constitutus nullis expressis clavisib⁹ fēminæ defertur non extante masculo eiusdem gradus, quæquis in remotiori masculus non defi-

# Variarum Resolutionum

ciat: sic sanè censem Bald. in d. l. in multis Petrus Petri. in dict. §. quindecim. Roma. dict. consil. 98. Ioan. Lupi in dict. rubri. §. 69. nume. 24. Decius in l. secunda. ad finem. versicul. quarto qnæritur. ff. de regulis iuri. Guilielm. Benedict. in capitulo Raynūtius. de testament. verb. in eodem testinēto. in. 1. numero. 173. Bald. consil. 275. libro secun do. columna tertia. num. 6. Curti. in tract. feudo. in secunda parte. quæstione prima. limita. 15. \* Alexan. in l. Si dotali. num. 5. ff. solut. matrimonio. Multa hac in controversia, post tertiam huius operis editionem Burgē. in Proœmium legū Tauri. à num. 66. vsque ad numerum. 132. Sunt & ad hæc notanda pulchra verba Baldi in l. Fratres. q. 8. C. de inoffi. testa. & in l. Imperator. ff. de postulando. \* Ex quibus dum Petri Perticensis opinio nema sequuntur, ipse colligo, fœminam proximio rem ei, qui vltimò majoratum obtinuit, præferendam fore maleculo remotiori & qui eiusdē linea partice ps. non est simul & gradus: ideo licet Andreas Tiraquel. in. d. q. 16. num. 23. de hac sententia Baldi dubitauerit, existimans, nunquam fœminam ad bona primogenitorum admittendam esse, etiam deficiente maleculo: tamen hæc opinio, quam in hac septima illatione probamus, ve riò est ac magis consona testatoris, seu instituen tis majoratum voluntari, & apud nos moribus ac consuetudine recepta, quo casu ipse Tiraquellus non dubitat eam admittendam fore. Quamob rem ita tenendum erit: nisi expressim aliud ca tum sit in prima primogenitorum institutione. \* Qui verò multa nosse cupit circa fœminarum à majoribus exclusionem, legat Guidonem Papæ. decisio. 485. Deci. consil 15. & 370. & 515. Anton. Rub. consi. 71. & Petrum Peralta. in. l. Titia cum testamento de leg. 2. num. 5. \*

Octaūo hinc oritur vera interpretatio ad Regiam constitutionem, quæ ex Taurinis legibus est quadragesima quinta. Hodie. l. 8. ti. 7. lib. 5. Re copil. qua sanctum est, mortuo possessore maioratus: statim possessionem omnium rerum ad primogenium id pertinentium transire absque aliqua vera, vel ficta apprehensione in ipsum proximorem agnatum. cognatumve, qui ex institutione maioratus vocatus iure censeatur, etiam si possessio rerum ad maioratum pertinentium sit ab alio propria authoritate, vel ex traditione vltimi possessoris eo viuente occupata, atque inibi appellatur. hæc possesso legis authoritate translatæ ciuilis, & naturalis. Est etenim eadem constitutio admittenda non tantum ubi ex maioratus institutione expressim constet, quis vocatus

sit ad primogenium post obitum vltimi possessoris, sed & quoties nullæ fuerint adiectæ clausulæ majoratui, imò is simpliciter fuerit institutus apposito bonorum vinculo iure primogenij. Nam & in hac specie possessio ratione legis Regiae translata cœlebitur in eum, qui iuxta superius ad notata ad id primogenium iure vocatus videbitur. Nec obserit quod quibusdam visum est, Taurinam decisionem tantum obtinere in primogeniis constitutis authoritate, & licetia Regis, non autem in his, quæ absque Regia authoritate iure alioqui permittente priuatim statuta fuerint: quia & si solitum sit in hac re dubitari, & varias a diuersis tribunalibus pronuntiari sententias, dubitaueritq; Ioan. Lup. in l. Tauri. 27. ad finē, frequētiori calculo in praxi receptum est, Taurinam constitutionem etiam obtinere in maioribus propria authoritate iure permittente priuatim in lititis. quod probatur primo, quia indistinctè lex ipsa loquitur non magis in maioratu instituto licentia Regis, quam priuata authoritate stabilito. Secundo ex eo quod maioratus absque licentia Principis institutus, propriè maioratus dicitur nā maior succedit & primogenitus: quod sat est, vt ex propria significatione maioratus dici valeat, & tamen in quacunque materia propria significatio admittenda est, etiam si sit ordiosa, ex orbitans, & iuris cōmuniis corredoria. l. cum lege. vbi Aretin. ff. de testament. Ergo ipsa. l. 45. Tauri. Hodie. l. octaua. titulo septimo. libro quinto. Recopilatio. & in hoc maioratu intelligenda erit. Deinde & tertio ex. l. quadragesima prima. & 44. Tauri. Hodie. l. prima. & quarta. titulo septimo libro quinto. Recopilat. appetit institutionem hanc primogenij absque regis licentia factam, maioratum dici, & statim in maioratibus statuitur. l. quadragesima quinta. Hodie. l. octaua titulo septimo. libro quinto. Recopilationis. igitur signum maximum est eius legis conditores eam decisionem intellexisse etiam in maioratibus, quorum leges proximiores meminerant. Quartò hanc opinionem probare conabor ab eadem constitutionis ratione: quæ ea est, vt melius res vinculo maioratus submissæ conseruentur per istam transmissionem, hæc verò ratio adhuc militat in maioratibus absque Regia licentia institutis. Vnde ob eadem rationem par est & in his eidem legi locum fore. Quartò hanc sententiam probo authoritate Roderici Suares in allegat. decimonona. versicu. præterea omnia ista. quo in loco maximus ille apud Hispanos in forensibus controversijs, alioqui vir insigni crudii.

et editione praeditus hanc opinionem verio-  
nem esse censet.

Ceterum quo ad ipsam legem Regiam ope-  
ret inquietus, an iuste potuerit statui, possessionem  
ciuilem, & naturalem in successorem transferri  
absque aliquo actu apprehensionis vero, vel si-  
cito? Nam Franc. Aretin. in l. i. numer. 23. ff. de  
adquirienda possessio. scribit, statuto, lege, & con-  
suetudine posse induci, ut possessio in successo-  
re transcat, & ite in heredem, statim ipso iure.  
Quia id intelligitur per actum factum tradicio-  
nis, & apprehensionis ab ipsa lege inductum: que  
& ipsa lex tacite singit, licet expressum fictionem  
non induxit. At si statutum, vel lex statuerit, pos-  
sessionem in heredem transmitti sine aliquo a-  
ctu vero vel ficto, tunc existimat Areti. id a lege  
nece a Principe fieri posse, cum sit aduersus ius na-  
turale, quod requirit actum naturalem apprehen-  
sionis ad acquirendam possessionem. l. prima.  
in prim. & l. tertia. ff. de acqñirend. possesso. l. ea  
qua ciuitate. ff. de acquiren. rerū domi. Ex quo  
satis pericitatur Regia constitutio, qua statutum  
est, possessionem ciuilem, & naturalem transfer-  
ri absque aliquo actu apprehensionis. Sed & an-  
te Aretinam idem assertorat Bald. in l. Prima. no-  
tab. i. C. comuni, de legat. quibus tamen refragantur  
idem Bald. in l. vltima. numero octavo.  
C. de sacro l. an. cccl. Ang. Imola, & alij in l. qui  
vnterias. s. rem quod mari. ff. de acquiren. pos-  
sessio. Roman. in l. prima. in princip. numero vi-  
gesimo secundo. ff. eodem titul. Bertachinus in  
tract. de Episcopo. lib. i. part. numero septua-  
gesimo etauo. quorum opinio communis est  
secundum Iason. in dict. l. prima. numero septi-  
mo. C. com. de leg. i. notab. fatetur haec op-  
inionem communem esse, quam & verissimam  
debet censeri ostendam manifestissime, & prae-  
settum. Aretinum omnino hallucinatum fuisse  
hac in controversia: quamobrem illud erit prae-  
notandum, iure naturali, eo tempore quo domi-  
nia rerum nondum fere distincta, necessariam  
fuisse naturalem, & veram apprehensionem ad  
acquisitionem illarum rerum, quæ eodem iure  
primo occupanti adiiciebantur, sicuti probata  
in dict. l. prima. in princ. ff. de acquire. poss. in. §.  
scr. Instit. de rerum dñis. ita quidem, vt eo te-

pore & nunc in rebus communibus, quæ in nul-  
lius bonis sunt, sed primo occupantis iure na-  
turali fiunt, necessaria sit vera & naturalis apprehen-  
sio ipsarummet rerum.

Ex hoc verò non sequitur, in rebus iam acqui-  
sitis, quarumque dominia distinctasunt, esse iure  
naturali necessarium actum apprehensionis ad  
acquirendam possessionem, cum nullib[us] id con-  
stet. immo humana lege fieri potest, ut possessio  
transmittatur ab uno in alterum etiam absque vi-  
lo actu apprehensionis: quod manifestissime pro-  
batur, quia iure naturali ea transmissio prohibi-  
ta non est, & ideo lege ciuili induci poterit, si ita  
visum fuerit legū latoribus. Et præterea quod à  
iure naturali deducitur in dicta l. prima. in ptin.  
& in l. prima. ff. de acquire. rerum domi. per-  
nit ad corporalē detentationē, quæ, sicuti alibi  
dicetur, plurimū differt à possessione naturali, &  
ciuili: corporalis etenim detentatio rei acquiri-  
non potest aliter, quam per ipsam occupationē  
& actum corporis. Et ideo ab hac non restet in-  
fertur ad possessionis acquisitionem. Immo & si iu-  
re naturali, quod dominia rerum nondum crāt  
distincta, res communes, & quæ in nullius pote-  
state erat, acquirebantur primo occupanti: non  
per hoc censetur eodem iure vetitū, aliam à le-  
ge humana induci formam acquisitionis, & pla-  
ne cum id fuerit omissum à iure naturali, saltē  
non prohibitum, mihi dubium non est, posse le-  
ge humana ex causis Reipublicæ utilibus, & ho-  
minum coniunctui commodis, statui, eas res, ut  
pote feras, & indomita animalia, fluminum, &  
maris pīces: etiam sine occupatione alicuius  
dominium & possessionem transferri, ac omni-  
nō transire. Denique quātum valeat Aretini  
distinctio: appetit satis evidenter ex eo, quod si iure  
naturali præcisè ad possessionem acquiren-  
dam sit necessarius actus corporeus, vel appre-  
hensio ipsius rei, nulla ratione defendi potest,  
quod ipse Aretin. opinatur, admittēs statutum,  
& legem humanam, qua possessio alicuii acquiri-  
tur per actum factū absque vero occupationis,  
& apprehensionis actu. Nam si per legem na-  
turelā actus corporis necessarius est: non potest  
per legem hominis actus singi, qui verè non pre-  
cessit: cum ex ea fictione iuri naturali deroge-  
tur, cui quidem iuri naturali minimè satisfit, nisi  
actus verus, ab coquē requisitus ad hanc acquisi-  
tionem præcessit, alioqui facilimū foret legi-  
bus humanis ea tollere, quæ iure nature sunt ad  
aliquid necessaria, constituta fictione iuris, quod  
ni fallor, absurdum est, nec probari ylo pacto  
potest.

# Variarum Resolutionum

potest. Requiritur etenim lege naturae domini consensus, ut res in aliū quo ad dominium transferatur. Posset ne lex humana statuere fictione illius consensus præmissa aduersus veritatē dominium illius rei absq; vero consensu domini in aliquem transferri? minimè profecto.

Quod si dixeris, eam legem ex iusta causa constitui posse ad interpretationē legis naturalis: ipse libenter respondeo ex eadē iusta causa posse absq; vila fictione à lege idē fieri: & dominū in alium sine domini consensu transferri.

Et præterea aduersus Aretinum plures textus adduci possunt: & præsertim. l. quod meo. ff. de acquir. poss. l. clauibus. ff. de contra. emptio. l. quisquis. C. de donatio. cap. 2. de cōsue. l. t. C. de donatio. Quibus expressim probatur, absq; corporali apprehensione per actum fictum, aut per alium à lege vel cōsuetudine ad hunc effectum approbatum. possessionem acquiri alicuius rei etiam corporeæ. Igitur constat quandoq; sine actu vero nec ficto, authoritate legis humana possessionem rei apprehensam & acquisitā censeri. Dices forsitan cum Aretino in omnibus his casibus, quorū dictæ leges meminerint, actū præmiti ad possessionis acquisitionem: nempe, constitutum, traditione in clauis, reservationem vñusfruūtus, & item illū cuius in dicto capitulo. 2. de consuet. mētio fit. Et ideo non omnino his decisionibus improbari Aretini sententiam, hoc sanè cōmentium est, & futile, nam si iure natura l. i actus occupationis, & corporalis ipsius rei apprehensionis necessarius est: nec huic legi humana cōstitutio derogare potest: cōstat plane non esse has leges validas, cūm actus in eis probati non pertineant ad corporalē rei apprehensionē & occupationē, nec per aliquem ex his actibus legi naturali satisfactum esse, verē dici poterit. Et sanè sicuti ex iusta causa humana lex potest sancire ex his actibus fictis, & minimè ad veram apprehensionem pertinentibus possessionem rerum in aliquē transmitti, ita ex iustis itidem causis statuere, quod in aliquem transeat possessio naturalis, & ciuilis absq; aliquo apprehensionis actu vero, nec ficto. Ex quibus Regia constitutio defenditur, item & Gallorum consuetudo, qua receptum est, possessionem defunctorum in eius hæredem etiam extraneum transire absq; aliquo apprehensionis actu, meminere huius consuetudinis Bald. in l. vltima. C. de manumiss. & plerique abhī, quos referunt Chassanæ. in consue. Burg rub. 7. §. primo. & Guiliel. Benedict. in capit. Raynūtius, verb. mortuo itaque Testatore.

io. 2. numer. 72. Nicolaus Boëtius in consuetud. Butricensis titulo de Testamentis. §. sexto, in glos. 1. Bald. in rubric, de caus. poss. & proprie. columna secunda, Faber in summa. Instit. de interdict. Tiraquel. de retractib. libro primo. §. 26. numero. 31. Aymon in consuetud. Arvernæ, titu. Jo. 12. articulo primo, extat & de hoc text. in consuetud. Burdeg. titulo de Testamen. §. 21. Est tamen circa has consuetudines & leges considerandum ex eis minimè impediri interdicta possessoria, quæ à iure instituta sunt ad adipiscendam possessionem. Nam & possidentes autoritate legis absque actu apprehensionis, poterunt agere his interdictis ad acquirendam corporalem detentionem: quod vitum est Bald. in Authen. defuncto, quæstione tertia. C. ad Tertullia. Alexand. in consi. 37. libro primo, columnā prima, & in l. cūni hæredes, in princip. ff. de acquir. poss. Decio consil. 84. columnā prima, Chassanæ. & Boer. vbi supra, & Parisi. consil. 41. num. 8. libro primo. Tiraquel. latè in tractat. *Le mort.* sexta parte, declaratione secunda, idemque probatur ex Regio Caroli Cæsaris decreto Madridij dato anno M. D. XXXXII. die. 27. Februarij, quod typis excusum est anno. 44. Hodie. l. 9. tit. 7. lib. 5. Recopil.

Item & hic possessor sola legis autoritate poterit agere interdicto vti poss. detis, retinendæ possessionis causa, Ioan. Faber in. §. 1. Instit. de hæred. qualita. & differen. idem in. §. 1. Instit. de interdict. Guido Papæ, quæstio. 552. Chassanæ. in dict. §. primo. num. 7. Et Boerius. in dict. §. 6. glosa prima, quorum opinio communis est. Eandem sequitur Tiraquellus in dict. tracta. *Le mort.* sexta parte. in princip.

Sic & interdicto recuperandæ hic possessor vti poterit secundum Ioan. Fabrum in. §. sui autem, numero. 1. Instit. de hæred. quali. & diffe. Guido. dict. quæst. 552. Nicola. Boeri. in dict. glosa prima. Bald. in rubric, de caus. poss. columnā secunda, & ibi Ripam num. 24. Deci. consil. 84. Guilielm. Benedict. in dict. verb. mortuo itaque testatore. el. 2. num. 72. Socin. in l. rem quæ nobis. 5. quæst. ff. de acquir. poss. Ripam in libro primo, resp. capit. 1. num. 85. & Chassanæ. in dicto §. 1. vbi num. 2. scribit, hanc opinionem seruari in Regno Franciæ, cui adspiculatur quod & si hæc possessio absq; actu apprehensionis vera adquiratur: & per actum fictum: vera tamen possessio est, nec differt in effectu à ciuili & naturali possessione, secundum Alexand. & ibi Vincent. num. 74. in l. 1. in princip. ff. de acquir. poss. probat

bat text: elegans in capit. contingit, vbi Bald. de dolo & contum. & text. in. l. certe ff. de preario. Bar. in. l. ab emptione. columna ultima. ff. de partis. & alij plures, quos retulit hanc opinionem: dicens communem esse Tiraquell. de constituto 2. part. ampliat. 1. vbi de eius veritate disputat. Et idem in tract. *Le mort sait le viv*, 6. part. 4. declaratione. qui eandem sententiam sequitur. eam itē probat pulchre text. in dict. l. quadragesima quinta Tauri. Hodie. l. o. ãaia. titulo septimo. libro quinto Recopil. quæ hanc possessionem ita translata appellat naturalē, & ciuilem, & licet Bald. in dict. Auth. defuncto. q. 3. Abb. in cap. 2. de consuet. Alexand. in cons. 37. num. 3. libr. 1. idem consil. 83. lib. 2. Iason in. l. si sorori. C. de iure deliber. numer. 2. Ripa in. l. 1. nume. 37. ff. de adq. poss. ieneant contrariam afferentes ex hac possessione minimè competere interdictum recuperandæ possessionis: & eorum opinionem sequuti telen tur communem esse alex. in. l. in suis. nu. 9. ff. de li. & poth. Alcia. de præsumpt. 3. par. nu. 7. verius tamen videtur prior sententia vbi post obitum defuncti alter quam hæres ingressus fuerit possessionem: non enim possumus negare, quin hæres, vel successor per hanc occupationem spoliatus fuerit possessione sibi auctoritate legis acquisita. Nisi velis probare hanc possessionem minimè transmitti quoties statim post mortem possessoris alter quam eiushæres, acq. possessionem rerū accepit, quod Alexan. probat in dicto consilio 83. libro secundo. & Iason in dicta. l. si sorori. col. vlt. idem Ias. post Cumanum in. l. Pomponius. §. quæstam. ff. de acq. possess. Soci. qui parum sibi constat in consilio 49. libro tertio. colum. 4. Bal dum in dict. Auth. defuncto. sequitur: in cuiuscō probationem adducit Iason glo. in. l. cùm miles. verb. quasi. ff. ex quib. caus. maior. quam dicit ab alijs hæc in re adductam non fuisse: & tamen eam in dicto consilio. Barth. Soci. adducit. Ea etenim probatur continuationem possessionis defuncti in successore quo ad effectū usucaptionis iure inductā, & fictā omnino impediri, si alter eā possessionem apprehenderit: priusquam successor eam actu adquisierit. Possessio, inquit Iabolenus, testatoris ita hæredi procedit: si medio tempore à nullo possessa est. l. possessio. ff. de usucapio. l. Pomponius in dict. §. quæstum. interrumpitur etenim usucapio per possessionem alterius quam testatoris, & hæredis. Nec hic quo ad usucaptionem tractamus: an statim mortuo testatore træseat in hæredem possessio: sed quod possessio testatoris: & ea, quæ eo mortuo vacans fue-

rit, accedit & adiungatur possessioni apprehensione, & verè acquisitæ, & detentæ per hæredem dicta. l. Pomponius. §. non autem. Et idèo possessio extranei intermedia hanc continuationem impeditat. At in hac specie, quā modo expendimus, tantum agitur de continuatione possessio-nis testatoris, & defuncti in successorem, & hæredem: ita, vt ratione & vi legis vere hæres possideat: quamobrem & si possessio per alium occupetur, negari nequit, cum illo momento temporis post obitum, defuncti ante illam extranei apprehensionem hæres & successor possessionem adquisierit: quo fit, vt possessio nullo unquam tempore vacua fuerit: atque ita is, qui eam non vacantem occupauit, plane hæredem, & successorem iure tunc possidentem expoliat: saltem si cum non admittit ad possessionem. Et tanien in casu dicti. §. quæstum. & dict. gloss. in. l. cùm miles, vacua erat possessio eo tempore, quo per extraneum apprehensa fuit. Quamobrem incongrue infertur ex ea decisione ad questionem istam: quām tractamus. Sic tandem Alexand. dubitat an veta sit Cumani sententia in. l. cùm hæredes. in princi. ff. de acquirenda possessione. & mihi ea falsa videtur. idē que video probari aduersus Cumia. à Ferrono in consuet. Burdeg: dicto. §. vigesimoprimo. unde præxim, quā Galli vtuntur, iure probati sima esse opinor. Præterim vbi lex possessionem interim ab alio occupatam, & apprehensam irritam esse censcat, sicuti Taurina lege fit. & in specie adnotauit Parisiens. dicto consilio quadragesimoprimo. numero 9. libro primo. Quod si viuente testatore, aut præcessore: alius quam hæres & successor possessionem habuerit: eamque obtineat tempore mortis: tunc non esse locum statuto verissimum est: cùm defunctus tempore mortis transmittere minimè potuerit possessionem quam non habebat, in hæredem, aut successorem quod in hac quæstione afferit Guilielm. Benedict. in. d. verb. mortuo testatore. in. 2. nu. 78. & pluriq; alij, quorum meminit Andre. Tiraquell. in tract. *Le mort*. 4. p. declarat. prima. quanvis & Taurina cōstitutio etiam in hac specie itatuerit, possessionē transmitti eo ipso in successorem maioratus, etiam si alter non vocatus ad primogenitum viue te eius vero possessore, eam apprehenderit propria auctoritate, vel ex consensu possessoris.

Huic Regiae decisioni plurimum videtur ad stipulari sententia Bald. qui in. l. cuin antiquioribus. C. de iure deliberandi. num. 11. vers. decimo. scribit, in feudis filium adhuc viuo patre investi-

# Variarum Resolutionum

tum censeri, & possidere: & ob id in eum transire possessionem mortuo patre absque alia apprehensione, & inuestitura. idem notat Iason in. l. quoties. C. de rei vendicat. numer. 31. per text. in capitul. primo. in fine. de feudi cognit. quibus accedunt Ioan. Sanson in consuetudin. Turonensi bus. titulo de horiagijs. articulo primo. & Chal- sanæ. in dicta rubri. 7. §. 1. numero. 6. Aluar. in capitulo. 1. §. si facta. Si controuerſ. fuerit int. domi. & agnat. & in capitulo primo. quid sit inuestit. Sed hæc opinio. minimè probatur in dicto capit. 1. de feud. cognit. vt manifestum erit cuicunque, qui eius literam legerit. & licet gloss. inibi hoc sen serit: ea tamen innititur opinio. gloss. in. l. in suis. ff. de liber. & posthum. & in dict. l. cum hæredes. quæ asseuerant, in filium suum non tantum dominium: sed & possessionem mortuo patre transmitti. quod frequētissimo omnium consensu reprobatur. Et ideo iure communi Romanorum etiam in feudis dicendum est, mortuo patre non transire possessionem in filium, secundum Iaso. in dict. l. si sorori. C. de iure delibe. Guiliel. Benedit. in dict. verb. mortuo testatore. in. 2. numero 75. Zasium in tractat. de feudis. parte. 6. capit. qua liter feud. constituatur. versi Secūdum. idem præmittunt Massuerus in Præctica. titul. de feudis. numero decimo sexto. & quisquis is est, qui Parisiensis Parlamenti stylum cōcinnauit rub. de feudis. §. item de consuetudine. dum scribit ex generali consuetudine apud Gallos in successorem feudi, qui filius sit, aut proximior agnatus ab intellecto, transire possessionem absque apprehensione generaliter: an in extraneum eam tantum transire contra eos, qui directum feudi dominium nō habeant. Sic sane quod scribitur, filium patre vivente adhuc possidere: quemadmodum gloss. in dicto capitulo primo. senserat, id accipiendū est in hunc sensum, vt proprie spem illam certissimam consequendi res paternas: quasi dominus: & possessor dicatur. Eodem item pacto possessor appellatur mortuo patre etiam nondum apprehensa possessione: quia ratione dominij iura possessoris habet. argumen. gloss. in. l. assiduis. C. qui. pot. in. pig. habent. verb. possidet.

Hinc constat Regiam, & Taurinam legem iuri communi, & antiquiori contrariam esse. Nam & ea ex Baldi. decisione minimè deduci potuit cūm falsa sit. nec item à lege Regia Partitarum: quemadmodum ipse probauit libro primo Variarum Resolutionum. capitulo decimoquarto. in principio. Potuit tamen ex eo statui, quod apud Hispanos moribus, & consuetudine re-

ceptum esset, id quod eadem constitutione sanctum est.

Nonò ex supra explicitis colligitur vera interpretatio legis item Taurinæ. 46. Hodie. l. 6. tit. 7. lib. 5. Recopi. quia constitutum est; ædificia, & meliorationes in rebus maioratus per ipsum possessorem facta, ita ad primogenij successorem pertinere, vt nec estimationis partem teneatur is fratribus, matri, alijsve cohæredibus, aut vxori defuncti soluere. Hoc etenim etiam obtinet in eo patrimonio, quod iure primogenituræ, & maioratus delatum est: tametsi non fuerint in eius institutione expressa vincula: nec cætere conditiones, quæ solent expressim apponi: sed tantum constet de simplici primogenio: cūm & verè hoc patrimonium ad maioratum pertineat: & ideo cuius iura proculdubio habeat.

Decimo ab eadem radice procedit legis. 40. ex eisdem Taurinis sanctionibus intellectus. Hodie. l. 5. titul. 7. libr. 5. Recopilatio. appetet siquidem aliquam rem: aliquod patrimonium iure primogenituræ, & maioratus+ cuidam familie: cuidam genti deferri: nec tamen constat. quibus conditionibus, quibusve legibus facta fuerit huius maioratus inst: tutio. Quæritur an in eo seruanda sit dicta constitutio: quæ in successione maioratum, & primogenitorum præferendum esse censet nepotem minorem natu, filium tamen primogeniti viuo parente defuncti, ipsi patruo, qui maior natu est. Et sane ipsi opinor in hac specie, & in hoc casu idem seruandum fore ex his, quæ in initio huius capituli tradidimus. ipsa verò Regia decisio originem duxit à. l. secunda. titulo decimo quinto. part. 2. quæ in Regia dignitate ne potem patruo præferendum esse statuit. Et generaliter in quocunque primogenio ita respondebunt Oldra. consilio. 224. Alber. in procemio. ff. §. discipuli. versicul. decimo in ista materia. Paul. Castrensis consilio. 164. libro secundo. Ancharr. Cardinalis & Abbas in capitu. licet. de voto. Bal. conilio. 386. libro secundo. qui hanc opinionem communem esse fatetur: sicut & plures alij idē asseuerant, quorum meminit Andr. Tiraquell. in libro de primogenijs. quæsti. 40. numero. 11. vbi numero. 12. scribit hanc sententiani consuetudine totius fere orbis Christiani receptam esse. idē fatentur Carol. Molin. in Alexan. consilio. 4. lib. 4. Alciat. libro. 8. parerg. capitulo. 15. Et Thomas Grammati. decisio. 1. tradit & Ioan. Cirier. libr. 1. de primogenit. quæstion. 25. & 26. Sed omnium latissime ex iuris utriusque decisionibus, & eorum interpretibus, atque ex Chronicis quæstionem

nem istam inter patrum & nepotem disputauit  
Tiraquel. dict. quæst. 40. apud quem leges omnia  
ferè, quæ hac de re à veteribus tradita fuere. Sunt  
etenim & plures authores, qui pluribus rationi-  
bus, patrum esse nepoti præferendum probare  
conantur: quorum itidem opinionem secuntur  
eum communem esse afferentes Alexan. in dicto  
consil. 4. numero. 11. libro quarto. Decius consil.  
443. & Matthæus Affiliatus in rubr. de success. Feu-  
di. numero. 88. lib. Feudorum. quarti Oldri. sibi  
contrarius probare videtur. consilio 94. colum-  
na quinta.

Cæterum ea, quæ in hoc capitulo ab unica ratione deduximus, eodem iure admittenda sunt, vbi ex verbis alicuius sententiae in iudicio latè constaret, patrimonium aliquod iure maioratus familiæ, nomini, aut alicui deferti. Nam & verba sententia, qua pronuntiatum fuerit, & bona titulo maioratus ad aliquem pertinere. Omnino interpretanda sunt iuxta huius capitis resolutionem. Non enim in inferiori iudiciorum sententias esse stilet interpretandas. I. prima. C. si plur. una sententia. I. si ludeo. s. de his, qui sunt sui vekali. iur. notant Bartol. in. I. Julianus numer. 5. ff. de cond. indebet. Decius consilio 83. numero. 4. opimus text. in. I. diu. ff. de liberali causa. I. si à te. ff. de except. rei. iudic. idem Bartol. in. I. Si expressio columnæ. 2. ff. de appellat Capola in rubr. ff. de verborum significat. quia etiam sed tamen, etiam in his, quæ strictè etiam habent interpretationem admittenda est propria verborum significatio. text elegans, vbi hoc adnotauit Arteri. in. I. cuius lege. ff. de testam. Calderi. consil. 1. de consanguinitate affinitate. Decius in capitulo. cum ordinem columnæ. 2. & in capitulo de dorescriptis. idem in. I. 2. numero. 9. & in. I. factura. 5. in penitentialibus. numero. 10. & in. I. Semper in obscuris. numero. 11. ff. de regulis iur. idem Decius. Optime in capit. at si clerici. p. r. colum. viii. de iudic. Angelin. vitima. colum. 2. ff. de constit. princi. Abb. in capitul. ex parte. ultimo. 2. notabili de decimis. Suppositum in capitulo. 2. ff. 100

## **Ex Capite Sequenti.**

**M**ATRATUS conditionibus; **C**o-legibus licentia. Principe*s* iustitiae, derogari potest rescriptio Principatus. Officium regis iuris iurando. **P**ro principi **P**rincope potest filium illegitimum. **C**o-spiram ad feudum successionem per priuilegium admissere.

- 3 Femina per Principis concessionem potest in feudum succedere.
  - 4 Favorabilis est dispositio, per quam ad ius communne reducimur.
  - 5 Probatur efficaciter non posse Principem derogare ultimis testatorum voluntatibus, si absque Principiis auctoritate testamenta facta fuerint.
  - 6 Dominium a priuato auferri per Principem non potest absque publica ueritatem.
  - 7 Testandi libertas iure naturali, & gentium permittitur, ex cuiuslibet competit.
  - 8 Potestas absoluta quo pacto in Principe distinguatur ab ordinaria?
  - 9 Clausula, ex certa scientia, nihil operatur ubi in Princeps potestas deficit.
  - 10 Res subiecte restitutioni etiam titulo Majoratus: non possit ob dotem alienari, & an Princeps Valeat derogari voluntati testatoris, qui expressum prohibuit bona alienari ex causa doili.

**Quo pacto Princeps va-**  
**leat tollere, aut mutare testatoris**  
**voluntatem quo ad fideicom-**  
**missa, aut maiori-**  
**ratus?**

# C A P . VI.



**M**AIORATIBVS, ET  
primogenijs, quia frequenter  
in Hispania instruuntur, con-  
ditiones quædam adiiciuntur,  
& leges, quibus ex consen-  
su ieiuentum clericj, reli-  
giosi, illegitimi, & foeminae à iure Maioratus ex-  
cluduntur: vel patni preferuntur nepotibus,  
quæritur an Princeps valeat merito ipso testa-  
tore aliquam ex his legibus tollere, aut mutare?  
Et sanci vbi primogenia instituta fuerint ex li-  
centia Regin: tenuisque auctoritate aduersus iu-  
ris prohibitionem: cum Princeps ipse proprio  
privilegio derogat: ipse opinor Principem pos-  
se mutare leges, & conditiones his maioratibus  
appositas. Hoc probatur ex eo, quod Princeps  
privilegium ab eo subdito concessum modera-  
ri, & tollere ac renoscere valet text: & ibi Inno-  
cen. in capit. in nostra. de iniur. gloss. in reg. de-  
cet.

cet. de reg. iur. in. 6. Abb. Cardina; Imol. Felia. &  
Deci. in capit. nouit. de iudic. super gloss. in verb.  
quicunque. Ange. in. l. Antióchenium. ff. de pri-  
uul. credit. Felin. in capit. quæ in Ecclesiarum. de  
constit. num. 48. Alex. in eonf. 216. lib. 2. num. 18.  
Socin. consl. 87. libro. 3. artic. 3. quorum sententia  
communi omnium iudicio recepta videtur. at-  
que ideo maiotatibus institutis, priuilegio, & li-  
centia Regis poterit Rex derogare quo ad leges  
clausulas, & conditiones, quibus instituta fuerūt:  
id vero fit à Principe ex consensu possidentis; &  
quoties ius alteri verè quæ situm, minimè ex ea  
derogatione tollitur: iuxta ea quæ traduntur à  
Barzol. & alijs in. l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff.  
de lib. & post. qua in re oportet exacte Principis  
voluntatem perpendere.

Quod si Maioratus fuerit legitimè institutus  
absque priuilegio Regis: cum eius author liberè  
potuerit propria bona in' alios quibuscunque le-  
gibus & conditionibus trāsmittere: maior est tūc  
dubitatio: siquidem adhuc Principem posse eius  
leges, & conditiones mutare: clausulisque, vel ea  
rum alicui derogare: probatur his rationibus.

Prima constat etenim testatoris voluntatem  
Principis auctoritate posse mutari. text. insignis  
in cle. quia contingit de religiol. domib. & in l.  
legatu. vbi Bar. & Lancelo. Deci. ff. de vsuf. legat.  
l. legatam. ff. de admini. rerum ad ciuitatem per-  
ti. tradunt Cardina. & Imol. in dict. cle. quia con-  
tingit. Felin. in capit. cum accessissent. de constit.  
nume 18. Princeps igitur derogare poterit legi-  
bus etiam priuatim a testatore adiectis institutio-  
ni maioratus.

Secūlō hoc idem probatur: nām Princeps potest derogare ius, quæ non sunt iure naturali eiū nove inductio: licet iure humanoū facta fuerint. capitul. proposuit. de concess. p̄f. b. gloss. communiter recepta in l. vltima. C. si contrā ius, vel utilit. publi. & in l. quotiva. C. de p̄f. p̄f. I. imperat. offerend. traditur in capituloz quæ in Ecclesiast. de consti. & in l. prima. s. de constit. Princip. libera: verò testandi facetas in re humanoū, ciuili competit. l. prima. C. de factis sanct. Ecclesi. & in s. disponit. in authen. de nuptijs. gloss. in l. prima. s. de acquire. reruār. dōmi. Bar. & alij. in rub. s. de acquis. heredit. igitur Princeps poterit hanc libertatem testando tollere, eique derogare, ad idem optimas text. in l. testandi causa. C. de testamentis. b. 12. 13. 14. 15.

Tertio apparet, quod etiam in damnū, & pre-iudicium alterius potest Princeps tollere ab aliquo impedimentum, & oblixiem; qui eum inca-

pacem alicuius iuris efficit. text. est in l. quæ iuris ff.  
de natalib. restit. & in auth. quib. mod. nat. effici.  
legi. §. si quis vero non habens. Ergo si quis testa-  
toris voluntate; & expressa lege incapax. sit succe-  
sionis in maioratum, & primogenium; nihil agit  
Princeps contra naturam, qui hunc capacem fe-  
cerit, tollendo obicem. qui illi ad eam successio-  
nem obstabat. vnde poterit Princeps testatoris  
legibus, & voluntati derogare.

Quartò idem constat: quia & si legibus publicis illegitimi, & spurj nō possint parentibus succedere testatis, vel intestatis, Princeps tamen liberè potest non obstantibus his legibus illegitimos & spurios idoneos constitueret, & capaces, ut capiant parentum, & cognatorum, agnatorumque hæreditates. quod satis manifestum est: & probatur in dicto. §. si quis vero non habens. & in authen. quib. mod. natu. efficiant. sui. §. illud tamen à nobis. collat. 7. & in capitul. per venerabilem. qui filij sint legit. & notatur in dicto. §. & quid si tantum. Sic equidem eadem ratione Princeps supremus poterit capacem successionis effire eum, qui ex voluntate testatoris incapax eius esse videtur.

Quintò in huius partis comprobationem iure optimo adduci poterit quod gloss. celebris & inibi ab omnibus recepta adnotauit in capitul. 1. §. naturalis. si de feudis fuerit controvenerit. inter domini. & agnat. scribens. Principem posse illegitimum proprio rescripto legitimum efficere expressim ad feudum consequendum. licet alioquin natura lis illegitimus. & rescripto Principis legitimatus non possit feudum habere. quod ipse probavit in Epitome de matrimonij. 2. parte. capitulo octauo. §. secundo. numero. 27. & §. 9. numero septuaginto. Et preter alios idem respondit Curia. Ius. Iur. consil. 1. numer. 22. & 23. Hinc ergo deducitur etiam ad maioratus. & primogenia posse Principem illegitimum filium legitimam efficere. & ea consequatur. tamen si primus institutor legitos. & naturales vocauerit. eaque successione illegitimos excluserit.

Sexto. hæc opinio fulcitur ex eo quod eleganter probat Curtius. Iuliorum dicit. consilium nunc.  
23. respondens, fœminam, & ab ea descendentes  
3 alioqui ad feudib[us] successione maius feudorum  
& eius constitutionibus in specie improbatos: &  
ab ea successione exclusos: posse. Princeps. rescripto  
pro effici. c[on]summatione iuriis & successionalis capaces:  
atque ita per Principem derogari posse decisioni  
ter. in capitulo primo. ¶ Hoc autem nosandum est qui  
feudum dare possit. 1. s. filia de feudi successus. cap. 1.  
§. pro-

§.profecto. De lege Conradi; & alijs feudorum moribus, quibus receptū est: fœminas in feudis non succere: etiam si vassallus pro se & hæreditibus suis initelitus fuerit. qua de re latissimè tradidere plurima Francisc. Curtius de Feudis, parte tertia, quæstio. i. Iacobinus in gloss. super verbo, & fœminis, & Zasius tit. de feudi success. §. su per secunda particula, quibus placet frequentissimo omnium eonsensu & consuetudine posse induci: quod fœminæ in feudis cū masculis succedant: & part iure, quod probatur in capitulo primo; de feudi cognitio, vbi scriptum est, feudalia decreta, & constitutiones secundum mores, & consuetudines fore accipiendas, quo fit, ut princeps idem possit iustissime efficere: fœminasque ad feuda admittere: cum & consuetudo aduersus iura, & leges feudorum hoc possit omnino permittere.

Septimò, his suffragatur altera eiusdem Curtij Iunioris sententia: is etenim in dict. cons. i. num. 32. existimat, posse Principem supremū proprio rescripto fœminas ad feudum admittere etiam speciali privilegio: quāuis ex ipso contractu feudalium, ipsaque inuestitura appareat, legem esse dictam conventioni, & contrahentium consensu expressam: qua fœminæ ab illius feudi successione excluderentur. Nam eo authore eam legem poterit Princeps omnino tollere: & fœminas admittere contra ipsorum contrahentium expressam pactionē. Hoc ipsum probatur ex eo quod etiam si ex lege contractus, & inuestitura ad feudum admittendi sint hi tantum, qui naturales, & legitimi fuerint: Princeps tamen poterit illegitimos, & spurios propria dispensatione & legitimatione efficere legitimos ad feudorum successorem. gloss. in dicto capit. i. §. naturales, quam vbi quē Docto. probant. Hac igitur ratione motus ipse Curtius censet, posse Principē legibus contractui feudalium appositis derogare. Vnde eadem profecto ratione in hac quæstione, quam tractamus dicendum erit, posse testatoris voluntatem leges & conditiones ab eo fideicommissis adiecas, & maioratibus adscriptas: per ipsum Principem corrigi, & mutari.

Ostatò, quia plerunque per hæc Principum rescripta, & eorum derogationes: fideicommissa, & primogenia ad iuris decisiones: & earum slatura deducuntur: siquidem † fœminæ legibus ciuilibus & Regijs ad successionē alioquin admis-<sup>4</sup>se simul cum masculis: perque testatorū voluntatis propriæ elogia exclusa: atque à maribus distinctæ: tandem Principis derogationibus admit-

tuntur: appetet saniè hæc Principum rescripta valida fore. Nam ea, quæ alicui fieri non possunt permittuntur: si per eum actum ad ius commune redditur, notat Bartol. in l. omnes populi. colum. ii. versic. iuxta predicta quæsto. ff. de iusti. & iure. l. secunda. ff. de iniust. testament. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de Testam. Sic & in correctorijs licita est extensio, quādo per eam redimus ad ius cōmune, gloss. celebris in capitulo statutum, de præb. in. 6. verb. numerandū. Antoni. & Abb. in capit. olim tibi, de verbo. signific. in fine, per illum tex. Socin. conf. 25. libro tertio, quo in loco meminit predictæ glo. quam com mendarunt Areti. conf. 96. colum. i. Barb. in cap. 2. num. 49. de foro compe. Iason in. l. si unus §. pactus. ff. de pact. colum. 2. Felin. & Deci. col. 3. in capitulo, cum accessissent. de constitut. Rochus de consuetud. folio paruo. 16. columna. 3. Curtius Iun. conf. 26. col. 4. idem tradit conf. i. num. 23. & præced. Dec. in. l. in omnibus, in. 2. ff. de regul. iur. & alij plures, quorum meminit Andreas Tiraquel. in lib. de primogenijs, quæsto. 24. num. 6. quem legito, adducit etenim is author plura, quæ huic rationi plurimum conuenire videntur. Princeps igitur & sic alias testamento rum leges tollere non valeat: eas tamen quæ iurisdecisiones mutauerint, poterit abrogare: cum per id rescriptum ius cōmune illesum seruetur.

Contraria sententiam veriorem esse existimo: & profecto, ni fallor, Princeps minimè potest testamentis priuatorum derogare: nec eorum leges & conditiones tollere, † nec mutare, quod sequentibus rationibus, & authoritatibus probatur.

Primò, autoritate text. in. l. Si testamentum C. de Testam. Si testamentum, inquit Cæsar, iure factum sit, & hæres sit capax, autoritate rescripti nostri rescindi non oportet. Quod si dixeris in eo tex. non probari, Principem minimè posse testamentis derogare: sed non oportere id fieri: tūc rationibus statim traditis probabitur, inibi ex materia iubeta necessitatem constitui apud Principem, & dari: quæ eum cogat, vt testamentis minime derogeret.

Secundò adest text. optimus in. l. si donationē C. de reuocan. donat. Si donationē, inquit text. rite fecisti, hanc authoritati scripti nostri rescindi non oportet, ecce similia verba: ex quibus tamen dederuntur priuatorū dispositionibus Principem non derogare: nec quidem posse id facere notat Decius in consilio. 468. numero. 18. vbi dictam legem adducit.

Tertiò cationibus hanc opinionem veram esse ostendam, dominium etenim priuatū à Principe tolli non potest: nisi ex causa utili Reipublica: l. item si verberatum. §. i. ff. de rei vendicat. l. venditor. §. si constat. ff. cōniu. f. p̄d̄io. Bart. in Lvltim. C. si contra ius vel vti publi. Fortuni. clę ganter in. l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de liber. & posthum. colum. 138. Dominium autem nihil aliud est, quam ius disponendi de re ipsa. l. in re mandata. C. mandat. Bart. & Doct. in. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquirenda poss. numero. 4. Ergo Princeps non potest tollere liberam testandi facultatem in rebus proprijs priuato competente: nec testamentum mutare: nec ipsius legibus derogare: nisi id ab eo fiat ad publicam utilitatem: cum aliqui, si id licet libere Principi, tolleret ipse à priuatis rerum dominia: quod nimē agere valet.

Quartò his accedit, quod Tyberius Cæsar Senatu tractante: an Trebianis legatam in opus noui Theatri pecuniam ad munitionem viæ transferri concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris effet: quemadmodum Suetonius scribit in Tyberio, capitulo trigesimo primo. Maiori profecto ratione abstiner debent Principes à mutandis vltimis priuatorū voluntatibus in his, qui priuatae familiæ, non Reipublicæ relinquuntur.

Quinto, licet solennitates testamentorum iure civili sunt inductæ, & institutæ: ipsa tamen libertas testandi hominibus iure gentium, & naturali cōpetit. l. nec enim. §. deportati. ff. de milit. testam. l. milites. C. eod. tit. quibus f. probatur, militem iure gentiū absque solennitatibus iuris civilis testantem, posse etiam deportatum libere instituere hæredem: ad idem facit naturalis ratio quæ dictat, cuilibet licitum esse, & permisum libere de proprijs rebus disponere. Nā si iure gentium libera testandi facultas data est: ea & iure naturali competit. §. singulorū. Instit. de rerum diuisio. §. quod verò. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. Imò & libertatē testandi esse iuris gentium, & naturalis asserunt Theophilus in. §. ius autem ciuile. Inst. de iure nat. gent. & ciuili. Barto, in. l. interdū. num. 7. ff. de condic. indeb. Rom. Fulgo. & Ialon. num. 6. in. l. si testamentum. C. de l. etia men. Ialon post alios, in rubri. ff. de acquirend. hæred. Viglius in. §. Sed prædicta. Inst. de Testamen. num. 4. Fortun. in. dict. §. & quid si tantum. colum. 133. quorum opinio communis est secundum Ialonem in. dict. l. interdum, numero quarto, & Corneum in. dict. l. si testamentum, qui eana

sequuntur. Ergo Princeps tollere non poterit hanc liberam testanti facultatem: nec testamentorum leges, & conditiones: cum hæc iure naturali & gentium permittente libere siant. Tradit multa Menochius cons. 20. post alios, qui ab eo ibidem citantur.

Sexto, hanc sententiam, qua asserimus, Principem non posse fideicommissorum leges, & clausulas mutare: nec priuatorum testamentis derogare: tenent expressum Archidiac. in capitulo. Episcopus. 38. distinct. Martin. Laudensis in tractatu de priuilegio. §. 22. Roma. Fulgo. & Corneus in dict. l. si testamentum. Decius consil. 357. num. 5. & consilio. 403. num. 14. & consilio. 519. num. 5. & 557. num. 5. Aymō Crauetta consil. 296. libro. 2. & fatetur hanc opinionem cōmunem esse Corne. in dicta. l. si testamentū. Quod si Princeps testamenti priuati leges, & clausulas mutare velit: non poterit id. aliqui ergo quam si id fiat causa publicæ; non priuatae utilitatis secundum. Deciu. in. dictis. responsis. ex Bart. in processio. forum. & in. l. vltima. colum na prima. C. si contra ius vel vti. publi. Abb. & alij capitul. quæ in Ecclesiarum. de const.

Non obertunt huic assertioni ea, quæ in contrarium primo loco adduximus: & primum plane tollitur ex eo, quod testatoris vltima voluntas aliqui modis omnibus seruanda. capit. vltima voluntas. 13. quæst. 2. poterit Principis auctoritate mutari in his, quæ Principis administratio cōmittuntur: nam si testator aliquid legauerit in opus id, aut in eam rē, quæ Principis distributioni & gubernationi subiacet: idem testator id legatum fecisse videtur eius conditionis, attenta materia subiecta. vt per Principem proprio arbitrio posset libere commutari.

Sic Iurisconsultus in. l. legatum. ff. de admi. rerum ad ciuit. perti. scribit legatū ciuitati ad certum publicum opus relictum auctoritate Principis in aliud opus posse expedi, quia opera publica ciuitatum & ipsius Reipublicæ, & legata ei relictæ, administrationi Principis cōmisla censentur. cum, & is Reipublicæ administrator sit. Eodem pacto Roma. Pontifex, vt probatur in dict. Clem. quia contingit pecunia legatam in usus piros ad beneficia & sacerdotia instituenda, ad pauperum alimenta, potest in alia opera itidem pia cōmutare: cum ipse sumus Pontifex horum omnium sit legitimus ex Canonis sanctionib⁹ administrator, & rector. Unde in omni, & quælibet donatione, quæ Ecclesia fiat ad certū, & de statu onus ministerij Ecclesiastici, excepta intel ligitur

Jigitur **authoritas Romani Pontificis**, cui ut præsidi **Reipublicæ Christianæ** licet ex iusta causa dispensare vnicuique; Ecclesiæ, & membro, id quod alterius membra proprium sit, iusta utriusque membra necessitatem, opulentiam, & inopiam, nec per hoc offenditur donatoris, aut testatoris voluntas, quod obiter explicat Driedonius de liberate Christi, libro. I. pagina. 206. & 209.

Secunda prioris sententiae ratio tollitur, si animaduertamus, liberam testandi facultatem iure gentium hominibus cōpetere: & ideo non posse tolli Principis rescripto: nec eius authoritate, quemadmodum probatum est quinto posterioris sententiae fundamento.

Tertiò, non obstat, quod adduximus de potestate Principis, ad tollendum quocunque impedimentum: quo quis bona iure successionis capere impeditur: quia id procedit, quādo illud impedimentum inducitur à iuris statutis, quibus potest Princeps ipse derogare, cum sint humanæ leges, quæ submittuntur dispensationi Principum. Non enim idem erit, ubi quis voluntate testatoris, qui liberè potuit à proprijs rebus disponere, succedere impeditur.

Eadem: eisdem ratione tollitur quarta ratio cùm illegitimi, & spurij sint incapaces successionis ex prohibitiōne legis humanæ: quam Princeps tollere potest. Quamobrem in his maioratis, & fideicommissis cautissimè oportet remittam tractare. Siquidem ubi ad primogenium vocantur legitimi, & naturales: satis erit, ut illegitimi admittantur, quod in rescripto Principis efficiantur legitimi: & potissimum si expressim ad successionem primogenitorum fuerint effecti legitimi, opinor etiam necessariā fore expressam legitimationem ad successionē primogenitorum sicut & est necessaria ad feuda. Sed si maioratus institutor in specie prohibuerit successionem illegitimirum, & eodem pacto eorum qui rescripto Principis fuerint effecti legitimi: tantū admittens eos, qui nati fuerint ex legitimo matrimonio: tunc minime admittentur legitimati per Principem, etiam si ea legitimatio facta fuerit expressim ad hunc maioratum cum derogatione clausule: & legis à testatore data, quod maximè notandum esse censeo. Et ne qui admodum aduersus Principis potestatē existimet, iniquam nostram hanc sententiam, ab eo libēter queram possit ne Princeps priuatum aliquem prohibere, ne de proprijs rebus testetur sub legibus, & conditionibus, quibus ei libitum fuerit? Respondebitis, Principem hoc facere non posse, cùm a-

liud iure responderi nequeat: fatebitur igitur idē, non posse post conditum testamentum, & morte testantis confirmatum, Principem id tollere, aut eius legibus derogare.

Quinta ratio facilimè tollitur eodem modo cùm iure humano tantum, & per leges, quibus Princeps potest derogare, filii illegitimi impediantur succedere in feudis. Quod si ex conuentione contractus, vel ex testamento prohiberentur ad feuda admitti legitimati per Principis rescriptum, tunc nequaquam prodesset Principis legitimatio etiam expresse tollēs contractus, vel testamenti legem: ut admitterentur illegitimi.

Sextum fundamentum ob eandem causam corruit: quia fœminæ prohibentur succedere in feudis propter leges, & consuetudines feudorum quæ dispensatione, & rescripto Principis tolli possunt & tolluntur: at si fœminæ prohibita fuerint succedere testamento instituentis feudum, & maioratum, vel ex conuentione inuestiturae: non poterit Princeps eas leges mutare, nec tollere.

Septimum, quod ex Curtio pro priori sententia attulimus, minime obstat: quia id falsum est: sicuti modò probauimus, & deducitur id falsum esse ex his rationibus, quas ad posterioris opinonis probationem excusimus.

Vltima ratio vrgeret sane: si per leges contrarias, aut testamenti forent iuri communi derogatum, aliquave illata vis, aut iniuria. Sed cū testator iure permittente eas leges testamento, fideicommisso, & primogenio adscriperit: non videatur Princeps eam voluntatem vltimam possit mutare ex ea causa, quod velit dispositionem testantis reducere ad iuris communis regulas: quæ tandem minime obtinent, nec obtinere debent: ubi testator aliter suo testamento decreuerit: alioqui qui fatendum esset posse testamentarias dispositiones per Principes reduci ad iuris communis decisiones, quod falsissimum est: quandoquidem testator eodem iure permittente liberè potuit ita testari. Constat ergo hanc vltimam opinionem magis veram esse: & ideo admonendi sunt Principes, ne testatorū vltimas voluntates maioratis instituendis mutent, tollatur, nec item leges ipsas: quibus institutores primogenitorum donationibus, aut contractibus propria patrimonia posteris deferunt: nisi id fiat ex causa utili Republicæ. Alioqui arbitror non æquè iustitiam subditis ministrari, nec tutum esse Principis spirituali saluti, eas derogationes testamentorum, & vltimarum voluntatum fieri. Imò, vt haec opinio manifestius probetur aliquot ex ea deducam: ex

# Variarum Resolutionum

quibus apparebit dubitationem istam nō recte à Doctoribus examinatam fuisse, præterim ab his, qui potestates Principū, ultra quām deceat facilimē extendunt.

Primum ex his deducitur, an sit verum quod Paul. Castr. scripsit in dicta l. si testamentum, exi stimans Principem ex potestate absoluta posse testamentis, & vltimis & priuatorū voluntatibus derogare: licet non possit id facere potestate ordinaria? Nam hæc potestatis abolutæ vis nequa quam conuenit his, quæ iure naturali, vel gentiū sunt instituta: quæ proculdubio Princeps tolle re non potest, nec ordinaria, nec potestate abso luta. Iura siquidē naturalia immutabilia sunt: & ideo nemo vñquam dicet his Principē posse de rogare, etiam aboluta potestate: cùm hæc pot estas nō essent, sed tyrānis, quæ longe abesse debet à Principibus, & ab his, qui de eorum Imperio, & potestate tractare conantur. Ius etenim naturale dictat, quælibet propriæ rei dominiū habere posseq; libere de ea disponere: nisi ea dispositio ex causa Reipublicæ vel propter publicā vtilitatem ei interdicta sit. Quod si Princeps absque publicæ vtilitatis causa dominium ab aliquo au ferat eive interdicat rei propriæ liberā dispensationē: nonne tyrannidē verius quam Principis leges, & iura exercet: hoc profectò apertissimi iuriis est: quamobrem Paulide Castro sentētia, nec iure probati potest, nec admittenda est in bene instituta Republica. Deinde hæc ipsa distinctio potestatis ordinariæ, & absolutæ in humanis Principibus falsissima est: & adeo absurdā, vt mirer omnino viros vtriusq; iuris peritissimos ea vñsos fuisse: etiam si præter Paul. Castr. in dicta l. Si testamentū, ea plerique vrantur, & maximè Antoni. in capit. Constitutus, numer. 21. de religio domi. Bald. in l. secunda. C. de feruit. & aqua. numero. 40. Decius in capitulo. Quæ in Ecclesiast. de consil. numero. 24. & sequen. & in capitulo vltimo, de confirmat. vtili. columna vltima, Angel. in l. item si verberatum. §. primo. ff. de rei vendic. Hic etenim nō agimus de his, quæ per injuriam, & violentiam Princeps facere potest: cùm id non pertineat ad iuris consultos, nec in ea re conueniat nostra disputatio: ac potius belli duces, & milites, quam viri literis, & eruditio ne prædicti sint consulēdi, at si nobis ea disputatio conuenit, quæ tractat de his, quæ iure absq; iniuria Princeps agere potest: abhortere prorsus & fugere tenemur absolutæ potestatis mentionē quod manifesta argumētatione ostēditur. Nam quod Princeps, etia derogando legibus huma-

nis, & iure naturali diuino & humano facere vallet: id ad ordinariam Principis potestatem perii net: iure siquidem concessā potestas, ordinaria dicitur, non absoluta: cum nihil absolutum cuiquam, etiam Principi iure sit permisum, quod autem Princeps agere nequit iure humano, diuino, nec naturali: id non ad potestatem Principis quæ ex iure deducatur: sed ad tyrannidem, quæ ex iniuria oritur, pertinet. Et præterea hoc ipsum constat ex definitione Baldi in dicta l. 2. num. 40. dum inquit, plenitudo potestatis, quam absolutam ipse, & alij appellat, est arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nulliusque publi ci iuris regulis limitata. Ex qua definitione colligitur hæc absoluta Principis potestatē ita liberè arbitrio Principis pendere, vt nulla ratione, nullis publici iuris regulis limitetur, igitur Princeps nulla rationis necessitate constrictus liberè poterit aduersus eiusdem rationis dictamen vti abso luta potestate. Hoc autē quām sit absurdū ipse met Bald. respōdebit: cum in eadē l. 2. num. 42. asseuerat, Principem animal esse rationale, ratio ne subditū. Nobis ergo, qui de iure disputamus, quæ sit in Principi potestas: non licet nec licet vñquam in Principi constituere potestatem, quæ eius libidine, & libera voluntate absque rectis rationis limitibus ducatur, quod sensit ele ganter fortu in. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. col. 140. verl. dicebat Bald.

Fortassis placebit quibusdam, qui vtuntur hac distinctione absolutæ, & ordinariæ potestatis: cā dici absolutam potestatem, qua Princeps aduersus humanas constitutiones dispensat: cisque derogat nulla subsistente iusta causa. Nā licet Princeps male faciat, & peccet has clariēdo dispensationes: actus tamē ex eis sequutus validus est: iuxta tradita à nobis in Epitome de matrimo. capitulo sexto. §. nono, numero decimo, adhuc tamen ea potestas ordinaria est in Principi, qui derogare potest iuribus humanis: licet male Princeps ea vrat: cūni nulla ex causa iusta leges humanas in priuati alicuius commodum tollat. Quamobrem nec ipse Princeps apud Deum tutus erit: nec item is, qui his dispensationibus vñs fuerit.

Secundò infertur ex præmissa resolutione fal sum esse alteram Pauli Castrensis sententiā in dicta l. si testamentum, vbi afferit, posse Principem derogare vltimis priuatorū & voluntatibus, & testamentis: eamque derogationem valere, vbi rescripto apposita expressim fuerit clausula: ex certa scientia. Ego etenim considerandum esse cen seo,

Ca. omnem actum ab agere potestate, & voluntate pendere. cap. cum super de offic. deleg. l. ne mo p̄qrest. ff. de leg. i. adnotavit ex Boetio Bald. in l. prima, numero. 33. C. de sacros. Eccles. nihil enim ad agendum prodest voluntas, si desit potestas; et iesus nihil agitur ex potestate, si non ad sit voluntas. Sic sanè si Princeps non potest, etiam si velit tollere priuatorum testamenta: quid obsecro refert ipsius rescripto clausulam: ex certa scientia adscriptam esse cum ea possit maximos effectus habere in his, quæ Princeps agere valcat in his autem quæ ab eo etiam sciente, & omnino volente fieri nequeunt: nihil ea clausula operabitur, eadem ratione parum prodetur; quod Princeps in his testamentorum priuatorum derogationibus, vtatur clausula, non obstantibus, ut cunque generaliter, aut specialiter concepta, etiam si in specie expressum fuerit: non obstante: l. si testamentum. C. de testamento, quia cum in Princeps desit potestas deroga di testamentis: nihil agitur, etiam si eidem legi nominatum derogetur.

Terzio следит ex his, Principem non posse testamētū, & ultimis priuatorum voluntatibus derogare, non tantum quo ad totam ipsius testatoris voluntatem: sed n̄c quo ad eius partem. Quia hac in re idem est de parte, quod de toto: cum Princeps nō possit voluntatē priuatorum de proprijs rebus disponentiū mutare, mutatur autem ultima voluntas, etiam si quo ad partem ei derogetur. Sicut nec Princeps potest a priuato in iure auferre, partem domus, partem p̄dij, in quibus is dominum habet. Nec enim negari poterit, quantum ad illam partem, tolli dominium a priuato in iure: quod etiam per Principem fieri nequit. At si dixeris, Principem posse iuri naturali, vel gentiū, partim derogare: id certe falso est: cum in ea parte, quæ Princeps tolli iuri idem naturale sim habeat, quæ quicquid vis Princeps subverti nequaquam potest. Sic sanè ne leges priuatum aposita in contractibus, vel testamentis ab his, qui propriū dominium habent, non submittuntur libero Principis arbitrio cum & haec minimē refragetur legibus in Reipublicā utilitatem statutis.

Nec principali huius questionis decisioni ob erit, quod Princeps iuri nondum questione alteri derogare valer secundum cōmunē omnium resolutionem in dicto. s. & quid si tantum, & ideo prius quam ex hac derogatione alteri quo ad ius quæsumū prejudicium fiat: nempe vbi ex legibus testamenti, vel contra quos nondum fue-

rit alteriores quæsita, vel spe admodum probabili delata: Principis rescriptum validum censeri debet. Hæc siquidem ratio satis debilis est: cū semper ex hoc rescripto testatori verum dominium habenti, & eius voluntati omnino præiudicetur.

Quartò hinc queritur, quid si ex lege Regiae cui Princeps derogare potuisset, aliquis filiū tercia bonorum parte meliorauerit: legesque iure fideicommissi meliorationi adscripserit, usus e quidem iure ipso. Regio omnibus cōmuni absque Principis privilegio, an possit ipse Princeps aliquam ex testatoris legibus tollere, eive derogare? Quibusdā etenim id posse fieri videbitur ex eo, quod testator usus licentia legis Regiae, & humanæ, quam Princeps tollere potest, fideicommissum scripsit: & ob id ea voluntas submittatur Principis arbitrio. Adhuc tamen opinor nec in hoc casu Principem posse testatoris ultimam voluntatem mutare. Quia testator usus iure sibi quæsito lege Regiae ad utilitatem Republicæ statuta testamentum condidit eo pacto, quo potuisset iure naturali cōdere: nisi veteribus humanis itidē legibus prohibitus foret: quibus quidem legibus eo tempore, quo statuta fuerūt Republicæ, utilibus, nouis constitutionibus derogatum est, & his testator vitetur, non priuilegio Principis. Quo sit, ut maxima hac in controversia sic differētia constituēda: an fideicommissum institutū fuerit peculiari Principis priuilegio, iure prohibete: an ex beneficio ipsius legis etiam humanæ. Nā priori casu Princeps mutare poterit conditiones, & leges ipsius fideicomissi: posteriori verò minimē. Quia in prima specie ius adquisitum alteri ex priuilegio Principis, potest ab eodem Princepe tolli: saltē vbi omnino ius quæsumū in specie alteri non fuerit. In secundo autem distinctionis casu non potest mutari testatoris voluntas, quæ iure in utilitate publicā statuto semel stabilita sit. Princeps etenim licet possit reuocare humanam legem, non tamen nec vi reuocationis, nec dispensationis potest tollere effectus iam ex ea ante reuocationem perfecte deductos: ex quibus ius alteri quæsumū sit: nisi id fiat ex causa utili Republicæ. Alioqui leges iustitiae, & ad cōmunem utilitatē latæ, essent fallaces, deciperentque priuatos homines secundū eas propria testamenta, ceterosq; actus constituentes, si ad libitum Principis publicæ leges cum his, quæ earū autoritate semel ordinata, & stabilita fuerint, possent tolli & reuocari, q̄ maxime aduersum est æquitati, iuri naturali, & Republicæ administrationi:

tioni: cui conuenit legum authoritatē sacrosanctam & inuiolatam fore.

<sup>30</sup> Quinto, ex hac disputatione tractari cōmodē poterit, quid dicendum sit de re scripto Princis: quo frequenter conceditur, quod aliquares vinculis, & cōditionibus maioratus subiecta, & alienari prohibita ex causa fideicōmissi, etiam ratione dotis: nihilominus possit obligari, & hypothecæ titulo submitti pro restituenda dote quam ab uxore possessor maioratus, aut eius pri mogenitus acceperit, vel pro solutione dotis filie sorori, aut nepti cōstitutæ, & genero promisæ? Solet enim Princeps hoc ipsum concedere: deficientibus tamen bonis, quæ libera sint à maioratus, & fideicommissi legibus. Dubitatur etenim, an Princeps iure hoc concedere valeat in derogatione priuatæ voluntatis? Cuius quæstionis decisioni præmitam aliquot vulgo receptas interpretationes Authen. res quæ. C. cōmuni. de leg. qua decimum est, res fideicōmissio subiectas, & quæ ob id vinculum alienari non possunt, causa tamen donationis propter nuptias dotisve & iure alienari posse.

Primum, illud equidem satis receptum est, & omnium consensu probatum, eam constitutio nem obtinere. vbi alienatio sit ex causa dotis, donationisve propter nuptias in favorem, & utilitatem descendētum recta linea ab ipso primo testatore, qui fideicommissum instituit: quasi aliud omnino dicendum sit in extraneis ab ipso testatore, & in his, qui per transuersam lineam ei cognationis, aut agnationis iure attingūt: quod probatur ex mente testantis, & in ipsius legislatoris, quam sequuti ita cāndem constitutionem intellectere inibi Barto. Bald. column. 3. Paul. Castren. & alij præsertim Iason nume. 12. & Curtius Iunior numero. 18. qui hanc sententiam explicaat, & sentiunt communem esse, cāndem se quæntur Aretin. consilio. 37. column. 2. Paul. & Docto. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. column. 8. Loazes in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. vbi num. 36. fatetur hanc opinionem cōmūnem esse. Quidquid contrarium senserit gloss. in Authen. de restit. & ea, quæ patit. §. quamobrem, verb. si non sufficeret, quam sequitur dicens sing. esse Baldus Nouell. de dote 6. parte, priuile. 13.

Secundò, hoc in tractatu obseruandum est, posse remi prohibitam alienari dotis causa alteri quam fideicōmissario tradi, non tantum vbi tacita alienationis prohibito præcesserit: sed etiā si expressum à testatore sit alienatio prohibita.

hoc etenim ob cādem rationem iure omnipotestio deducitur à decisione texti: in dicta Authen. res quæ, atq; ita adnotarunt Bart. in dict. §. diui. nū me. 10. quo in lo afferunt eius opinionem cōmuniter receptam esse Iason. num. 59. Ripa numer. 70. Ioan. Crott. col. 15. Loazes. num. 341. idē fatetur Iason in dicta Authentica. res quæ, numero. 24. & ibi nouiores, cāndem opinionem se quæntur Io. Lup. in rubric. de donatio. §. 16. Baldus & Saly. in dict. Auth. res quæ. Curt. Sen. cons. 27. dubio. 1. Deci. cons. 519. Alex. cons. 56. lib. 1. Et licet quibusdam cōtrarium placuerit: hæc tamen sententia omissa longiori examinatione, verior est, & magis cōmūnis: sicut & ipse Deci. scribit, probaturque in l. affilia. ff. ad Trebell. & in dict. §. cūm proponeretur.

Tertio, vt quibusdam visum est, eadem nouela constitutio minimè obtinet, nec est admittenda vbi testator expressum alienationē prohibuerit etiā ratione, & causa dotis. Nam tunc nō posse rem alienari prohibitam in dote dari, aut causa dotis alienari propter expressam testatoris voluntatem, quæ derogat tacite, & præsumpta à qua rationem habuit dicta constitutio: responderunt Alexand. in dicto consil. 36. numero. 3. libro. 1. Ambrosius Opiconius in dict. §. diui. super quæst. 2. Bart. Ioan. Crottus colum. 18. Ferdi. Loazes num. 360. inibi. Et Curt. Iun. in dict. Authen. res quæ. num. 36. Roder. Xuar. in l. quoniā in prioribus. 2. limitatione, ad. l. Regiam, col. 16. versic. vtrum autem bona maioriæ. C. de inossi. testam. & Io. Lup. in dict. rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 16. num. 11. apud quem vidi ad hanc opinionem citatum Ambros. in dict. §. diui, qui tamen non ita indistinctè, vt Alex. & alij huic opinioni subscribit: imò planè non potest inter eius authores iure connumerari, tandem isthac sententia potissimum rationem habet ex eo, quod constitutio, quæ causa dotis alienationem permittit à præsumpta testatoris voluntate deducitur, text. celebris in dicto. §. quamobrem, quæ quidem cessat ob contraria, & expressam eiusdem testatoris voluntatem.

Ceterum, Paulus Castrensis ab omnibus prauicitatus in consilio. 80. lib. 1. col. 2. incipiēti. Quia per suprascriptum eximium consultorem. Cui subscribit Iason in dicta authen. res quæ. col. vlt. contrariā sententiā probat scribens, rem prohibitam alienari à testatore: posse nihilominus ex causa dotis omnino alienari: etiam si expressum prohibitum sit, nè ex causa dotis alienetur. Quia testator

testator non potest hanc pròhibitionem addere in præiudicium dotis, quam posteris, & liberis iure constituere tenetur: si hi nō habeant bona ex quibus dotē habere possint. l. à filia. ff. ad Treb. l. vli. C. de dot. promiss. notatur in. l. obligamur, ff. de actionib. & obligatio. Ego verò priorē opinionem veriorem esse omnino censeo. Nam pater, qui testamentum condit, & relictis legitimis portionibus ipsis filijs, quos grauare non potest, in his rebus, quæ ultra legitimam portionem filiorum superfluit, liberè potest quodcumque grauamen filijs iniugere, sicut & extraneis, quibus eadem bona poterat relinquere. Et ideo quemadmodum ex consensu omnium potuit in hoc casu testator prohibere extraneis alienationem ex causa dotis: ita & liberis proculdubio potest eadem fieri prohibitio. Nec tenetur auus, nec pater semel constituta filijs legitima portione, & ea data, eisdem vel eorum liberis dotem constitue re, vnde quod Paul. Castrēsis scribit procederet utique vbi ratione debitæ portionis legitimæ tenetur testator dotem dare filiabus, aut nepotibus: quod expressum notarunt Io. Crottus, Loazes, & Curtius in dictis locis: ae sensit optimè Io. Lupi. in dicto. §. 16. numero, 14. vers. pater verò. Imò eadem expressa prohibitio, quod res subiecta restitutioni non alienetur etiam ratione dotis poterit apponi à testatore, & iniugi filijs quo ad Tertiam bonorum partem, quam vni ex eis prælegauerit: modò seruetur in fideicommissi forma decisio legis Regiæ. 27. Tauri. Hodie l. vndecima, titulo sexto, libro quinto Recop. nec ad hanc scribendam prohibitionem opus erit priuilegio Regis.

Quarto, noui tantum res subiecta restitutioni poterit alienari titulo dotis constituenda: sed etiam ratione dotis per grauatū accepte restituenda, & licet ea recepta fuerit post grauamē appositum: mortuoque ipso testatore, & vxore ipsa, quæ dotem dederit, minimè ignorante ipsius grauaminis constitutionem. Hoc probatur in dicta authen. res quæ. dum inibi expressum est, rē subiectam restitutioni posse alienari causa donationis propter nuptias, quæ quidē datur pro tutori solutione, & restitutione dotis, & pro dote cōse quenda: quemadmodum constat ex notatis in Auth. siue à me. C. ad Velleia. & in Auth. vt immobilia ante nuptias. §. If quis igitur, colla. 5. adnotauimus, & nos in Epitomē. 2. patte de matrimonijs, capitulo terrio. §. septimo, ad finem, igitur & pro restitutione dotis poterit alienatio permitti. Quam opinionē tenuerunt gloss. Bart. &

Dicit. in dict. auth. res quæ. Alexan. consilio. 67. numero quarto, libro. 4. Anania, & ibi Bogni. consil. 61. dubio. 3. Barto. Socin. consil. 23. libro tertio, column. 1. Deci. consilio. 519. numero. 2. Rube. consil. 78. numero primo. Ioan. Crottus in dict. §. diui. Fol. penult. verb. octauo queritur. Curtius junior in dict. Authen. res quæ. num. 11. & quanuis gloss. & Bartol. indistinctè hac in re loquantur: & Angel. in Authen. de restitutio. & ea, quæ parit, in princip. vltim. colum. Iason in dicta Authen. res quæ. colum. penult. idem in consilio. 231. num. 3. lib. 2. velint bona subiecta restitu tioni minimè posse alienari pro restituenda dote, quam filius, nepos, aut pronepos testatoris ac ceperit post constitutū fideicommissum: nihilominus verior opinio videtur contraria, qua probatur, posse dicta bona pro dote restituenda alienari: etiam si dos accepta fuerit post fideicommissum & mortuo testatore: sicuti afferunt Alexan. & alij omnes, quos post ipsum modò citauit: ex quibus fatentur hanc opinionem cōmunem esse Anania, Socin. & Decius, & Rubeus, ac præter eos post alios idem testatur cādem opinionem sequutus Ludoui. Gozadi. consilio. 96. num. 10. sentiuntque hanc sententiā iure veram esse Barto. in dict. authen. de restitutio. colum. 3. verb. quæro pro declaratione. & Paul. Castrēn. in consil. 80. libro. 1. hoc ipsum constat ex decisione Iustiniani in dict. authen. de restitutio. & cap. dum ibidem in. §. Sancimus, responsum est, posse filium, vel si liam testatoris constituere dotē, & donationem propter nuptias ex bonis subiectis restituendi: vnde apparet, eam decisionem expressim tractare de dote constituenda post testamentum, & grauamen iam institutum: & ideo idem præmit tit is text. circa alienationem bonorum pro restituenda dote accepta post ipsius fideicommissi or dinationē, etiā iam mortuo testatore: cum hæc duo pari iure censeantur ab ipso Iustiniano, id est etiā deducitur ex eo, q̄ Cæsar ipse in procōlio ipsius Nouellæ assuerat, plerūq; mulieres dan tes dotem ei, qui possidet bona subiecta restitu tioni, ex ignorantia fideicommissi decipi: igitur iam constitutum erat fideicommissum tempore, quo dantur dotes, quibus illa constitutio fauere, vult. Præterea ratio dictæ Cæsareæ Nouellæ ea vi detur esse: quod ex presumpta voluntate testatis appareat, testatorē voluisse fieri à successoribus, quos onere restitutio grauauit, quod idē si vi ueret facturus esset. l. cum seruus, yersi. nā & si vi uus. ff. de condit. & demōstrat. dum dicit: Quod ipse viuus facturus sit, ab hæredibus suis fieri vo

Iusse intelligitur. Sed ipse testator si viueret, ea bona voluisse pro testituenda dote filio tradita obligari, iuxta norata per Bart. in. l. si cum dotē, §. trāsgrediamur, ff. solut. matrim. Ex quibus apparet veriorē, & magis cōmūnem esse sententiā Alex. Ananīæ, & sequacium. Et quāuis lo. Crot-  
tus, Soci. & Curti. Iun. hanc quæstionem tractan-  
tes inter alia p̄cipuē considerent ignorantiam mulieris tradentis dotem viro, qui fideicōmissi  
iure tenebatur bona restituere: nē ex ignorantia  
fideicōmissi decipiatur: idemque adnotauerint,  
& collegent à Nouella Iustiniani in dict. auth.  
de restitutionibus. ego opinor ignorantiam mu-  
lieris non esse p̄cipuam, nec finalem rationem  
illius decisionis: sed, vt aiunt, impulsuā & simul  
cū alijs à Iustiniano consideratam: quod appa-  
ret ex eo: quia etiam data sc̄ientia mulieris tra-  
dentis dotem: peterit res subiecta restitutioni  
constitui pro donatione propter nuptias per  
eum text. Et tamen donatio propter nuptias ten-  
dit & ad hoc, vt bona donata sint obligata ad re-  
stitutionem dotis, ratio etenim p̄cipua, & quæ  
omnino Iustinianum mouit ad eam constitu-  
tionem edēdam, deducitur à p̄sumpta voluntate  
testatoris simul & à fauore dotis. Quamob-  
rem cōmūnem sententiam Alexand. & Ananīæ  
etiam veram esse censeo: vbi dōs tradita fuerit  
ab ea fœmina, quæ sciebat bona subiecta etiam  
fideicommisso, & restitutioni, quod sensit Ripa  
in dicto. §. diui. num. 77. His denique p̄notatis  
apparet, quando bona maioratus, & fideicōmis-  
si vinculo subiecta restitutioni possint alienari  
pro dote constituenda, vel vxori restituenda. Et  
planè vbi testator iure cōmuni absque licentia,  
& priuilegio Principis potuit prohibere aliena-  
tionem etiam ex causa dotis soluendæ, vel resti-  
tuendæ: quod contingit in his rebus, de quibus  
liberē poterat testator disponere, & iure fideicō-  
missi testari, nō poterit Princeps proprio rescrip-  
to huic voluntati, & expressæ prohibitioni deroga-  
re, nec permittere, quod ea bona ex causa  
dotis alienetur, aut dotis restitutioni obligentur  
quod probatur ex his quæ hoc capite tradidi-  
mus. Nec obserit causam dotis esse fauore dignā  
& id Reipublicæ conuenire: cū id verū sit: mo-  
do non fiat p̄judicium alteri, qui dominū re-  
rum iustē adquisierit: non enim cōuenit Reipu-  
blicæ dotē constitui ex alterius patrimonio con-  
tra eius voluntatem: nisi in casibus à iure iam ex  
pressis, & eis similibus. Quod si habita à Principe  
licentia testator, qui alioqui id agere non pote-  
rat, prohibuerit alienationem rerum etiam do-

tis causa: tunc Princeps ei voluntati cōtratio te-  
scripto labente tempore derogare valebit: sicuti  
superius probatum est: admoneo tamen, vt cun-  
que sit, hæc Principiū recripta restringēda fo-  
re: & ita accipiēda, vt strictam interpretationem  
habeant: nē passim, & temerē testatorum ultime  
voluntates mutentur.

Postremò, si quis res aliquot posteris iure ma-  
ioratus obtinendas, & possidēdas reliquerit: nullis  
adiectis prohibitionibus, nec clausulis: fortassis  
quibusdam videbitur censeri ab ipso testatore  
tacitē prohibitam fuisse harum rerum alienatio-  
nem, etiam ratione dotis, his quidē rationibns,  
quas p̄cedenti Capite adscriptissimus, cum fre-  
quentissimo Hispaniæ vsu obtinentum sit: res ma-  
ioratus, propter mentem testantium, nec dotis  
causa alienari posse, & quanvis id ab eis expres-  
sum minimē fuerit, ob creberimā, & expressim  
additam maioratibus prohibitionem hanc id  
persuaderi poterit: tamen quia dubia est opinio  
ista, censeo maturius fore cogitandum, & legen-  
dum, quod ipse adnotauit in rubric. de testam. 2.  
parte num. 14.

Illud tamen nō est p̄termittendū, quod ha-  
ius quæstionis decisioni erit fortassis non inuti-  
le: nempe an Authen. res quæ. obtineat quoties  
dos constituenda est liberis, qui nati fuere post  
mortem testatoris, & quibus ille tunc minimē  
tenebatur dotem dare. Nam plerunque contro-  
vertitur super dotibus illatrum fœminarum quæ  
etiam si à primo testatore descendant, natæ fue-  
runt post eius obitum. Quod si in his non est ad  
mittenda decisio text. in dicta Authen. res quæ,  
quanvis non adsit prohibitio testatoris, nec ex-  
pressa, nec tacita, nec generalis, nec specialis circa  
alienationem, etiam causa dotis, semper erit  
necessaria Principis licentia ad alienationem ex  
ea causa faciendam. Si vero in hoc casu etiā lo-  
cus sit constitutioni Nouellæ Iustiniani in dicta  
authen. res quæ. expressim traditæ, non erit ne-  
cessaria Principis licentia, nisi testator, hanc alie-  
nationem expressè prohibuerit. Sunt igitur qui  
censeant, illam constitutionem obtinere, etiam  
in nepotibus, & pronepotibus à primo testatore  
descendentibus, & natis post eius obitum. Habe-  
tur etenim ratio obligationis, qua primus testa-  
tor ad dotem constituēdam teneretur, si modò  
viueret, & eius, qua teneretur modò qui aliena-  
re vult. Sic sane visum est Paulo Castr. in. l. mu-  
lier. §. cum proponeretur, in princip. ff. ad Treb.  
Curtio Iuniori in dicta Authen. res quæ, nume-  
ro. 12. 13. & 18. & planè si mentem, & omnium De-  
ctorum in

Quotum sensum consideremus, compertum erit eos in hoc cōuenire, ut Nouella Iustiniani etiam sit admittenda in dote constituēda fœminis qui buscunque à primo testatore descendantibus, & post eius obitum natis. Contrariam sententiam probat Bald. in lectio Antiqua, in dicta Auth. res que. quæstione. 3. quem illic Corneus columna secunda, refert, & sequitur. Eandem his non citatis defendere conatur doctissimus Gregorius Lopez in l. 6. titulo vadecimo. part. 5. columna sexta, & septima. Quia his liberis non tenetur auus, nec proauus dōtem dare, nec tempore mortis tenebatur: cūm nondum eo viuente fuerint nati. Nec compelli poterat, iureve cogebatur propria bona relinquere ad onus istud destinata, vt inde nasciturae ex eius sanguine fœminæ dōtem haberent: & ideo obligatio nondum nata transmitti contra eius hæredes non poterat, nec contra possessores bonorum, quæ ipse reliquit. Quæ quidem opinio mihi potius placet, ac verior videtur propter propriam fideicōmisforū, ac primogenitorum naturam, quæ in hoc tendit, vt bona illa penes familiam in agnatiōnis, & nominis memoriam illæsa, & integra conserventur, & perpetuò maneant. Sed & huic opinioni omnino patrocinatur procēmiū Nouelle Constitutionis Græcæ. 39. à qua deducta fuit Authen. res quæ, paulo antè citata. Fit igitur ex hoc, vt iustior sit ea sententia, quam paulo antè nos exponere conabantur de p̄sumpta prohibitione alienationis, etiam in causam dotis, horum bonorum, quæ iure primogenij cōsentur.

Quod vero obiter hoc in capite sensimus, Principem scilicet derogare posse prohibitionibus & conditionibus, quæ primogenitorum institutioni fuere adiectæ, vbi ea primogenia fuerunt instituta, quia id res exigebat, Regia authoritate: à practicis receptum videtur multis quidem rationibus, præfertim, quod licet priuatus non possit perfectæ donationi iam à se factæ modū, aut conditionem, legesve aliquas adiucere. l. perfecta C. de donat. quæ sub modo. Princeps tamen poterit donationibus à se factis modum, & conditionē præscribere. quod Bald. adnotauit in l. nup̄. ff. de Senatorib. non ex vi contractus, sed ex vi legis, quæ hanc potestatē Principi competenter minimè impedit: cum his legibus derogare possit, idem sensere Bald. in l. qui se patris. C. vn de liber. col. ante. Paul. in l. rescripta. C. de preci. Impe. offer. &c. in l. vltim. C. si contra ius vel vtil. pub. Ioā. Lup. in rep. de donat. §. 16. num. 14. idem tenet Platea in l. qui fundos. C. de omni

agro deser. lib. 11. & Albert. Brunus cōsil. 1. colum. 6. & 10. ex ratione dicta. l. qui fundos. quæ vel parum, vel nihil me mouet, vt in hanc accedam sententiam: quam adhuc quidā ex eo probant, quod in his Regnis receptum sit, potuisse Henricū Regem eius nominis secundū donacionibus à se factis, & perfectis, postmodum in testamento modū succedendi adiuce re, vt quæ dona uerat, donatarij haberent titulō primogenij, vt illis dececedebus absq; liberis ad Regē reuerteretur. Sic etenim iure responderūt Rom. conf. 99. Io. Lup. in rubri. de donat §. 50. num. 6. §. 69. nu me. 13. & Rode. Suar. in quæst. de maiora. nu. 22. Eadē opinio alia ratione poterit cōfirmari q̄ do natio facta à filio cōsensu & autoritate patris, ab ipso patre profecta videatur. l. in ædib. §. qđ filius familias. ff. de donat. & illic Bart. & Paul. Ca strēl. Fortassis tamē in quæst. quā mōdō principaliter tractamus, in derogādis vltimis priuatuorum voluntatibus, vel cōtractibus, quibus certis quibusdā legib⁹ primogenia fuere cōstituta, contraria opinio iustior, ac verior est: saltem in eunz finem probari debet, vt Regij consiliarij, quibus id munera incubit, vt his derogationib⁹ expediēdis, & alijs priuilegijs concedēdis præbunt, raro, & maxima ex causa, eaq; exactissime examinata hoc iure vtatur. Ipse etenim video & in hoc easu aliquot rationes ex superi⁹ traditis derogationes istas impedire: cūm alioqui facilimē decipiatur illi, qui vel ex Regis authoritate iure primogenij propriū patrimoniu certis sub conditionibus & legibus posteris relinquunt, alioqui non relicturi. Qua de re longius alibi disputabimus.

## Ex Capite Sequenti.

### S V M M A R I V M.

1. Census quid sit? & in dabo, an contractus indicatur censualis, vel emphyteuticus? & de pena commissi.
2. Annui redditus licet constituantur: & inibi vtriusque partis rationes.
3. Annui redditus ad vitam possunt constitui.
4. Reditus annui an possint emi ad certum, & definitum tempus?
5. Late examinatur, an possint constitui annui redditus obligatione tantū personali? & an per ep̄tis rebus, super quibus fuerit cōstitutus, permittatur redditus?
6. Qualis sit hypotheca, quæ deducitur ex constitutione annui redditus super aliqua re?

- 7 *Hypothecaria actio proponi poteris contra unum ex pluribus plurium rerum possessoribus insolidum.*  
 8 *Constituto redditu super pluribus rebus: an cuiuslibet earum possessor teneatur insolidum.*

De annuis redditibus, an  
hi possint titulo emptionis in pe-  
cunia constitui?

### C A P. VII.

**A**NNVI R E D I T V S, qui pecunia soluendi frequenter constituuntur: vulgo census appellari solent: idque adeo receptum est, ut non inutile sit: an ea vox his redditibus conueniat, breuiter inquirere. Cesus etenim is olim dicebatur, qui in bonis haberet centum millia sestertium: quae quidem summa apud Hispanos unus est computus: is verò continet decies centum mille quadrantes, huiusque significationis † autor est præter alios Asconius Pædianus. 3. Ciceronis in Verrem actione. Est item census estimatio patrimonij, ut annum tributum soluatur: dictus à censendo, id est, estimando. l. vitia, & l. forma, ff. de censib. l. secunda, & tertia. C. de censib. libro vndecimo. l. census. ff. de probationib. l. de creationibus. C. de Episco. aud. Et hæc quidem in prouincijs. Nam in ipsa vrbe estimatio, & denique census factus est ad distinguendos ciuium status secundum quos munera belli & pacis ciues ipsi pedites, vel equites subirent: ut explicuit Budæus in l. vltima, de Sutorib. Hinc census etiam dicitur patrimonium ipsum. Iuuinalis, Protinus ad censem, de moribus vltima fiet quæstio. Ouidius in Fastis, Dat cesus honores, census amicitias. Vlpianus in l. co. gi. ff. ad Trebellia. Censem autem, id est, estimacionem patrimonij primus instituit Seruius Tullius Romanorum Rex, authore Liuio libro. 1. ab vrbe condit. Quandoque census pro tributo accipitur, text. in l. 2. C. sine cens. vel reliq. id quæ adnotauit Valla in Raudensem, & Matthæi capit. 22. scriptum est. Licet censem dari Cæsar, an non tametsi Zasius libro secundo. singul. intellect. capitulo tertio, existimet, eam significacionem Latinam non esse: etiam si frequentissimus sit eius usus in eo sensu apud Iuris Ponti-

ficij constitutionem: quibus census appellatur; quicquid alteri datur in signum, & recognitio nem subiectionis, iurisdictionis, & Imperij, aut dominij. Sic & census dicitur Iure Pontificio contractus quidam: quo habens plenum rei dominium, eam alteri tradit quo ad ipsum dominium vtile & directum pro centum aureis, ea pactione, ut perpetuo ex ea re sibi decem aurei anni soluantur, quemadmodum notatur in capitulo. constitutus, de relig. domib. Bartol. in l. 1. §. primo. ff. de publica. Imola in capitulo secundo, ad audientiam, columna secunda, de rebus Ecclesiæ ex quibus constat differentia inter contractum census, & emphyteusis: siquidem emphyteusis contractus tunc dicitur quando dominus rei ipsam sub annua pensione, vel propter aliud pretium simul & recognitionis solutionē alteri tradit quo ad vtile dominium, reseruato sibi dominio directo: quod probatur in l. prima. C. de iure emphyteut. vbi hoc explicat Iason. numero. 48. idem Iason in Authen. qui rem, numer. 10. C. de sacrosanct. Ecclesiæ post Oldra. consilio. 29. & Bart. & Imol. vbi supra, quo fit, ut contractus census similis sit illi, quo agri vestigales constituuntur. l. prima. §. 1. ff. si ager vestigalis, vel emphyteus. peta. Ex hac verò differentia inter contractum cesus, & contractum emphyteusis deducitur, emphyteutam cessantem soluere pensionem triennio priuatis, biennio Ecclesiæ iure suo cadere. l. 2. C. de iure emphyteut. capit. vltim. de locat. dict. Auth. qui rem, non ita idem efficere contractum censualem. Nam & simile annis census non soluatur, minimè cadit à iure contractus, glo. singul. in dict. cap. constitutus Imol. & Iason in locis paulo ante citatis. Abb. in capit. 1. col. 2. de in integ. restit. & ibi Augustinus Beroius nume. 69. Socin. consil. 167. lib. 2. idem Iason in l. 2. C. de iure emphy. num. 41. Hippoly. singul. 95. Bart. in dict. §. 1. quorum opinio communis est secundum Deci. consil. 138. colum. 1. quanvis Bald. consil. 177. lib. 3. contrariā sententiam dixerit communem esse: Imo in eo dubio, quo licet contractu, non tamē appareret, an sit emphyteuticus, an censualis, præsumendus est contractus is censualis potius, quam emphyteuticus: quod eleganter censuit Alberic. in dict. l. 2. & ibi Iason num. 42. Soci. in dict. consil. 197. colum. 2. Hippol. in dict. singul. 95. Deci. item in præfato responso. 138. & Carolus Ruinus consil. 42. libro. 1. num. 7. atque in priuato, idem probat August. Beroius in dict. cap. 1. num. 72. & idem in quæst. 14. quo in loco tener, quo ad Ecclesiæ

Sampotestimādū esse contrādūtū emphytēticū in partī cōiecturā & dubitatīne. Sed & in ecclēsia priorēm. opinionē tenet Socīm. in dicto cōsilio. 167. Et ita bis in praxi fatetur obtinuisse Augustinus Beroius dīct. capitul. p̄lmō numero. 72. Solet tamen appooni censuali cōtractū ea conditio: ut non soluto censu bīennio, aut triennio, ius ipsius contractus pereat siatque res ipsa commissi eaque pāctio ieruari debet: cū p̄s̄ertim legē Regia. 63. Fautū definitum fuerit. Hodie. l. t. titulō. 15. libto. 5. Reg. copil. Praxis tamen, & forensis vīsus apud suprema Regis tribunalia eam legē in contractus, & si omnino expressa sit, tantum admittit, & probat, vbi census perpetuus constituitur absque redditū pācto, & res super quā constituūs est, ipsius erat, qui pēndit hēc annuū sibi soluēdam forē tñtrit, alioqui benigio quodam iure nunquam obtinet is, qui rem utrūq. & ratione cōmis- si reddi sibi postulat: quod expressim iure fieri cōprobat Matthæus Allectus decisione. 80. Est etenim pœna commissi odiosa, rigoremque habet: à quo exquisime fugitur. Nam & si canonibus statutūn sit, non esse admittendas constitutiones, quæ Ecclesiā, s. damnum & lesionem infērunt, capit. l. de consuetud. nihilominus procedit, & obrinet ea consuetudo: qua in dūlūm fuit, emphyteutam Ecclesiæ non cadere emphytenū, etiam si soluere pensionē biennio, aut triennio omiserit: sicuti existimant Abb. in consi. 72. columnā secunda, libro primo. Decius in dicto capitulo primo, de consuetud. Rochus Curtius in capit. vltim. eodem titul. Fol. paruo. 51. col. 3. & Carol. Ruyus consil. 4. lib. 1. Hinc tandem apparet; non propriè, nec ex recta dictionis significationē etiam, qua canones vñntur, hos annuos redditūs, qui vulgo super rebus alienis constitui emuntur, census appellari.

Hos denique annuos redditūs non posse licetem: etiam si constituantur ab his, qui verū retum, super quibus constituantur, dominium habent, probatur his rationib⁹. Nam & hos census annuos redditūs dici propriè apparet ex text. in Clem. exi. 9. cumque annui redditus, de verbo. signi. & ibi Cardin. tradit late And. Tiraq. libro. 1. de retract. 9. 1. glos. 6. in princip.

Primum, hanc cōptionem annuorum redditūm iniquā esse, probatur: quia primus, & proprius vīsus pecunia is est, ut per eam cæteræ res cōstimentur: nō vt ea sit sui + ipsius cōstimationis. l. 1. ff. de contra. empt. vbi Budę. l. 1. ff. de rer. permū. 9. p̄tium. &c. 9. item p̄tium. Insti. de emp. idē

vñntat authortate Aristotelis, lib. 1. Polit. cap. 6. & lib. 5. Ethic. capit. 5. & Plini. lib. 33. capit. 1. non enīa cōnguit, decē aureos, alijs decem itidem aureis cōstituti. Ergo non licet emere annuos redditūs pecunia soluēdos: & sic pecuniam alia pecunia cōstituere: & pecuniam pecunia emere: cū ex hoc vīsus pecunia pervertatur: siquidē in hac specie non est pecunia medium cōmutationis alterius rei. Nam & eadem ratione vītū improbarat: quia pecunia pecunia parit: sicuti primo huius libri capite ostendimus.

Secundò, hoc idem cōllat. Nam & mutuū non tantum verū sed & tñcū, vītū cōstituit, & inducit, cap. ad nostrā, de emptione; cap. illo vos, de pigno. capit. in cūitate, de vītū, at in hac cōptione annui redditūs constituit in pecunia, mutuū saltem fictū, & interpretatione quādam intercedit: siquidē in cōtractū mutuū debitor tenet reddere idem genere. l. 2. ff. si certa petatur, transit etenim pecunia in dominium recipientis, & cius est periculum l. incendium. C. si certum peta. Sic & in hoc cōtractū, quo annui redditūs emuntur, debitor, idem genere reddere tinetur, id est, pecuniam eiusque dominū adquirit: & periculum eius subite cogitur, vītū vero hic subesse videtur ex eo, q̄ pecunia immēdiatē fructū pecuniarū pro rata sortis, & temporis parit: & quia debitoris inopia pressi his redditibus constituendis operam dant: quēadmodum olim solebant vītū pecunia vītū redimere, deinde habentes pecuniam otiosam, hac ætate ob legum pœnas volentes feneratitiam artem effugere, his emendis redditibus auare student: & in eorū cōptionem pecunia impendunt: cōmōdius lucrū ex ea, quā ex vera vītū p̄cipientes, vnde contractus hic profectō non potest, nisi magno cum animæ, & conscientiæ discrimine in republica Christiana permitti.

Tertiò hoc ipsum apparet: vītū etenim cōmittitur, cū aliquid vītra sortem causa mutui recipitur: quod alibi docuimus: at in his contra cōtibus, quibus redditus annui pecunia soluēdi constituantur, quique maximani habent eum mutui datione affinitatem: aliquid labente tempore vītra sortem ipsam in eodem genere recipitur: nam si quis emerit mille annuos aureos viginti millibus: annis equidem viginti quinque sortem recipit, & vītra eam quinque millia, ergo hic vītū subest species, quæ omnino improba cōseri debet.

Quartò, hic contractus titulo, & nomine cōptionis à quibusdam probatus: nihil commune habere

habere videtur cum emptione, quæ ex re, & pre-  
cio constat. l. i. ff. de contr. emptione. §. premium  
Instit. de emptio. l. vltim. C. de p̄aed. decurio. li-  
bro. 10. in hoc autem contractu. quāvis pretium  
constituatur: non tamē adest res aliqua, quæ do-  
pretio vendatur. Fundus etenim, super quo con-  
stituitur census, minimē vēditur: nec constituen-  
tis persona, nec item ipsa annua pēnsio: cūm pe-  
cunia sit, igitur emptionis titulus huic contractui  
adscriptus nequaquam cum descendere, aut pro-  
bare poterit.

Quinq̄o, authoritate doctissimorum virorum  
hi contractus improbat, siquidem Salycetus  
in Authentica. Ad hæc. C. de usuris, ad finem.  
Henric. Gandauensis quodlibeto octavo, que-  
stione vigesima secunda, & Gregorius Ariminen-  
sis à Salyceto nominati citatus hāc reddituum  
emptionem illicitam esse censem, & usurario cri-  
minis admodum similem: quibus suffragātur plu-  
res rationes, quas disputandi gratia Conradus,  
& alij, quorum statim mentionem faciemus, ex-  
pressim adducunt.

Contrāriam sanè opinionem probare conabi-  
mur, vt manifestum sit, hos contractus modò in  
Christianā Republicā frequentissimos, non om-  
nino illicitos esse: nec statim impictatis, & vñura-  
rij sceleris damnados esse eos, qui pecuniam in  
horum reddituum emptionem impenderint. Et  
primò constat, vñum fructum posse pecunia emi  
l. necessario. §. vltimo. ff. de peri. & com. rei ven-  
dit. alijsq̄e titulis constitui. l. 3. ff. de usufruct. §.  
vltim. Instit. de usufruct. ergo sic annuus reditus  
saltē in fructibus emi, & vendi potest. quod ne  
vñquam ex doctis, & sapientibus negauit, vt in-  
quit Io. Maior in. 4. Sent. dist. 15. q. 42. col. 1. pro-  
bant latè Conrad. de contractib. quæst. 82. Ioan-  
nes à Medina de restitutione, capit. de censibus  
idem & in pecuniæ reditu erit omnino dicendū,  
sicuti apertissimè, & euidenter constat in domi-  
bus, & alijs rebus, quæ reditum pecuniariū præ-  
stant, & præstare solent: in his etenim appetet ex  
sententia omnium vñum fructum, vel partē eius  
emi pecunia posse: is verò vñusfructus pecuniariū  
est. Et ideo satis vñgēter probatur: vñum fructum  
etiam in pecunia soluendum, pecunia emi  
posse. Quid ergo obsecro, vetat, & pecuniarios  
reditus pecunia emi?

Secundò, hos annuos reditus pecunia emi  
posse, etiam vt in pecunia soluantur: deducitur  
ex eo, quod annuus reditus est merx, & inter bo-  
na immobilia computatur à iure. text. est singul.  
in Clem. exiui. §. cumque anni reditus, de verb.

significat, quem dixit ibi singul. esse. Card. idem  
probatur in Auth. de non alienand. aut permitti-  
reb. Eccles. in princip. verb. vult enim optimus  
text. in. l. si quis inquilinos. ff. de lega. l. in princ.  
Liubentius nulli. in princ. ibi, ciuiles annonas. C.  
de sacrosanct. Eccles. l. hac edictali. §. his illud.  
C. de secund. nupt. latè Alex. & Iason in. l. diu o  
Pio. §. vltim. 2. limit. ff. de re iudicat. idem Alex.  
in. l. si coristante. §. vitam. colum. vltim. ff. soluto  
matrimo. Alciat. in. l. mouentium. ff. de verbo. si  
gnifica: latiūs Andreas Tiraque. libro. 1. de retrac-  
tu. §. 1. gloss. 6. num. 4. Quod si hic redditus an-  
nuus, merx tensetur: sive inter mobilia, sive im-  
mobilia computetur: id enim parūm refert, emi  
pecunia procul dubio poterit.

Tertiò, eadem sententia probatur: quia ius  
percipiendi hos annuos, & pecuniarios reditus:  
estimari potest pecunia: cūm affectat realem pos-  
sessori utilitatem: igitur vendi, & emi iustissimè  
potest.

Quartò, omnium consensi receptum est, me  
posse titulo donationis constituere. Titio super  
domo mea decē aureos annuos in perpetuum  
aut temporaria reditum: & deinde. Titum,  
cundem reditum pecunia vendere posse: quod  
& ipse Henricus Gandauensis fatetur, igitur quid  
vetat me eosdem reditus posse modo constitue-  
re, ac pecunia vendere? nulla profecta ratio ad-  
duci poterit, quæ verum discrimē inter hæc duo  
constitutæ.

Quintò, hæc pars instituitur authoritate Iusti-  
niani in Auth. vt hi qui obliga, sed habe, perhib.  
res minor. §. quoniam. versi. lieebit, iuncta glo-  
inibi. ex quibus constat, licitum esse curatoribus  
pecunijs minorum annuos reditus pecuniarios  
emere, idem probatur eiusdem Cæsaris Nouel-  
la constitutione. 160. quæ, & si in vulgatis codi-  
cibus desideretur, refertur tamen inter Græcas,  
Haloandri Nouellas: quo in loco manifestè hic  
contractus, tanquam licitus probatur, & distin-  
guitur à contractu mutui, & usurario, quam qui  
dem constitutionem retulit Carolus Molineus  
in tract. de contract. q. 75. num. 586.

Sextò post variā, & satis controversam veter-  
um concertationē tandem hæc sententia proba-  
tur cōstitutione prima à Martino Quinto cōdi-  
ta anno Millesimo quadragesimo vicesimo  
tertio: & secunda à Calixto Tertio anno itidem  
Millesimo quadragesimo quinquagesimo  
quinto statuta: quæ quidē constitutiones haben-  
tur inter extraugantes communes titul. de em-  
ptio. & vendi. quæ mēminero Conrad. de con-  
tract.

# Libri tertij, Caput. VII. 749

tract. quæst. 33. conclusio. 14. Rauenna in capit. in ciuitate, de vñsur. Joan. Maior in. 4. Sent. distinctio. 15. quæstio. 42. Catalogus gloriæ mundi, parte. 12. considerat. 99. Fallentia. 25. Tiraquellus libro. 1. de retract. §. primo. in gloss. 6. numero. 15. Carol. Moli. de contract. quæstio. 10. num. 140. & Joan. à Medina de restitu. capit. de censibus, immo & ante has constitutiones eandem opinionem probarunt Innocent. & alij magis cōmuni ter in dicto capitulo, in ciuitate. Bald. in repet. l. iusurandum, col. 40. ff. de iure iuri. Anchar. in disputatione incipiēti. Antiquis, & modernis temporibus, & plerique alij, quos adducunt Tiraq. in dicta gloss. 6. & Carol. de contract. in princip. num. 20. adducitq; plures rationes Conrad. quæstione. 79.

Non obserunt huic decisioni ea, quæ primo loco adduximus. Nam, ut primæ rationi satisfaciamus, quāuis proprius vñsus pecuniae, sit in hoc institutus, ut per eam reliquæ res æstimantur: non ut ea sit sui ipsius æstimatio, nihil impedit, quin ex secundo, & impropriis vñis, pecunia sit sui ipsius æstimatio, & cum alia pecunia cōmutetur. sicuti & proprius, ac primus calcei vñs est ad pēdem tegendum: improprius tanien, & secundus erit ad eius cum alia re permutationem, hec illi citum erit pecuniam cum pecunia permutari: si cuti nec calceum cum gladio: secundum Aristotelem lib. 1. Poli. cap. 6. & 7. Thol. lib. 2. de regim. Princip. cap. 14. Caiet. in tract. de cambijs. cap. 5. & Sylvest. verb. vñsura. 4. quæst. 2. &. 3. quo fit, vt licet in his reditibus emendis pecunia cum pecunia permuteatur: non inde colligi posset probatio efficax, qua cogemur horū redituū emptiō nem dāmare. Deinde nemo vñquam dubitat, posse pecuniā auream cum argentea permutari: item & argenteā cum aurea: ergo & pecunia certæ qualitatib; vñica solutione data permutari poterit cum pecunia, quæ minori summa, pluribus minoris summatib; solutionibus reddēda est: siquidem minores illæ, & plures solutiones, hac vñica maiori æstimantur. Et præterea tollit ipsam primam rationem ea consideratio, qua constat, in his reditibus constituendis, & emēdis pecuniam non esse pretium, nec sui ipsius æstimationem: sed ius illud percipiendi annuam pensionem pecunia emitur, & illud ius pretio æstimator: sicut iurisdictio: ius percipiendi tributum: ius percipiendi fructus alicuius rei. Sic etenim hoc ius percipiendi annuam pensionem, & reditum annum: quod formatum, & incorporeum est, pecunia emitur, & venditur: quod eleganter probat

Carol. Molin. in dict. tract. de contract. num. 20. Secunda ratio ex eo tollitur, quod in his contractibus, nec mutuum interueniat verum, nec interpretationiū, si quidem in mutuo cogitur quis sortem soluere: at in his contractibus venditor, qui reditum annum constituit, nūquam cogitur sortē reddere. Item in mutuo sub vñsuris est principalis obligatio ad sortem, & accessoria ad vñsuras: in his vero contractibus est principalis obligatio ad annuam pensionem, non ad sortem, vt docet Carol. in dicto tracta. de contractibus, quæstione septuagesim. Nec in his contractibus quibus anni reditus etiam in pecunia constituuntur, vñsura potest dari. Ea etenim adest, cūm aliquid ultra sortem percipitur, & sic vñsura præmittit sortis obligationē: hic verō nulla est obligatio ad sortem: quia illa perpetuō alienatur & transit in recipientem, si ipse nolit redimere annum reditum, quamobrem in hac specie nihil ultra sortem recipitur: sed loco sortis perpetuō ab alienat, redit: quemadmodum tradit Carolus in dicto libro de contractib. numero. 19. cuius rationes maiori virrute hos contractus tantur, & defendunt: quando anni reditus perpetuō constituuntur absque pacto redimēdi: de quo inferius latius agemus: nam tota horum contractuum improbatio, & vitia, quæ eis obijciuntur, tendunt in eum finem, vt anni reditus cum pacto redimendi omnino à Republica Christiana rejiciantur.

Tertia prioris sententiae ratio minime obtinet: cūm in his contractibus mutuum nequam intercedat: & ideo vñsura maximē aliena sit ab emptione horū redituū, quemadmodum paulo ante ostendimus in proxima respōsione.

Quartum itidem non obserit fundamentum: quia in his emptionibus non emitur pecunia, nec annua pensio: sed ius percipiendi annuam pensionem: sicuti in primæ rationis responsione probauimus. His igitur constat, licitam esse horum redituum emptionem: etiam si in pecunia pensio annua soluenda sit.

Ceterū, quo res ita manifestū ad praxim deducatur, obleruādū est, has constitutiones Romanorū Pontificū: qui contractus hos licitos esse decreuerunt, non tantū obtinere in reditibus antiquitus constitutis: nam hi vendi, & emi possunt absque aliqua dubitatione secundū Abb. in disputatione incipiēti: Augerio. ultim. dubio. Sed etiā in his reditibus, qui modo tēpote contractus nouiter constituuntur: quod in eisdem constitutionibus apertissime probatur: & tenet expressum

expressim magis communiter Doctor. præser-tim Conrad. quæst. 79. conclus. 8. Floren. 2. part. titulo primo, capitulo octauo, §. 14. Ioannes à Medina de restitutione, capit. de censibus, Caro-lus Moli. de contract. in princip. numero. 20. & quæstio. 62. & quæstio. 68. quo in loco scribit, ni hilominus esse maiorem fraudis suspicionem in emptione reditus nouiter constituēdi: quam an-tiquitus iam constituti.

Item & hæc anni reditus pecunia soluendi emptio licita erit: etiam si redditus ad vitam tan-tum ementis constituatur: eo quæ mortuo extinctus censerit debeat. Imò iustior est cæteris hic 3 contractus propter certitudinem & lucri, & dam-ni. si ea lege. C. de usuris. 1. de fideicōmissio. C. de transact. notatur in. l. si pater puellæ. ff. de inof-ficio. testamen. mortuo siquidem emptore, non est reddenda sors ipsa, quæ in præcium data fue-rit, atque ita hac, & alijs rationibus hanc opinio-nem probant Conrad. de contractib. quæstione 81. Abb. in disputatio. 5. columna penultim. In-nocen. & ibi Docto. in dicto capitul. in cinitate. Oldrad. consil. 207. Florenti. 2. part. titulo primo cap. 8. §. 11. Bald. consil. 292. lib. 5. & idem consil. 416. & consil. 18. libro primo, & consil. 154. lib. 2. Ioan. à Medina, de restit. cap. de censi temporali. qua-rum opinio cōmunis est secundum Ias. in. l. 1. le-ctione. 1. num. 63. C. de summa Trini. Caro. Mo-lin. de contract. quæst. 72. Nec in hac specie du-bitandum est, tametsi hunc cōtractum illicitum esse censem Henricus Gidauens. quodlib. 1. quæstio. 39. & quodlib. 2. quæst. 15. qui cum usurariū esse assenerat, quod iure probari nō potest: cùm verè contractus hic iustissimus sit: modò pretio iusto emptio fiat: ita tamen q̄ propter deceptio-nem ultra dimidiā locus erit cōstitutioni. l. 2. C. de rescind. vēndi. si verò deceptio intra dimidiā contigerit, in foro exteriori minimè rescindetur contractus: nec ratione lēsionis fiet compensa-tio: quod tradidere Anchar. in dicta disputatio-ne, Antiquis, & Modernis temporibus. 1. casu. & contrad. quæstio. 81. conclus. 2. ad finem. Alibi ta-men tractabimus, quod sit iustū pretium horum redituū, qui quotannis sunt pecunia soluendi, & ideò huic negotio modò supersedentes lecto rem admonemus cautè legendum responsum Philippi Decij, viri me herclè, ac omnium testi-monio eruditissimi, is etenim consil. 123. probare nititur, emptionē anni reditus ad vitam emen-tis, constituī, & pecunia soluendi, esse illicitā; & præsumi usurariū ex coniecturis. vtiturque plu-ri-mum Doctorum autoritatē, quibus ipse con-

sentio: modò non quibuslibet coniecturis, nec omnibus, & singulis, quæ per Decij referuntur, locus sit ad usurā, & fraudis præsumptionem in-ducendam: sed iudicis rectissimi, & prudentissimi arbitrio ea res omnino delegetur.

Sunt & alij, qui hac de re tractantes opinantur iuste, & sancte emi posse annuos reditus pecu-nia soluēdos, ad certū, & definitū tempus, etiam si reditus ipsi certi constituentur: nempe decem anni aurei ad annos quindecim, id etenim iure fieri posse absque ullo crimen, & usurā vitio, quanuis tempore contractus reditus consti-tutur: tenent Conrad. quæstio. 79. conclus. 3: 5. & 8. & quæstione. 80. conclus. 3. Carolus de contra-ctib. quæstione. 71. & 67. & 68. & quæstione. 62., qua in re notandum est, hunc contractū nullam habere fraudis suspicionem, vbi hoc tempore emptor ex varijs solutionibus nihil, ultra pretiū datum, recepturus eū. Quòd si ultra pretiū con-uentum emptor per particulares solutiones ali-quid recepturus sit, tunc hic contractus dubita-tionem habet: & tamen non potest rigore iuris, & iustitiae reprobari, vt fatētur Conrad. dict. quæstione. 80. conclus. 4. Carol. dicta quæstione. 62. & 71. Ioan. à Medina de restitutio. capit. de censi ad tempus determinatum. Nam cùm vendi-tor non teneatur, nec cogi possit sortem ipsam reddere: procul abest hic contractus à mutuo, & ab usurā vitio. At si dixeris, vēditorem pluribus solutionibus definito tempore separatim factis sortem reddere, & aliquid ultra eam, responsio est evidens ex eo, quòd hic emitur certo pretio ius illud percipiendi annuā pensionem decem, aut quindecim annis: & tantum valent centum aurei statim, & vñica solutione dati, quantū cen-tum & viginti, aut centum & triginta tredecim annis soluendi: æquè distributis quolibet anno solutionibus. Qua ratione non potest hic cōtra-ctus manifesto vitio notari: tametsi consulēdum sit, vt ab eo Christiani abstineant. Est etenim ad-modum suspectus, ac sane tanto maiorem suspi-cionem habet, quanto citius, & breuiori tem-po-re tota sors, & pretium ipsum recipitur authore Carol. dict. quæst. 71. Expedit tamen omnē abe-sse fraude: n, & lēsionē in pretio horū redituum, ad definitum tempus constitutorum: si in usum ad mittātur: quod minimè consulerē: imò hunc contractum à Republica relegandū; & ab iügen-dū, forē vtile admodum exsistimare. Ex hoc verò nequaquam censeo damnandū forē horū redituum emptorem, etiam si per varias, & an-nuas solutiones aliquid ultra pretiū, quod dede-ris,

# Libri tertij, Caput. VII.

751

rit, recepturus sit modò ià arbitrio boni viri inter iuris iusti moderaminis contineatur. Nam si nihil posset percipi vltra preium: sequeretur, eodem pretio emendum esse annum reditum ad triginta annos, quo perpetuus: & itē inde constat, eiūdē esse valoris annum reditum temporum, & ad certum tempus constitutum, cuius & perpetuus, ut patet in reditu temporario constituto ad viginti annos; qui si ad rationem unius pro viginti foret emendus, eodem profecto pretio posset emi perpetuus reditus.

Verum in hoc de reditibus annuis emendis, tractatu elegas ab omnibus iuris vtriusque diuinis, & humanis professoribus quæstio dilucitur: que tractat, an necessariò hi reditus sint constituendi super certis fundis, aut rebus, alioqui sint processus illiciti, & eorum constitutio iniqua? Et sicut plurisque vi sum est, hos contractus illicitos fore censendos, & eorum exemptionem usurariam, vel saltem huius criminis virtus suspecta: & ideo reprehendā fore. Ex ipsis constitutionibus Romanorum Pontificū, à quibus traditur, hos annuos reditus super bonis aliquot constitui, & idem ratione probatur, cum alioqui inquinum esset emporie nullum subire sciemptre periculum: sed semper tutū esse, reditumq; saluum fore, contra l. prima, C. de peri. & cōmo, rei vend. §., cum autem Inst. de emptione, vnde oportet ad iustitiā huius contractus, quod reditus constitutus super bonis certis: ita ut per empris illis perfunatur & cōfici, secundū Io. de Ligniano in capit. in ciuitate, de vñr. & in capit. vñl. quæstio, 1. eod titul. Areti. consil. 151. vñlo themate, col. 3. Abb. in disputatione colum. vñl. Laurent. de Rodulphis in capit. consuluit. 2. par. quæstio. 12. Angel. in Summa verb. vñra, versio. 78. Chassanz in catalogo Glorie mundi, par. 12. considerat. 98. Fallico 25. eundem consil. 63. num. 6. vbi sentit hanc sententiam cōmunem esse, cui suffragatur opinio. Innoc. qui in dicto capit. in ciuitate, scribit de his contractibus agens, illicitū esse, q; ille, qui dicitur emptor constituat in se reditum, vel censum, quo se obliget ad reddendum in pecunia, vel in specie alia plus, quam accepérit. Quæ qui dem verba authore Cardin. col. 3. ibidem difficultem habent intellectū. Sed Petrus de Rauenna in eodē titul. Lauren. dict. quæst. 12. & Sylvet. verbo. vñra. 2. §. 12. videntur ea aperire, dum existimant, illicitum contractum, quo quis constituat reditum annum duodecim super re, quæ octo tantum reddit: obligatione tamen præmissa, quæ constituens tē ipsam promittit incolere

pro illis duodecim ratione mercedis. Fit igitur, ut hæc pactio illicita sit ex eo, q; pars reditus anni vere super re aliqua non constituitur. Imò tradit constater Chassanz. in dict. fallēt. 25. idem in consuet. Burg. rub. II. §. 6. in princ. & conf. 63. num. 6. non posse hunc annum reditū constitui nec enim super omnibus bonis alicuius: & si super rebus incertis: sed oportet q; super rebus certis constituantur, adduxit huius sententia author. res Conrad. & Lauren. à Rodolph. quorū prior quæst. 83. conclus. 13. & posterior in dict. cap. consuluit. 2. par. quæst. 13. contrariū expressum approbant sententes, sat esse ad iustitiā huius contractus quod reditus constitutatur super omnibus bonis alicuius, vel super rebus incertis: ita quod non sit necessaria certarū rerum nominatio, idem assertant Io. à Ligniano in dict. cap. vñl. quæst. 1. & Carol. Moli. de contract. in princ. num. 22. Est igitur cōmanis omniū sententia, necessariū fore, ut hic contractus licitus sit, nec censetur usurarius, q; constitutatur reditus super bonis aut rebus aliquot, alioqui constitutis annuis reditibus super persona vendentis: illicitus erit contractus. idem tenent Lauren. dict. 2. par. quæst. 1. 15. & 18. Florent. 2. par. titul. 1. cap. 8. §. 10.

Ego sane, & si videā frequētissimo omnium contentū in hanc sententiā itum esse, iure vñrius esse censeo, annū reditum etiā pecunia solendum etiā cum pacto redimēdi, constitui possidolum obligationi personali: absq; generali, incerta, speciali, vel certa bonoru, vel rerū assignatione, & hypotheca. Nec sum primus huius opinioris, & sententiae author: siquidē in specie eā iam pridē ante nos probarunt Conrad. de contract. quæst. 74. & 75. pluribus adductis rationibus: & quæst. 83. conclus. 13. Carol. Molina. de contract. num. 22. & apud Hispanos Ioannes a Medina vir insignis eruditiois in tractat. de restitutio, quæst. 1. de censibus. colum. 5. penes quos latissima est, & omnium diligentissima huiusc conclusionis probatio, ipse nihilominus paucis eam veram esse ostendam, quam & post primam huius operis editionem palam defendit Dominicus Soto libro. 6. de Iustitia & iure, quæstio. 5. artic. 1. Sed & Io. Major in. 4. distinct. 15. quæstio. 44. \* Et Othomanus de vñris, capit. 14. libro. 2. \* Eandem veram esse, quanuis obiter existimauit.

Primum etenim constat, iustè, & licite, posse ita hunc annum reditum constitui, & contractum horum redditū ac pactionē fieri: ut reditus constitutatur super certis bonis, quibus peremptis adhuc

## Variarum Resolutionum

huc venditor teneatur redditū soluere: nec ea obligatio bonis: & rebus nominatis extintis, alia est, nec esse potest, quām personalis, vt constat: igitur hic redditus super persona tantum constitui poterit, id verò, quod adsumpsimus ad hanc argumentationem probatur in eisdem Romano rum Pontificum constitutionibus: quarum priori versicul. sed ad hoc & posteriori, in versic. sed idem ementes, sentiunt ipsi legumlatores, quod peremptis bonis, super quibus census fuerit constitutus, salua maneat obligatio ad annum redditum: licet non possint venditores cogi ad solutionem sortis, & pretij, quod datum fuit pro ipso iure percipiendi annuos redditus: etiam cum pacto redimendi. Nam si peremptis bonis, & rebus, foret itidem perempta obligatio soluendi annum redditum, hoc expressim Romani Pontifices explicuerint: sicuti de obligatione reddendi sortem in specie responderunt, vnde sit, ut haec emptio annuorum redditum possit ea conditione, & lege fieri: quod etiam peremptis bonis, nihilominus maneat venditor obligatus ad pensionis solutionem: idque in praxi plerunque tractatur.

Secundò, eadem sententia comprobatur ea ratione, qua constat, posse quempiam gratis personali obligatione promittere alteri annuam pensionem pecunia soluendam: & eam super ipsius personam constituere: igitur idem efficere poterit propter pecuniam, constituto sibi, & solo pretio: cum nulla valeat, nec possit discriminis ratio congrua adsignari.

Tertiò idem apparet, quia potest quis locare ob mercudem pecuniae operas suas, l. qui operas & l. in operis. ff. loca. ergo & eas vendere potest, nec ex hoc libertatem vendit.

Quartò, si contractum istum, de quo tractamus, diligenter examinamus: procul dubio deducimus ab eius radice, obligationem ad solutionem annui redditus præcipuam, esse personalē: fundum autem, vel rem ipsam, super qua redditus constituitur, accessoriè adponi pro certiori, & saniori solutione: & ideo rem ipsam specialiter nominatam: iure pignoris, & hypothecæ accedere, text. celebris in l. fundis quæ. & ibi Bartol. ff. de annuis legatis, cuius ipse memini in cap. Raynuntius, de Testamen. §. 10. num. 7. inde fit, vt principalis obligatio, quæ personalis est, hic consideretur, non accessoria, & ideo etiam ipsa rem perempta, & extinta adhuc manet obligatio personalis ad annui redditus solutiones, optimus text. in l. creditor. qui non id bene. ff. si cer-

tum petatur, & in l. aduersus, vbi gloss. Barto. & Bald. C. de actio. & obliga. ea etenim est natura pignoris, & hypothecæ: vt etiam si pignora petierint, debitor ipse teneatur æs alienum soluere: quod apertissimi iuris est: quamobrē, vbi hic annuus redditus titulo emptionis, & vēditionis constituantur seper re, vel fundo, qui non est clementis sed vendentis, & redditum constituentis: quanuus minimè expressum fuerit, quod perempta re, maneat obligatio personalis salua, nihilominus tacitè id intelligendū est, saluaque manet obligatio personalis ad solutionem anni redditus super re perempta constituti: quod in hac specie tradit Carol. Molin. in consuetud. Parisien. titulo. I. §. 11. numero. 15. quo in loco docet, aliud est se quando redditus constituitur super certo praedium limitate ad illud: ita quod constituens, & eius hæredes non teneantur ad solutionem illius redditus, nisi ratione rei & quandiu illam possideant: nam tunc perempta re, perimitur & ipse redditus, nec villa adest personalis obligatio, quod est omnino, ac perpetuo hoc in tractatu considerandum.

Hæc verò hypotheca, quam huic obligationi personali de soluendo anno redditu, apposita est esse censemus, nō f omnino sequitur leges aliorum pignorum, & hypothecarum. Nam licet aliqui possessor tertius, qui nec contraxit, nec contrahenti hæres extitit, conuentus hypothecaria possit opponere, excusione nōdum actæ exceptionem, authenti. hoc si debitor. C. de pignori. cum alijs similibus, possessor tamē prædicti, super quo annuus redditus fuerit constitutus, conueniri poterit ad eius solutionem, etiā nulla facta, nec præmissa excusione: quia hæc redditus constitutio super aliquo praedium hypothecari in dicit, fortiorē quidem omnibus alijs quo ad hunc effectum absque præjudicio priorum creditorū: cum videatur ius quoddam super ipso fundo constitui tanquam onus ipsius fundi: quod transseat in quemcunque eius possessorem: & ideo quilibet etiam singularis successor: qui fundum possideat, cogēdus erit hunc redditum soluere, ad denuo præmissa obligatione emptorē ipsum recognoscere, vt dominum illius iuris percipiendo annuus redditū ex ea re: sicut in specie adnotarunt Guido Papæ, quæstione. 42. & quæstione 570. & Chassanæ. in consuetud. Burgun. rubrica: II. §. 6. in princip. numero secundo, & in versic. aduerte, numero decimo sexto, qui & si hæc optionem potius ad consuetudinem Galliæ, quam ad ius commune referant: præmittent tamen idem

idem esse, vbi anni reditus constituuntur super aliquo fundo tanquam ius reale, & seruitutis ad hæretis eidem fundo: quemadmodum & apud Hispanos passim constitui solent. Sic sane quod diximus non esse necessariam excussionem, vt possessor fundi ad solutionem reditus conueniri posset, ab eadem radice procedit, & notat Chafsanç. d. §. sexto. & rubr. 5. §. 2. nu. trigesimotertio.  
 \* In hac siquidem redditus annorum cōstitutio-  
 ne super certis p̄dījs actio hypothecaria prin-  
 cipalis censeri debet tametsi iure ordinatio si res  
 pro solutione debiti, quod non renascitur quo-  
 tanis fuerit obligata, hypothecaria personali a-  
 ctioni accessoria est, quod optime explicat Boe-  
 riūs decisione. 295. numero. 16. \*

Hinc etiam deducitur, posse anni reditus em-  
 ptorem si voluerit, omisso tertio fundi possesso-  
 re agere ad annū reditum aduersus ipsum con-  
 stituentem vel eius hæredes, & si ipsi non possi-  
 deant rem super qua reditus fuerit constitutus,  
 quod iure, & consuetudine, ac ipsius contractus  
 legibus palam constat. hoc autem fieri non pos-  
 set, nisi concederemus, & verum esset, hos redi-  
 tūs actione sola personali plerunque subsistere.  
 sed & si hæc sententia vera sit in eo, qui reditum  
 vendidit, & constituit, & in eius hæreditibus: in eo  
 tamen, qui tertius possessor est, & ratione huius  
 possessionis coactus fuerit recognoscere ipsum  
 creditorem, titulumque nouum eidem facere,  
 non idem erit. nam hic tantum erit obligatus re-  
 ditum soluere, dum fuerit eiusdē rei possessor,  
 quod si res illa absque fraude possessoris, qui re-  
 cognoverit, ad alium deuenerit, non poterit  
 prior possessor ad solutionem reditus conueni-  
 ri. Quia recognitio personalis obligatio, & titu-  
 lus nouus, non plus afficit quo ad substantiā obli-  
 gationis ipsum recognoscētem, quam is anteā  
 virtute possessionis tenebatur. Interponitur et-  
 enim ea obligatio etiam personalis ex necessita-  
 te possessionis, & oneris, adhærentis rei posses-  
 sori. & ideo est intelligenda solum in quantum ne-  
 cessitas ipsa postulat: cum non fiat animo indu-  
 cēdē nouae dispositionis: sed ad effectum, vt pos-  
 sit competere executionis ius cōtra ipsum reco-  
 gnoscētem: sicuti probare nūritur Caro. Molinæ.  
 in consuet. Parisi. §. vndecimo. numer. 19. cu-  
 ius opinionem ipse intelligerem veram esse: nisi  
 aliud expressim instrumento recognitionis pro-  
 betar: siquidem id obseruandum erit: cū volun-  
 tate cōtrahentis adscriptum fuerit. illud tamen  
 erit obseruatione dignum quod aduersus tertium  
 possessorē habente ius à debitore anni redi-

tus habet locū ius executionis paratæ quo ad  
 ipsa bona specialiter pro solutione constituta, si  
 in contractu fuerit appositum pactum de non a-  
 lienandis illis rebus: sicuti frequentissimè appo-  
 nitur, quod deducitur ex notatis à Roderico  
 Xuares in repeti.l. post rem. ff. de re iudicat. post  
 octauam ampliationem ad legem Regiam.

Constat igitur, in his annuis redditibus consti-  
 tuendis non esse necessarium, quod constituantur  
 hi reditus super bonis certis, nec incertis: imo  
 posse personali tantum obligatione præmissa cō-  
 stitui, quanvis pauci reperientur emptores, qui  
 eos emere velint aliter, quam super bonis, &  
 rebus certis constitutos, unde appetat eam bono-  
 rum adsignationem: & appositionem potius sic  
 ri in utilitate creditoris, & ementis reditum, quā  
 in commodum debitoris, qui reditum vēdit, &  
 constituit: & cum tanto iustior sit hic contractus  
 quanto facilior est, & minus granis ipsi vendito-  
 ri, qui coactus necessitate, & inopia ita cum cre-  
 ditore contrahit, planè sequitur, non minori iu-  
 re licere hos reditus constituit absque rerum, &  
 bonorum obligatione, quem si eis nominatim  
 huic iuri suppositis vēditio reditus fiat: quod tra-  
 dit Carolus Molinæus de contractibus. num. 22.

Non obstant constitutiones Martini Quinti &  
 Calixti Romanorū Pontificum: quia in eis men-  
 tio fit horum cōtractuum iuxta communem v-  
 sum contrahendi: nempe constitutis his reditib⁹  
 super rebus, & bonis certis ad maiorem ementis  
 tutelam, & indemnitatē, & vt is certiorem, &  
 tutiorem habeat reditus solutionem, quam si in  
 persona tantum agere posset. Nec tamen ex hoc  
 inibi vetitum est, eosdem contractus fieri præmis-  
 sa tantum personali obligatione.

Quod item diximus in prioris sententiæ pro-  
 bationem, facilimè tollit, cū emptor in his  
 contractibus minimè emat ipsas res, super quibus  
 constituitur reditus: sed ius percipiendi anni  
 reditum, & illius iurispericulum ad eum  
 pertinet. Nam si res perirent, aut non suppositis  
 rebus, venditor moreretur absque hæreditibus, &  
 bonis, profecto ius omnino vanum esset: eiusq;  
 periculum satis ipsi emptori incumberet. Imo  
 multo maius periculum emptori imminet, si re-  
 ditus hi anni obligatione tantū personali con-  
 stituantur, quam si super certis rebus fuerint cō-  
 stituti. Et ideo rei emptæ hac in specie periculū  
 ad emptorem omnino pertinet, & quandoque  
 maius: siquidem melius est pignori incumbere,  
 quam in personam agere. Et præterea si adhuc  
 viuente venditore periret res, super qua fuit redi-

## Variarum Resolutionum

tus constitutus non posset cogi venditor redditū illum super alia re constituere: quemadmodum probat Carol. Molin. de contract. 8. vnde satis periculi imminenteret venditori, & imminent, qui in personam sēpissimē agere cogetur. Deinde non est inconueniens, quod venditor reivenditē periculū subeat: modo pro hoc periculi onere sub cundo aliquid ultra solitam estimationem: quasi pretium periculi recipiat. l. periculi ff. de naut. fœnor. l. prīma. C. eodem tit. quod patet in ventionem annui reditus certi, & perpetui iusto pretio estimati: siquidem & ad iusti pretij estimationem considerandum erit: quod nullum emptori vel parum, aut leue periculum incumbit. Non obseruit itidem, quod ex Inno. authoritate assuerare videntur Lauren. à Rodulphis, Petrus de Rauenna, & Sylvest. paulo ante à nobis citati. Quia id falsum esse apparet ex his, quæ modo adduximus: cum personalis obligatio sufficiens sit ad annui reditus cōstitutionem. Et profecto Innocent. aliam mentem, aliumque sensum habet diversum equidē, ab eo, quod præcitat Docto. opinantur. Censet etenim iniquum esse cōtractum quo diues aliquis habens domū quotannis reddentem tantum quinque, cū vendit pro centum pauperi non habenti vnde pretium soluat: constituenti tamen octo, aut decem super eadem domo annuatim soluenda, addita personali obligatione. Et adhuc ipse opinor sententiam Inno. fallam esse, modo iustum pretium annui reditus accedit. quo quidem intercedente nō video quid iniquum in eo contractu fiat. venditur etenim domus ipsa iuste pro centum aureis: licet tantum quinque quotannis reddat ex locatione: emptor autem cum nō possit pretium hoc cōuentum soluere: pro eodem pretio constituit annum redituum perpetuum, vel redimibilem iuste & equivalentem pretio centum aureorum, vnde idem est, ac si venditor centū aureos, quos accepisset ab emptore in pretium dominus, statim tradat ipsi emptori in pretiū annui reditus constituendi. quamobrem si in pretij estimatione iniquitas absit, uterque contractus compēdio fieri rectissimē poterit. quod & alibi nos adnotauimus ad l. curabit. C. de actio. empt. cap. 4. huius libri. nume. 6. Hæc vero hac in questione respondemus rationibus his animaduersis, & exactè consideratis, quæ etiam seclusa quacunque lege humana, huius contractus, quo annui reditus constituuntur, & emuntur soluendi in pecunia, iustitiam, & ius demonstrant. Nam eo iure, caquæ ratione, quibus contractus hic ir-

stus censetur, rebus quibusdam nominatim, vel in genere expressis, super quibus anni reditus constituuntur: eisdem profecto iustus item censenduserit, si personalis tātum obligatio contrā tu accesserit. Tametsi pius, ac Christianū lectorem admonitū esse velim, vt omnino ab hoc cōtractu abstineat, ne fortalsis ei⁹ occasione pateat in republica Christiana amplior usurpis locus.

Quæritur deinde, quid si anguis reditus decem aureorum constituatur super tribus predijs aut domibus: quæ quidem ad plures, & tertios possessores deuenerint: qui nec contrarerunt cū emptore anni reditus, nec eius heredes sint, qui illum vendiderit. An emptor possit insolidum à quolibet possessore exigere integrum annum reditum, vel teneatur omnes possessores pro rata, vt aiunt, in iudicium vocare: nempe quemlibet pro tertia parte tātum, aut pro ea, quæ attenta & inspecta conditione cuiuslibet pretij: ipsum contingere potest annui reditus onere? Quia in re oportet prænotare, creditorem, cui plures res fuerint iure hypothecæ obligatae, posse aduersus quemlibet ex pluribus & earundem rerum possessoribus insolidum agere ad integrum debiti solutionem, nec posse cogi contra omnes, actionem hypothecariam, aut contra eorū quemlibet pro rata deducere in iudicium. hoc probat tex. secundum glos. & Bar. ibi in l. Moschis ff. de iure fisci. quo in loco ipsum constat verum esse, etiam si hi possessores non sint heredes, nec successores illius, qui actione personali tenebatur. idem Corne. consil. 135. lib. primo. Ioan. Ferrensis in practic. libello responsionis ad actionem hypothecariam. §. exceptionem. numero 24. Iason in. §. item si quis in fraudem. numero 128. Instit. de actioni, Antoni. Fanensis de pignoribus. primo membro. 8. partis. princip. numero 50. quam sententiam iure veram esse censet Matthæus Afflict. in constitutioni. Neapolita. libro 1. rubri. 17. num. 26. quibus suffragatur, quod hypotheca est individuali. rem hereditariam. ff. de cuiuslibet pignoris. ff. de pignori. Bald. in l. quādiu. C. de distract. pignor. Et quod alioqui creditor cogeretur cum pluribus rerum possessoribus litigare, & à pluribus separatim particulares solutiones recipere maximo cum discrimine, & grauissimis expensis. Contrarium tamen placuit Dino in dict. l. Moschis. Ioan. Fabro in dicto. §. item si quis in fraudem. numer. 26. & Chassanæ in consuetu. Bur. rub. 5. §. 2. nume. 37. quam opinionem æquiorem esse, & ea ratione seruari in Regno Neapolitano testatur Matthæus Afflict. in dict. nu-

d; num: Vigesimali sexto: Nec omnino prior sententia probatur in dict. l. Moschis: immo formulis hoc posterior: cum inibi Iurisconsultus respondet: contra omnem possessorem agendum esse: que quidem responso intelligipotest, ut contra omnes possessorum pro re possessa, & eius tatione, ac pro eius parte agatur: & sic pro rata, deinde rex in illi creditoris si de distractio<sup>n</sup>a pigno: l. prima: C. si vnu<sup>s</sup> ex plurib<sup>z</sup> hereditibus credit vel deb: procedunt quidam debitor ipse possidet vel aliquis ex eius hereditibus omnes res obligatas, aut aliquam catam: Nam eo casu hypothecaria actio competit in solidum pro re possessa pecunia ex hereditibus: que sit, dicens quo ad hoc sicut fieret quo ad actionem personalem: quod optimè explicat Socius in co*ad*ilio septuagesimo quarto. col. pen. li. 1. Quia nobis quibusdam visum est, pluribus possidentibus res hypothecariis obligatas, qui non sunt debitores hæreditatis nostra posse creditorum hypothecaria agere aduersus quilibet eorum in solidum, sed opere etate pro rata, ita iuntur & parte possessa eos in iudicium vocare, quoniam opinio prædicta non auctoritate habet. Sed nihil omnino prior sententia vetior est, & omnia comprobatur auctoritate Iurisconsulti in dicta l. Moschis: Quia dictio omnis singularis numeri, cui libet in solidum, aut in rem remittit. gl. Bartolini in dict. l. Moschis. Bartolini, & Doc. in Liboc art. si de hereditibus instituenda. Sic & Specula. sit. de obligatio & solutio<sup>n</sup>. h. i. iiii. quadraginta sexto versicul. item debitor meus, tandem opinionem elegit, quam ipse opinor magis cōmutum esse. Sed quia hypotheca, quæ deducitur ex constitutione annui redditus super aliquo fundo, aliqua ex parte differt ab ordinariis hypothecis: & præterea quodammodo similis est cōtractu: quo iuxta formam iuris Pontificij gensus constituebatur, & modo constitutus ad imitationem suandi vestigalis: ex isto quo cōstituto anno redditus decem aurorum super tribus fundis ex cōstitutio in viii & viii etati cōstitutionis anni redditus non sit in solidum; sed pro parte cui libet fundo iuxta eius qualitatem & quantitatem competenti, intelligenda: unde si hæc tria prædia ad tres eorum singulares possessorum deuenient, quilibet pro aqua & terra parte anni redditus cogendus erit, cum solvitur, & agnitionem ac recognitionem facere, honore quidem in solidum secundum Guidonem. Papal questione 432. Chassane in dict. h. seculi ad novum trigesimo quinto. Rupellanus in libro primo Forensi. Institutio. capitul. decimotertius tunc singulari in capitul. constitutus.

de religio domini. ubi Panorum mit. numer. octauo Anchaf. numero decimotertio. huic sententiae plurimum suffragantur. Et ideo ad quæstionem propositam respondendum esse cœleo, ratione, & iure constitutionis annui redditus, non posse nec ad recognitionem redditus, nec ad ipsius solutionem per creditorem cogi, nec in iudicium vocari tertium possessorum: nisi pro rata, & pro ea parte, quæ distributione facta pertinere potest ad rem per eum possessam: non autem in solidum: quod præter auctoritatem Guidonis, Chassanei, & Rupellani in ratione comprobatur: quia hæc hypotheca deducitur à constitutione redditus irregularis est. Et licet regularis esset proper aquitatem, quæ modo ad intellectum dict. l. Moschis. insinuamus, isthac opinionem admittenda erit, non inferior opinionem istam dubiam esse atque ideo in praxi apud Hispanos rarissime receptam fuisse: immo scio contrarium definitum iudicium sententia esse frequentissime. Nam & decisio capituli constitutus, obtinet in censu, & pensione cōstitutis super pluribus Ecclesijs. quo casu materia subiecta exigit ex mente contrahētiū, quod quilibet Ecclesia pro parte omnis aliquid sentiat, deinde illud habet locum in proprio censu, scilicet vetera iura meminere. Sed tamen etiam in hoc redimibili, fortassis casus contingens, eiusque circumstantiæ iudices persuadebūt, ut opinionem Guidonis sequantur.

Quod si ad solutionem redditus agatur hypotheca ordinaria, quæ solet apponi in genere erga alia bona constituentis redditum præter illa, super quibus & speciatis fuerit constitutus: tunc locus erit actioni in solidum aduersus quemlibet tertium alicuius rei possessorum, iuxta Barto. opinionem in dicta l. Moschis immo & si ex pluribus constituentis redditus hereditibus vnu<sup>s</sup> rem aliquam ex his super quibus redditus fuit constitutus, possideat: pro rata tantum non in solidum conueniens erit ad recognitionem, & solutionem anni redditus. Cum non agatur eo casu hypothecaria actione simpliciter, sed ratione cōstitutionis, & assignationis anni redditus super eadem re: quæ facta videtur pro rata, & distributione: licet in hac specie aduersus constituentis hæredes contrarium censeat iure verius esse. Rupellanus in dicto capitulo decimo. por. l. primam. Cisivmis ex pluribus creditor. vel deb. heredita. quæ quidem obtinet, ubi ordinaria hypothecaria agitur: at nos hæc tractamus de quadam hypotheca, quæ non omnino similis est ceteris: si cœuti superioris adnotatum est.

S V M M A R I V M .

- 1 *Ex pacto adiectionis in diem, vel legis commissoriae dominum transferre absque noua traditione.*
- 2 *Pactum retrouendendi, etiam si fiat verbis directis non inducit translationem dominij absque noua traditione.*
- 3 *Intellexus. l. si cum renderet. ff. de pign. actio.*
- 4 *Pactum de retrouendendo, cum aliquis licitum sit, contractum tamen suspectum reddit.*
- 5 *Quid de pacto de retrouendendi dationi in solutum adiecto, vel emptioni annorum redditum?*
- 6 *Late discutitur interpretatio tex. in. l. Regia. l. titu. 2. lib. 8. ordinat.*
- 7 *Annui redditus an emi possint ea lege, ut intra certum tempus liccat eos, non postea redimere.*
- 8 *Pactum, quod venditori non liccat ante certum tempus rem redimere, an sit licitum? & quid in annorum redditum emptione?*

**Pacti quod de retrouen-**  
dendo vulgo dicitur, propria vis, &  
natura expenditur.

### C A P . V I I I .

**V**O N I A M H A G E  
tate in his constituēdis annuis  
reditibus reuēderi pactio sa-  
pissimè apponitur, opportu-  
nē tractabitur, quam vim hęc  
pactio in contractibus habeat  
quo ad translationem domi-  
nij, & an ex pacto de retrouendendo præsumat-  
tur contractus vñrarius? Nam hęc clausula re-  
uēndendi solet ita varie concipi, & scribi, vt nō  
leuis sit dubitatio, an transeat dominium rei vē-  
ditę in primum venditorem statim, quod condi-  
cio vel tempus secundae vēditionis euenerit, abs-  
que alia traditione. Qua ratione aliquot conclu-  
siones explicabo, quo hęc controvērsia facilius  
dissolui posse.

- I *Ptima conclusio. Ex pacto + adiectionis in diem, vel legis commissoriae transfertur dominum absque noua traditione, & ideo competit rei vendicatio. subiectam ad faciliorem intelle-  
ctum vtriusque pactionis exempla. Est etenim*

pactum legis commissoriae: cūm ego Titio renā  
vendo centum aureis, & eam trado ea legē, &  
conditione, vt si intra mensem pretium non sol  
uerit, res sit incimpta. Pactum autem adiectionis in diem concipitur in hunc modum: vendo  
rem Titio ita quidem, vt si intra mensem aliis  
meiorē conditionem attulerit, aut pretium  
addiderit, res sit incempta: adueniente siquidem  
conditione transit dominium absque traditione  
in priorem venditorem, qui legem cōtractui di  
xerit. text. optimus in. l. si quis haec ff. de rei vēdi  
cat. vbi in princip. traditur exemplum adiectionis in diem, & de pacto legis commissoriae. text.  
in. l. vlti. ff. de lege commi. l. commissoriae. verb.  
vēdicare. C. de pactis. inter empto. & vendit,  
glo. communiter recepta in. l. traditionibus. C.  
de pact. Bald. Sali. & alij in. l. ab emptione. ff. eo.  
Barto. & Paul. in. l. idem. ff. de aqua pluia. ar  
cen. idem Barto. in. l. tertia. §. Marcellus. ff. de in  
diem adiectionis. text. ad idem in. l. si hominem. ff.  
de vñucapio. & in. l. si duobus. ff. de diversi. & tem  
po. præscriptio. tradit Deci. in consilio. 187. nu  
mero quarto. ex quibus appetet hęc opinionem  
communem esse. Quę planę procedit non tan  
tum in pacto concepto verbis legis commissio  
riæ specialibus, & expressis: sed & in eo, quod a  
quipollentibus verbis additum fuerit. Nō enim  
verba, quę a iureconsultis legi commissoriae ad  
scribuntur, de forma sunt: sed sufficiunt aequipol  
lentia, vt sunt omnia, quę important contractus  
resolutionem ipso iure, & directo & qualia sunt  
hęc: habetur contractus pro infecto: & illa ver  
ba, quę exequitionem facti significant, & præ  
mittant resolutionem ipso facto. text. & ibi Bal  
ind. vltim. §. primo. ff. de rescin. vendit. sicuti cō  
stat, vbi actum fuerit, quod in defectum solutio  
nis possit venditor sine iudicis ministerio: tem  
ipsam adsumere, possidere, & frui propriā autho  
ritate. quod in specie adnotauit Carol. Molin. in  
consuet. Parisi. titulo primo. §. vigesimotertio.  
numero vñdecimo: cuius sententia iudicio su  
pemorum iudicium confirmata fuit, quemad  
modum ipse Carolus testatur in Alexan. consil.  
10. libro. 1.

Hęc vero conclusio iure, & frequenti omniū  
consensu admittitur, vbi pactio ista apponitur  
contractui venditionis statim, & vt aiunt, in con  
tinenti. Nā si ex interuallo adscripta. additave  
fderit: vñcunque fiat, etiam verbis directis & pro  
prijs legis commissoriae, vel adiectionis in diem  
cōcepta sit, non transfertur dominium in vendito  
rem primum absque traditione. glo. celebris in  
dict. l.

dictab e. nō pōtione verb. cogaris. quā inibi Doct. sequūtur. Bald. Saly. & Deci. in dict. l. traditionibus. Paul. Caſtreñ. in l. prima ff. de donationi. Alexan. & Aret. in l. qui absenti. §. primo, columnā secunda. ff. de acqui. poss. idem Alexand. in l. prima. columnā tertia. ff. solū. matrim. idem Alex. consilio decimo. num. septimo. libr. primo. & alij plures, quorum meminit Andreas Tiraquel. libro secundo. de retract. §. primo. glo. 7. nume. quarto, & quinto. Nec enim ex his pāctis legis commissoriæ, vel adiectionis in diem ipso iure resoluitur venditio: cūm hæ pāctiones ex interuallo in conventionem deducuntur. Quamobrem oportet semper aduertere, & hac in re perpendere: an hæc pācta in ipso contractu statim scripta, & conuenta fuerint, an ex interuallo in pāctionem adducta.

Secundò, eadem conclusio planè vera esse censetur, quando pāctio legis commissoriæ, vel adiectionis in diem concipitur verbis directis: si vero verbis obliquis concepta fuerit, constat nō transſerri dominium. absque noua traditione: secundum glo. insigni in l. prima. ff. de donati. & inibi Barro. & Paul. Caſtreñ. idem Paul. l. prima. colum. secunda. C. de pāct. inter empt. & vēdi. Alexan. in l. Pōponius. §. prētercā. ff. de adq. post colum. ultim. Jason in dicta. l. ab emptione numero septimo, & octavo. Rube. consilio quin quageſimooctauo. numero secundo. Curti. Sejiōr. consilio duodecimo. Alexan. in dict. cōſil. x. columnā tertia. Bald. Saly et. & Paul. in dict. l. ab emptione. quorū opinio communis est, si cūtūfatur Andr. Tiraquel. in dict. glo. 7. nume. 17. & eam probat text. in l. tertia. C. de pāctis interempto. & vendito. Qui ea lege, inquit Imperator Alexander, p̄dium vendidit, ut n̄i p̄tium beliquum iact. cēntum tempus restitutum esset, ad seruētatem: si non precariam posſeſſionem tradidit: rei vindicationem non habet, sed actionem ex Ncuditio. Hactenus Imperator, enī quo apparet, verbūm reueritatur, esse obliquū quemadmodum & verba hæc, redeat, pertineat, atque his similia. Nechancē communem sententiam in pācto. legis commissoriæ verbis obliquis contrēptionē negare, in iste possumus propter authōritatem text. in dict. l. tertia. ut in pācto adiectionis in diē: etiam si id. verbis obliquis conceptū fuerit, eadem sententia periclitatur auctoritate Iurisconsulti in dict. l. si quis hac. ff. de rei vēdic. ſenius. verba. ſubj. diem ad apertiorē huius rei ſprobationē. Si quis hac legē, inquit Vlpianus, cōmerit, ſi alius meliorem conditionem attule-

rit, recedatur ab emptione: poſt allatam cōditionem iam non potest in rem actione. vti. Sed & si cui in diem addictus sit fundus, ante quam additio facta sit, vti in re actione potest poſtea non poterit. Hęc Iurisconsultus, qui expreſſim mentionem facit pāctionis adiectionis in diem, & verbis obliquis cōcepta: dum scriptum est, recedatur ab emptione, & tamē affuerat poſt allatam conditionem meliorem, dominium ipso iure ab emptore in venditorem tranſferri. Et idem in 2. part. responsi traditur, nec eſt vlla differētia inter primam & secūdam partem: niſi quod in prima, nulla dies adiecta fuit pacto, at in ſecūda dies certa pacto fuit ſcripta. Quod ſi dixeris Bartolum ſequutus in priori responsi parte, ea verba: poſteā non poterit, eſſe referenda ad emptorem, qui rei vindicatione vult agere contra venditorem, aut habeat causam ab eo: quia tunc & ſi emptor habeat rei vindicationem repellitur tamē, & excluditur exceptione pacti. Hęc profecto interpretatio maximam habet diuinationem, verbaque Iurisconsulti ſatis singularia plurimum restringit: ſiquidem cum ea generalia ſunt, actionemque in rem emptori minime competere indefinite ſignificant. Bart. ea interpretatur ita. dure, ut parum significasse Iurisconsultum ceneat. deinde ſi Bart. interpretationem admittamus: falſum profecto videbitur, quod Accur. ius ibidem cēſuit ſcribens, in eadē Iurisconsulti response probari, ſpeciale eſſe ex pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, dominium tranſferri absque traditione in venditorem. quod poſt Accurſium ſatis receptū eſt. Accurſius autem hanc ſpeciale assertiōnem tradit in eiusdem tex. ſpeci: ſciliçet, vbi cōcepta fuit pactio verbis obliquis: ergo ſaltem ex hoc apparet auctoritas glo. aduersus communem ſententiam. Prētercā in ſecunda parte tex. ſunt eadem verba, actionem in rem denegantia, quæ in prima: & tamē conſtat in ea parte emptori aduersus omnes actionem in re negatam eſſe: igitur Bartoli expositio non admodum eſt Iurisconsulto conueniens: etiam ſi dixeris in ſecunda parte verbis directis conceptam fuſſe pāctionem: cūm hoc ex eo respōſio minimē deducatur, nec conſtar, magis conceptum fuſſe pāctum verbis directis; quām obliquis: amō generalis eſt Vlpiani responsio. Quamobrem ego cenſeo ſatis dubiam fore opinionē communem in pācto adiectionis in diē: niſi quis probare velit verbum hoc recedatur ab emptione: eſſe directurn, quod Barto. negat in dict. l. ſi quis hac. &

Salyc.in.l.traditionibus. atque ibidem Claudius columnā secunda. C.de pact. Nec obserit text. in dict. l.3. C.de pactis inter empt. & vend. quia tractat de pactione legis commissoriat: quæ & si in contractu vēditionis permitta sit, non est admodum iusta: cām apponatur in pōnam non soluti intra certum diem pretij. Et idē mirum non est, si ex eo pacto verbis obliquis concepto, dominium absque noua traditione in venditorem minimē transferatur.

Secunda conclusio: pactum de retrouendendo etiam si verbis directis fiat, non inducit trāslatio<sup>2</sup> nē dominij absque traditione. Vnde fit: vt & si dictum fuerit: quod oblato pretio emptori à venditore res sit inempta, nihilominus oportet traditionem accedere solutioni pretij. Nam & cum speciale sit in pacto legis commissoriat, & adiectionis in diem, quod non requiratur traditio: inde deducitur, in pactione reuēdendi non idem esse: immo traditionem exigi ad translationem dominij: sicuti tenuerunt Bart. in. l. prima. numero decimo. ff. de donario. Barto. & Saly. in. l. si prædium. C.de ædilit. actioni. Aretin. in. l. qui absenti. §. primo. ff. de adquirē. possessio. Iason in. l. ab emptione. column. tertia. ff. de pact. Corne. consilio nonagesimo sexto. column. vltim. libro primo. Carol. Ruinus consilio trigesimo secundo. numero decimo quinto. & vigesimo sexto. libro primo. & cōsil. sequenti. Curtius Senior dict. consilio duodecimo. Angel. in. l. si quis hac lege. in principio. ff. de rei vēdicat. Imola in capit. illo vos. numero decimo sexto. de pignori. quorum opinionem sequitur, assuerans eam communem esse Alexan. in consilio decimo. libro primo. numero quinto. hanc etiam sequuntur Catellianus Cotta dictione Pactum: & alij per eū relati. quibus suffragatur textus, in dicta. l. si prædium. C. de edilit. actioni. ratio item satis vrgens colligitur ex. l. secunda. C. de pactis inter emptor. & vendito. qua probatur, venditor ex pacto de retrouendendo actionē personalē competere: quamobrem manifestum est, non transire dominium in venditorem: quia: nemo aōione personali agit ad tem propriam consequendam: nisi condicione furtua. l. vltim. in fin ff. v̄lusfru. quemadmod. caue. & in. §. Sic itaque. Institut. de actionib. quin & hanc opinionem, quam diximus communē esse, tenet Paul. Gal. enī. consilio. 306. quanquam longa. libro secundo. idē in in. l. si à te. C. de pact. int. empt. & vendit. Nam quod pactum de retrouendendo verbis obliquis appositum, non habeat hunc ef-

fectum, quod transferatur dominium in venditorem absque traditione: procul dubio ab omnibus frequentissimo omnium consensu recipiū est, secundum Cumanum in. l. prima. ff. de donatio. & ita à plerisque probatum est, quos nominatim citat Andreas Tiraquell. in dicto lib. secundo. de retract. §. primo. glossa septima. numero duodecimo. quo in loco diligenter hāc quæstionem tractat. Ego sanè fateor frequentiori doctorum sententia probatum esse, non transferri dominium in venditorem ex pacto de retrouendendo verbis obliquis concepto: eamque opinionem admitti à Paulo Castrensi in dict. l. si à te. & ab omnibus his, quos in hac secunda conclusione citauimus. quod si pactum reuenditionis verbis directis fiat, & conceptū fuerit: Bart. in dict. l. prima. numero decimo. & idem authores, quorum modo meminimus, paucis exceptis, itidem assuerant, non transferri in venditorem ipso iure dominium: sed necessariam esse traditionem, eamque opinionem arbitrari communem, aut saltem magis receptam esse. Nam Alexād. & alij, qui Bartoli opinionem communem esse censent, expressim & hanc communē fore fatentur. Nec tamē ea probatur in dict. l. secunda. C. de pact. int. empt. & vendit. cum inibitatum agatur de pacto retrouendēdi iuxta communem formulam, quæ obliqua est, concepto: nos autem de formula legis commissoriat, vel adiectionis in diē: & sic de verbis directis. quod Accurs. ibidē sensit, qua ratione aptior est huic Doctor. sententiæ text. in dict. l. si prædium. qui fortissimam exhibit huic opinioni probationē. Verām & in hac specie, quod pactum de retrouendendo verbis directis appositum, inducat ipso iure dominij translationem absque traditione, iure probare nituntur; & constanter adserunt Paul. in dict. l. si à te. Cuma. in dict. l. prima. ff. de donatio. Curti. Senior in additione ad eius consil. 12. in fine. Paul. Castrensis. in. l. qui absenti. §. primo. ff. de acquiren. possess. & ibi Alexan. numero septimo. idem in. l. si ita quis. §. ea lege. numero quinto. ff. de verb. obligat. Cynus in. l. prima. quæstione primā. C. de rebus alienis non alienand. Bald. in. l. ea lege. numer. septimo. C. de condic. ob caus. & ibi Salice. in. 2. & vltim. opposit. Rubeus consilio. 146. columnā tertia. Deci. consilio. 187. numer. quarto. Carolus Molin. in consuetud. Parisi. §. vigesimotertio. numero viii decimo. Nicolaus Boermus decisione. 182. numero dechnonono. Iason consilio. 211. libro secundo. numero iecundo. idem consilio. 128. libro quarto.

quarto, numero quarto. vbi hanc opinionem asserit communioem esse. idem fatetur Tiraq. in dict. glos. 7. numero decimoquinto. eam sequens, quibus ad stipulatur text. insignis in l. voluntate. §. vlti. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. solua. cui non potest congrue responderi. Et ideo haec opinio iure verior mihi videtur: nō obstante. l. si p̄dium. quia ibi actio redhibitoria datur emptori, resoluta emptione ad hoc, ut venditor cogatur rem accipere, & pretium solutum reddere ipsi emptori. Nec adeo recepta est contraria sententia. quod omnino teneamus eam communē esse fateri: siquidem plures posteriorem hanc opinionem in specie assuerant, & sentiunt Iaco. & Alber. in dict. l. traditionib. in fin. C. de pact. & plerique alii. si eorum rectum sensum consideremus. Constat enim resoluta venditione ipso iure dominium, quod in emptorem translatum fuerat, in venditorem iterum transmitti absque traditione: quia per hanc resolutionem, quae ipso iure sit, omnia in pristinum statum redire: auctore Iurisconsulto in dict. l. voluntate. §. vltim.

Ceterum, vt cunque sit, etiā si sequamur priorem & Bart. opinionem: illud omittendum non est, eam sententiam obtinere quo ad dominium directum & directam in rem actionem: siquidem utile dominiū, & utilis in rem actio absque traditione competit & venditori ex pacto reuentionis etiam iuxta communem formulam obliquè conceptam. text. singular. in l. si cum venderet. ff. de pignorat. act. quo in loco Paul. de Castro hoc adnotauit. idem ex ea decisione colligunt, & probant Anania in capit. conquestus. de vñr. columna tertia. Massuerus in praxi. titul. de retract. numero quarto. Socin. cōsil. 80. libro. 3. columna prima. Burgensis in ca. ad nostram. de emp. & vendit. numero. 60. Deci. consilio. 614. num. 4. Anto. Rube. consil. 58. colum. 2. Tiraq. dict. glos. 7. nume. 7. Rogerius à Mota in l. traditionibus. C. de pact. num. 54. dicens hanc opinionem. Pauli Castrensis magis communem esse, quam testatur in Parisiensi prætorio seruatam, & receptam fuisse Chassanæ. consilio. 33. column. 3. & idem in ducatu Sabaudia Hieronym. Cagnolus in l. 2. C. de pact. int. empr. & vendit. nu. 84. eaque apud Pictones consuetudine admittitur: quam Tiraque refert. dic. libt. 2. §. 3. eandem opinionem sequitur Angel. Ater. in. §. item si. num. 22. Insti. de exceptio. non obstat tex. in dicta. l. seunda. quo probatur, actionem personalem datur venditori: quia non inconuenit actionem personalem simul, & utilem in rem alicui ob can-

dem causam competere, sicuti expressim probatur in dict. l. si cum venderet. vbi datur actio in rem simul cum actione in factum. Verum Alex. in dict. consilio decimo. libro primo. Curti. Senior dicto consilio duodecimo. Iason in dicta. l. ab emptione. numero octauo. Hieronymus Cagnol. in dict. l. secunda. numero octuagesimo secundo. & Aymon consilio duodecimo. numero septimo. ab hac Pauli Castrensis sententia recesserunt existimantes, etiam utile dominium minime transferri, nec transmitti in venditorem ex pactione ista reuendendi: nec ei utile actionem in rem competere: conanturque respondere authoritati Iurisconsulti in dicta. l. si cum vēderēt. dicētes, inibi ideo competere actionem in rem debitori: quia creditor non transstulit in emptorem dominium per venditionem pignoris: sed tantū ius ipsum pignoris. quod & Cumanus faretur in l. prima. ff. de donat. probatque Regia. l. 48. titulo decimotertio. patt. 5. quae quidem reportatio minimē satisfacit: cum in eadem specie, cuius meminit Iurisconsultus, dominium translatum fuerit in emptorem ex eo quod distractio pignoris facta fuerit per creditorem consentiente debitore, qui dum hunc consensum exhibuit, ius redimendi rem, & reuenditionem sibi exceperisse videtur, cum ratam habeat venditionem a creditore hoc ius in utilitate emptoris excipiēte factam. At si dixeris, apud Iurisconsultum nō constare, nec de consensu; nec de ratihabitione debitoris: fatebor equidem id expressim inibi non significari: sed tamen colligi tacite, aut saltem dicendum erit, venditionem factam fuisse a creditore lege, & iure permittentibus: & ideo translatum esse dominium in emptorem: quod omnino probatur in dict. l. voluntate. §. vlt. quā obrem mihi plurimam placet Pauli Castrensis sententia.

Hinc apparet quid dicendum sit. in ea quæstione: qua queritur, utrum venditor ratione pacti de retrouendendo possit oblato, & consignato pretio rem consequi a tertio possessore qui hæres emptoris non sit. Nam qui Paulum Castrensem in dict. l. si cum venderet. sequuntur, necessario concedunt, & fatentur, posse venditorem a quoeverque possessore, etiam si is hæres emptoris non sit, rem petere utile rei vindicatione: qui buscunque verbis concepta fuerit pactio: atque ita præter alios Carolus Molin. in Alexā. consil. 10. scribit, quadam æquitate fieri, ut venditor habeat aduersus quenquam possidorem actionem in factum in rea scriptam. Nec tamen melat-

Alexand. Imolensem, & eos qui eidem subscripsere palam contrarium probare, negates, actionem venditori ex eo pacto competere aduersus tertium possessorem, sed tam personalem contra emptorem & eius heredem. quod idē Paul. Castrē. sibi parum constans fatetur in dict. cōsil. 306. libro secundo. ad finem. & sensit in dict. l. si à te. C. de pactis. int. empt. & vendi. atque itidem scio posse in acerrima disputatione responderi ad Iurisconsulti responsum in dict. l. si cum vendoret. Et nihilominus opinor Pauli de Castro sententiam in praxi recipiendam fore. cui adde Guido. Papæ consil. 46.

Sed & si refellenda foret opinio Pauli, tunc in ea quæstione, quam modo tractamus, inquirendum erit, an verum sit, quod de pacto retrouendendi Pau. idem & alij opinantur, cum id fuerit verbis directis conceptum: nam qui censent ex eo dominium transmitti in venditorem absq; traditione statim oblato, & consignato pretio: facile, imò omnino concedunt, actionem in rem posse aduersum quencunque possessorem in iudicium deduci. qui vero contrariam veriorem esse cœlent, negabunt planè, actionem aliquam venditori contra tertium possessorem, qui heres emptoris non sit, competere.

His sane explicitis constat, pactionem retrouendendi licitam omnino esse non tantum iure Cæsarum. dict. l. secunda. C. de pact. int. empt. & vendit. vbi Angelus, & Paul. Castrensis. Regia. l. quadragesima secunda. titulo quinto. part. 5. sed & iure Pontificio: sicuti ab speciali argumentatione deducitur à text. in capitul. ad nostram. de empt. vbi Ancharr. Abb. & Imol. idem Ancha. consil. 30. Et idem in animæ iudicio secundum 4. Conradum. quæstione. 83. Alberi. † in dicta. l. secunda. Archid. in capit. plerique. decimaquarta. quæstione tertia. Et probatur Leuitici. capitulo vigesimoquinto. cuncta regio, inquit dominus, possessionis vestrae sub redemptionis conditio- ne vendetur. quod latè tradit Andreas Tiraq. in libr. secundo. de retract. in princ. quo in loco Latinè appellat hoc pactum retractum conuen- tionalem: aut pactionem reuendendi. tractat & idem Corasius libro tertio Mischell. capitulo no- no. atq; idè admodum opportune dubitatur, quæ fuerit ratio: vt à Romano Pontifice in dicto capitu. ad nostram. ob pactionem istam contra- ctus venditionis iudicetur præsumptione quadā vsurarius? quidam etenim censem, hanc præsumptionem non ex sola pactione reuendendi adsu- mi: sed ex tribus simul in venditionis contractu

contingentibus: pactione scilicet ista: modico pretio, & ipsius emptoris consuetudine exercen- di artem usurariam. Nam hæc tria necessariò ad iungi oportere, vt contractus præsumatur usurarius, existimant Cynus & Salyce. in. l. ab emptione. C. plus valer. quod agitur. Cardinal. in Clementina prima. §. vltim. quæstione decima- octaua. de usur. quam opinionem sequuntur asseuerantes eam esse communem Alexand. consilio. 109. colum. vltim. libro quarto. Capola de simulat. contractuum. columna prima. sexti casus. Corne. consilio. 4. libr. 1. Corasius lib. 3. Mis- cell. capitul. 9. Tiraquel. libro. 2. de retract. in pre- fatione nume. 5. idem assertit Antoni. Burgensis in dicto capit. ad nostram. de emptione. vbi An- chara. & Cardinal. eadem sententiam probant, quos & Deci. sequitur consil. 167. qui non audet assertere eam magis receptam esse: sed tamen id testatur pluribus citatis authoribus Hierony. Ca- gnolus in dict. l. secunda. C. de pactis int. empt. & vendit. colum. 3. quibus ad stipulatur: quod pa- ctum reuendendi licitum omnino censetur: ven- ditioque minori pretio, & viliori fieri debet ad iustitiam commutationis, quam si liberè absque redimendi pactione fieret: sicuti Panor. faciet in dict. capi. ad nostram. column. 2. & plutes alij, quorum sententiam rationibus, & autoritatibus probabimus hoc libr. cap. 10. igitur minimè con- uenit contractum venditionis cum redimendi pactione, illicitum iudicare ex pretij vilitate, & ex modico pretio: cum id necessarium sit eidem contractui accedere, vt iusta existimetur vendi- tio: quod est in hac disputatione omnino consi- derandum.

E contrario, quod sit satis ad præsumptionem usuræ, venditionem factam esse cum pacto redi- mendi, vel reuendendi, & viliori pretio: probat text. iuxta quorundam interpretationem in dicto capitul. ad nostram. vbi Romanus Pontifex ex his duobus præsumit contractum esse usur- riuum. idem ex eiusdem responsi autoritate scri- bit gloss. in capitul. conquestus. de usur. quam se- quuntur inibi Panormi. & Anani. Antoni. Abb. Bart. & Burgensis, numero quadragesimosexto. in dicto capitul. ad nostram. Alberi. in. l. tertia. C. plus valere, quod agitur. Alexand. in additioni- bus ad Bartol. in. l. Julianus. §. idem Papinianus. ff. de actionib. empti. Matthæ. Afflict. decisione Neapoli. 339. Imola in capitul. illo vos. numero 18. de pignoribus. Alexand. consilio. 54. libro. 6. quam & communiori sententia probatam esse testantur Panormi. consil. 76. libro primo. Fer- rati.

# Libri tertij, Caput. VIII.

761

rati. caut. 17. Chassanæ. in consuetu. Burgun. rubri. §. primo. nume. 22. Thomas Grammati. de cicio. nume. 29. Matthæ. Afflict. in rubrica. de feu do dat. in vicem legis commiss. numer. 105. Pau. Parisi. consil. 55. num. 29. & consil. 54. nume. 62. & alij plures per eum nominatim citati: quorū item sententiam in Prætorio Rote seruatam sēpè fuisse asserit, eam sequutus Cassado. decisi. 1. de vslur. Et in Neapolitano Senatu Matthæ. Afflatus ac Thomas Grammati. in prædictis decisionibus. Sed si exactius pennisimus Romanus Pontificis responsum in dicto capit. ad nostram. planè constabit, hanc communem opinionem ea decisione minimè probari. Nam præter alia ibidem expressa, quæ ad hanc rem induci possunt, apparet, emptorem mutuum à venditore petitum negasse, & ex ea causa coactum fuisse venditorem urgente inopia, domosque & oliuas eidem vendidisse, apposita pactione pacti reuendendi, & viliori pretio, quam ipiæ res iusta estimatione valerent. Vnde nimis si ex his Romanus Pontifex præsumpsit, eum contractum in fraudem prohibita vsluræ geslum fuisse. Deinde aliud in eam pactionem deductum fuit: quod maximam suspicionem fraudis iure optimo exhibit: nempe definitio illa, & restrictio temporis, quo res erat redimenda à creditore, aut iterum ab eo emenda. Conuentum etenim est, quod vendor ab emptore à septennio vsq; ad nouenium posset rem ipsam oblato, vel redito pretio prioris venditionis, vt propriam rem titulo reuenditionis habere: siquidem hæc conuentio nimis est suspecta: quia emptor ipse certus est in quencunque euentum se habiturum præcipuo septem annorum fructus: quos vltra sortem percipit, quibus profectò rationibus satiis compertum est, in præmissa Decretali, contractum vslurarium censeri, non ex his duabus conditionibus, quas ad hoc sufficere existimant gloss. Abbas, & sequaces: sed ex alijs conjecturis quæ efficacem vsluræ præsumptionem inducunt, præsertim quod in eiusdem Decretalis specie non ita simpliciter actum est pactum de retrouendendo: sed potius inter emptorem, & venditorem conuentum est, quod si vedorum pretium reddidisset, aut obtulisset, res vendita illi restituueretur, hoc autem pactum longè distat à pacto retrouendendi: atque maiorem habet vsluræ suspicionem: cum potius naturæ pignoris conueniat: cuius ea est natura, vt siue noua conuentione, oblato pretio res pignorata debitori restituatur. l. si rem. §. omnis. ff. de pign. actio. Et ideo

pactio ista, cuius Romanus Pontifex in dict. capitu. ad nostram. mentionem fecit, maiorem simulationem arguit: sicuti tradunt Corneus in dict. consilio quarto. libro primo. & Carol. Ruinus consilio decimo sexto. númer. vndecimo. libro quarto. Imò eam pactionem contractui vēditionis adiectam, vslurariæ esse seclusus alijs conjecturis, scribit Hieronym. Paulus in Provinciali & practica Cancellariæ, Folio. 24. cui in hoc minimè consentio propter authoritatem Cæsarum in dict. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. & quia absque vlla labo, & vitio, si fraus absit, patrum id contractui venditionis accedere poterit. Sat igitur erit hactenus insinuasse, non probari omnino in dicto cap. ad nostram. duo rātū sufficere ad suspicionem, & præsumptionem vsluræ: nempe pactum retrouendendi, & pretij modicitatem: quanuis id plerisque ita visum fuerit.

Cæterū ad sedandum hunc opinionū conflictum ipse opinor, hanc controvësiam, & eius definitionem delegandam esse arbitrio boni viri, ac iudicis discreti, qui ex varijs conjecturis arbitretur, contractum vel iniquum esse, vel iusta ratione tolerandum: quod & Corneo vilium est in dicto consilio quarto. libro. primo. quandoq; etenim ex pactione retrouendendi, & modico pretio absque alia præsumptione index estimabit, contractum vslurarium, & illicium esse: quādoque præter hæc duo & alia erunt exigenda ad vsluræ, & fraudis suspicionem. Hoc verò iudicis arbitrium ex pluribus instrui poterit. Primum equidem si cum pactione retrouendendi continat, valde modicū pretium pro re ipsa dari, profectò maximum signum erit, eum contractum fraudis & vsluræ esse participem: absque eo quod probetur fænerandi consuetudo: sicuti Carolus Molinaeus censet in tracta. de contractibus. questione quinquagesima sexta. & in Alexand. consilio quinquagesimo quarto. libr. sexto. Sic secundum cūdem ab hoc contractu venditionis cum hac retrouendendi pactione, etiam si venditio facta sit vili pretio, aberit vsluræ præsumptio, si emptor bona fide contraxerit omnino ignarus huius grauiſſimæ læſionis, quæ ex modicitate pretij venditoris fuerit illata: cū enim emptor purauerit iusto pretio emere, satis æquum est, eum censeri fraudis, deceptionis, ac vsluræ in expertem.

His accedit, quod contractus hic, si à rustico, aut muliere fiat, non sic præsumendus erit vslurarius, ac si ab alio esset factus, secundum Baldum in l. cū allegas. & ibi Fulgos. C. de vsluris. Iaso.

## Variarum Resolutionum

in.l si quis id quod.notabi.5.ff.de iurisd.omn.iudic.& in.l.iuris ignorantia.col.1.C qui admitti. Tiraquel.post alios in dicto libr.2. de retract. in princip.numer.34. qui in eadem præfatione posuit aliquot coniecturas, ex quibus in hac pæctio ne poterit vel augeri, vel minui præsumptio vsu ræ.idem & aliam tradit lib.1.de retract.in præfatione. numero. 37.

Sed & an hæc vsuræ præsumptio, quæ oritur ex huiusmodi pæctionibus: oporetur in datione insolutum, dubitari solet. Et placet quibusdam, non ita facile hanc suspicionem subesse huic dationi in solutum, quæ fit ob causam necessariam & in cuius actu non interuenit pecuniae numeratio, quæ allicit, & inescat homines, ut in simplici venditione, & ideo in datione in solutum non esse fraudem nec vsuram ex pacto retrouendi, etiam modico constituto pretio, præsumendum, asserunt Fulgori.consil.134.colum.2.Deci. consil. 28.versi.nec obest quod datio. Cagnolus in.l.secunda. C.de pact.inter empr.& vendit.co lum.3.limitatio.2. quos Tiraquel. sequitur in dicto lib.2.de retract.in præfatione.num.27.con trarium tenuerunt Angel.consil. 243. ad finem. Imola consil.93.colum.vlti.& consil.99. Barba. consil.51.lib. 1. Cassador. decisione. 2. de vsuris. Paul. Parisi.consil.54.num.62.&.69. quibus ego libenter accesserim: modò bonus vir arbitrium ex coniecturis varijs huic suspicioni accommōderat: atque omnia exactissime perpēdat, & cūcta rimetur ad eliciendam contractus simulationē.

Tandem ex prænotatis appetit, annuos reditus emi licite posse hac expressa pæctione: ut vēditori liceat eos redimere: atque ita constat, horum reddituum venditioni iuste accedere posse pæctionem retrouendendi : etiam si reditus in pecunia constituantur: quemadmodum exp̄essim statutum est in dictis Romanorum Pontificum constitutionibus. & probant latè Conrad. in tracta. de contractib. q. 83. & Ioan. Maior in 4.sent.distin.15.q.43. qui assuerat, hanc opinionem ab omnibus receptam esse. Nec emptio horum reddituum ex eo illicita censeri debet, quod pæctionem istam redimendi habuerit: modò iusto pretio reditus constituantur: absitque omnis vsuræ præsumptio, quod ita planè admissum est fere in toto orbe Christiano, ut iam non liceat rem hanc in dubium reuocare.

Alfonius verò undecimus huius nominis Castellæ Rex apud Complutum, Anno Domini Millesimo Tricentesimo Quadragesimo octauo 6 legem edidit †, quæ prima est in vulgatis Regijs

ordinationibus titul.z. libr. 8. qua sanctum est, contractum venditionis ex eo usurarium censem, quod fuerit appositum retrouendi pæctum: aut rem venditam, redimendi pretio intra certū tempus restituto: vel post certum diem, & non prius restituendo: modò actum sit, fructus rei venditæ interim dum non redimitur ad emptorem pertinere. Haec tenus ipsa legis summa: ex qua ego iuxta sensum apertiores deduco, alterum ex duobus cum clausula de percipiēdis præcipuis ab emptore fructibus, efficere contractū venditionis usurarium: nempe vel pæctum redimendi, aut retrouendendi intra certum diem restituto pretio: vel ita cōceptum, vt post certum tempus liceat venditori & non prius pretiū reddere remque ipsam habere. Et ideo videndum erit, an iure eadem Regia constitutio, quamlibet ex his pæctionibus satis idoneam esse censuerit, vt venditionis contractus usurarius sit iudicandus? Nam pæctum redimendi, aut retrouendendi intra certum diem pretio reddito, licitum esse, planè constat: nec ea lex contractum iniquū facit: quod omnes fatentur: modò iustum rei pretium venditioni accesserit. Est etenim in mera facultate vēditoris quandocunq; voluerit intra tempus definitum, etiam in crastino die redime re. Et ideo ea pæctio licita videtur esset: quanvis Regia lex ex ea contractum venditionis usurarium esse, statuerit. Vnde oportet inuestigare rationem: quare constitutio prædicta ex hoc pæcto velit, contractum venditionis usurarium esse. Et verè nihil aliud ad hanc rem aptius ex cogitari potest, quam quod simul & cum hac pæctio ne apposita fuerit clausula de percipiēdis fructibus ab ipso emptore interim dum res ipsa non redimitur. Hoc autem mirum fortasse videbitur: cum ea conditio propria sit pæcti de retrouendendo: siquidem ante redemptionem emptor fructus omnino percipit sibi: nec eos teneat in pretium imputare. text. & ibi Docto. in.l.secunda. C. de pactis.inter emptorem & vendit. nisi dixerimus, conditionem à iure contractui etiam absque expressione conuenientem, si tamē ea expressa, & scripta fuerit, in contractibus præsertim suspectis, inducere fraudis præsumptionem:iuxta Baldi sententiam in.l.tertia. C. plus vale, quod agitur. versic. quid si in instrumento. & Felin. in capitū. si cautio. numero. 70. de fide instrumento. cum inolitæ cautions, & clausulæ simulationē, & fraudem pæ se ferant. argumento glos. in.l. si quis iub conditione. ff. de conditioni. institutio. ubi Baldus, & Ange. idem Angel.

.Angel.in.1 penultima.C.de euictionib. & Gerardus à Petra sancta in singula.septuagesimo septimo. Ex quo infero, in emptione annuorum redditum, quæ proculdubio odiosa est, ut constat, & fatentur, ac probat Tiraquel.lib. 1. de retract. §. primo.glo.6. numer. decimosexto. & Carolus Molinæ.de contractib. quæstione quinta. ad finem. sensit Innocent. in dict. capitulo. in ciuitate. de usuris. & plerique alij †, qui hunc contractum illicitum esse constanter asseuerarunt, non esse hanc pactionem admittendam: imò si fiat hæc emptio annui reditus hac apposita pactione, ut venditori liceat intra tempus certum redimere reditum constitutum: postea verò maneat is perpetuus, tunc hac sublata pactione etiam post tempus licita erit, & permitta redemptio: quod probatur in dictis constitutionibus Martini Quinti, & Galixti: quibus hic contractus permittitur, modò libera maneat venditori redimendi facultas: nec ea per pactionem aliquam restringatur. & in specie ista adnotauit eleganter Carolus Molinæus in dict. libr. de contractib. quæstione quinquagesima. numero. 352. tametsi Conrad. de contractib. quæstione. 83 conclusio. octaua. & Ioannes à Medina de restituitione. capit. de censu redimibili. velint, etiam hanc conditionem licet adscribi, & adiici posse annui reditus pecuniarij emptioni: modo iustum: pretium arbitrio boni viri: constituatur. Quia in re oportet animaduertere, annuos reditus tanto maioris estimationis esse, quanto magis ipsa redimendi libertas resticta fuerit. quod cum manifestæ rationis sit, probatione minime indiget. Et probatur libertatem istam redimendi, licet posse restringi modo nulla adsit in pecto fraus: nam si licet hunc reditum emere perpetuum, ab ille que villa redimendi facultate: profecto iustius licebit eum emere data libertate venditori illum redimendi intra certum tempus: cum utilior si hic contractus venditori, quam si reditus perpetuo alienatus fuerit. Nec obserunt Romanorum Pontificum constitutiones: quippe quæ licet probarent emptionem annui reditus cum libera redimendi facultate: non ex hoc reprobarunt eandem emptionem: cum ea facta fuerit apposita pactione redimendi reditum intra certum, & definitum tempus. Verum ex eo quod emptio illa annui reditus odiosa, & iusta censetur, quem admodum proxime dictum est, mihi potius placet, hanc pactionem ab ea reiscienda fore: posse quæ venditorem reditum redimere, etiam finito tempore per conventionem feitrico. Nec ta-

men censeo ob eam passionem esse contractum istū usurarium: quia & si pactio illicita sit, eaque ex causa à contractu reicienda: non ex hoc necessariò colligitur, venditionem, seu emptionem istam usurariam esse pœnisque usuratum obnoxiam: licet contrarium falso quidam opinentur: præsertim auctoritate Caroli, qui in dicta quæstione quinquagesima. asseverat hunc contractum usurarium esse, & omnino ac totum ipso iure vitiari. idem notant Guido Papæ, quæstione quingentesima decima sexta. & in tractatu, de contractibus illicitis. numer. vigesimo sexto. Florenti. in tracta. de usuris. capitu. secundo. §. decimotertio. numero vigesimo quinto. esse autem illicitum tenet Syluester, verbo. viura. in. 2. decima quinta quæstione. nili dixeris hos auctores intelligendos esse, quando libertas redimendi restringitur ab initio, ut est manifestum exemplum illud, de quo in veriscul. sequenti: atque ita Carolus ipse expressim se ipsum explicat: sicuti nos tradidimus obiter libt. primo hanc operis, capitu. nono. numer. nono. idem ipse colligo ex Guidone & alijs modo. citatis.

Sic sane in hoc Granatenſi Prætorio sèpè pronuntiatum est, pactionem istam à contractu reiciendam fore, liberamque venditori competere anni reditus redemptione post tempus etiam à contrahentibus redemptioni præsumum: imò vidi semel concordiū dicendum sententia decisum fuisse, ea pactione sublata venditionem ipsam secundum vitio validum esse.

Supereat tamen altera legis Regiae pars, quæ pactionem aliam improbam, usurariamque esse ceniebat, nempe cum venditio rei fiat ea lege, ut post certum tempus, non antea, restituto pecto vendita res venditori reddatur, aut reiendatur: modo apposita sit clausula de fructibus interioribus, ab emptore sibi perecipiendis. Et profecto iure communii inspecto quibusdam vilium est, pactionem istam contra tñ venditionis appositam: quod non ligat venditori rem venditam radicem nisi post decim annos, absque alia suspicione, usurariā esse, quasi emptor certius omnina per quam cōstituatur, de lucro ultra iortem: de fructibus scilicet eo tempore, quo redimi videntia res non potest sibi perecipiendis, ita quidem opinantur Henrici in capit. in ciuitate. ad finem. de iuris. Baldus consilio. 487. libro primo. & consil. 114. libr. 3. Guido Papæ, in tracta. de contractib. numer. vigesimo sexto: & in singula. 477. & in quæst. quingentesima decima sexta. Imo, consilij, vigesimo quinto, quibus obstat textus in dicto ca-

&c. capitulo ad nostram de emptione & venditione. & in dict. l. Regia. vbi ad presumendam usuram sola haec conditio non facit contractum usurarium: immo & alia requiruntur ad usuram praesumendam, quamobrem non ex eo solum contra statutus usurarius presumitur, quod ventioni adieatum sit pactum, ut venditori liceat post decem annos, non prius, rem venditam oblato aut restituto pretio redimere. quod tenuerunt Ioannes Faber in ultima. C. de pact. pigno. Baldus in capitulo primo. de feud. dato in vicem legis commissoriae. Cepola de simulat. contract. tractatu primo. præsumptione decima. Iason consil. centesimoquinquagesimo tertio. libr. quarto. Et Andreas Tiraquel. libr. secundo. de retractu. §. primo. glossa secunda. numero sexagesimo septimo, & sexagesimo octavo. quo in loco ad hanc rem alios adducit, insinuans hanc opinionem communem esse: ac tandem numer. sexagesimonono. eleganter addit. pactum ita appositum, ut non licet, nisi post aliquod tempus redimere facilius præsumptionem usuram inducere, quam si simpli- citer fuisse appositum sine præfinitione temporis. Qua ratione, & præterea quia valde odiosa est annuorū redditum emptio: tum etiam quod emptor certus omnino sit ab initio contractus de lucro ultra sortem percipiendo, opinor hanc passionem, quod annui redditus redimi non possint intra certum tempus, adeo nullam esse, ut ex ea, in hac anni redditus emptione apposita, totus contractus vitium habeat, & nullus omnino sit censendus: sicuti eruditissime probat Carolus Molinaeus de contractu questione quinqua gesima. cui adstipulatur Romanorum Pontificum decisio in dictis constitutionibus: quae requirit, hanc redimendi facultatem statim post venditionem venditori competere. Nec mihi placet ad hanc questionem allegatio quae fit ex Fabro: suspicor etenim, immo constanter opinor, cum authorem corruptum esse Typographorum virio, atque ita legendum: item non valet pactum, quod liceat redimere usque ad tempus: dum tamen non excedat triginta annos, ut hic notatur. Sed quid si fuit iuramentum interpositum? dic non valere: veruntamen obstaret agenti exceptio. capitul. significante. de pigno. & ibi per Innocent. hactenus Faber: qui de ea passione agit; quia conuentum est, quod intra certum tempus habeat redimere, non post. Et inquit, eam non valere; nisi vel expresse: vel tacite restringatur ius redimendi intra triginta annos. Et quan- uis Conrad. q. 83. conclusi. s. ac Joan. Medina de

restitu. capit. de censu redimibili. colum. penult. probare fortissimis rationibus conentur, posse annuos redditus pecunia soluedos constitui cum eo pacto ut post certum tempus, non prius liceat eos redimere: modò arbitrio boni viri hęc restri- ctio libertatis redimendi iusto pretio compense tur: mihi tamen magis placet quod Carol. Molinae. scripsit. At in venditionibus praediorum, & aliarum rerum mobilium, & immobilium, existimo pactum istud: quod non liceat intra certum tempus redimere rem venditam, nisi alia adsit conjectura, minimè efficere contractum usurarium: quanvis ex eo facilis sit præsumptio usuram, atque ita Regia lex præter hanc pactio- nem ad inducendam usuram, & eius præsumptionem exigit, quod ventioni apposita sit con- ditio de percipiendis ab emptore fructibus rei venditae interim dum ea redempta non fuerit: quam quidem conditionem suspectam esse pau- lo ante probauimus, præsertim in his venditioni bus, quae fiunt cum pacto redimendi, vel retro- uendendi: ut vulgari dictione utar.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Resoluta venditione ex pacto: an fructus interim percepti sint emptoris, an venditoris?
- 2 Intellexus capite illo vos. de pignoribus.
- 3 Pactum reuendendi ad voluntatem emptoris non semper efficit contractum usurarium.
- 4 Annui redditus non possunt licet constituiri, cum pa- cleto redimendi ad voluntatem primi emptoris.
- 5 Quod sit instantium annui redditus perpetui?
- 6 Intellexus. l. 3. §. item si reipublica. ff. ad leg. Fal- cid. &c. de usuram centesima.
- 7 Iustum pretium anni redditus ad vitam constituti qualiter definiatur?
- 8 Intellexus. l. hereditatum. ff. ad legem Falcidiām.
- 9 Intellexus. l. cum Tito. ff. ad legem Falcidiām?
- 10 Legatum annum ciuitati, vel Ecclesie relictum an finitur centum annis? & quid de anno lega- to priuatis relictio?

De pacto redimendi, cum  
EMPTOR VENDERET VO-  
luerit. & de iusto annui re-  
ditus pretio.

CAP.

## CAPVT. IX.

**R A E T E R E A,** Q V. Æ proximo capite explicuimus, erit itidem obseruandum, frequenter posse accidere, ut venditio fiat apposito pacto redimendi iuxta voluntatem emptoris: id est, cum primus emptor vendere voluerit. Et ob id opportunè dubitatur, licet ne hanc conventionem omnino fieri. Nā Iohannes ab Imola in ca. illo vos. de pigno. rib. numer. 18. & Alexan. consil. 54. col. 1. libro. 6. existimat, venditionis contractum non ex eo usurarij censi, aut presumi, quod eam legem habeat, ut cum emptor tem vendere voluerit, primus venditor eam reddito pretio emere tencatur: non alias. Quamobrem Imol. & Alexan. præter passionem istam alia duo requirunt ad presumptionem usuræ, quæ in dicto capi. illo vos. referuntur: nempe, quod reuenditio fieri debet maiori pretio quam facta fuerit venditio: & clausulam de computandis fructibus in ipsum premium, sortemque presumpti mutui. Hæc etenim duo necessaria sunt secundum eisdem, & magis communem Doct. interpretationem, ut usurarius contractus presumatur. Sed huic sententia obstat: quod ubi reuenditio + in his contractibus commutatiis confertur in voluntate ipsius emptoris, fructus interim percepti non efficiuntur emptoris: inquit sunt in sorte ipsam inputandi secundum Panormita. & Ioan. Andr. in dict. cap. illo vos. Conradum de contracti. quæstione. 34. concl. 5. Antonium Burgensem in capitul. ad nostram. de emptio. & vendi. colum. permuti. Et Andream Tiraquel. in l. secunda. de retract. §. quinto. glo. 2. num. 3. per l. quod si nolit. iuncta. l. cum autem. §. penulti. ff. de ædili. edict. Imperator. & l. quod dictum est. ff. de in diem adiectio. Igitur clausula de compensandis fructibus in sortem principalem in specie dict. ca. illo vos. non est contra naturam contractus: cum ini bi redemptio rei venditæ collata fuerit in liberam voluntatem emptoris: & id est nihil venditio nisi imputandum erit, quod rem ipsam non redemerit: quia ea redimere non poterat. Hæc tamen obiectio pluribus praefecta modis dissolui poterit. Nam & si opinio Iohani Andr. & Panormita. receptior sit sicuti fatetur. Iohannes Corasi. lib. tertio. Miscell. capi. nono. falsa tamen videatur authoritate glo. quæ in verb. percepti. proba. olibrov.

ta per Cardinal. & Imol. in dicto capitu. illo vos. scribit, in eo casu, cuius ibidem mentio fit, fructus ad emptorem pertinere ex natura contractus: nisi aliud actum fuerit. Nec sententiam Panormi. probat textus in dict. l. quod si nolit. & l. cum autem. §. cum redhibetur. Quia res ibi redhibetur ex causa de præterito, quæ interat iam à tempore venditionis, qua ratione fructus post causam ipsam percepti restituuntur. Quod placet Tiraquel. in l. si vñquam C. de reuocand. donationib. verb. reuertatur. numero. 232. vel quia venditor eo etiæ casu tendet redhibitoria, quod ignorauit. l. prima. §. causa. ff. de ædili. edict. atque ita Corasius in dict. capitu. nono. respondit. Quinimò & idem Corasius, atque Imol. ab eo non relatus in dict. capi. illo vos. nume. decimo sexto. hac in questione ita distinguendum fore existimat, ut quoties resolutio venditionis ipso iure fiat, fructus ab emptore percepti venditori restituantur: at si venditio aliter quam ipso iure dissoluatur, fructus interim ab emptore percepti apud eum maneant: sicque intelligendos esse cœlent text. paulo ante adductos. An vero ex pacto legis commissoria, adiectionis in diem: aut retrovendendi fiat resolutio contractus, & venditionis ipso iure: diximus capitulo precedenti. Vide, si vera est hæc Imolæ distinctione, planè deducitur iuxta eorum sententiam, qui assertuerant pacum reuendendi verbis directis conceptum ipso iure dissoluere priorem venditionem: fructus interim ab emptore perceptos, venditori restituendos esse: quod in specie adnotauit præter alios Iohannes à Medina de restituzione. capi. de censu redimibili. §. estet dubium. Sic & contrarium respondebunt hi, quibus placet etiam ex pacto reuendendi verbis directis concepto, non fieri dissolutionem venditionis ipso iure: sicuti Imol. in dicto capitul. illo vos. nume. 16. expressim fatetur. Ipso autem iure intelligo venditionem dissolui, quoties dominium absque traditione in priorem venditorem reverterit. Verum, si rem istam exactiori diligentia examinemus, satis manifeste apparebit, Imolæ & Corasij distinctionem minimè posse iare probari. Siquidem ubi emptio pure facta, sub conditione resolutur: fructus mediæ temporis ante resolutionem percepti: verè ad emptorem pertinent, quod probatur authoritate Iurisconsulti in l. secunda. ff. de in diem adiectio. fit autem venditionis resolutio ipso iure absque noua tradizione, si pactio adiectionis in diem ita fuerit concepta: ut si intra mensem melior conditio adlata sit fun-

sit fundus sit inemptus, sicut constat ex prima capitis praecedentis conclusione: & tamen his verbis emptio pure facta sub conditione resolutur authore Vlpiano in l. prima. ff. de lega. commissario. Quo sit, vt licet venditio ipso iure resoluatur: nihilominus fructus ante resolutionem percepti emptoris efficiuntur: qui eos reddere non tenetur. Tamen his distinctionibus omissis Iuris consultorum hoc in tractatu responsa sequutus ita arbitror hanc controvrsiam dirimi posse. Aut etenim venditio dissoluitur ex causa de pretorio, quæ inerat iam à tempore venditionis: & tunc fructus ab emptore percepti vèditori sunt restituendi. dict. §. cùm redhiberetur. Aut dissoluitur venditio ratione pactis legis commissorię: & proculdubio, vt cuncte res sit, fructus sunt vèditori restituendi quadam speciali ratione: quia nihil penes emporum residere oportet ex re, in quam is fidem fecellerit, vt scribit Neratius Iurisconsultus in l. lege fundo. ff. de lege commi. Vnde cùm emptor aliquam partem pretij dedeat, fructus sibi omnino percipit iuxta eiusdem Neratij humaniorē sententiam ab Vlpiano receptam in l. si fundos, ff. eodem. quod si venditio alterius pacti causa dissoluta fuerit, tunc fructus ad emporum pertinebunt, cùm emptio pure contracta fuerit, eiusque resolutio in eventum alicuius conditionis collata: vt si quis fundum alteri vendiderit ea lege, quod si meliorem alter conditionem attulerit is sit inemptus, at si venditio fuerit conditionalis ita lege dicta: vt perficiatur emptio, nisi melior conditio afferratur: tunc fructus interim percepti venditori sunt restituendi. text. in dict. l. secunda. & l. quarta. ff. de in diem adiect. Vnde apposito pacto de retro uendendo in venditione pura, constat equidem fructus ad emporum pertinere. l. secunda. & ibi Baldus, & Paul. Castrensis. C. de pactis. interempt. & vendit. Hanc equidem distinctionem ferre deduximus ex his quæ Andr. Tiraquel. scripsit in dicta l. si vñquam. verb. reuertatur. numerus ducentesimus vigesimonono. & sequentib. nec refert, pactum retrouendendi in voluntate venditoris, an emporum collatum fuerit, etiam refra gante Panormitano.

Adhuc tamen, & si vera censeatur Panormitanis sententia, nihilominus respondendum est in dict. capit. illo vos, contractum vñlarium presumi ex adiectione illius conditionis, & legis: quod fructus in sortem imputentur. Nam licet ea conditio non foret contraria naturæ ipsius contractus venditionis, & fructus sint vendi

tori restituēdi: est tamen propria pignoratiū contractus: & ob id cùm alijs coniecturis vñluræ presumptionem inducit. Hoc etenim pactum tanquam inusitatum & inolitum in contractibus venditionem, facit fraudem presumi, etiam si cedat in damnum eius, contra quem est fraudis suspicio vt eleganter scribit Baldus consilio centesimo decimo quarto. libr. tertio. cui accedit Tiraquellus libro secundo. de retract. in princip. numero trigesimo secundo. cùm & ob nimiam cautelam fraudem etiam presumatur. glossa in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institu. nō enim solent emptores sibi auferre ea, quæ iure vendicare possunt, nisi vt fraudem maiorem liberalitas velo contegant. l. cùm de indebito. ff. de probatio. capitul. super eo. de renuntiatio. Sed & tertio illud erit quicquidandum: vt deprehendamus in specie dicti capitulo. illo vos. clausulam de computandis fructibus in sortem: additam fuisse aduersus contractus propriam legem pactum retrouendendi in ea conuentione ita scriptū fuisse, vt intra duos priores annos reuēditio in emporum voluntatem collata fuerit: ita demū, quod postquam emptor intra id tempus dixerit se vel le reuendere, prior venditor annum habeat ad emendum, & pretium offerendum. Constat etenim fructus tertij anni iure communī ad emporum pertinere: cum per venditorem steterit quo minus rem eo anno ex pacto habuerit, atque ideò pactio de computandis ipsius tertij anni fructibus in sortem non inerat à iure & natura contractus: sed potius eius solutis conditionibus refragatur: quemadmodum considerat Antonius Burgensis in dicto capitulo. ad titulat. colum. penultima. de emptione & venditio. Quod si velis constanter quarto loco omnia alia omittere, ac palam fateri eas passiones, quārum intentio fit in dicto capitulo. illo vos. licitas esse: omnino dicendum erit, summum Pontificem & a response suspcionem & presumptionem vñluræ à qualitate, & persona emporis, qui solitus erat vñluras exercere, non à contractus legibus habuisse. quod & Ioannes à Medina de restitutione scribit, Folio centesimo septuagesimo sexto. Ex quibus deducitur, pactum reuendendi omnino licitum esse etiam si in voluntatem arbitrii triumque emporis reuenditio conferatur: & idem præter Imolam, Alexan. & Ioannem à Medina, tenet Ioannes Maior in quarto sentent. distinction. 35. questione. 43.

In hac denique difficilima questione ad ei iusperfectam examinationem distinguenda erit venditio

venditio rerum immobilium, aut mobilium: ab exemptione annuorum reddituum. Atque in priori specie plura sunt obseruatione digna. Primum quidem, pactum + istud, ex quo reuenditio confertur in voluntatem emptoris licitum est, nec presumptionem usurpæ inducit, nisi alia accesserint coniecturæ. tex. insignis in dict. capitul. illo vos. Imol. ibi. numer. 18. Alexand. in dict. consil. 54. lib. 6. Ioan. à Medina dict. libro de restitutio- ne. capit. de censu redimibili. & probatur ratio- ne. Quia sicuti res qualibet perpetuo ab aliena- ri potest, & ita vendi, vt nullo pacto emptor cā teneatur reuendere: atque item ea pactione, vt quoties venditor eam velit redimere, emptor te- neatur vendere: ita vt paria sint contrahentium iura, poterit venditor adstringi, & obligari ad emendum eam rem, quoties emptor eam reuendere voluerit: non enim video quæ sit congrua inter hæc duo discriminis ratio. Item potest Ti- tius obligari ad emendā rem aliquam, quæ Sem- pronij sit, quoties is eam vēdere voluerit: quod nemo negabit: igitur poterit idem obligari ad emendam item, quam ipse Sempronio vendidit: cum Sempronius eam reuendere voluerit: mo- do iustum pretium venditioni accedit, quo fit, vt si nulla adsit in pretio iniquitas, posuit vendi- tor pactione obligari ad emendā rem ab eo ven- ditam maiori pretio quam ipse accepérit: quo- ties emptor eam vendere voluerit. Sunt etenim hic duæ venditiones: una quæ actu fit: altera quæ in pactum ad voluntatem emptoris confertur: & ad iustitiam contractus pertinet, quod vtraq; venditio iusto pretio fiat: potest tamen contingere eandem rem tempore prioris emptionis iu- stè valere decem: & tempore posterioris vendi- tionis, omnino valere viginti. Vnde nulla sit in- iuria: imo æqua seruatur commutationis estimatio: si maiori pretio vendatur ex pacto res eadē ab emptore ipsi venditori, quam is ab emptore accepérit. idem apparet in dicto capit. illo vos. vbi non sufficit hæc sola pactio absque alijs, ad inducendam suspicionem usurpæ. Secundo hic oportet adnotare, rem venditam non esse mino- ris estimandam ob pactum reuendendi collatū in voluntatem emptoris, quam si absque illo re- dimendi pacto venderetur. quod satis constat ex tex. in dict. capit. illo vos. & asserunt Ant. Bur- gensis in dict. capit. ad nostram. numero. 45. & Tiraquel. 2. libro de retract. nume. 26. imo pluris ea res estimanda erit: cùm id pactum in fau- rem emptoris adiectum sit: eaque ratione ven- ditio perpetua est, quo ad venditorem & fine

villa pactione, quæ in eius vtilitatem cedat: & præterea pactum habet in damnum venditoris, & emptoris commodum: & ideo pluris ea res valeat quam si simpliciter vendatur.

Tertio ex prænotatis apparet iuxta veram interpretationem capit. illo vos. tria fore necessaria, vt venditionis contractus presumatur fœne ratius, quorum duo minimè sufficient: nempe pactum reuendendi collatum in emptoris vo- luntatem: Clausulam de computandis fructibus in sortem, & pretium: item quod reuenditio ma- iori pretio: quam ipsa venditio fieri debeat. Hæc enim tria secundum communem sententiam ne- cessaria sunt: siue admittamus opinionem Pa- normita, circa fructus interim perceptos vendi- tori restituendos, siue teneamus in hac pactione redimendi ad voluntatem emptoris fructus ipsius emptoris esse. Quia & in hoc ultimo casu ea conuentio de computandis fructibus in sor- tem contraria est propriæ contractus naturæ: & ob id suspecta censetur.

Quarto est & illud adnotandum, admissa Pa- normi. opinione: non ita facile presumi viuram in contractu venditionis ex pacto reuendendi ad voluntatem emptoris: vti præsumeretur si ea pacto in arbitrium venditoris esset collata: cùm minus certus sit emptor de lucro in priori spe- cie, quam in posteriori, atq; in hunc sensum po- terit aliqua ex parte defendi Imolæ & Alex. sen- tentia. At si probemus apposita lege reuenditio- nis ad voluntatem emptoris: fructus ipsius esse: procul dubio maior subest usurpæ suspicio in ea pactione, quam si reuenditio in voluntatem ven- ditoris conferatur: quod probat Carol. Mol. n. in dict. Alexan. consil. 54. libr. 6.

Verum in specie posteriori: in emptione scili- cer anni reditus ab his pactionibus & conuen- tionibus abstinentiam + est. Nam & eas, earum ve quamlibet suspectum efficere hunc contra- ctum censeo, atque illicitum esse opinor: cùm hæc emptio anni reditus odiosa sit: tum etiam ob constitutiones Romanorum Pontificū, qui de hoc contractu tractauere. Sic sanè non licet annuos reditus emere cum pacto redimendi ad voluntatem ipsius emptoris. ea siquidem pactio efficit, quod sors semel ab emptore data possit ab iniuto debitore, venditoreque exigi: hoc vero est contra huius contractus naturalem con- ditionem: quæ à mutuo & usurpa distinguuntur: sicuti capite septimo huius libri probauimus: & præterea aduersus ipsas constitutiones, quibus hæc emptio anni reditus permititur ea lege, vt

lege, ut lors semel data exigi ab inuitu venditore non possit, qua ratione, & alijs hanc opinionem late probant Carol. Molinæ de contractib. quæst. 55. & quæst. 58. Conrad. quæst. 84. conclusio. quinta. quibus facilimè accederet hi, qui voluerunt, venditionis contractū suspectum esse, si fiat cum pacto reuendendi ad voluntatem emporis: aut libera redimendi facultas alioqui venditori concessa, restringatur ita, ut non possit nisi post certum tempus redimere: quorum meminimus cap. præceden. numer. 8.

Sic etiam si anni reditus redemptio conferatur in voluntatem venditoris hac tamen lege, ut maiori pretio reditus redimendus sit, quam cōstitutus fuerit, contractus erit illicitus: quod probat tex. in extrauagan. 1. de emptione. ibi pro ea dem summa. notat Conrad. quæstion. 84. conclusione. 4. Carol. Molinæ de contract. quæstio. si. licet Ioannes à Medina in quæst. de censibus. hanc, & præcedentem conuentione licitas esse censeat.

Est & in hoc annorum reddituum tractatu illud potissimum inquirendum: quod sit iustum anni reditus pretium: cùm Romanorum Pontificum constitutiones ad iustitiam huius contrariis & quis exigant iusti pretij + estimationem? Et in redditibus perpetuis quibusdam placet, viginti proximo iustum esse pretium, ea ratione, quod iure communi iustum pretium fundi sit, quantum vigineti annorum fructus deductis expensis conferit. gloss. in Authenti. perpetua. & Salyce. quæstion. penult. C. de Sacrosanct. Eccles. Romanus consilio. 423. Iason in l. si fundum per fideicommissum. colum. secunda. ff. de legat. primo. Guido Papæ consilio. 180. quorum opinio communis est secundum Tiraquell. libro primo. de retract. §. primo. gloss. sexta. numer. decimonono. & Carol. de contract. quæst. quinta. numer. 118. idem tenuerunt Angelus, Fulgosius, & Paul. de Castro in dicta authenti. perpetua. optimus tex. in authenti. de alien. §. si vero alicuius. vbi res Ecclesiæ dantur in emphyteusim pro ea pensione: quæ in vigineti annis faciat estimationem ipsius rei. quasi ea sit iusta pensio, quæ vigineti annis cōficit estimationem fundi: & ea sit iusta fundi estimatio, quæ æquiuale vigineti annorum pensionibus. Sed istex. non probat communem sententiam: quippe qui tractat de concessione in emphyteusim temporalem rei Ecclesiasticæ pretio sæ, paucorum tamen redditum. Deinde eadem communis sententia tex. habet satis contrarium in authenti. de alienat. & emphyteus. §. Sanctissi-

mas. quo constat, pretium fundi taxari, ut æquiuale pésionibus quinquaginta annorum, id vero speciali quadam ratione institutum est in dominibus urbanis, quas Ecclesia Hierosolymis habebat eo tempore, quo valor urbanorum prædiorum maximè creuerat. Nihilominus opinio gl. & Docto. in dicta authenticâ. perpetua. omnino certa non est: possunt etenim causæ aliquot currere, ex quibus fundorum pretium varietur, vel propter periculum hostium, quos proximos habet, aut ob vicinum flumen, aliave plura, quæ notissima sunt. tex. insignis in l. tertia. §. diuini fratres. ff. de iure fisci. Non tamen omnino refenda est cōmunis omnium sententia: cum ea communi, & frequentissima hominum estimatione etiam probata fuerit. Et licet anni reditus perpetui iusta estimatione non sit similis prædiorum estimationi, quæ ex fructibus eorum deducitur: verè tamen negari non poterit optimam esse rationem dijudicandi iustum pretium reditus perpetui per similitudinem, & proportionem iusti pretij fundi, similem redditum communiter deductis expensis, ex fructibus afferentis. l. si fundus. ff. de bonis corum. in princip. l. fundum per fideicommissum. ff. de legat. primo. & ibi Iason l. si quis. C. de rescind. venditio. notat Carol. de contracti. quæstion. 35. numer. 267. quādoque vero iustum pretiū anni reditus censemur esse, quantum ascendit comulus pensionum quindem annorum. l. si quis argentum. §. si autem donator. C. de donationib. Ea tamen decisio specialis est fauore pauperis donatoris, ut inibi apparet, & ita eum text. interpretantur ibidem Petrus, Cynus, & Albericus, Iason in l. secunda. §. mutui datio. ff. si certum petatur. colum. penult. idem in l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legat. primo. Gerard. singular. 34. Catellianus Corra in memorialibus, dictione, Solui non potest. & Carolus in tractat. de contractib. quæst. quinta. numero. 119. Rursus in authenti. de Ecclesia. titulis. §. si autem iustum pretiū anni reditus censemur, si pro vno anno dentur triginta quinque. Quin & in l. tertia. §. item si reipublicæ. ff. ad l. Falcidiā. vnuſ ſumus annuus estimatur ex viginetiquinque, ad rationem trientis viſuræ: quæ viginetiquinq; vnuſ cōsequitur anno quolibet. Item si Reipublicæ, inquit Paulus, in annos singulos legatum sit, cùm de lege Falcidia queretur, Marcellus putabat, tantum videri legatum quantum sufficiat + sorti ad viſuras trientes eius ſummæ, quæ legata eſt, colligendas. Haec tenus Iuris consultus: ad cuius interpretationem illud adno-

admonendum est obiter; quod & alii ante nos diligenter & scripsi admonuerunt: nempe usuram centesimam eam esse, quae ceterum mensibus continefas. Feneratores etenim solebant olim usuras siquodlibet mense accepere in ipsis quidem Calendis apud Graecos; ex Plutarcho in lib. de usurâ, apud Romanos vero idibus quandoque, ut ex Cicerone libro quarto epistol. ad Atticum in epistola de Eutychide gratum. & libro decimo quarto in epistol. Et Pompeiano & Horatio. Ex pôda sequida omnem relegit libibus pecuniam, quam Calendis ponere quidam adnotauit. tametsi videam & Graecum morem à Romanis receptum fuisse frequenter, unde Calendarium appellabat librum, quo usurparum ratio habebatur, ne portari de fundo instruct. l. qui filium. sed dedito in lege lectari si cōtum petatur. Ille lud fortassis ex Cicerone, & Horatio potius placuisse fuisse apud Romanos Calendis pecunias sumnerari. Usuras vero idibus solui, aut hæc olim fuisse feneratorum conjecturam, ut vixstabat in calendarium diem in idus concede rebus dilationem: quod ex authorib[us] adnotavit Petrus Pithalius libro secundo aduersariorum capitolo quarto. Quod adhuc ad centesimam condicuit. Unde usura centesima est, quolibet anno ad rationem duodecim pro centum: erit & usuraria ad rationem quatuor pro centum, quædruplicem ad rationem tripla numerorum pro centum quodlibet item anno. Quam interpretationem in publicu edidere Hermolaus in Plinium libro decimo quarto, capitulo quarto. in secundis castigationibus. Bartholo. Soci. in dict. §. item si Recipublicæ Alciatus libro tertio dispunct. capi. 1. Budeas lib. i. de ass. Leonardus Portius lib. 2. de Monetis. Theophilus in. §. plus autem. Institut de actionib[us] idem. §. sed quod Principi. Institut de iure naturæ gen. & civili. Vigilius in præfactione ad Theophilum Graecum. Anto. Augu. li. 2. emendationum. cap. 10. Carol. Molinae de contract. iii. 36. Constanti. Harmenopulus in Epitome iuris. lib. 3. tit. de usurâ. & Ioannes Graecus legum interpres: qui sub tēpora Iustiniani scripsit utilia quædā in ius ciuile glossemata: quæ Vigilius in dict. præfactione ad hanc rem adducit. id plane deducitur ex Columella de Agricultura libro tertio. capitulo tertio. qui ex Latinis authoribus huius interpretationis testis est locupletissimus. Eandem centesimam rationem expendunt Feaciscus Othomanus libro primo de usurris capital. 7. & Jacob. Curtius li. 3. coniecturalium cap. 69. Hæc

vero usurâ dicta est centesima ex eo, quod centesima sortis pars usurâ esset menstrua: quemadmodum ex Harmenopulo. Anton. Augustinus adnotauit, qui ex eodem scribit centesimam usuram, eiusque rationem mitatam fuisse temporibus ejusdem Harmenopoli, ut & centesima dicetur usurâ, quæ centesimam triente & amplius excederet: nempe ea quæ ex septuaginta duobus aureis redderet quotannis duodecim aureos. Sic & Arianus. Theodosiani Codicis. interpres lib. 2. tit. 32. usuram maiorem centesima appellavit centesimam: Quod etiam admonuit Georgius Agricola libro 3. de pretio vet. monet. Lucullus autem in Asia Plutar. auctore in eius vita, oppressos alieno ære his legibus liberabit. Primum enim non ultra centesimam iure fœnoris deinceps repeti posse instituit, omnes deinde usuras capite maiores abscedit: postremo, quod maximum fuit, neminem imperat feneratorem ultra quartam fructuum debitoris posse acepere, qui vero cum capite fœnus ipsum iunxit: virgoque priuatum esse. Hæc Plutarchus de Lucilli legibus. Est igitur sensus in risu consulti in dict. l. tertia. §. item si Recipublicæ quod si legata fuerit certa, & annua quantitas: tantum legatum esse cœsetur, quantum si testator legasset efficeret post annum ex trientibus usuris quætitatem annuo legato parere. Extat Barcinone. pro ade Sanctorum Iusti & Pastoris in lapide domus. Requeseni inscriptio, ad rem hanc admodum insignis. In qua ex legato septem milium, ac quingentorum donationi, constant usuræ semis, quolibet anno ad rationem sex denariorum, procentum nempe quadrigenti et quinquaginta denarij. \*

Hinc sane fit Accursium & ei assentientes omnino ab errasse dum in l. eos. §. 1. C. de usurâ & in l. prima. ad fin. C. de his qui, ut in dig. & in authetic. de aliena & emphyteu. §. licentiam. verbo. centesimæ. & gloss. in capitul. ea enim. decima quæstione secundo. scribit, usuram centesimam eam esse, quæ quolibet anno sortem ipsam efficiat: eiique æquivalcat. Quæ quidem sententia protius est stolidissima: licet conetur eam defendere Cattellianus Cotta in memorialibus. dictio ne usuræ trientes. Nam si usurâ centesima quolibet anno sortē ipsam efficit: quis nō videt quām iniquo sit Caesarum constitutio, quæ eam quandoque permisit quāmque aliena ab ipsorum Imperatorum mente, qui & usuras permiserint, non tamen ita immoderatas, & crudeles permisissent. Et præter hæc iuxta Accursium & alios eius opinionis, usurâ triens esset, quæ quolibet

# Variarum Resolutionum

anno tertiam centesimi partem penderet, reddereturque, atque ideo centum nummi singulis annis redderent ex triente vsura triginta tres. at ex hoc sequeretur in specie tradita per iurisconsultum in dict. §. item si reipublicæ legatum triginta trium aureorum, qui anno quolibet legatio esset soluendi, ad rationem legis Falcii non esse pluris quam centum aureis estimandam, quod nulla ratione potest iurisconsulti Responso conuenire. Sic quod Bart. in dict. §. item si Rei publicæ opinatur scribens legatum annum estimandum fore ex ratione legis Falcidæ ad proportionem vnius pro triginta: itidem falsum esse constat ex his, quæ modo tradidimus: & contrarium iurisconsulti verbis secundum earum veram, & propriam significationem: quod aduersus Bartolom Socinus dict. §. item si Reipublicæ Hermolaum sequutus pluribus rationibus probat. Eadem ferme ratione expendenda erit lex duodecim Tabularum qua sancitum erat, authore Cornelio Tacito libroquinto. ne quis vincia-  
rio fœnore amplius exerceret. Est etenim vincaria vsura, quæ centesimo decimum anno sortem equa: nempe duodecima pars centesimæ, & quæ si assis vincia: ex qua quolibet anno solueretur vnuis numerus ad rationem centum, quibus constat sors ipsa: quemadmodum expendit eleganter Francisc. Balduinus in leges duodecim Tabularum l. quinta. Post Antoni. Augustin. in dicto capitulo decimo. Budæum, & alios, quorum Paulo. ante meminimus. huius equidem vinciarij fœnoris, meminit Sceuola iurisconsul. in l. Titium: §. praefectus. ff. de administr. tut. Titius item Linius libro septimo. quo in loco iterū scribit T. Mæntio Torquato & C. Plautio Consil. semiunciarū fœnus ex vincario factū esse. atque ideo tūc sors ipsa constans ex ducentis aureis, vnum tantum aurē huius vsuræ ratione quilibet anno reddēbat.

Ex quibus colligitur, annum redditum quandoq; iusto pretio estimari ad rationem vnius pro triginta quinque, quandoque ad rationem virginis quinque: & ideo nihil certum hac in re à iure statutum esse, appareat. fit igitur, vt in his redditibus perpetuò constituendis, quantum ad iuitam eorum estimationem, necessariò obseruanda sit prouinciæ consuetudo, ipsaque communis hominum estimatio, quæ cuiuslibet rei iustum pretium verè diffinire solet. l. pretia rerū. ff. ad l. Falcii. sicuti Princeps, & Respublica possunt taxare iustum cuiusque rei pretium. l. prima. C. de Epis. audi. capitulo primo. de empt. & vendit. l. Germon. libr. de contractu. considerat. s. & decimano

na. atque in hac materia de censibus, & annuis redditibus Ioan. Francisi à Ripa libro primo respo. capitulo decimonono. & Carol. Molin. de contractu. quæstione quæsta. Nec dubium est horum reddituum estimationem ex pluribus posse iuste variari: potissimum ob ipsius rei, super qua cōstituantur, maiorem, aut minorem tutelam. Admonendum tamen erit lector, non statim emptionē horum reddituum vsuariam debere iudicari ex eo, quod minori pretio quam par, & æquum sim fuerint constituti. Est etenim tunc iniquitas; & in iustitia quo ad commutationis æquabilitatem, non tamen dici poterit vsura. Quin & Laurentius à Rodulphis in tract. de vsuris. 2. parte. quæstione duodecima. quem sequitur Paulus Paris. consilio sexagesimo. num. 29. libr. primo. tradit, iustum pretium annui redditus perpetui esse, si pro centum constituantur annua sex: mihi tamē id non placet.

Proxiū quæritur, quod sit iustum pretium annui redditus ad vitam clementis constituti? Et Ol. dra. consilio. 207. probare videtur, iustum præmium esse ad rationem vnius pro sex. quod non potest iure defendi: vt cunque etenim sit, regulariter pretium istud non congruit iustæ annui redditus. etiam ad vitam, estimationi. Bal. verò consili. 292. libro quinto. iustum esse estimationem censet, etiam ad vitam duorum, ad rationem vnius pro noueni. Rursus idem Bald. consil. 410. libr. primo. admittit pretium vnius pro decem ad vitam: vnius hominis, idem Bald. consilio. 18. libro 1. ad duorum hominum vitam existimat iustum pretium esse ad rationem vnius pro decem. Roma. item consil. 302. iustitiam pretij annui redditus ad vitā viri, & vxoris metitur ad proportionem vnius pro octo. Et Cum. consil. 181. ad vitā patris & duorum filiorū iuuenum decē opinatur iustum esse vnius anni pretiū. Quæ omnia post Carol. Molin. libēter rerū, vt appareat quā varia hac de re nostrates senserint, nihil certum definiētes.

Quam ob rem iustum annui redditus pretium ad vitam constituti deficiendum erit iuxta communem prouinciæ estimationem, si ea certa sit. Quod si ea nihil certum in hoc sanxerit, arbitrio boni viri pretium iustum erit statuendum perpensis ætate, valetudine clementis, alijsque pluribus, ex quibus iudicis animus colliget certam huius rei definitionem: quemadmodum tradidere Carol. de contractibus. quæst. 72. & Ioā. a Medina de restitutione, capitulo de censi ad vitam. Frequentissime verò hi annui redditus ad vitam clementis constituuntur ad rationem vnius pro octo,

Sed

Sed fortassis quibusdam visum erit, hanc annui reditus ad vitam aestimationem fore constitutam secundum elegantem iurisconsulti traditionem + in l. hereditatum. ff. ad l. Falcid. Nā & ea non tantum obtinet in legis Falcidiæ ratione, sed in alijs quibuscunque controversijs, vbi de estimatione reditus ad vitam, aut de humanae vitae præsumptione conjecturaque ad certum limitem reducenda tractatur. gloss. celebris cum text. insibi in l. omnium. ff. de vñfruct. gloss. in l. eūm hi. §. modus. ff. de transactioni. verb. cū iuuenie. quarum meminere eas sequuti Roderii. Xuares in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testamen. ampliatione. 3. & Ioan. Lupi. in rubri. de donationibus. §. vigesimoquinto. quo in loco iuris consulti responsū adducitur ad interpretationē. l. ex hac. ff. si quadrup. fecisse dicatur. atque in specie ista de estimatione reditus annui ad vitam, vñntur ea response Paułas, & Iason in l. si patet puer. column. vltimi. C. de inoff. testamen sed quod dicitur iurisconsulti in dict. l. hereditatum. tantum locum habeat in ratione legis Falcidiæ: non quideiri in alijs questionibus notatur in Imbia; Alexand. &c. omnes in eadem. l. hereditatum. Iason in l. eūm quīta. §. qui ita sit pluratus. column. quinta. ff. de verbo. obligatio. Matthæus Afflct. decisione Neapol. 34. & eleganter Carol. Molin. dict. questione septuagesimæ secunda. quorum sententia ita quidē meo iudicio erit probanda, ut nihilominus liberum sit cuique controversiam aliquam tractanti discernere ex negotijs qualitate, an eadem iurisconsulti æstatum dinumeratio obseruanda sit extra casum legis Falcidiæ. Nec enim omnibus negotijs poterit ea definitio conuenire ob disparem questionis, & rei contingentis rationem, quam circumspetissime iudex examinare debet: ne cūquā fraus, aut iniuria ex ea cōputatione fiat.

Cæterum quod attinet ad hanc materiam annui reditus, minimè poterit iurisconsulti decisio in praxim deduci: siquidem ex ea sequeretur, annum reditum ad vitam emptoris, qai minor sit viginti annis, constitutum: codem pretio iustè æstimari, quo perpetuus & quissimè æstimaretur: secundum Carol. Molin. de contract. dicta questione. 72. Et fere in eadem specie hoc ipsum ad notauit Ioannes à Medina de restitutio. capi. de censu ad vitam. column. quinta. Hæc verò æstimatione profecto vanissima est, nec vlla ratione defenditur.

Sed ad l. ipsam. Hereditatum. vt videamus quando alijs possit aptari questionibus, plurima

sunt annotatione digna. Primum, id responsum vulgo, Venuleio adscribi. & ab Holoandro iuris consulto Maximo: at in Pandectis Florentinis in hunc sane modum legitur: Æmilius Macer libro secundo ad legem vicesimam hereditatum. Vnde ipsius legis caput incipit à dictione computationis, ex Antonio Augustino libro primo Emendationum, capi. quarto. Secundū est obseruandum in ratione legis Falcidiæ, legatum annui reditus perpetui, eodem pretio æstimari, quo æstimaretur, si eius vñditio fieret. l. §. item si Republica. ff. ad l. Falcidiā. Nec enim potest labente tempore huius annui reditus perpetui certa constare summa.

Tertiò admonendum est, quoties annui legati potest ab initio certa definiri quantitas ab herede soluenda, tunc eius quantitatis rationem habēdam quo ad Falcidiæ deductionem. Et ideo si testator ita legauerit: lego Titio decem annis proximis annua decem: si & hæc heredibus Titij soluenda sunt: ex centum Falcidia deducetur quod probatur in l. cū Titio. ad finem. ff. ad l. Falcid. l. penales. ff. eodem.

Quartò ab eadem. l. cū Titio. iuxta communem eius interpretationem deducitur legatum annuum certæ quætitatis ad vitam legatarij relatum, tanti æstimandum fore quo ad Falcidiæ deductionem, quanti reditus annuus eiusdem quætitatis ad vitam alicuius constitutus æstimateatur. Vnde si testator annua decem Sempronio eius vitam legauerit, ita erit facienda æstimatione quo ad falcidiæ rationem, ac si is reditus annuus ad venditionem iusto pretio æstimandus foret. Responsum etenim iurisconsulti in dict. l. Hereditatum. obtinet in legato alimentorum, vel vñfructus, quod incertum est, diminutionemque, & augmentum habere potest: sic quidem in alijs legatis certis, etiam ad vitam legatarij constitutis, eadem iurisconsulti decisio admittenda non erit.

Quinto licet in annuis legatis certis, vel incertis posset quo ad Falcidiā certa definiri quætitas, si eius ratio differretur ad mortem usque legatarij: data tamen per cum cautione de Falcidia soluenda ab eius herede ex tota & integra summa percepta: hæc tamen dilatio, iurisconsulto non placuit: imo statim voluit Falcidiæ deductionem fieri, & ideo eam mediocrem humanæ vitae præsumptionem sequutus regulam illam statuit ad Falcidiæ deductionem. Sextum, quod in hac questione erit animaduertendum, colligitur ab ipso iurisconsulso, qui ad Falcidiæ

# Variarum Resolutionum

iura, & eius rationem v̄sus est quadam humanæ vitæ præsumptione, quæ nec restringat, nec ampliæ ipsius vitæ limites incertos: non enim ambiguit, longioris vitæ limites quandoque iure præsumi, quam inibi fuerint à Iurisconsulto constituti: cùm & is in infante, quodlibetve puer: tantum præsumat triginta annorum vitam: quæ alioqui longior præsumi solet. l. vltima. C. de sacrosanctis Ecclesijs. tradidimus & nos libro secundo, huius operis, capitulo septimo. numero sexto. Sed quātum ad deductionem Falcidiæ modesta est iurisconsulti consideratio. Hæc verò ratio perpetuo obseruanda erit cùm semel ex ea Falcidiæ deductio facta fuerit: siquidem & hæc constituta est ad certitudinem eius, quod alioqui incertum esse videbatur. Vnde non oportet ex his, quæ postmodum euenerint, aut contigerint, eam Falcidiæ rationem Variari, si semel se cundum eam inter hæredem, & legatarium habita fuerit computatio.

Hinc deducitur an verum sit quod glossa in dicta. l. hæreditatum. verb. triginta annorum: scripsit respondens, facta semel legis Falcidiæ deductione secundum iurisconsulti definitionem, rursus maiorem Falcidiam deducendam esse, vel deductam, minuendam, si contigerit, legatorem minus vel plus viuere, quam ipse iurisconsultus in eo responso definierit. quam interpretationem probarunt inibi Bartol. Alberic. & alij magis communiter. idem Imola & Doctores in. l. cum Titio. ff. eodem titul. nam hæc Accursij sententia etiam si frequentiori Doctorum calculo probata sit, mihi non placet: cùm alioqui elegas iurisconsulti responsio parum efficeret, ac facilè frustraretur, nihilque certum constitueret. Nec enim quod semel legitimè factum est, retractari debet ex his, quæ postmodum acciderint. l. nec enim. ff. de itine. actuque priuat. l. sanctimus. C. de admit. tut. l. qui furere. & ibi Bart. ff. de testam. l. si quis alicui. ff. de acqui. hæredit. ex quibus in hac specie hanc opinionem aduersus gloss. veriorem esse censem Barthol. Cæpo. consil. causarum ciuilium decimoquarto. colū. vlt. & Aymon. Sauillianus consilio. 194. numero. 6. quidquid idem Aymon responderit consil. 105. numero. 10.

Rursus & ab eadem radice infertur, an probandum sit quod idem Accursius adnotauit in eadem. l. hæreditatum. verb. computatio. quo in loco asseuetat, legatum v̄susfructus Reipublicæ relictum ad legis Falcidiæ rationem ita estimandum fore, vt tanti sit facienda æstimatio, quanti

ipse v̄susfructus triginta annis reddere poterit, quemadmodum in dict. l. hæreditatum. expressum est, sic sane, quod si intra triginta priores annos Respublica non perierit, iterum ex alijs triginta annis facienda sit legati æstimatio. Hanc sane opinionem falsam esse existimo, tametsi ab omnibus recepta sit. Vnde si v̄susfructus Reipublicæ relictus, semel ratione triginta annorum quo ad Falcidiam æstimetur, quanvis ultra quinquaginta annos Respublica inconcussa, & salua manierit, nulla erit iterum repetenda quantum ad Falcidiæ rationem æstimatio. Cōstat etenim v̄sumfructum Reipublicæ relictum usque ad centum annos durare. l. an v̄susfructus. ff. de v̄susfructu. l. vigesima sexta. titulo trigesimoprimo. par. 3. Sed quia forsan Respublica peribit ante centū annos, ciuitasque perire poterit ob proditionē aratri inductione. l. si v̄susfructus ciuitati. ff. quimod. v̄susfructus. amittat. ex illa consuetudine quæ circa cuortendas v̄bes tradidere Budæus ibi. & Ludouic. Cælius libro decimoquarto. lect. Antiq. capitulo quinto. cōstitutum est, vt quo ad rationem legis Falcidiæ v̄susfructus ciuitati, vel Reipublicæ relictus, ex valore triginta annorum æstimaretur. Quæ quidem æstimatio mutari nō debet ob id quod laplū temporis idem Reipublicæ euenerit.

Hinc etiam facilius admittenda erit interpretatione Angeli, & Imolæ, & dic. l. cùm Titio. quæ probat, ex anno legato ad vitam legatarij relicto, quo ad Falcidiam faciendam esse æstimationem tanti, quanti id legatum titulo anni reditus ad vitam constituti, vendi posset: & hoc quidem viuo legatario, at eo mortuo rationem habendam fore eius quantitatis, quæ legatario ab hærede singulis annis eius vitæ soluta fuerit. ita etenim Angel. & Imol. posteriorem legis partem accipiunt, vt ea intelligenda sit, vbi nulla facta fuerit viuente legatario computatio: nam si ea semel facta est, ob longiorem, aut breviorem legatarij vitam, non est nec augenda, nec minuenda. & licet Paulus Castrensi. ac Vincentius Herculanus in dicta. l. cùm Titio. contrarium tenent excommuni interpretatione gloss. & Doctor. in dicta. l. hæreditatum. dubitetque Alexander. in dicta. l. cùm Titio. idem tamen Alexan. in. l. cum quo. columna secunda. scribit, non esse tutum recedere ad Angeli & Imolæ sententia, præterim id verum est quod Angelus existimat in specie dict. l. cùm Titio. vbi non sit computatio ex præsumptis vitæ limitibus, sed ex vera, communi hominum iudicio, æstimatione. Et

præterea constat adhuc interpretationem Accursij ad dict. l. hæreditatū. falsam esse: licet Imo-  
cam receperit.

Quod vero hoc in ipso capite tradidimus: ex  
hæritia. §. item si Reipublicæ deducentes, valo-  
rem annūs reditus perpetui ad rationem vnius  
pro viginti quinque, incertum quibusdam vide-  
bitur, attenta Bart. sententia in l. annua. §. à Titia.  
ff. de ann. legat. quo in loco Barto. scribit. legatū  
annuum ciuitati, aut Reipublicæ relictum, etiam  
in perpetuum, restringendum esse ad centum ta-  
tum annos: ea ratione, quod legatum annum,  
& vsusfructus paria iura habeant. l. in singulos.  
ff. de ann. legat. Sed vsusfructus legatum Reipu-  
blice relictum, centum annis tantum durat. l. si  
vsusfructus municipibus. ff. de vsufruct. ergo le-  
gatum itidem annuum Reipublicæ relictum e-  
tiam hoc expresso, quod perpetuo duret, centū  
annis finitur: idem Bart. respondit in dict. l. si vsus  
fructus. quem sequuntur sunt Alexand. in l. tertia.  
§. vltim. ff. ad. l. Falcid. idem Alexand. consil. 60.  
libro primo. Alexan. idem columnā prima. Vin-  
cent. Hercula. columnā secunda. & Lancelo. De-  
ci. in l. secunda. ff. solut. matrim. Anchar. & Barb.  
in vltim. colim. in capit. vltim. de testamē. Ana-  
ni. consilio trigesimonono. Cardina. consili. 66.  
Bologni. in dict. Anamæ consil. Catelli. Cotta in  
memorialibus, dictione, Perpetuum: qui post  
Card. Alexandrum & Ananiā in dictis respon-  
si hanc opinionem testatur magis communem  
esse: quibus obiciuntur plura, & primum text. in  
l. annua. & l. annua. in fine. l. cum quidā. ff. de  
ann. legat. quibus definitum est, legatum annū  
Reipublicæ relictum, perpetuo deberi: quod si  
dixeris. perpetuo: esse intelligendum ad vsque  
centum annos, profecto: ea interpretatio mini-  
mè conueniret nec legislatoris nec testatorisora-  
tioni, & verbis. Nam si legatum annum priuato  
re relictum a testatore sit: ita quidem ut & eius  
hæredibus debeat, in infinitum & perpetuo  
durat, ultra centū annos. l. annalibus. & ibi gloss.  
C. de legat. idē erit fortiori, ratione si Reipubli-  
cæ annua decem legentur perpetuo, siquidem in  
his, quæ ad priuatorum legata his viuentibus de-  
bita, & morte eorum finitura pertinent, non ita  
plena, & ampla fit interpretatio: sicuti in legatis  
temporalibus Reipublicæ relictis. l. Hæreditatū  
ff. ad. l. Falcid. igitur legatum annum Reipu-  
blice relictum hoc expresso: ut perpetuum sit  
non erit ad centum annos restringendū. Secun-  
do: opinioni Bart. obstat text. in dict. l. hæreditatū  
versic. Sic denique. & in dict. l. tertia. §. item

si Reipublicæ. ff. ad. l. Falcid. in quibus locis ad ra-  
tionem legis Falcidiæ legatum annum Reipu-  
blice relictum dissimili modo estimatur, quām  
legatum vsusfructus: Nam legatum annum es-  
timatur vsque ad quantitatem, quæ eius ratione  
legatario vigintiquinque annis soluenda est: le-  
gatum vero vsusfructus ita quidem estimatur,  
ac si Respublica non amplius quam triginta an-  
nis duratura sit. Vnde constat inter legatum an-  
num & legatum vsusfructus Reipublicæ reli-  
ctum, maximum esse discrimen cùm si legatum  
annum Reipublicæ relictum centum annis fi-  
niretur: eius fieret estimatio eo pacto, quo fit in  
legato vsusfructus iuxta dictam. l. hæreditatum.  
non ea ratione, qua fit in dict. §. item si Reipubli-  
cæ. Tertiò: quanvis longissimum tempus vitæ sit  
centum annorum. l. vltima. C. de sacros. Eccles.  
Et quod in priuatis morte extinguitur, in Reipu-  
blica centum annis non vterius duret. dicta. l. si  
vsusfructus. Et legatum annuum priuato relictū  
morte eius finiatur. l. quarta. de annu. legat. & l.  
si in singulos. ff. eodem titul. tamen id obtinet,  
vbi datur à iure tanta anni legati, & vsusfru-  
ctus similitudo, ut nulla valeat differentiæ ratio  
constitui, fateor etenim legatum annum, & le-  
gatum vsusfructus paria esse quo ad hoc ut mor-  
te finiatur vtrumque, at dissimilia sunt quātum  
ad reliquos extinctionis modos: cùm, & si lega-  
tum vsusfructus Capiris diminutione pereat:  
non sic perit legatum annum. dicta. l. si in sin-  
gulos. quo fit, ut cùm circa extinctionem ipsam  
hæc duo legata dispari iure tractentur. præter  
quam quo ad mortis effectum minimè quo ad  
alia paria censeri debeant. Quartò: ne Bartol. se-  
quutus dixeris, quo ad extinctionem legatorum  
idem efficere in Republica centum annorum  
limites. quod in priuato mors ipsa. dicta. l. si vsus  
fructus. considerandum est, id procedere, nisi  
manifesta discriminis ratio detur inter vsusfru-  
ctum, & annum legatum. in vsufructu etenim  
legato Reipublicæ, idē statutum est quod cen-  
tum annis finiatur: ne proprietas apud hæredem  
sit inutilis. non sic est in legato anno: cum pro-  
prietas bonorum testatoris omnino sit apud hæ-  
redem utilis, & integra, qua item ratione fit ut si  
vsusfructus Titio, & eius hæredibus legetur, tan-  
tum is pertineat ad primum legatarij hæredem.  
l. Antiquitas. C. de vsufruct. atq. annua decem le-  
gentur eidem Titio, & eius hæredibus, legatum  
hæredibus, & hæredum hæredibus debetur abs-  
que villa temporis præfinitione. dicta. l. in Anna  
ibis. vbi Bald. Salyc. & Doctor. latius Alexand.  
Tom.j.Var.Reso. CCC 3 in.l.

in l. Gallus. §. etiam. columna tertia. ff. de lib. & posthumis. Quintò illud etiam aduersus communem adducitur: quod annum legatum potest absque villa temporis præfinitione relinqui. l. si cum præfinitione. ff. quando dies leg. cedat. Et per dictiōnēm perpetuo, quælibet temporis definitio tollitur. l. part. §. vltimo. de dol. exceptio. l. eum debere columnam. ff. de feruit. vrba. prædio. inde sanè deducitur, legatum annum perpetuo, relictum nullum habere temporis limitem. Quam ob rem in hac controvērsia ex præmissis primò infertur, legatum annum Rei publicæ, ciuitati, Ecclesiæ, aut collegio perpetuò relictum: minimè extingui centum annorum decursu: sed ultra procedere donec ipsa Respublica finiatur. quam sententiam contra Bartol. probant Barba. consilio vigesimo. libro quartō. Iason in. l. in annalibus. C. de legat. idem Iason in l. secunda. numero primo. & ibi Ripa numero tertio. ff. soluto matrimon. Bartol. Socin. in dicta. l. 3 §. item si Reipublicæ. nume. sexto. ff. ad. l. Falcid. idem Iason in. l. videamus. §. deferre. numero nono. ff. de in lit. iur. eandem opinionem premitunt omnes, qui Rogerium sequuntur, quorum mentionem statim faciemus. Secundò ex his deducitur, legatum vsusfructus etiam expressim perpetuò Reipublicæ, vel ciuitati, aut Ecclesiæ relictum, centum annis finiri, quod refragante Barb. in dicto consilio vigesimo. libro quarto. à præcitatibz authoribus vnanimi consensu probatur: quanvis mihi non displiceat Barb. responsum in ea specie, de qua fuit consultus. Tertiò infertur legatum annum ciuitati, vel Ecclesiæ relictum etiam simpliciter, minimè finiri centum annis. imò perpetuum esse ita, ut maximè differat à legato vsusfructus, & ultra centum annos debeatur: secundum Rogeri. Accursi. Alberi. & Cuma. in. l. Annuam. ff. de ann. lega. Dignum in. l. in singulos. in secunda. ff. eo. titul. Angel. Cuma, & Socin. in dict. §. item si Reipublicæ. numero septimo. Panormit. in capitv. vltim. ad finem. de testam. Ripam in dict. l. secuda. numero tertio. idem Alberi. in. l. an vsusfructus. ff. de vsusfruct. scribens, vidisse frequentissime in praxi hanc sententiam feruari, quæ mihi verior videtur: licet contrariam expressim tenuerint hi, qui opinionem Barto. in dict. l. si vsusfructus municipibz. à me proximè adductam sequuntur: & in specie Accurius, Bartol. & Lancelot. in eadem lege. si vsusfructus. Iacobus de Rauenna in dict. l. annuam. & ibi Lancelot. Deci. dicens hanc opinionem communem esse: quam & I-

mola asserit in dicto. §. item si Reipublicæ. Quarò hac in controvērsia constat legatum annuū simpliciter priuato relictum, eius morte finiti. l. quarta. ff. de annis legatis. l. in singulos. ff. eodem. l. cum Titio. ff. ad legem Falcidiam. idque in dubio verum est: quia legatum annum censetur causa alimentorum relictum. l. cum hi. §. si in annos. ff. de transanctionibus. legatū verò ad alimenta, hæredibus legatarij non debetur. l. si cum præfinitione. ff. quando dies legat. cedat. Et deinde idem probatur ex eo quod legatum annum pro primo anno est parum, sequentibus vero conditionale. dicta. l. quarta. conditionale autem legatum non transmittitur ante conditionis cumentum ad hæredes. l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollend. igitur legatum annum in dubio non transmittitur ad hæredes: sed morte finitur. idem apparet ex dict. l. in annalibus. C. de lega. vbi Doct. tradunt hæc questionem & Albe. in dict. l. quarta. Anto. Ru beus consilio vigesimotertio. Quinto secundū ea, quæ proposita sunt satis aperte colligitur in dicto, §. item si reipublicæ. probari, annum redditum, etiam perpetuum, iusto pretio estimari ad rationem vnius pro vigintiquinque. Quod si opinio Barto. in dicta. l. si vsusfructus municipibz. quo ad legatum annum admittatur: nihil amplius probabitur in dicto. §. item si Reipublicæ. quam quod annuus reditus ad centū annos estimandus erit ad pretium vnius pro viginti quinque.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Paclum de retrouendendo pars pretij censetur. ipsam que iustam estimationem minut.
- 2 Annui reditus redimibiles, quo pretio iuste constituantur?
- 3 Interpretatio Regie constitutionis, que de his annuis reditibus tractat.
- 4 Emphyteusis, cuius origo non apparet, an presumatur perpetua, vel temporalis?
- 5 Annuus reditus in dubio an sit indicadus perpetuum, an redimibilis?

De iusto pretio annui reditus redimibilis: & de ipso redimendi pacto.

CAP.

## C A P V T . X .

V. A. E. R. E. S. T. M O D O  
 tractare quod sit iustum pretium annui redditus, qui ad voluntatem primi venditoris redimendus est? Quia in re primis erit constituendum iustum pretium annui redditus perpetui iuxta ea, quae proximo Capite tradita fuerint: & deinde adnotandum erit pactum de retro uendendo diminuere iustum pretium: quo res ipsa absq[ue] capaciōe estimanda foret. Pactū etenim appositū in favorem venditoris pars pretij censetur. l. fundi partem. s. de contractis. c. captio. Sic res minoris est estimanda cum venditur aliquo cum onere sub aliave conditione, quam si liberè vendoreetur. text. quædam ad hoc notat. Papormit. ibi in capitu. cum Joannes de fide instrumento. Atque ita in hac specie pacti reuendendi adnotant Abb. in capi. in aliquibus. numero secundo de decima. idem Abb. & Doctor. in capitu. ad nosfram de emptio. Caietan. 1. 2. questione. le-pungentia septima. articuli primo. Carolus Molin. de contractis. quæstio. quinta. numer. 116. I. primo. s. si hæc. s. ad Trebellia. & inibi. Socin. Iason. & R. p. omniisque latissime Andre. Tiraquel. libro secundo de retract. in præfatione numero. vigesima. Hæc vero diminutio iusti pretiatione huius pacti non temere facienda est, sed arbitrio boni viri, rectique ac discreti moderationis. Quidam sane oportuerit non est ob hanc padjōhem diminuendam integrum tertiam partem, sed paulò minus esse constituendam diminuendam, quod Socit tradit in consilio decimo. sexto. columna. ultima. libro primo. saltem ultra ipsam tertiam partem non erit admittēda dimisitio. isti pretij: iicut eleganter tradit ipse Carolus Molin. dict. quæstione quinta. numer. 117. & quæstione. 35. numero. 297. Quod si hæc visa fuerit eceptoribus annui redditus iniqua estimatio, maximeq[ue] utilis ipsis venditoribus; illud profecto certum erit, vt euq[ue] utramur benigna estimatione: quod pactum redimendi hos annuos redditus non potest iuste diminuere redditus perpetui pretium ultra dimidiam eius partē: quod nichil ostendit idem Carol. quæstio. 5. numero. 117. & numer. 120. Ego vero hæc in controuer- si illud existimo iustum annui redditus pretium etiam si constituerit adiectio redemptionis. pa- dro, quod communia prouinciae vnu taxatum, &

definitum fuerit, authore Guidone Papa, consil. 180. cuius sententia comprobatur ex his: que tra- didimus de annui redditus perpetui estimatione scribit etenim Guido, iniquum esse pretium an- nui redditus etiam redimibilis, quando id minus sit quam ad rationem unius pro viginti: quia ita hos redditus emi consuetum erat in Delphinali prouincia, idem pretium apud Germanos iustū & æquum censeri, ut minus iniquum iudicetur: testatur Conrad. de contracti. quæstione octua- gesimaquarta. Et Vormatiensi statuto publice comprobatum esse asserit Carolus Molinæ. dict. quæstione quinta. numero. 117. Sed & in aliquot Germaniæ ciuitatibus itidem vnu receptum suis- se, ut annui redditus redimibiles constituantur ad rationem unius pro quindecim testatur Conrad. dict. quæstione octuagesimateria. conclusio. se- cunda. idem apud Gallos olim seruatū esse scribit Carol. Molin. dict. quæstione quinta. numer. 125. Quin & Ioann. Andr. in Speculo. titulo. de vñuris. 1. additione. censet. duodecim esse mode- ratum. pretium pro uno redimibili. Sic & nostra atate apud Regia Gallosum tribunalia in praxi obtentum est, ut emptio annui redditus redimibi- lis, facta ad rationem unius pro duodecim toler- retur: si verò fiat ad rationem unius pro decem, aut undecim: reducatur ad pretium unius pro quindecim: si denique annuus redditus constitu- tus fuerit ad estimationē unius pro octo, aut no- uem. minorive pretio quam decem, omnino illici- tis, & reprobus contractus iudicetur: quamadmo- dum commemorant Andr. Tiraquel. libro pri- mo de retract. §. primo. gloss. 6. numero decimo nono: Carol. Molin. de contract. quæstione deci- ma. numero. 146. & quæstione quinta. numero 122. Et Rupellanus libro primo Institutio. Fo- rensum capitulo. trigesimoquarto, qui expre- sum asserit, quod si minoris quam decem solidi rū annuus solidus emitur: reliquis solutijs in for- tem imputatis: sors ipsa redditur, perimiturque obligatio: tanquam si is contractus ignorat huius facti: idem sane colligitur ex testimonio Tira- quelli, & Caroli. Ita etenim hic adsunt, que hoc ipsum fieri iustissime persuadent, modicum pretium; pactum reuendendi: annui redditus pecu- niarij emptio, que suspicionem maximam vñ- uræ inducunt. Nec locus erit electioni, quam con- stitutio. l. secunda. C. de rescinden. vendi. præbet decipienti re ipsa: quia ea decisio non est admit- tenda in contractibus vñurarijs, nec in suspectis authore Baldo, in rubr. C. de vñur. in fine, cui ac- cedit Carolus Molinæ. de contractib. quæstione Tom. j. Var. Reso. CCC 4 decima

decimaquarta. cæterū apud Hispanos in provincia Betica, & alijs, quæ citra Tagum huic Granatensi pratorio. institutione regia parent, & sub sunt: annui reditus redimibiles frequentissime constituuntur ad rationem decimæ: eaque constitutio pluribus huius Senatus sententijs sèpissimè comprobatur, propter communè hominū estimationem: quæ tamen non admodum æquā habet cōpensationem. Et ideo mihi iustior semper visa fuit horum redituum redimibilium estimatio ad rationem duodecimæ, vel quatuordecimæ: qua Hispani ultra Tagum vtuntur frequenter: rametsi nec omnino damnauerint eam. quæ ad decimæ rationem constituitur.

Est tamen apud nos non leuis controuersia, an lege Regia definitum sit iustum pretium annui reditus in pecunia cum pacto redimēdi constituti? Nam quidam censem constitutum esse iustum pretium huius anni & reditus ad rationem vnius pro quatuordecim. idque deducere conatur à lege, quam Carolus Cæsar primus Hispaniarum rex Madritio conuentu sanxit, Anno Millesimo Quingentesimo Tricesimoquarto. l. 127. Hodie. l. quarta. titulo quinto. libro quinto Recopil. vbi reditus annui constituti in frumento, vino, vel oleo cum pacto redimendi in nummarium reditum commutatur: tantiq[ue] annua pecunia estimatur, quanti decimaquarta pars pretij illius præstationis valet: & sic ad rationem vnius pro quatuordecim: quod referendum est ad pretium, quo empta fuit ab initio ea annua præstatio. Ergo istud pretium vnius annui nummi ad rationem quatuordecim definitur ea lege idem probari videtur lege declina inter eas, quæ Toleti conditæ fuerunt, Anno Quingentesimo Tricesimonono. Hodie. l. 4. titulo decimoquinto. libro quinto. Recopil. quæ Madritiam legem exteadit ad annuos reditus in alijs speciebus cōstitutos: & inquit libellus principi oblatus, ita oportere statui: nè quis consequatur pro quatuordecim vltra vnu, nec in gallinis, nec alijs rebus. vnde constat, legislatoris intentionē eā fuisse, vt annui reditus iusto pretio estimetur ad rationem vnius pro quatuordecim. Alij vero arbitrantur, has Regias constitutiones minime definire certum pretium, quo iuste annui reditus emanantur: cùm hæ constitutiones tantum traduerint de pretio annui reditus redimibilis, quoties is semel in frumento, vino, oleo, alijsve similiū speciebus constitutus in pecuniariā mutatur: non autem cùm hi reditus ab initio in pecunia constituuntur: idque in specie adnotauit

Ioannes à Medina de restitutio. capitu. de censibus. Folio centesimo septuagesimo octavo. columnæ tertia. Cui interpretationi suffragantur duo. Primum, quod ex annua præstacione frumenti, vel olei, emptor huius reditus propter variū harum rerum valorem, facileque augmentum, creberimam item annonæ inopiam, plus perceperit, quam si tunc, cum cōtraxit, nummariam annuam pensionem emisset: quo fit, ut in compensationem maius pretium modo tempore cōmutationis pro nummaria præstacione constituantur, quam ab initio contractus constitueretur. Secundū, quod emptio annui reditus redimibilis, frumenti tamen, vel olei, allatum verum similiū, maxime suspecta sit, maioremque fraudis, & iniquitatis suspicionem habeat, quam si annua præstatio in pecunia soluenda empta fuerit, properea quod harum rerum pretia in republica frequentissime augentur. & variantur, nec potest certum pretium, certave estimatio tempore emptionis fieri: & ideo aptior est ad excessum iuspi pretij & ad deceptionem hæc emptione, quam illa, quæ de nummaria præstacione tractat. Et licet hæc posterior ratio sufficientis non sit, ut omnino hic contractus damnetur, ea tamen persuasit huius reditus cōmutationem, lege Regia fieri. Sic & eadem ratione sèpissimè Parisensis Senatus Arrelii, & decretis, annuos reditus frumentarios cum pacto redimēdi constitutos, in pecuniarios commutandos esse censuit ad appretiationem vnius pro quindecim eius summæ, quæ data fuit pro ipso anno frumenti reditu: electione itidē tribuens debitori, vel soluendi frumenti reditū, aut pecuniariā pensionē ad estimationem vnius pro quindecim: sicuti testantur Carolus Molinæus de cōtractibus. quæstione vigesimaprima. & Imbertus Rupellanus libro primo. Institut. Fôrense. cap. 34.

Cæterū post tertiam huius operis editionē Rex Catholicus, ac Dominus noster Philippus in his totius regni comitijs, quæ habuit Madritij Anno Millesimo Quingentesimo Sexagesimo tertio. c. centesimo vigesimo septimo: priorē opinionem Regio Decreto probavit, ac diffiniuit, esse iustum pretium reditus annui ad rationem vnius pro quatuordecim: sic denique, ut contractus sit nullus, nec exequutioni mandari possit, si minori pretio constitutus reditus iste, quam ad rationem huius definiti pretij: imo, & ad eā diem constitutus per eandem legem ad pretium vnius pro quatuor decim reducitur: hæc de reditu, anno redimibili. \* Sed de illa quæstione, an hoc

hoc pretermittit a lege diffinitum sit necessarium; quoties redditus annuus iam constitutus, ab empro  
te venditur alteri, legitio Catolici Molini: intrat  
acta de contractu. q. 62. qui probatur efficaciter, in  
illumin esse hunc secundum tertiam contractum,  
si minori pretio fiat. Eadem questione tractat  
Antonius a Corduba. in libro de causis concie  
tia. quest. 79. quem legere oportet, ad quandam  
hac in controversia distinctionem, eamque diligenter  
expendere, an vera sit. \*

Sed & illud opportunitate quætitur, quid dicendum sit, ubi constat redditus annuum nummariū  
deberi alicui, & constitutū est fuisse: dubium tamen  
est, an is habeat eam legem, & conditionem, ut  
redimi possit, vel presumendum sit, cum redi  
tum perpetuum esse absque pacto dererouen  
do constituta? Et sane in hac dubitatione cùm  
hic contractus, quo annui redditus emuntur, apud  
veteres non facit admodum receptus: mirum cui  
qua videri non debet hanc questione paucis in  
locis examinata esse: ad huc vero ea deducemus  
ad vera, si fallitur, resolutionē ex his, quæ in si  
milibus controversijs decisa sunt. Nā circa con  
tractum emphyteuticū: si de emphyteusi priuata  
per scripturā aut prescriptiōne appareat: ac du  
bitetur, sicut perpetua, an temporalis: in hoc dubio  
perpetua presumuntur secundum Angel. in au  
thenti de non alienand. §. emphyteusim Guiliel  
mīus de Cuhéo, & Angelupā in l. qui Iustiniib⁹.  
F. de seruitur viba: prædio. idem Guilielm. & An  
gel. prior inquit in l. cum notissimi. §. vltimio.  
posterior in l. male agit. C. de prescriptio. tri  
ginta, vel quadraginta annorum. Angel. in l. præ  
tor. § primo. ff. de edendo. Bald. columna secun  
da. & Iason numero centesimo sexagesimo. in l.  
secunda. C. de iure emphyteutic: Nisi consuetu  
do regionis aliud induxerit: quia iuxta eam du  
bij contractus erunt intelligendi. l. si fundus. ff.  
de euictionib⁹. licet. in prima. C. locati. quibus  
similiter accedit tex. in l. vel vniuersorū. vbi glo  
ff. de pignoratitia actione. l. si tertius. §. recte. si  
de aqua pluia. arcend. glossa in l. penultima. C.  
de fideiussoribus: Sicut & eandem interpretatio  
admittenda omanino est, quæ deducitur ab ipsius  
contrahentis consuetudine, & vsu. quod proba  
tur in dicta l. vel vniuersorum. & dicto. §. recte.  
imò hæc prior est altera, quæ a regionis vsu de  
ducitur. Autore Angelo in dicta l. secunda co  
lumna penultima. quem Iason inibi sequitur nu  
mer. centesimo sexagesimo. licet Angel. ipse sibi  
parum constans, probare conetur adhuc id du  
bio presumendum esse, quod emphyteusis pri

tati ad vitam tantum emphyteutæ concessa sit:  
nametsi nec concedentis rem in emphyteusim,  
nec regionis communis usus huic interpretatio  
ni suffragetur: iure etenim communis ita fore du  
bitum contractum interpretandum non admis  
sunt. Verè Angelus opinatur. Vnde aduersus ip  
sum frequentiori calculo, probatur eiusdem An  
geli opinio in dicto. §. emphyteusim. atque hæc  
sunt intelligenda de emphyteusi, quæ transfertur  
dominium vtile, cuius translationis ea est natu  
ra, vt perpetuo fiat, & facta censeatur. l. vltim. C.  
de lega. l. obligationum ferē. §. placet. ff. de actio  
nibus & obligationibus. item & ea presumptio,  
quæ adsumuntur iuxta priorem Angel. senten  
tiā, in utilitatem, & favore tendit eius, qui ca  
nonem, & annuam emphyteuticam præfatio  
nem soluit: cum is asserat, annuam præstationē  
perpetuam esse: sicuti factetur dominij vtilis tra  
nslationem perpetuam in eum factam fuisse. Quid  
autem dicendum sit in emphyteusi ecclesiasti  
ca: tradidimus secundō huius operis libro capit.  
decimo septimo numero sexto. Superest igitur  
seriō perpendere, an & eadem communis senten  
tia in redditu annuo obseruanda sit: quod a  
pud me omnino dubium est: quia in hac anni  
reditus constitutione non tractatur de transla  
tione vtilis dominij, quæ cum in emphyteusi  
perpetua sit, aut præsumatur, quemadmodum  
modò explicuimus, itidem ipsam annuam præ  
stationem perpetuam facit. Deinde in hac qua  
stione anni redditus agitur de præsumptione in  
damnum & præjudicium soluentis annuam præ  
stationem adsumenda. His accedit, quod anni  
reditus nummarij emptio odiosa & suspecta est:  
siquidem & olim pluribus visa fuerit illicita si  
cuti capitul. septimo ostendimus. Et ideo non  
omnino procedit argumentatio ab emphyteusi  
de qua communis omnium sententia agit, ad con  
tractū istum aucti & numerarij redditus. Quibus  
profecto adducor, vt in hac questione aliquot  
ad eius resolutionem prænotanda esse existimē.

Primum, illud certum, & expeditum apud me  
est: quod annua pecunaria præstatione constitu  
tare propriej census, nempe in favorem eius,  
qui dominium rei transtulit in alterum, qui pen  
sione solvere tenetur, & eam super eadē re con  
stituit; perpetua erit præsumenda: licet non ap  
pareat de hac qualitate, nec de constitutione hu  
ius redditus: sed tantum constet eam solvi ex eo,  
q̄ re super qua constituta censetur, data fuerit à  
creditor debitori. Ex hoc etenim cum dominij  
translatiō perpetua sit: est & eodem iure perpe  
tuā.

# Variarum Resolutionum

tua censenda ipsa annua, ac nummaria pensio, quod autoritate Angeli, & aliorum, qui eius sententiam frequentissimo consensu sequuntur, probari commode, & iuste potest. Secundò considerandum est, in dubio vbi non appetet, an creditor debitori tradiderit rem, super qua reditus annus constitutus censemur, presumendum esse, ipsam rem creditoris fuisse, traditamque debitori cum eo onere annua præstationis: præsertim quoties ea annua præstatio census nomen habet. Est etenim huius dicti quis hæc propria significatio secundum canonicas sanctiones: sicuti traditum fuit huius libr. capit. septimo. nisi appearat aliquo pacto mentio pretij: nam tunc ceniebitur, annuus reditus pecunia constitutus: quia pretij mentio exemptionem, & venditionem arguit. l. prima. ff. de contrahend. emptione. §. premium. Instit. de emptioni. quod in specie ista probat Carol. Molin. de contracti. quest. 20. numer. 213. Tertiò, si minimè deprehendi possit quæ sit anni reditus origo, & ex præmissis presumendum sit annuam præstationem in pecunia constitutam fuisse, tunc ex frequentiori regionis vnu, & contrahentium consuetudine, adsumenda erit conjectura ad definiendum: sitne ea annua præstatio perpetua, an redimibilis. idque ex Angelo in dict. l. secunda. distinctione deducitur. Quartò, quoties de iure annua præstationis appetet, & eius origo, aut constitutio constat per scripturam, aut per testes, qui presentes contractui fuerant: nec tamen per scripturam, vel testes possit apparere, conuentum fuisse inter creditorem, & debitorem. quod is reditus redimibilis esset: tunc presumendum est reditum esse perpetuum ea ratione, quod hæc anni reditus constitutio, venditio, & emptio sit, in quibus nunquam erit presumenda pactio reuendendi: nisi ea probetur. l. 2. vbi Docto. communiter. C. de pact. inter emptor. & vendito. Quod si premium huius anni reditus adeò modicum sit, ut attentione constitutionis tempore admodum iniqua sit anni reditus perpetui estimatio: fortassis & tunc presumemus, annum reditum redimibilem esse, etiam si in scriptura constitutionis non fuerit pactio redimendi expressa: modo in ea dictum non sit, hanc annuam præstationem perpetuam constituji. Imò vni premium anni præstationis iniquum est iuxta regionis, & aliarum circumstantiarum conditiones ad perpetuam præstationem, magisque conueniens reditui redimibili: tunc erit & hic reditus iudicandus redimibilis, etiam, si pactum fuerit, eum perpetuum fo-

re authore Carolo Molinæ, de contractibus, questione quinta. numero. 128. propterea quod hi reditus odiosi sunt, & usurarum succedanej: atque omnino requiratur ad eorum tolerabilem usum, pretij, & estimationis iustitia: ne in viuram fraudem constituantur.

Quinto, vbi anni reditus constitutio tantum ex diutina præstatione probetur: decem inquam, continuorum annorum: iuxta. l. cum de in rem verso. ff. de viur. l. litibus. C. de agricol. & censit. libro. 1. quorum decisionem, & nos minimus libr. 1. huius operis. capit. 17. numer. 3, modo ea præstatio annua ex titulo, & causa constituti reditus fiat: secundum communem omnium traditionem, tunc sane presumendum erit reditum esse redimibilem & sic quod leuius, & minus est presumetur. l. semper in obscuris. ff. de regulis iur. l. unanimis. l. qui concubinam. §. cum ita. ff. de legat. 3. capit. ex parte. de censibus. Nisi præstatio annua facta fuerit ex causa reditus anni perpetui: nam si in prima, vel alia qualibet præstatione sit expressa causa reditus perpetui: ea præstatio in vim confessionis, probat plenè donec error in contrarium probetur: cum & si facta fuerit extra iudicium, parte tamen praesente, & acceptante plenè probet. l. Publica. §. vlti, ff. deposit. l. cum de indebito. §. ultimo. ff. de probationibus. l. generaliter. C. de non numerata pecu. ad idem tex. in. l. plures apochis. C. de fide instrum. l. optimam. C. de contrah. & commit. stipulat. cum his, quæ Decius tradit in cap. cum super. col. 1. de off. delega. & in consil. 665. & alijs, quæ hanc ultimam distinctionem adducens scribit eleganter Carolus Molin. de contracti. q. 20. numer. 108 & num. 112. Ex quibus ipse arbitror, iudicem hæc de causa cognitorum debere omnino quamlibet qualitatem, legem, & contractus conditionem diligenter examinare: atque omnes conclusiones exacte rimari, qui facilius iudicare valent, sit ne presumenda annua præstatio perpetua: an temporalis, & redimibilis,

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

1 DIES à lege datus ad retrahendum rem venditam sub conditione, currat ab evenitu conditionis.

2 DIES datus ad retrahendum, vbi venditio pure conceperit, currat a die controclus, etiam ante traductionem, & prætij solutionem.

3 Alienæ.

- 5. Alteratio dominij tanquam vtilis non facit locum retrahui.
- 6. Venditio vsusfructus non efficit, ut proximior consanguineus posse eum retrahere.
- 7. Respondetur questioni principali, & examinatur natura contractus, de quo hic agitur.
- 8. Dilatio translationis diminij donec premium solvatur, non facit contractum conditionale.
- 9. Proprietas vendita ususfructuario iure sanguinis absque ipso ususfructu retrahitur.
- 10. Intellexus Regiae constitutionis. 74. Tauri.

**Quo tempore ex lege Regiae possit retrahiri res venditae sub anno reditu redimibili.**

## CAPUT. XI.

**I T I V S C V M F V N**dum haberet, ipsum Sempronio vendidit constituto centum aureorum pretio, hac adiecta pactione, quod interim dum centum aurei venditori non fuerint soluti, emptor decem annuos aureos super eodem fundo constitutos iure anni reditus redimibilis soluat: cui conventioni accesserunt, & aliae contractus leges, quae solent adscribi his annuorum reddituum venditionibus: præsertim reseruatio dominij directi donec redditus redimatur: translato tantum vtili in emptorem. Contingit tandem premium conuentum solui, ac annuam præstationem redimi biennio, aut anno iam elapso à tempore contractus: quæ ritur an intra nouem dies à redemptionis die possit proximior cognatus rem ipsam retrahere: cum à tempore contractus iam elapsi fuerint tres mensis, vel anni, ac denique tempus ipsum lege Regia definitum? Sic & eadem questione proponitur, quoties fundus aliquis datus alterius fuerit pro decem annuis soluendis iure, & titulo census, redimilibus tamen ad rationem decimæ. Vidi semel in hoc Granatensi prætorio questionem istam varijs iudicium, & aduocatorum sententijs discussam: eam ob id vtrinque adductis rationibus examinabo, nihilominus quid mihi iure verius visum fuerit exponens, ea quidem protestatione ut liberrime in contra-

tiam iturus sim sententiam, vbi ex causa, & controversia allegationibus, aliquid scire obtulerit, quod Palinodiam canere recto iustitiae tramite me ipsum cogat. Et sane locum fore retrahui intra nouem dies à tempore redemptionis: quanvis à die venditionis transierit annus, probatur plaribus rationibus.

Primum etenim constat, saltem quod ad dominium directum, hanc venditionem conditionalē esse: siquidem dominium directum retentum à venditore non aliter in emptore transferatur, quam si centum aureos pretij conuerti soluerit idem emptor: solutis itaque centum aureis dominium directum & in emptorem ex venditione transit, non prius. l. qui heredi. §. vltimo. ff. de condit. & demonstrat. l. qui absenti. §. i. ff. de acquirent. poss. l. ei qui ita hereditatem. ff. de condit. insti. capit. super eo, & ibi glos. de condit. appo. l. hæc venditio. ff. de contrahend. empt. Bar. in. l. si is qui pro emptore. quest. 4. principal. ff. de usucapio. Dies autem à lege ad retrahendum dati in contractibus conditionalibus, currunt à die euentus conditionis. text. in. l. Titius. §. procedit autem. ff. de excusat. tuto. text. item insignis in. l. i. §. annuus. ff. quando de peculio actio. &c. à quo Guillerm. de Cuneo, & Albericus in hac propria questione hoc ipsum adnotarunt. idem Albericus in prima parte statut. questione 97, ad finem. Baldus in tracta. Protomis. columna quinta. versicul. sed quæro. Matthæ. Afflict. in eodem tract. §. licet enim supra diximus. col. antepenul. versicu. sed an sit vendita. optimè Andreas Tiraquel. lib. primo. de retract. §. i. glo. 10. nume 4. Nec refert traditionem rei venditæ factam esse ante euentum conditionis: nam & ea traditio in dubio facta censemur sub eadem conditione: non pure, & simpliciter: sicut ex Barto. deducitur in. l. sub conditione. ff. de solutionib. ad finem. cuius distinctio ad hanc rem omnino, & diligenter est adsumenda cum his, quæ Tiraquel. adducit dicto. §. primo. gloss. 2. nume. 28. & hæc quidem vera sunt, quanvis etiam in venditione conditionali, dicim retractus currere à tempore contractus. non ab euentu conditionis senserit Guido Papæ questione. 257. Quod si venditio pure facta fuerit absque illa conditione: tempus datum à lege ad retrahendum iure sanguinis, currit à die venditionis, etiam ante pretij solutionem, etiam prius quam res tradita fuerit: nec enim computatur id tempus à die traditionis, secundum. Signorolum consilio octuage simoprimo. col. 2. Alberic. in. l. si filius familiæ. §. cum

§. cùm fundum. ff. de verb. obligat. versi. item facit ad alium. optimus text. in l. sciendum. §. vlti. ff. de adlilit. edict. Montaluu idem notat in. l. 13. titul. 10. lib. 3. Fori: quod item sensere Cynus, & Salyce. in l. contrā. C. de inofficio. testamen. expressim hanc sententiam veriorem esse censet ipse Tiraquel. dict. §. primo. gloss. 10. nume. 108. & nume. 111. contra Bald. in tracta. protomis. colum. pen. versi. secundo, quia non constat. & in simili specie Matthæ. Afflict. in eodem protomis. tract. §. tora hæc lex. colum. octaua. versi. sed ponamus: & idem in. §. vt infra triginta dies. col. 2. qui Baldum omnino sequitur. Igitur ex his deducitur in hac, quam tractamus, questione, diē datum à lege Regia ad retrahendam iure sanguinis rem à consanguineo venditam, non currere statim, sed ab eo die, quo per redemptionem cessus, res quo ad dominium utile, & directum eueniente conditione transit in ipsum emptorem.

Secundò, hæc eadem sententia alia itidem argumentatione probatur. Proximior etenim agnatus in prædicta specie non est admittendus, nec iure admitti potest ad retractum ante consolidationem dominij directi, & utilis: quia ubi dominium tantum utile transfertur in enitorē, & manet directum apud venditorem, non est locus retractui: quemadmodū patet in eo, qui dat propriam rem in emphyteusim, vel in locationem ad longū tempus: ea ratione, quod res non exeat de familia, nec de cognatione: imo finita emphyteusi, aut locatione, ad ipsam familiam omnino redit. Quam ob rem cessat ratio ultima & finalis Regiæ constitutionis, quæ proximior cognato permittit rem venditam à consanguineo intra nouem dies trahere: sic sane in locatione ad longum tempus non esse retractū admittendum, afferunt Nicola. Boërius in consuetud. Bituricensib. rubri. de retract. §. 1. vers. item non habet. Et Tiraquel. libr. 1. de retract. §. 1. glo. 14. nume. 79. & sequentibus, cùm ad ipsum locatorem finito locationis tempore res locata redire debat. Eadem ratione quoties res datur in emphyteusim, non est, locus retractui: quemadmodum adnotarunt Stephanus Bertran. consil. septimo. libr. 1. & Tiraquel. libr. primo. de retract. §. trigesimotertio. glo. vnica. nisi fiat contractus emphyteusis in fraudem legis, quod tradit Matthæ. Afflict. decisione. Neapolita. 72. vnde inferitur, non esse lege Regia admittendum agnatum proximiorem ad retrahendum rem, quæ fuerit alteri data ad perpetuum censum: quem redimere non liccat cùm ex communi contrahentium ysu in-

hoc contractu dominium directum maneat penes venditorem utile tantum in emptorem translatu: quod proprium est emphyteusis: & ea ratione hic contractus, leges & iura contractus emphyteutici habet. Imo & si facta conuentione in forma contractus emphyteuci, vel census perpetui, postmodum pactum sit quod ea pensio perpetua, redimatur pecunia, & redempta fucrit, non est locus retractui, modo fraus cesseret, secundum Matthæum Afflict. dict. decisio. 72. numero octavo. ita asseuerans in Regio prætorio Neapoli pronuntiatum fuisse. Ego vero & si videam, legem Regiam minime obtinere ubi res fuerit data in emphyteusim ad pensionem perpetuam vel iure census itidem perpetui: ita quidem, vt eiusdem rei dominium directum penes venditorem maneat: tamen quoties ea pensio ex pacto redimibilis est, non possum mihi persuadere utcunq; ea redemptio contingere possit: quin & retractui locus sit: cùm res autem, & patrimonialis ex ea causa ad exterios deueniat cognatis exclusis: quod Regiæ constitutioni admodum est contrarium: & id statim apertius probabitur. Imo etiam si receptum sit frequentissima omnium sententia, retractum iure sanguinis non posse competere proximiori cognato ad rem datam in emphyteusim, aut censum perpetuum: quod item explicuit. Carol. Molin. in consuetud. Parisien. §. 23. quæstio. 16. & 17. profecto æquius est, & Regiæ constitutioni admodum conueniens, quod proximus ad hunc retractum veniens, & cum eodem onere rem recipere volens omnino admittatur præsertim cùm hæc datio in emphyteusim quædam sit alienatio. l. vltima. C. de rebus alienis non alienan. l. prima. ff. si ager yectigal. atque ita semotis consuetudinibus visum est Ferrono in consuetudi. Burdegalen. rubri. de retractu. §. vigesimoquinto. Quod si iuxta receptam opinionem agnatus proximior non potest rem ratione translati utilis dominij ante directi translationem perfectam retrahere: non currit ei tempus à lege datum ad retrahendum: cùm sit is agere impeditus ex natura ipsius contractus emptionis, & venditionis. l. vltim. C. de annali exceptio. nec iure probari poterit, diem à lege datam ad retrahendum currere interim dum ipse proximior agnatus, & si retrahere vellet minimè admitteretur, impediente ipsa natura contractus.

Ceterum his, quæ modo adduximus, accedit, quod nec retractui locus sit: ubi tantum usus fructus rei patrimonialis venditus fuerit: cùm in ususfructu.

4 vſuſtructus venditione ratio legis cefſet: manea  
re ſemper proprietate: & peneſ venditorē: &  
vſuſtructu extingiendo morte vſuſtructuarij, a-  
lijsque modis iure expreſſis: & item ea ratione,  
quod vſuſtructus verē. inter immobilia fundos,  
& agros, de quibus Regia lex trac̄at, minime  
compuetur. l. prima. §. qui ſeruum. ff. ad Sylla-  
nianum; l. qui falsus. §. vltimo. in fine. ff. de iniur.  
atque in hac materia de retractu. ita expreſſim  
afferunt Alexand. conſilio. 52, libro primo. nu-  
mero ſecondo. Andre. Tiraquell. in libro primo  
de retractu. §. primo. gloss. septima. nume. quin-  
quagesimoquarto. & ſequentib. contra Matth.  
Afficit. in tracta. protomi. colum. decima. versi.  
item quero. & Chaffane. in conſuetu. Burguad.  
Rubri. 10. §. primo. versicu. aduerte. nume. deci-  
moquarto. Quibus ſanē fit, vt tempus lege Re-  
gia dcfinitum ad retrahendam rem à consanguineo  
venditam in ſpecie quæſtionis proposita,  
currat à die redēptionis, quo consolidatur do-  
minium directum cum vtile.

Tertio, candem ſententiam probare, & in-  
ſtruere poſſimus ratione quadam, qua tacitæ  
objectioni repondeſ. Nam ſi quispiam dixerit,  
vtile dominium non poſſe retrahi post nouem  
dies à die translationis eiusdem: licet directum  
poſſit iure ſanguinis haberi ex retractu: intra no-  
uem dies à tempore quo reditus redemptus fue-  
rit, annaque præſatio extincta, dominium que  
directum vtile acquisitum: quia dominium vtile  
non eſt retrahendum niſi intra diem præſinitū,  
& computandum ab eiusdem dominij vtilis  
translatione: id profecto tollitur ex eo: quod do-  
minium directum iure retractus acquisitum in-  
tra nouem dies ab anni reditus redēptione:  
vtile ſecum ratione consolidationis, & vt poten-  
tius trahi: ſiquidem hæc dominia ſemel conſolida-  
data diſtingui non poſſunt. l. ſi tibi. ff. quibus  
modis vſuſtructus amittatur. l. is cuius. ff. de lega-  
tis ſecondo. & tunc dominium directum, quod  
potentius eſt, vtile conſequitur ſocietatis cauſa,  
ynde qui dominium directum iam vtile conſoli-  
datum retrahit: ipsum etiam vtile dominium ſi-  
mul cum directo habet omnino.

Cæterum, contraria ſententia: & quod in ſpecie  
quæſtionis proposita, nouem dies à lege dati  
ad retrahendam rem auitam, ſeu patrimoniale,  
currant à die ipsius venditionis: pluribus po-  
terit perſuaderi.

Primum, etenim eius opinionis ſum, vt exiſti-  
mem, prædictum contractum non eſſe contra-  
rum censuſ, nec venditionis conditionalis, e-

tiā quo ad dominium directum: ſed eſſe po-  
tius contractum venditionis, puræ, ac simplicis  
traditionis, factæ quidem fide habita pretij, &  
ſic titulo venditionis in hunc ſanē modum, vt in  
terim dum pretium ſoluitur, emptor fructibus  
rei fruiturus ſoluat annuam præſationem, & re-  
ditum eius quantitaris, qui iuſte conſtitui pot-  
erat pro pretio ipſius rei, iam equidem conuento  
eum tedimēdi paſtione: quam denique paſtio  
nem licitam eſſe probauimus authoritate. l. cura-  
bit. C. de actionib. empt. huius libri capite qua-  
to. numero ſexto. Nec quicquam Oberit, quod  
in hiſce contractibus expreſſim venditor exci-  
piat ſibi, ac retineat dominium directum rei: ven-  
ditæ, donec pretium conuentum ſoluatur: nam  
hæc clauſula ab imperitia tabellionum contra-  
ctuum naturam, & diſcrimina ignorantium pro-  
cessit. Etenim in hoc contractu, de quo agimus,  
reſeruatio dominij directi quædam eſt hypothe-  
ca, non denique communis: ſed eam qualitatem  
habens, vt ſuper eo fundo iure cuiuſdam ſeruitu-  
ris annuus reditus fit conſtitutus. Hoc vero pro-  
batur apertissime: ſiquidem in hoccontraſtu do-  
minium vtile, & directum, certo, iuſtoque pre-  
tio aſtimatur idq; pretium ſtatim ſoluitur, cum  
ad rationem vnius pro decem illiſi annuus redi-  
tus redimibilis ſuper eo fundo conſtituatur: qui  
quidem reditus obtinet vim prætentis ſoluo-  
nis, nec verē dici poterit, habitam fuiffe fidem  
pretij: imò hæc annuæ præſationis obligatio, &  
præmiſſio maiorem vtilitatem afferit, quām præ-  
ſens ipſa ſolutio vēditori attulifet. Quod ſi hæc  
venditio ceneretur facta habita fide pretij, ad  
huc & terminus ipſe ad terrahendum à lege da-  
tus non à die ſolutionis pretij: ſed à die venditio-  
nis curreret, textus inſignis in l. ſeptuagesimase-  
cunda Tauri. Hodie. l. vndecima. titulo vndeci-  
mo. libro quinto Recopilationis, cuius decisio  
iure Cæſarum comprobatur: quia iam perfecta  
eſt venditio, qua fit habita fide pretij: & quo ad  
effectum retractus, etiam ante dominij traditio-  
nem, dies contractus ipſius, non dies traditionis  
rei conſideratur. Quæ quidem eō tendunt, vt  
inde maſtum ſit, in quæſtione, & themate  
huius capitii, termini retractus à die ipſius  
venditionis non à die redēptionis annuæ præ-  
ſationis, currere. His profecto libenter addi-  
derim, per venditionem anni reditus ſuper re-  
propria ipſius venditoris conſtitui, non trans-  
ferri in emptorem dominium directum, ſed  
tantum hypothecam. iuxta. l. fundus quem. ff.  
de anni legat. & in ſpecie notat Speculato. ti-  
tul. de

tulo.de locat. §. nunc aliqua. versicul. 86. & ideò tunc retractui iure sanguinis locus non est: auctore Ioanne Lupi in l. 70. Tauri, nume. vigesimo septimo. Quod satis aperti juris est quando in ea venditione dominium directum in emptorem anni redditus non transfertur expressim: sed & si id contractu adiectum sit, quod dominium directum in emptorem transferatur: ad huc opinor idem esse: cum ea translatio dominij directi potius fiat ad tutiorem anni redditus solutionem, & ratione hypothecæ quam veri dominij translationis, nec enim ullum pretium pro directo dominio datur, nec id venditur, sed tantum annus redditus: qui iuste estimatur super certo fundo, aliave re constitutus. Atque ita censio contractus istos fore interpretandos, ne passim concedamus tabellionibus conuentionum iura, verborum copia mutare.

Secundo, in eiusdem opinionis confirmationem facit: quod & si præmittamus, in hac specie contractus venditionem factam fuisse cum reservatione dominij expressa, donec pretium conuentum solutum fuerit: nihil ea clausula impedit, quin statim dies dati ad retrahendum, currant a die contractus. etiam nondum soluto pretio: quia ea conditio naturalis est contractui. §. venditæ. Institu. de rerum diuisio. notat Bald. in rubri. C. de contrahen. emptio. quæstione decimatertia. & in specie duo ad retractum ita adnotarunt Matthæ. Affl. decisi. Neapol. 338. & Andreas Tiraquel. libro. primo. de retract. §. primo. glo. 2. numer. trigesimoquarto. 35. & 37. nihil etenim pactum istud operatur, nec contra. Etum conditionem facit: cum id, quod expressum est ipsius contractus naturæ sit proprium. l. conditions extrinsecus. ff. de condit. & demon stra. l. continuus. §. cum ita. l. interdum. ff. de verbo. obligat. vnde etiam si Tiraquellus huic contractui conditionis vim tribuere visus sit, vere ramen nullam conditionem habet, quæ effectum contractus impedit, ipsaque venditio pura est tametsi dominium translatum non fuerit. Sic deinde constat, hanc dominij directi retentione, donec pretium conuentum solutum fuerit, minimè mutare, ipsius contractus potestatem.

Tertiō, hæc ipsa opinio constat ea ratione: q̄ in hac specie contractus, statim fuit pretium solutum ipso die contractus: cum loco pretij fuerit constitutus annus redditus, qui iuste cum redimendi pactione enī, & constituti poterat ex eo pretio quod conuentum est ad rei venditæ estimationem. Etenim fingitur uno actu, pretium

solutum fuisse venditori, & eundem venditorem id pretium dedisse empori pro annuo redditu redimibili. argumen. l. certi conditio. §. si nūmos. & §. vltimo. cum. l. sequen. & l. singularia. ff. si certum petatur. quo fit, vt omnino manifestum sit, hanc venditionem puram esse, & statim soluto pretio peractam fuisse. Et ideo dies datus ad retrahendum ab ipsius contractus tempore currit: non à die redemptionis.

Quartò idē apparet, quia & si dicamus, hunc contractum censualem esse, statim à die ipsius conuentionis non expectata redemptione, proximior consanguineus rem venditam retrahere potest ex eo quidem, quod census detur nō suspensione perpetua, sed sub redimibili, quod expressim scribit Tiraquel. de retract. lib. primo. §. trigesimo tertio. glossa vnica. cui ratio elegans suffragatur, quam tradidit Matthæ. Affl. in tracta. protomileos. §. licet enim supra diximus. columna sexta. versicul. sed quæro de quadam vtili quæstione. Nam secundum eum, si in hoc casu retractui locus non esset, fraus legi, & retractui fieret passim, ac facilime: si quidem empor rem in censum accipiens à domino sub pacto redimibilis pensionis, clanculum pretium solueret, pensionemque redimeret: & ea cautela consanguineos à iure retractus excluderet. eandem sententiam veram esse censem Chassanæus in consuetudi. Burgund. titul. de retract. §. Le vendeur. in principio, ac rursus Tiraquel. §. primo. glo. se. cunda. numero trigesimoquinto. Quod si à die conuentionis, & venditionis potest proximior agnatus in hac specie rem ipsam datam ad censem redimibilem iure retractus habere, nullo pacto verè dici poterit, à die redemptionis hunc terminum fore computandum.

Quinta ratio ex præcedentibus colligitur, si consideremus in hac quæstione, & eius specie plures contractus sub vnius nomine contingere. Vnus quidem est venditionis fundi pro censum aureis, qui purus est, ac perfectus. Alter vero constitutionis census iuxta ipsius pretij quantitatem ad rationum vnius pro decim cum pacto redimendi, & hic à priori distinguitur, cum in eo sit vendoris qui in priori emporis nomine habuit: nec refert, q̄ hi contractus sunt diuersis scripturis, vel vna: inodo sunt statim, ac simul modo interuallo constituto. l. lecta. ff. si cer. pe. At si sunt diuersis scripturis hi contractus eodem ramen ferè tempore absque interuallo: censer esse plures contractus Signorol. de Homodeis, cōsilio centesimo tricesimonono. quo in loco existi-

mat die in datum à lege ad retrahendum, statim à tempore contractus curreat.

**Sexto;** tandem sententiam argumento sumpto ab absurdō euitando, in hunc modum probamus. Nam si retractus admittetur intra nouem dies à tempore redemptionis annui redditus, pro eodem pretio, quo res vendita fuit. Sequetur gratis illuria, quæ emptori fieret. Etenim ipse emptor, ut fundus, & rem immobilem haberet pro pretio centum aureorum, constituit annuatam præstationem redimibilem, & eam soluit tribus, vel quatuor annis ante redemp-  
tionem; & proterea pretium ipsum centum au-  
reorum. Se ideo si acceptis tantum centum au-  
reis à proximiōre consanguineo, rem ipsam redi-  
dere teneret captor, amitteret prorsus an-  
nuas præstations, quas ante redemptions an-  
nui redditus soluerat, quod preculdabio ab omni  
aquitate, & iure alienum est. Sit igitur, ut retra-  
ctus in eo contractu, de quo disputamus, vel ad-  
mittendus non sit intra nouem dies à tempore  
redemptionis annui redditus; vel si admittatur,  
solendum omnilio, atque consignandum sit:  
pretium ipsum principale simul cum annuis præ-  
stationibus ante redemptions solitis: quorum  
prius mihi potius articulat propter eas rationes,  
quas hoc loco adnotauimus.

**Septimo;** vt hæc ipsa opinio faciliter persuade-  
ri valeat, ad monendum est, proprietatem aliqui-  
us rei usufructuario venditam: iure consanguini-  
nitatis retrahi & posse ex lege Regia absque ipso  
usufructu: qui quidem manebit penes ipsum em-  
ptorem. Ut per venditionē proprietati consolidatus ususfructus, secundum Cynum, Ange-  
lum, & Paulum in l. si maritus. C. de inoficio. te-  
stamen. & Tiraquell. libr. primo de retract. §. pri-  
mo. glo. septima. nume. sexagesimoquarto. optimus text. in l. Dominus. in princi. ff. de usufruct.  
tandem ex hoc iure retractus proximior consan-  
guineus minimè eninet usumfructum. Quam  
ob rem in hac præsenti dubitatione etiam illo-  
cuſ esset retractui, tantum is obtineret quo ad  
dominium directum: maneretque vtile penes  
ipsum primum emptorem: nec posset ab eo, e-  
uinci iure consolidationis: atq; ita cessaret, quod  
ultima ratione prioris opinionis probare cona-  
bamur. Quod si dixeris, etiam dominium vtile  
posse lege Regia à proximiōre consanguineo re-  
trahi: id quidem etiam si verum sit, procedit, ubi  
retractus intra nouem dies à translatione domi-  
nij vtilis propositur: non alijs. Non me latet  
maximum discrimen à quibusdam forsitan con-

stitui posse inter hunc contractum, quo res ven-  
ditur reseruato dominio directo, donec premium  
soluantur vel arinua præstatio loco pretij constitu-  
ta redēpta fuerit, & cum quo usufructuario pro-  
prietas venditur: cum in priori conventione do-  
minium vtile venditur, & transferatur statim fe-  
spectu directi ex ratione l. primæ. quæ onera-  
dæ ff. quarum rerum actio non detur. & ob id va-  
nus contractus esse videatur quo ad dominium  
vtile, & directum. l. cùm antiquitas in principio.  
C. de testamen. siquidem vtrunque simul in can-  
dem conventionem deducitur: licet translatio  
directi ex causa differatur: unde apparet, vendi-  
torem tempore contractus ipsius, ex quo domi-  
nium in emptorem transmietitur, vtrunque do-  
minium directum, & vtile habuisse. At in poste-  
riori contractu, eo tempore, quo proprietas per  
conventionem venditur usufructuario: ipse usus  
fructus non pertinebat ad proprietarium: nimirum  
igitur si a consanguineo proximiōre usus-  
fructus non possit retrahi: cùm lege retractus id  
tantum retrahendum est, quod vendor tempore  
contractus habebat, & vendidit. quod item  
probatur in l. à liberto. ff. de bonis libe. & quia  
premium proprietatis tantum solum fuit ex ea  
conventione. l. cùm in fundo. §. vxor. ff. de iure  
dotium. Sed tamen vtcunque sit, licet teneamus,  
quod tutius est, in priori specie contractus domi-  
nium vtile simul, & directum euinci posse iure  
retractus: id quidem obtinebit intra nouem dies  
à tempore contractus, non ab ipsa redemptions  
census computandos: cum ex ea conventione,  
ex contractu pure facta sit venditio dominij vti-  
lis, & directi, tametsi translatio directi dominij  
sit dilata in diem redemptions census, & annui  
reditus. Sic denique ab hac septima ratione illud  
colligemus, contractum istum de quo agimus,  
factum fuisse ad translationem vtriusque domi-  
nij vtilis, & directi: premiumque ad estimatio-  
nem vtriusq; constitutum esse, vt tandem vtrunque  
dominium retrahi possit lege Regia intra  
diem ab ea definitum, computandum sane ab  
ipso die contractus. Etenim, vt ingenuè fatear,  
verius esse censeo, quod in hoc casu dominium  
vtile, simul & directum retrahi valeant: atque  
ita non idem hic esse obseruandum, quod in ve-  
ditione proprietatis usufructuario factæ, circa le-  
gem retractus ex Cyno, Angelo, & Paulo Cast.  
adnotauimus.

O C T A V O loco videbitur fortasse quibus-  
dam, questionem istam decisam esse lege Re-  
gia, quæ septuagesimaquarta est inter Taurinas  
consti-

constitutiones. Hodie. I. decimateria. titul. unde cimo. libr. quinto Recopila. qua sancitum est habentem dominium directum, vel utile tantum: ius retractus habere ita quidem, ut iis præferatur proximiōri consanguineo: & tamen iuxta hujus questionis speciem constat, emptorem soluentem censem redimibilem: annuamque præstationem, utile saltem dominium habere ab initio contractus: atque ita de directo esse inter eum, & cognatum venditoris questionem: ipso consanguineo proximiōri perēre iure retractus rem ipsam ratione venditi directi dominij per extincionem, & redemptionem anni reditus. Ergo proximiōr nequaquam poterit obtinere aduersus habentem iam diu utile rei dominium: cum is: si directum consanguineo venderetur, posset iure quidem id eodem pretio retrahere. argum. I. vindicantem. ff. de euictionib. Si vero dixeris legem Regiam septuagesimam quartam. Hodie. I. decimateria supradicta. non procedere, ubi ex eodem contractu procedit alienatio directi simul, & utiles dominij, quasi tunc habens utile dominium ex emptione spem habeat ob eundem contractum. & directum consequendi: & ea ratione præferendū fore proximiōrem agnatum, nē alioqui fraus fiat legi: tunc sanè respondebitur hoc verum esse, modò terminus datus à lege currat, & computetur ab ipso contractus die; quo quidem facta est utriusque dominij alienatio: licet directi translatio dilata sit in tempus redemptionis anni reditus: & sic in diem, quo vere, ac omnino sit ultima solutio pretij conuenti.

Sed & si quis aduersus sextam rationem dixerit, annuas præstations non iniquè exigi ab ipso emptore interim dum pretium non fuerit solutum loco quidem fructum, quos è re ipsa percepit. argumento. I. curabit. C. de actioni. empti. id profectò æquum est quando annuas præstations non excedunt fructuum æstimationem deductis expensis: & ideo, etiam si res retrahatur. non erunt à proximiōri cognato annuas præstations emptori reddendæ: at si anni reditus ab emptore soluti fructum æstimationem excesserint, iniquum erit, cum excessum à proximiōri consanguineo retrahente rem ipsam venditam minimè solui casu, quo retractui locus sit.

Quibus tandem effectum est, ut isthac posterior sententia æquior, iure verior, & Reipublicæ magis conueniens ad tollendas iniurias, quæ in commutationibus, & contractibus accidere solent, omnino videatur. Quam ob rem ea meo in-

dicio potius, quam contraria in praxis seruabitur, nisi quandoque ex negotijs qualitate visum fuerit iudicibus fraudem conuentioni subesse, eam que contigisse ad effugiendum retractum, qui in re sanguinis lego. Regia permisus est: etenim tūc prior opinio potiores partes obtinebit.

Non obseruat huic posteriori sententia ea, quæ in prioris confirmationem adducta fuerit. Primum etenim cessat: quia in hoc contractu hæc venditio, nec quo ad dominium utile, nec quo ad directum conditionalis est: de utili satis apparet, nec negari poterit: de directo autem probatur ex his, quæ adactauimus in prima, secunda, & tertia, ac quinta, & septima rationibus posterioris partis: quibus constanter probare conti sumus, nullam subesse huic conuentioni conditionem.

Secundū, minimè item obstat: cum eius fundamenti ratio etiam si vera sit, de quo inibi actum fuit: obtinet in re, quæ datur in emphyteu sim, vel censem ad rationem perpetuæ pensionis: non ubi pensio ipsa ab initio contractus redimibilis sit. At in hac specie contractus, de quo disputationum est, pensio est redimibilis, & ea ratione censem statim dominium utrumque pure alienationis passim contendimus.

Tertium, eadem ratione deficit: præsentim ex notatis in septima postrem partis ratione. Quia statim dominium directum per ipsam conuentionem alienatum est.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Pauli Castrensis sententia late examinatur, de donatione omnium bonorum reservato usufructu.
- 2 Intellect. I. penulti. §. vlti. ff. de pigno. circa pecuniam mutuo receptam: an eo veniat in generalem bonorum hypothecam?
- 3 Reservatio alicuius rei, quæ fit in donatione omnium bonorum, qualis debet esse?
- 4 Donatio omnium bonorum præsentium tantum iure Regio minime valida est. Et inibi interpretatio. I. sexagesimænonæ. Tauri.

De donatione omniū bonorum, quæ fit reseruato usufructu.

C A P.

## CAPUT. XII.

iv beatus in omnibus dignitatis id est ob modum  
SONATI OMNIVM  
propositum praesentium & fut  
urorum. Et quod in his sententiis ad eam  
pertinet agitur ex qua uulsum xii.  
sum fuerit eadem ratione dona  
tio. ut in eam uulsum bonorum  
obligatio probatur. etiamque uulsum minime  
valeat. etiam si in ea religione sua dona  
tio est minima; ut quibus donis scriptius in ru  
bus de ceteris ceteris partibus prius dixi. & plu  
ribus sequentibus. Nunc tamen tractabitur oppor  
tuus est omniu[m] bonorum donationem que deb  
et regentur a doatoris iustitia. validas si. h[ab]et esse  
dignitas. causula uulsum recipere solat. ut ea do  
natio valeat. Quare equitem questionem tra  
dens Paulus Galteris in d[omi]n[u]m domino doce  
bat. Si de uulsum ei sententia uulsum opinetur  
donationem istam minime validam esse. et quod  
bonum fallatur. ut ei respondit factus. Et ita  
h[ab]et legi prohibitus compunere bonorum donatione  
rum. Etenim sicut dicitur. uulsum donare restar  
it. ualeat. cum uulsum bonorum ipsi si  
nullus. scimus enim. etiamque uulsum donatio si  
omnium cuiuslibet futurorum bonorum h[ab]equatur  
ipsi. et conueniet frumento re donatu percepienti  
lo ipsius donationem. quia uulsum est  
donationem istam bonum valem. idem tenuerunt  
ip[s]e Paulus consilio. et nuptio. octauo libro  
secundo. Dei numeris. Gurti. tunici. tunica  
9. 18. P[ro]p[ter]a. numeris. 22. inquit. lxxim. I  
Dei. consilio. 20. numeris. & consilio. et nupti  
bus. 3. Philippus. Cor[inthi]os. 176. libro se  
cundo. col. 2. paulus. et R[ec]ipa. libro tertio  
17. 20. cap. 14. numeros. et. Caroli Molines  
in additionibus ad consilium alexandri. libro quia  
t[er]tio. b. Quotum ratio ex aste. & diligenter  
percepit. inservit. hanc opinionem plato process  
dere. ubi donator si n[on] pliciter sibi remittuntur  
et non queat aliquid R[ec]ipa aduersit. ex hac de  
ducas. aliud esse. si uulsum donator sibi remittuntur  
tangit. uulsum frumentum. sed de frumentis percepienti  
dose re donata. tunc etiam secundum eam dona  
tio valebit. quia donator testari poterit de fru  
mentis percepientis ab eo invenire. idem expre  
sia purp[er]a. adnotauit hoc dicit. lxxim. numeris. 22.  
sic de Gurti. tunici. tunicis. 22. & consiliis. 25.  
Pauli sententiam inequitatem intelligit. ubi do  
natur uulsum frumentum libid[er] ad vitam. deservient  
His accedit. quo de Bantum consilio. 75. respondit  
enim.

scribens, ad hunc ut omnium honorum doperationem  
valeat, non esse fatus a donatore vobis factum, ut  
de eo in vita disponere possit, et in eius mortuorum  
habeat ex his et ceteris libetam ut bandi facili-  
tatem hoc ipsum sub ambiguis Roma, notat in  
lispipario hoc modo conceptum numero. 42. ff.  
de verbis obligatis quoniam loco Alexandrii numerus  
et alios numeros. 10. & Soci. consil. 12. cohens  
vitium libro primo. Bartoli opinione in specie  
probatur, & sequitur: atque item omnes, qui Pauli  
sententiam in veriorem esse existimant, respon-  
sum Bartoli faciliter admittunt: etiam colligit  
ex hoc simpliorem: vobis fructus retentionem cen-  
seni factam de fructibus futuris, quo ab disposi-  
tionem inboruinos, non quid adferantur.  
Quam obtemperare domino omnium bonorum, re-  
atu, quo a iure imptobetur secundum eos, non cen-  
sabitur: valida lex simplici vobis fructus retentione:  
que modum Paulus Cistrensis scribi, qui  
eum sequitur, existimat: sicut sane rationibus  
prioribus loquioris se adiungit. Ex costruendo, quod  
dignatio omnium bonorum, etiam futurorum  
valeat: sed donaribus sibi vobis fructum simpli-  
citer reservatur, adserunt Alex andi numero. 18.  
Iacob columni, 7. mat. 11. stipulatio hoc modo  
concepta. Aderit consilio. 54. columna tercia. Ia-  
cobi de S. Georgio dicti. l. vitia. numero. 59. Gi-  
acop. p. 2. & imbi Andreas Alciatus. Quibus addi-  
piatur, quod a donator de fructibus percepit dis-  
tributione vobis fructus restari poterit. Hoc enim  
donarius minime habebit donationis titulo, ne  
in eam hi fructus venturum licet in eis bona fu-  
rata donatoris numerentur. siquidem restriegl-  
tur omnium bonorum etiam futurorum in dona-  
tio, ut in eius fructibus sibi donatoris isti reser-  
vatur vobis fructus fectionata percepere, & locutum  
non habeat. Nam iesiphi conscientie donati-  
o nolit habere, & deinde sedem p. in bonorum fe-  
tucorum donationem non videbitur. Quidam  
ducunt ex ultima. Quid rem. pignoris quod in  
loco probatur, rem ab initio hypothese obligeat  
et in factum invenit melius considerante cre-  
dentes aliorum tam in minime in eis de hypothe-  
cis credere, et tamen. Si debitum iterum adquisito  
fuerit, quamvis hypotheta bona praesentia, & fu-  
rata complegatur. Cupido fructus semper a donato-  
re exceptio ne in donationem, vel compertum est  
ex eius mente, ventantur licet ab eo postmodum  
adquirantur, donatario minime obuenient, nec  
ad eum pertenebunt, quod item probatur in ille-  
puncto. VIII. in ff. de pignoribus. Vbi in p. cultus fer-  
bi, pecuniam a desiderio mutuo acceptam ab

lio, quām creditore : in hypothecam bonorum  
præsentium & futurorum venire: cūm ipse debitor  
prius, quām pecuniam mutuō acceperit, pi-  
gnori obligauit quidquid in bonis haberet, habi-  
turusve esset: quasi secūs sit in pecunia mutuō ac-  
ceptā per debitorem ab ipsomet creditore, cui  
ob eam causam hypotheca constituitur secun-  
dum Roma. in singul. 605. qua quidem ratione  
fit, vt licet donatio futurorum bonorum conti-  
neat fructus percipiēdos per ipsum donatorem  
ex alia causa: non tamen continebit fructus per-  
cipientes ex causa reservationis factae in eodem  
donationis contractu. denique in hī illud satis pro-  
batum est, ob specialem donatoris exceptionē,  
& reservationem fructuum percipiēdorum ē re-  
donata ipsos fructus futuros minimē in donatio-  
nem ipsam venire: nec contrarium potest vīla iū-  
sta ratione defendi. id vero, quod ex Roma. ad-  
notariis ad dict. I. penit. vltimo. expressim te-  
nuerunt Ricard. Bal. & Albert. in obligacione ge-  
nerali. sc̄ de pignori. idem Albert. in dict. 5. vltimo.  
& Antoni. Fancensis in tract. de hypoth. & pi-  
gnoribꝫ parte. membro secundo. numer. duox-  
decimo. quorum interpretatio communis est, ea  
quæ ratione constat: quia pecunia mutuō accep-  
ta ab eo creditore, cui obligatio hypothecaria  
fit: eo animo accipitur, vt ea libera sit ad negotia  
tractanda: & eorum expeditionem. vnde alicui  
num est: in mente debitoris, cuius voluntas neces-  
saria est ad hypothecam; quod ea pecunia obli-  
gatione hypothecaria sit impedita.

Iuste adem Alexan. & aliorum opinio mani-  
fite probatur ex eo, quod vīlūtūtūs, qualis  
donator ob fructus omnino sibi adquirit, sed de  
eis testari potest: eos quaque habeat et transmittat  
iuxta k. defuncta. sc̄ de vīlūtūtūs, quod nos me-  
minimus libro primo, hiūs operis; capitulo. 15.  
numero tertio. Ergo planè deducitur fructus  
iis, qui expressim à donatione extipiuntur,  
non comprehendit sub futurorum bonorum ap-  
pellatioꝫ, hoc enim ex parte morum, quod

Imo, & idem erit, vbi ylusufructus à donatore  
retinetur explication ad eius vitam, cum ea con-  
ditio si de natura ylusufructus, licet expressa non  
fuerit; & ideo nihil mutat ylusufructus proprias  
leges, & conditiones. Ex quo. colligitur, nihil re-  
ferre ad veritatem, & rationem decisionis Pauli  
Castrensis, quod d ylusufructus reserueretur à dona-  
tore simpliciter vel expressim ea adiecta clausu-  
la, qua & fructus percipiendos donator sibi ex-  
cipiat, utroque ceterum eas vel falsa, vel vera e-  
rit Pauli opinio agnitus Rijpam, & Purgus. Sic

sanè falsum est quod Curti. Iubior opimus scribens eandem Pauli sententiam tunc obtinere, cùm donator sibi reseruauit vsumfructum ad vitam. nam siue simpliciter reseruatio vsumfructus fiat, siue ad vitam minimè mutatur reseruacionis ius. Et profectò mihi verior appetet opinio Alexand. aduersus Paulum ob cas rationes, quas modo expressi.

Verum adhuc obtinebit sententia Pauli tribus equidem casibus. Primo, quando reseruatio vusufructus facta fuit a donatore, ut de eo possit donator in vita disponere: ultra responsum Bartoli, quod ni fallor +, frequentiori calculo receptum est. Nam & tunc per eam reservationem expressam a donatore factam, ad eum effectum, ut de usufructu possit inter viuos, & in eius vita disponere ipse donator abdicat sibi potestatem testadi etiam de fructibus perecipiendis ex re donata. Quamobrem propter eam abdicationem locus est prohibitioni legis, quae vetuit, donationem omnium bonorum fieri, ne donator maneat priuatus libero iure testandi. Quo fit, ut merito in hac specie donatio improbetur.

Secundo: Pauli sententia obsinebit: *vbi vsus fructus in donationis contractū reseruatus, esset necessarius ad aliamē ipsius donatoris eius conditione inspecta.* Nam tunc, cùm nihil superesse possit ad excedendam à donatore testandi facultatem, optimè deducitur, donationē nullam esse. Hoc probatur auctoritate Aretini in dict. consilio quinquagesimo quarto. column. vltim. qui respondit, donationē omnium bonorum nullam esse; etiam si donator aliquid reservaverit pro aliomentis siquidem in specie omnino tollitur testandi libertas, quæ sane ratio efficit, quod omnium bonorum donatione ipso nulla censatur. Quam sententiam probat Boetius decis. 204. numero quadragesimo quarto. & Aymon consilio. 222. numero. 9. libro. 2. *vbi latè cōnatur defendere opinionem Alexandri aduersus Partium Gasconensem.*

Tertio; eadem ratione, & proculdubio sortiti, donatio omnium bonorum. erit reprobata, etiam testuato vusufruere: si ipse vusufruens grāmodicus sit, vt nec ad alimenta cōgrua donatoris sufficiat: sicuti donatio omniū bonorū nulla indicatur: quoties id, quod à donatore referuntur, ita modicum est, qđ oīd. vix ad alimenta sufficiat, vel testamentaria eiusdem rei dispositio elusoria, varia, & ferē inutilis sit: adeo quidem ut nemo sit, qui hareditatem adire velit secundum Paulum, & Alexandrum numero. 18. Claudi. col

Ium, penultim. in dicta. I. stipulatio hoc modo  
concepta. Purpurat. in dict. I. ultima. numer. 251.  
C. de pactis.

Quibus accedit quod ut donatio omnium bonorum valida sit ex reservatione alicuius partis bonorum, oportet eam reservationem omnino liberam esse ad testandum, ita quidem, si ut testa di libertas diminuta sit, donatio nulla iudicetur. Etenim cum omnium bonorum donator centum sibi reseruauerit ad testandum, & disponendum de eis pro anima: respondit Ripa libro tertio, respon. capitulo decimoquarto. numero quarto. donationem minimè validam esse. Sic & Deci. consilio. 203. & consilio. 251. asseuerat, omnium bonorum donationem improbari etiam si pars aliqua patrimonij fuerit reseruata, ut de ea donator in vita vel in morte disponiat. quasi sublata sit libera testandi facultas, si donator in vita de bonis reservatis disponuerit. Ego, ut ingenuè fatear, quid in hac resonio, non video qua ratione responsum hoc Philippi Decij defendi iure possit. Nam si donator sibi reseruasset ex omnium bonorum donatione simpliciter fundum aliquem mediocris estimationis, non negaret Deci, donationem validam esse: & tamen dubium non est, nec esse vere poterit donatorem posse in vita ipsius de hoc fundo disponere, & id vendere, ac consumere, nec ex hac consumptione donatio prior irrita sit: cum ex ea donatione non fuerit sublata libera testandi facultas, sed potius ex ipsa consumptione, quamobrem Ripa dubitauit de responso Decij, & id iustissime improbat Alciatus, in dict. I. vitini. C. de pact. ad finem. Sic post primam huius operis editionem legi responsum Aymonis in dict. consilio. 222. qui numero decimo. Decij opinionem falsam esse censet. Eodem pacto ipsius, Ripa sententia falsa videtur: quia per eam reservationem non minuitur testandi libertas: etenim donator, qui reseruauit sibi centum aureos, ut pro anima disponeret, non cogitur præcisè de eis pro anima testari, poteritque libere disponere: cum reservatione ipsa facta fuerit in ipsius donatoris fauorem, & utilitatem: qua ratione per eam non restringitur libera disponendi facultas, quemadmodum Alciatus in dicta. I. ultim. censet, per text. in I. donationes. §. species. ff. de donatio. Nec ita est accipie da retentio quo rūdam bonorum facta à donatore ad disponendum pro ipsius anima, ut intelligamus ea bona in aliam causam expendi non posse, vel donatio adquiri, si aliter fiat eorum dispositio: præterim quod & si donator in ultima voluntate pro

anima de eisdē bonis reseruatis disposuerit, mutari, & reuocari poterit ea dispositio ad libitum testatoris: siquidem eius contemplatione facta fuerit, additaque donationi bonorum reseruatio. Deinde ea interpretatio in dubio adsumenda est, quæ ad subvertendum actum minimè te dat. I. quoties. ff. de reb. dubi. at si reservationem prædictam præcisam fore censemus, & ex ea tolli testandi liberam voluntatem interpretemur, inutilis, nullusque erit contractus ipse, quod à voluntate contrahentium satis abhorret: & ideo æquior ac benignior est sensus verborum obseruandus. Hinc etiam deducitur Barto. opinionem in dicto consilio septuagesimo sexto. ambiguam esse: nam si reservatione facta est in donatoris fauorem, vita mentio non mutant eius libera dispositionem: poteritque donator de bonis reseruatis testari: maximè quia verba illa, in vita disponere, etiam testamentariz dispositioni conueniunt: cum testamentum in vita testatoris fiat: tametsi effectum post eius mortem habeat. Quod si dixeris, eam clausulam, cuius Barto. me minorit, donationi adiectam, cum habere sensum: quod de bonis reseruatis donator possit inter viuos absque testamento disponere: non autem in ultima voluntate, nec in aliam causam, quæ in donatione expressam posse ea bona impendi: quod difficilime probabitur, nisi apertissime à mente donatoris deducatur: tunc fatebor utique per eam donatione sublatam fuisse libera testandi facultatem, & ex ea causa donationem ipsam omnino nullam esse. qua in re verba contractus diligentissime sunt examinanda: ne quid contrarium donatoris voluntati presumatur.

Ceterum, quæ circa Pauli Castrensis sententiam adquiximus, iure Cæsareo, quod omnibus communice est, locum obtinent: at iure Regio in ea Hispaniarum parte, quæ Castellanis legibus subdita est, quæstio prædicta maiorem ambiguitatem habere videtur, propter I. sexagesimānonam Tauri. Hodie I. octaua. titulo decimo. libro quinto Recopila qua statutum est, donationem omnium bonorum, etiam præsentium tantum, nullam esse: etenim ante eam constitutionem iure ciuili Romanorum frequentiori omnium consensu receptum erat, donationem omnium bonorum præsentium tantum validam esse: sicuti monstrauius in rubric. de testam. 2. parte, notant Barto. & omnes in dict. I. stipulatio hoc modo concepta. numero quinto. ff. de verb. oblio. Deci. consilio. 30. Et sane etiam stante Regia lege sapientissime apud supra huius regni tribu-

nalia communis sententia aduersus Paulum Castrensem recepta videtur, cum his quidem interpretationibus, quas paulò ante tradidimus: mihi tamen quoties lege Regia erit ius dicendum potius applaudet Pauli opinio: quæ & si iure Cæsarum iuste improbetur: Taurina verò constitutio ne potissimum probatur, quod pluribus rationibus verum esse ostendam, quò certior sit hæc interpretatio.

Primo siquidem constat, iure Regio donationem omnium bonorum præsentium tantum, nulla esse: atque ideo manifestissimi juris erit, hæc donationem omnium bonorum vñsfructu retento, esse nullam omnino, si probauerero per eam omnia bona præsentia donari. id verò colligitur ex eo, quòd donatio omnium bonorum iuxta communem intellectum ad præsentia omnia bona pertineat. ita equidem visum est Barto, & alijs in dict. l. stipulatio hoc modo concepta. reseruatio autē vñsfructus non mutat hanc conditionem: quia fructus percipiendi ad futura bona pertinent: ipsum autem ius vñsfructus non potest inter præsentia bona donatoris censeti: cùm vñsfructus pertinens ad donatorem tempore donationis, causalis sit: is verò, qui reseruatur formalis: qui constitui non potest donec in donatarium transferatur dominium, & sic post donationem ipsam: igitur vñsfructus formalis, qui per donatorem reseruatur, nō erat penes ipsum tempore donationis: atque ita bona eius præsentia minime tunc pertinuerat. dices forsitan hæc rationem ideo debilem esse, quòd statim vñico actu donatio fiat, & inter bona præsentia donatoris formalis vñsfructus constituatur, & itē retinetur. Et præterea per reseruationem vñsfructus non fiat noua vñsfructus adquisitio: sed tantum mutatur qualitas eiusdem: cùm ex causalitate mutetur: & trāseat in formalem. Causalitatem autem erat penes donatorem tempore donationis: ergo & formalis quo ad substantiam rei itidem apud eundem donatorem extabat ante donationem, saltem eius tempore, quamobrem prima hæc ratio minus congrua apparèt. Vnde secundò vrgentiūs considero, quòd Doctor. omnes, qui à Paulo Castrensi recesserunt, fatetur in hac specie donationis omnium bonorum retento vñsfructu factæ, donationem ipsam verè esse omnium præsentium bonorū: quippe qui censeant ipsum ius vñsfructus nihil impedire, quin hæc donatio omnium præsentium bonorum sit: quia de eo testari donator non valet: attamen defendant hanc donationem ex eo, quòd de fructibus

futuri, qui causa vñsfructus reseruati fuerit, testari donator possit: palam igitur fit, hanc donationem iure Regio nullam esse: cùm sit, omnium saltem præsentium bonorum donatio. Tertio, hanc ipsam sententiam Regiæ legis mens planè probat: etenim ex eo Regia lex improbat omnium bonorum præsentium donationem, quod velit ad effectum validæ donationis aliquid ex bonis præsentibus reseruari, de quo donator ipsomet tempore donationis testari valeat: quasi nolit lex tolli liberam testandi facultatem donatori, etiam si statim post donationem mortis periculum, & discrimen sit subiturus. Quo fit, vt etiam si teneamus ius vñsfructus formalis esse de bonis præsentibus non sufficiat eius reseruatio: quia id ius morte finitur: nec de eo testari donator posset: fructus autem percipiendi nihil ad effectum donationis validæ pertinent, quanvis reseruentur, cùm ea reseruatio iure Regio sufficiens non sit.

Quarto in eiusdem opinionis comprobationem facit, quòd iure Regio duo requiruntur, vt omnium bonorum donatio valeat. Primum, reseruatio alicuius partis ex bonis præsentibus: quæ admodum dict. l. 69. Hodie. l. octaua. supra dict. satis expressum est. Secundum, exigitur quod ea reseruatio fiat de re, quæ cadat in testamētariam dispositionem donatoris. Nam & iure Cæsarium secundum communem omnium sententiam in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. id, quod reseruatur à donatore, vt donatio omnium bonorum valeat, oportet, vt eius conditionis sit: quòd donator de eo testari valeat: nō tollatur libera testandi facultas: alioqui vana, ac frustranea esset in hac specie reseruatio. Et profectò illud maximè iudicum animos persuadere debuisset, vt Pauli Castrensis opinionem in praxi saltem iure Regio recipierent, quòd in his omnium bonorum donationibus vñsfructus reseruatio fit in manifestissimam legis fraudem. Aliquot præter hæc scitu digna in hac materia lector diligens obseruabit apud Iasonem in. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. columnæ secunda. & in l. prima. §. si quis ita. numero. 18. ff. de verbo. obligat. & consilio. 169. libro quarto. Curti. Iuniorem consilio. 15. &c. 25. Gozadinum consilio 87. Aymonem consilio. 139. ad finem. præter alia, quæ & ipse adnotauit in rubr. de testamēt. 2. parte. & adnotarūt Doctor. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta. & in dict. l. vlti. C. de pact. Mathes. notab. 137. Et in ea quæstione, quam in d. §. in venditione. Iason explicuit: omnino legendi

gendi sunt idem Iason consilio. 65. dubio. 4. lib. primo. & consilio. 194. idem in dicta. l. stipulatio, columna penultima. Deci. consil. 414. atque Andreas Tiraquelli. in. l. si. vñquam. C. de reuocand. donatio. verbo. bona. num. 7.

Ex Capite S<sup>e</sup>quenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Distributiones quotidiana<sup>e</sup>. an veniant appellatione fructuum beneficiorum.
- 2 Distributiones quotidiana<sup>e</sup> etiam ex consuetudine absentibus dari non debent.
- 3 Residentia & personalis presentia ipso choro. differunt valde quo ad perceptionem fructuum.
- 4 Lex improbans consuetudinem, an reprobare ceseatur præteritam tantum, vel futuram simul.
- 5 Sublata consuetudine, an immemorialis renovata sit.
- 6 Distributiones quotidiana<sup>e</sup> simplices, & non duplicates dantur habenti in eadē Ecclesia duo beneficia.
- 7 An absentium distributiones presentibus ad crescatur.
- 8 Infirmi qualiter excusentur a presentia in choro, ut percipientis distributiones quotidianas: & quid de excommunicatis.
- 9 Consuetudo an valeat excusare quem a residentiis, ut si percipiat redditus principales beneficij?
- 10 Clerici habentes beneficia Ecclesiastica, qua paenitentia cogantur horas Canonicas dicere.

Quid consuetudo possit  
circa fructus beneficiorum absentibus conferendos?

## C A P. XIII.

**R**VCTVS BENEFI-  
ciorum Ecclesiasticorum iure  
Pontificio bisariam considera-  
tur. Quidam etenim in genere  
constituti sunt, ut ex titulo Ca-  
nonico ac legitimo habent be-  
nencium competant, & reddantur. Alij vero di-  
stributione quadam veluti diuinum, & hora-  
rium stipendum his, qui quotidiano ministerio  
in celebrandis officijs diuinis subseruiunt Eccle-  
siae, distribuuntur. horum ratione tractari solet,  
an hi fructus ex consuetudine absentibus adqui-

rantur: qua de re traditum est à iuris Canonici professoribus dubitationem istam in duas distin-  
guendam esse partes: quarum prior de quotidia-  
nis distributionibus: posterior de alijs Ecclesiasti-  
corum beneficiorum redditibus tractabit. etenim  
quotidianæ distributiones potissimum differunt a  
reliquis beneficiorum redditibus. immo appellatio-  
ne fructuum beneficij & Ecclesiastici non veniunt  
quotidianæ distributiones. text. optimus in capi-  
vnico. de cleri. non resi. in sexto. & in capitu. vlti.  
§. in illis. de concess. præb. eo. lib. idem pluribus  
rationibus, & authoritatib<sup>z</sup> probari poterit: quæ  
hoc in Capite à me erunt adnotandæ. Præsertim  
tamen illud admonendum est, quod cum alio-  
qui impetratione beneficij, quæ à Summo Pon-  
tifice fiat, valor eiusdem sit omnino ex primen-  
dus iuxta regul. Cancellariæ. 21. &c. 60. ac. 62. &  
tradita per Ludouicum Gometi. in præfatione  
eiusdem regulæ post glos. & Doctor. in Clemens.  
1. de præb. Felin. in capitu. causam que. 3. colum.  
de testib. eundem Abb. & Ripam. numero. 76. in  
ca. ad aures de rescrip. Deci. consil. 156. Seluam.  
3. part. de benefi. quæst. 12. Oldra. consilio. 216.  
qui an valoris vera mentio sit necessaria iure Ca-  
nonico seclusis Cancellariæ Apostolicæ regulis,  
latissime inquirunt, & diligenter examinant: at-  
tamen satis erit, valorē Romano Pontifici signi-  
ficari secundum eorum estimationem redditū,  
qui absque quotidianis distributionibus ex eo-  
dem beneficio percipiuntur: nec enim augent  
beneficij valorē distributiones quotidianæ, nec  
id quod pro annuetsarijs datur: cum hæc ratio-  
ne personalis operæ, & laboris dentur. arguunt  
1. cum duobus. §. si in coeundo. ff. pro socio. & in  
1. prima. 2. respon. ff. si mens. fals. mod. dix. ex qui-  
bus in hac specie hœ ipsum adnotarunt Oldra.  
consilio. 118. Rotæ in antiquis. 766. & in nouis.  
134. Anchæ. in Clemensi. 1. de præb. Ioan. And. in  
Specul. rub. de concess. præb. Barb. in capitu. vlt.  
column. antep. de peculio cleri. glos. in reg. can-  
cell. 60. Felin. in dict. capit. aures. nu. 14. Phi-  
lip. Probus latè in dict. capit. vnico. de cleri. non  
resid. numero trigesimo septimo. 52. &. 57. Ripa  
libro primo. resp. capitulo. 5. Parisi. consilio. 33.  
lib. 4. colum. 2. Ioann. Staphilæus de literis grat.  
& justitiæ. Fol. 29. colum. 2. Gometi. in tract. de  
expectatiis. num. 104. quorum opinio commu-  
nis. est. & probatur ē text. in dict. ca. vnico. à quo  
& ipse aliam in distributionibus quotidianis con-  
clusionem adnotauit, in cap. cum in officijs. de  
testament. nume. 4.

Ad quæstionis igitur responsionem ex Boni-  
Tom. j. Var. Reso. Ddd 3 facij

facij Octauj constitutione proponitur conclusio prima. Consuetudine tamen induci non potest, quod distributiones quotidianæ absentibus, & minimè ministrantibus dentur. ita etenim statutum est in dict. capit. vnico. de cleri. non resid. in §. ex pluribus. quæ Docto. inibi tradiderunt. nam harum distributionum ea est propria natura, ut his, qui vere intersunt diuinis officijs competit non alijs: & ideo nec his debentur, qui sicut residente censemur: nempe Canonicis iuxta iuris permissionem existentibus in Episcopi seruitio, & ministerio. ca. de cetero. de cleri. non resid. item nec his, qui literis operâ dantes in aliqua literarū bonarumque atrium iuris diuini, & humani Academia ad maiorem Ecclesiarum utilitatem ius ipsum diuinum, vel humanum Pontificium tamē profitentur: hi siquidem distributiones quotidianas non recipiunt: sicuti notatur in capit. licet. de præb. vbi gl. Abb. & Doct. quibus ad stipulatur, quod habens à Romano Pontifice priuilegium, ut fructus beneficij etiam absens recipiat, non poterit distributiones quotidianas ex eo habere. text. & ibi gloss. communiter recepta in capit. vltim. de rescri. libro sexto. gloss. & ibidem Doct. in capitulo secundo. de priuileg. eo. lib. trudit idem Ioann. Staphil. de literis gratie, & iustitiae. Folio. 192. columna prima. etiam si dispensationis, & priuilegij auctoritate speciali seruiat is Ecclesiæ per vicarium: nā in hac specie distributiones quotidianæ nec absenti, quia personale ministerium Ecclesiæ non exhibet, nec vicario, quia is Canonicus non est, minimè debentur, auctore Calder. consil. 1. titu. de cleri. non residet. in quo verba Principis priuilegium concedentis omnino sunt expendenda, ne quid aduersus eius concessionem fiat: Sic quāvis Princeps proprio rescripto iubeat absenti reddi fructus beneficij, ac si is præsens esset: non ex hoc ei debentur distributiones quotidianæ. gloss. omnium consenserit probata in dict. capit. vnico. de clericis. non resid. in. 6. & inibi Probus numer. 50. & idem erit, vbi Princeps absenti permittat fructus recipere, & ei deberi statuat ac si resideret ipse, adhuc enim ex hac indulgentia fructus beneficij distinctiones à distributionibus percipiet: non ipsas distributiones quotidianas. quod adnotauit post alios Guilliel. Cassador. decisi. vnica. de clericis. nō resident. Atque hæc iure procedere videtur, licet glo. contrarium sentiat in cap. cum dilectus. de clericis. non resident. Scribunt siquidem Antonius, & Decius in capitulo. cum omnes. de constitutio. Dominic. & Francus in dicto capiti. vni

co. maximum esse discriminem inter residentiam, quæ quidem dicitur, cum quis eo loco habitat, in quo Ecclesia est, cuius beneficium habet, appellaturque ab alijs præsentia tamen: & alia ex parte inter essentiam, cum obtinens beneficium ipsis diuinis officijs celebrandis præsens est, & ministerium eorum celebrationi, ac alteri exhibet. gloss. in dict. capit. vnico. verb. assuerit. ex qua hi Docto. adnotarunt, iure Pontificio ad percipiendos, & ad sequendos fructus beneficij solam residentiam absque ministerio personali, & præsentia in diuinorum officiorum celebratione, sufficere, non sic ad obtinendas quotidianas distributiones: quas quis, nisi intersit diuinis officijs, habere non potest. hoc probatur argumento ab speciali in dicto ca. vnico. secundum Domini. & Franc. ibi. verum priorem huins distinctionis partem falsam esse censem Hottieni. in summa. titul. de clericis. non resident. §. secundo. questione vigesima septima. Astensis libro sexto. titulo trigesimo quarto. Sylvestri verbo. residentiam. in princip. Andre. ab Exea in dict. capit. cum omnes. numero quinquagesimo octavo. existimantes, ne quaque sufficere ad obtinendos beneficij redditus, etiam absque quotidianis distributionibus, ipsius clericis residentiam, nec præsentiam, habitationem in loco, vbi est Ecclesia ipsa: sed opertere, quod ipse clericus habens beneficium seruiat Ecclesiæ, officia Ecclesiastica exerceat, altari ministret, faciatque ipsomet ea, quæ ad Ecclesiæ regimen, & cultum necessaria sunt: quorum opinio in beneficio, cui immunet cura animarum probari videtur in capitul. conquerente. capitul. relatum. capitul. quia non nulli. de clericis. non residentibus. Et profecto plurimum applaudet consideranti legis naturalis, & diuinæ rationem: conciliorum. sanctorumque patrum decreta: cum ex his appareat decimas: ceterosque Ecclesiasticos redditus non alia ratione, nec alio iure habentibus Sacerdotio, beneficiaque Ecclesiastica præstati, quam si & hi operas in ministerio Ecclesiæ impenderint quæ ab ipsis Canonicis in dictæ, & institutæ fuerint, quemadmodum ante nos diligentius, & doctius alij tradidere. Nec tamen inficior priorem sententiam non statim damnandæ esse: modò Sacerdotes, & alij clericis, quibus beneficia collata fuerint omni conatu, & opera current præsentes quidem, quod Ecclesiastica officia, ac reliqua munera, quæ commode per alij expediri possunt, solemniter, diligenter, & absque ullo periculo ministrentur, ea vero, quæ ipsorum propriam industriam exigunt, ipsimet tanquam operarij

operarij digni mercede, non per vicarium, sed proprio labore subeant. sic tandem fiet ut cum praesentes sint, etiam vicarium habere possint, nec fraudet oues sibi conumissas propria præsen-  
tia, & industria: ob quæ stipendum a Christianis integrum accipiunt. His equidem & alijs prima conclusio probatur preter autoritatem: quam habet ex Bonifacij Octauie constitutione. Hæc vero aliquot interpretationes patitur ad eius apertiorum intellectum.

Prima sane in hunc modum proponitur, vt rādem consuetudine effici non possit quodam quotidiane distributiones debeantur absentibus, qui non interfingunt diuinis officijs: nisi consuetudo id induxit in eo casu, quo de iure dubium est, an absentibus distributiones quotidiane debeantur. Etenim si contigerit aliquis casus, in quo iure Pontificis scripto non sit expeditum absentibus non deberi quotidianas distributiones: imo ex eo iure sit ambiguum, an debeantur: poterit consuetudo legitime prescripta hæc ambiguitatem interpretari, & declarare: cum nihil nouum, nec iuri contrarium aperte sit per eam inductum, seca adum Bald. inter consilia Card. consilio quinquagesimo tertio. Deci. in dict. ca. cum omnes. 1. lect. columnæ prima. & Exam ibi numero quinquagimo. Rochum Curti, in capit. vltim. de consuetud. Fol. paruo. 15. col. 2. 3. notabil. 3 limita. Qui autem sint casus, in quibus iure pontificio cōtrouersum sit: nec quidem expeditum, absentibus & his, qui diuinis officijs non fuerint presentes, deberi quotidianas distributiones, deducitur ex notatis in dict. capit. vnicō.

Secunda predictæ constitutionis interpreta-  
tio eam questionem habet, num ea constitutio seruanda sit, vbi consuetudo fuerit post eandem constitutionem inducta, & legitime prescripta? Nam videtur ex ea constitutione, quæ consuetu-  
dinem tollit, sublatam fuisse præteritam consue-  
tudinem, non futuram: cum constitutio repro-  
bans consuetudinem, præteritam tantum, non fu-  
turam improbet: gl. in Clem. statutum. de elect.  
verbo. consuetudine. quam in 1. inib. sequitur.  
quamque dixerit singularem esse Abb. in capit.  
vltim. colum. vltim. de consuet. idem consilio. 7.  
columna quarta. libr. secundo. Bald. in 1. vltima.  
C. de past. pign. Roma. singul. 180. dixit ordinaria-  
piam Iason in 1. si mihi, & tibi. §. in legatis. 1. & 2.  
lectio. ff. de legatis primo. commendat Abb. in  
capitulo secundo. numer. 7. de probatio. & in ca-  
piu. in Lateranensi. colum. 1. de prebend. notat.  
Anchar. consil. 51. optimus text. in capi. 1. de co-

stitu. in. 6. Quo in loco gloss. contrariam senten-  
tiam probat in specie capit. vnic. de cleric. non  
residentib. existimans verb. expresse, non posse  
nouam in dici consuetudinem, quoties ius ip-  
sum consuetudini resistit: sicuti in dicto capitul.  
vaico. resistit. atque ita satis aperte secundum  
hanc partem intellexit glossa predictam consti-  
tutionem. qua in re prænotata oportet aliquot  
conclusiones, ex quibus constet huius dubitatio-  
nis congrua resolutio. Prima conclusio. Lex, vel  
canon consuetudinem aliquam iniquam, & irra-  
tionabilem decernens, non tantum præteritam,  
sed & futuram dominat: ita quidem, vt & futura  
consuetudo minime admittenda sit: quippe que  
sententia legis appareat iniqua. capit. vltim. de  
consuet. scisit hoc Innocen. in cap. ex parte. ver-  
sico. sed distingue. de consuetu. sensere item Do-  
mi. in capitulo primo. colum. vltim. de consti-  
tu. in. 6. & alijs, quibus sequens propositio omnino  
placet. Secunda conclusio. Consuetudo etiam fu-  
tura procere nequit aduersus Canonem, vel legem,  
quæ ipsam consuetudinem simpliciter reproba-  
uerit: nam & eam sensim iudicat iniquam esse.  
ita sane censet Abb. in dicto capitulo secundo.  
numero septimo. de probationi. Domi. & Frac.  
in capitul. primo. colum. vltim. de consti. in. 6.  
Bart. in 1. vltim. ff. de legat. 2. Aretin. in 1. tertia. ff.  
de testamen. Bald. in dict. 1. vltim. C. de paet. pig.  
Andreas Tiraq. libr. de retract. in prefatione. nu-  
mero decimo octavo. & 19. idem tenent assue-  
rantes, hanc opinionem communem esse Felin.  
& Dec. uterque numer. vnde cito. in dict. capi-  
tulo secundo. de probatio. Rochus Curti. in dict.  
capit. vlti. Fol. paruo. 25. columnæ quarta. Iason  
in 1. de quibus. ff. de legib. numero quinquagesi-  
mo quinto. Alexand. & Iason in 1. si mihi, & tibi.  
§. in legatis. ad finem. ff. de legatis primo. Tertia  
conclusio. Consuetudo ex noua causa potest in-  
duci contra legem derogantem etiam expre-  
sim futuris consuetudinibus. quod existimant  
Antonius columna. 26. Abb. colum. vltim. Ro-  
chus Curti. Folio. 53. colum. 2. in dicto capit. vi-  
tim. de consuetud. Domini. in dict. capitulo pri-  
mo. colum. vltim. Abb. numer. octavo. & Deci.  
numero. 11. in dicto capit. 2. de probatio. Ioan.  
Lupi in capit. per vestras. de donatio. §. Quinto  
cum dicit textus. num. 2. & 3. Et Rauenna in Al-  
legat. consuetud. Folio. 7. Quorum opinio com-  
munitis est, ac vera quidem ex eo, quod noua cau-  
sa tollit iniuriam, quæ inesse videbatur ipsi  
consuetudini eo tempore quo lex eam, vt iniqua  
reprobavit. Quarta conclusio. Poterit simplici-  
Tom. j. Var. Reso. Ddd 4 citer

alios tradit Hippolytus in dicta. l. vnic. uumer. 19. & in singulari. 150. Ego sanè hanc opinionem Decij erroneam esse, & minimè probabilem censeo. Nam licet meretrix publicè meretricium fuerit professa, cogi non poterit corpus propriū ad coitum inuita alicui exhibere: tametsi alijs id cōmune fecerit. Deinde meretrix non tenetur quē quam ad coitum admittere, quod probatissimum est, cūm non teneatur mortale crimen cum quo liber committere: ergo consequens est, non posse eam inuitam compelli ad coitum, carnaleve cōmericium cum quolibet habēdū. Quod adeo certum esse mihi constat, vt eius latiorem probationem minimè necessariam fore existimem. Quin & hanc posteriorem sententiam satis apte tenuerunt Zasius in summa. ff. veteris. rub. si serui. vendicet, Andreas Isernia & Matthæus. Afflitus in constitu. Neapolita. rubr. 20. de violentia meretricibus illata: existimantes hi duo, iurisconsultos à naturali ratione defecisse: cūm contrariū responderint: etenim Isernia, & Afflitus, certissimū habuere, quod iurisconsulti impunitam fecerint violentiam causa libidinis meretricibus publicis illatam. id verò alienum esse à iurisconsultis ostendam manifeste: si respondero eorum authoritatibus, quos primò adduximus. Siquidē licet meretrix causa libidinis interpellata, & impedita, actione iniuriarum agere nequeat, ob vim meretricis estimationem: non ex hoc sequitur impunē ei iniuriam fieri: nam qui vim ei fecerit, iniuriamve intulerit extra ordinem puniendus erit, atque ita accipiendum est responsum iurisconsulti in dict. §. si quis virgines. præsertim quia iurisconsultus tractat de interpellatione meretrici facta libidinis causa: quæ interpellatio honestis fœminis iniuriam irrogaret: non sic meretricibus. eodem pacto intelligendum erit quod responsum est in dict. l. verum. etenim qui libidinis causa meretricis ostium fregerit, & ex ea fractione furtum ab alijs cōmissum fuerit, furti non tenebitur. quia voluntas, & animus delicta distinguunt: damnum tamen alia actione cogendus erit meretrici restituere. Bart. in dict. l. verum. Angel. in l. nunquam plura. col. vlti. ff. de priuat. delict. Decius in capitulo. nam concupiscētiā de constitut. Vnde obiter conuincitur error Hippo. qui in dict. l. vnic. num. 34. leui profecto ratione censet, posse res meretricis ob ea impunē, absque furti vitio, & culpa iuste auferri.

Sic quanuis violentia meretrici illata, vel meretricis raptus non puniatur poena constitutionis vnicæ. C. de rapt. virgin. eo quon ipsa corpus

vulgauerit: tamē extraordinaria poena omnino puniendus erit: qui etiā libidinis causa vim mere trici intulerit: eamque inuitā cognouerit. quod tenent Bal. in l. vi. ff. de rer. diuisi. & Matthæus. no tab. 102. Quāobrē Neapolitana cōstitutio poena mortis puniēdos esse statuit eos, qui vim meretricibus fecerint. ea verò grauis est poena, tametsi æquissimum sit ab hac, & similibus iniurijs homines arceri.

Secundus casus, quo quis vendere propriam rem cogitur, à publica necessitate: & inopia pender, cūm & si quis merces venales non exposuerit nec eas publicæ venditioni obtulerit, nihilominus ad eārum venditionem cogendus est, vbi re spublica annonæ inopia premitur: & quidem iusto pretio à Principe, vel magistratibus definito: nē quis liberè res necessarias hominum alimētis quocunque pretio, grauissimo quidē ob rei penuriam vendat. hoc colligitur ex l. i. C. de Epis. aud. vbi Bart. & Doct. cōmu. Panor. & alij in ca. 1. de empt. & vēdit. optimus text. in l. 2. de nun-dinis. & in simili text. in l. i. C. vt nemi. liceat in emp. speci. lib. 10. Bart. in l. annonam. ff. de extraordina. crimi. Lucas de Penna eleganter in l. 1. C. de quibus nume. nemi. liceat se excus. verb. tempus. Iason. in l. prima. secunda column. ff. de legi. Matth. Afflitus. 3. quæst. in procœmio const. Neapolit. Bald. & Ange. in dicto. §. Si quid Cloacarij. per text. ibi. Felin. in capitulo primo. de Iudæis. gloss. in dicta. l. tertia. titulo quinto. part 5. oportet autem hanc rem cautè à magistratibus perpendi: vt tandem hac coactione, & pretij definitione tunc vtatur, cūm Respublica penuria & inopiam rerum ad hominum victum, & alimenta pertinentium patiatur: itidem præcauētes, ne maior inopia sequatur: mercibus ab his, qui eas habent, absconditis. Quod si quis post definitiōnem pretij à Republica: & eius magistratibus iustè, & ex causa cōstitutam: merces maiori pretio vendiderit: tenebitur planè in conscientiæ iudicio id quod vltra pretium definitum acceperit emptori restituere: & in foro exteriori per iudicē venditor is cogendus erit id restituere: imò & puniendus est poena quadam iudicantis arbitrioque luti legis transgressor, & contemptor: minimè hac in specie considerata responsonē Cæsarum in l. secunda. C. de rescindenda venditione. quæ hic locum non habet. Huc pertinet insignis. constitutio in l. secunda. C. de patti. qui filios distrax. qua permittitur parentibus ob inopiam, & egerratem filios vendere. idem Regia. l. septima. & 4. ritulo decimo septimo. + par. 4. nec id omnino Tom. j. Var. Reso. Eee alic-

alienū est à paterna pietate: siquidem. Nchemiæ. cap.s. Populus fame oppressus inquit, filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & commedamus, & vivamus. Eademque Cæsarum lex multis comprobari potest, quæ eleganter simul & doctæ tradit And. Tiraq.lib. 1. de retract. §. 26. n. 14. è quibus, & alijs, quæ circa interpretationem dict. l. 2. varijs in locis traduntur, aliquot eligere cōstitui, quo perfectius eadem constitutio intelligatur.

Primum etenim controuersum est quid sibi velit dictio: sanguinolentos: in eadem lege expressa. nam Accursius distinctionem istam ad patrem referendam esse censet. vt pater sanguinolentus sit, qui filios sine iusta causa vendiderit, sanguine inquā & capitaliter puniendus. idem Albe. in dictionario. Alij dictionem eandem ad filios referunt: è quibus Alber. in dict. l. secunda. filios sanguinolentos interpretatur, id est à patre venundatos: quia eorum sanguine alantur parentes: vel quia cor parentum sanguinolentum fiat per famem, vel quia pater vendēdo filium cum occidat seruili quidem conditione, quæ morti similis est. Azo autem & Petrus Perticensis in rubri. C. de infantib. exposit. filios sanguinolentos esse censem eos, qui à parentibus exponuntur: quia parentes sint sanguine, & capitaliter puniendi. At Cinus, & Sali. in dicta l. secunda. quasi Acurij interpretatio minimè conueniens sit, eo quod lex ipsa tractet de parentibus, qui iustè, & lege permittente vendunt filios patrem sanguinolentum inibi ob id dictum fuisse existimant, quod sanguis contradicat necessitati famis, quæ venditioni causam dat. Cæterum Alciat. libro secundo, de verb. significat. columna quadragesima octaua. & Tiraquell. dicto numero decimo-quarto. has interpretationes commentitias esse opinati arbitrantur in. l. secunda. filios dici sanguinolentos, id est, infantes recens natos, & adhuc sanguineo menstruo madentes. idque probant ex rubrica, cui Codicis. lib. 8. titulus est. De infantibus expositis, liberis & seruis: & de his, qui sanguinolentos nutriendos acceperint. Huic cōvenit in Codice Theodosiano libro quinto titulo septimo. l. prima. quæ hos sanguinolentos appellat recens natos, de expositis agens. Sic & eodem libro quinto. titulo octauo. titulus est. De his qui sanguinolentos emptos, vel nutriendos acceperint. qui duo tituli, vt dixi, in Iustiniani Codice vñica rubrica continetur tandem in Theodosiano Codice dicto titulo octauo. est. l. prima. quæ ita inquit. Si quis à sanguine quempiam

eiusmodi comparauerit. &c. Eius item interpres inquit. Si qui infantem à sanguine emerit, ex quibus manifestū fit inibi dici sanguinolētos infantes recens natos. sic & Iuuenalī Satyra. 7. infantem à matre rubentem appellat ob recentē partum. interpres autem Codicis Theodosiani: quia id à plerisque ignoratur, fuit Anianus auctore Tiraquelle. in. l. Si vnquā. C. de reuo. don. verb. libertis. numero trigesimo secundo. quod & mihi cōpertū est ex interpretationibus ipsis Codicis, quæ separatim absque ipsis Theodosij constitutionibus fuere apud Germanos typis excusæ per Theodoricum Alustrēmanno. M.D. XVII. quarum initio, & limiti adscripta est auctoritas Decretalis Alarici Regis Gothorū: cuius præcepto Anianus ipse vir spectabilis è legibus Codicis Theodosiani & ex libris sententiarū Pauli & Cajj iurisconsultorum, & quibusdā Cæsarum nouellis librum illum interpretationum segregatim edidit. eadem Alarici regis præfatio extat in initio codicis Theodosiani, quem nuper integrum ex decem & sex libris typis tradidit Ioannes Tilius Engolismensis. omisis Pauli & Cajj sententijs, & Aniani interpretationibus, quæ quidem librum non ipsum integrum Theodosij Codicem opinabat olim habuisse Gratianum: qui dum ex Theodosiano Codice, aureo Decreto rum libro legem aliquam interserere profiteatur: nō ipsam Theodosij legem: sed Aniani interpretationem refert, & scribit, quod ex varijs Decretorum locis conitat: præsertim in capitulo. iudex criminorum. 2. quæstione prima. quo in loco omissa eleganti Constantini Cæsaris constitutio ne Gratinnus summam Aniani retulit. Sic & in capit. quoties post auditam causam. 2. quæ. 6. ex eodem libro Codicis Theodosiani, titulo penultimo. Sententiarū Pauli iurisconsulti, simul interpretationem Aniani veluti Pauli sententiam & eius verba interserit idem Gratianus: apud quæ dum legitur, sequendæ audientia: legendum est: secundæ audientia: item dum legitur. possessio nis. scribendum erit: Pensiones. idem actum est in eadem quæstione sexta. capitulo. propter. cū quatuor proximis capitibus, quæ transcripta fuerit à Codice Theodosiano. libr. quinta: titulo trigesimo quinto. & seq. Sententiarum Paul. Quod si Gratianus integrum Theodosij Codicem habuit & Pauli sententiarum libros, quod fortasse magis credendum est, ex capit. ab eo. 2. quæstio ne sexta, vbi Pauli simul. & Aniani verba traduntur, non video qua ratione vir diligentissimus. Anianiglossemata ipsis Cæsarū legibus prætule rit.

rit. Porsa ea culpa nō Gratiano, sed Iuoni Car-

notensi adscribenda est, qui ante Gratianū eādē Aniani interpretationes Decretis admisit. Ali-

quot etenim ex hoc errores apud Gratianū no-

tat diligenter Anto. Augustin. libro primo. emē-

dat. capitulo octauo. qui probat Gratianum etiā in hoc errasse, quod falso Pauli sententiarum li-

bros titulo, & nomine Theodosiani Codicis ci-

tat. eius erroris ea causa est, quod frequētissimē Codici Theodosiano publicē accesserint Pauli, & Caij sententiarum libri. Qua ratione & nos li-

bros sententiarū Pauli ex Codice Theodosiano quandoque citamus. Pauli verò, & Caij sentētijs vti licet ad interpretationem, & cognitionem an-

tiquitatis. tametsi Iustinianus. l. prima. & .2. C. de

ver. iur. enucl. prohibuerit, his libris vti ad dige-

storum emendationem. Sed & de Aniani inter-

pretationibus quædam scripsere Cuiatius in E-

pistola Nuncupatoria Sententiarum Pauli : &

Briſſonius lib. de iure Connubiorum. pa. 65. Ad sanguinolentos rediens, non improbo Alciati, & Tiraquelli sententiam, sed nec omnino damno

cam lectionem. qua in dict. l. secunda. pater coa-

etus fame filios vendens sanguinolentus signifi-

catur. Nam licet hæc venditio ratione quadam

speciali licita sit: generalibus tamen naturæ legi-

bus sanguinolentam parentum impietatem osten-

dit. Nec inferior ita licere parentibus filios adul-

tos iam, non tantum recens natos ut sanguinolē-

tos infantes vendere, eadē siquidē omnino ratio

est in his omnibus: nēpē dira ipsa famē. Sed &

olim lege Romuli, iure Patriæ potestatis poterat

pater, etiā nulla inopia coactus filium ter vendere, si forte à primo, & secundo emptore fuisset manumisitus.

Secundò eadem. l. 2. non tantum in venditio-

ne, sed & in pignoris datione admittēda est: po-

terit etenim pater fame oppressus filios pignori

ex ea causa dare: etiā inuitos. gl. cōmunitet rece-

pta in dict. l. 2. Regia. l. 7. & .8. titu. 17. part. 4. item

l. 3. & l. 7. titulo. 13. part. 5. Bald. in l. in suis. ff. de li-

ber. & posthum.

Tertiò etiam si liceat patri filium pignori da-

re, & vendere ob famis necessitatē: non tamē id

patri licebit ob aliam vtcūque similem causam,

quod Accursius censet in dicta. l. 2. Dīnus reg.

in argumētum. de reg. iur. in. 6. Alciat. post alios

in dict. lib. 2. de verb. ligni. col. 48. ex hoc affe-

rans, non licere patri etiam principi filium inui-

tum ob fidem hosti dare, etiam vt se redimiat.

Quartiò quod in dicta. l. 2. statutū est minimē

procedit in filio clericō: hunc etenim pater ven-

dere non potest: si sit in sacris filius hic constitu-

tus secundū Hosti. Ioā. Andr. & cōmūnē in cap.

inde corū. de cōtate. & qualit. Hippol. sing. 101. &

Gerard. à petra sancta in singulari vltimo.

Quintò ad eiusdem l. secundæ interpretatio-

nem est animaduertendum. quod filius à patre

venditus vrgētē dira fame: poterit cogere ipsum

patrem, vt eum redimat, & liberet, si pater fœli-

ciorem natus fuerit fortunam. hoc sane deduci-

tur à ratione dictæ. l. secundæ. & in specie idē ad

notarunt Bald. in capitulo. ex rescripto. de iure.

iur. Felinus in capitulo. cūm dilecta. de rescript.

ver. octauo fallit, & Hippo. in. l. vnica. C. de rapt.

virgin. nu. 23. probat. text. in cap. quod pro neces-

sitate. l. quæst. l. Decius in regul. quæ propter. ff.

de reg. iur. Præter hæc tamen extat Cæsarū con-

stitutio in l. l. C. de patri. qui fil. distrax. qua pro-

hibitū est parentibus filios vendere, aut pignoris

iure, donationis ve titulo in aliū trāsferre. tametsi

Romulus olim legem tulerat. quæ licebat patri

filii vendere: etiam tēr, si forte à primo emptore

& secundo fuisset manumisitus. quemadmodum

author est Diony. Halicarnass. Hanc verò legē

Numa Pōpilius teste Plutarcho Paululū mitiga

uit: statuit enim filium, cui pater vxorē deditiet

vendi non posse. Hinc adhuc constat, vis illa ma-

xima patriæ potestatis apud veteres, cuius memini

nit iurisconsultus in l. suis. ff. de lib. & posthum.

Denique hæc adduximus, vt comprobaremus

æquissimē quæ cogi rem propriam vendere ob

imminentem penuriam annonæ, & mercium: &

sic ob necessitatem. cuius ratione multa in iure

permittuntur, & licent, quæ Doctor. adnotarunt

in capitulo. si quis de furt. vbi text. elegans. Ro-

ma. in. §. de viro. 54. Fallētia. ff. soluto matrimo.

Iason in l. principalibus. ff. si cert. pet. Felin. in ca-

pitul. querelam. de iure iuri. Hippo. in. l. prima. §.

præterca. ff. de quæstio. numero. 116. & denique

plures relati per Tiraquel. dicto. §. vigesimo sexto;

libro primo. de retract. glossa prima. numero

decimooctauo. Sed his omnibus opportune

addidero hac de causa cogēdos fore diuites: e-

leemosynā pauperibus: erogare etiā coactiōne

iudicis exterioris, & in fōro iudiciali in casibus,

quibus quis eleemosynā facere tenetur iure di-

nino, & naturali: modò hæc coactio indicis offi-

cio fiat: non iure actionis. gloss. in capitulo. sicut

verb. Esurientium. 47. dist. ita intellecta. a iuris

vtriusque professoribus, præsertim Panormit. in

capitul. cūm causant de electione, columnā vlti-

ma. Anani. in dicto capitulo. si quis propter ne-

cessitatem. columnā. si defart. Felin. in capitulo

necessitatis in foro publico exhibere, & vendere ipsis oppidani potius quam exteris. Deinde hoc collat charitatis ordine, quo plus tenetur quis, ac prius subuenire quibus sanguine aut alia necessitate studine & coiungitur teste diuino Paulo ad Galatas Cap. 6. dum tempus. inquit, habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domiticos fidei. consequitur ergo tempore necessitatis habentem frumentum teneri quidem id potius ciuibus, cum quibus ei est communis patria subuenire, & vendere, quam exteris. Præfertim quod in teneatur quis patriæ oppressæ fame, aliove malo totius viribus opem ferre, potius quam alteri ciuitati: cum patriæ plurimum debeat. His accedit Canō quintus Turoneensis concilij sub Pelagio primo in hæc verba: ut unaquæque ciuitas pauperes, & egenos incolas alimētis cōgruetibus pascat secundum vires, ut tam vicini presbyteri, quam ciues omnes suum pauperem pascant, quo fieri, ut ipsa pauperes per ciuitates alienas non fatigentur. quibus equidem verbis constat primū subuentendum esse pauperibus eius ciuitatis, & Republicæ, in qua quicunque educatus, institutus que fuerit, deinde exteris. Postremò nemo unquam dubitat poterit, omnibus prouinciæ ciuitatibus inopia, & penuria laborantibus, quo ad vinculumque ramæ subleuandā, & quisimū esse, & rationi consentaneum quod frumentum ex viis urbibus agris collectum primū eidem urbi distribuatur ad alendos ciues, qui agros illos collahere, & colunt, ipsius ciuitatis onera subeunt, ea quæ defendunt, ac tutantur. Ex quibus quod in praxi hæc tenus obtinuit, satis iure & ratione defendit. quāvis id nequaquam probetur in. d.l.i. C.de metallar. cū ea speciale tisci privilegium contineat in metallis, nec ad eius ratione sit necessaria publica penuria, nec inopia multominus probatur ex Bart. annotatione, siquidē ea falsa est: quod iam ostendimus: & si vera esset, obtinet in domino fundi erga colonū: at ciuitas dominica non est agrorum eo ieniu, ut ab ea coloni accepterint.

Quarto premissa hac sententia qua diximus in praxi obtinuisse, non est prætermittendum eā nunc obtinere, cū ciuitas ipsa, apud quam frumentum extat è proprijs agris collectum, statim, vel Paulo post venditio ac in exteris conuētam intra breue tempus boni viri arbitrio, iure prælationis frumentum ipsum velit emere, ac deemptione ipsa contestetur. Etenim tunc præferendi sunt ciues exteris dato eodem pretio, quod ex teri constituerat. At si ciues hoc iure prælationis

ex interuallo post venditionem primam uti velint ob annonæ inopiam: opinor ciues fore admittendos: & exteris præferendos, modo pretium eo tempore iustum communi hominū & estimatio exteris soluendum offerat, etiam si id sit maius, quam quod exteri pro frumento dederat. apparet etenim tūc ejusdem pretij, quod primo datum est, rationem habendani esse: cūm intra breve tempus, aut aliud à lege hæc in specie definitum: iure prælationis à primo emptore res empta retrahitur: nam eo casu emptor secundus, qui præfertur primo, eius locū obtinet, & ideo pretium ab eo soluū soluere tenetur, ac satis est; quod id soluatur, siquidē nō est hæc posterior emptio à priori distincta, sed tantum loco prioris emptoris alter iure prælationis substituitur.

Quod si ex interuallo aliqua speciali causa emptor alteri vendere rē emptā cogatur, quemadmodū in hac specie, quā tractamus, statutum est iure publicæ utilitatis tunc soluendum est iustum pretium, & cōmunis estimatio debetur: nō autem id tantum pretium, quo res empta fuerit. Quia hæc emptio posterior à priori distinguitur: quādoquidē ius prælationis vel statim post primam venditionem, aut intea modicū tēpus arbitrio boni viri admittendum est, nisi aliud à lege fuerit definitum, & ideo ex interuallo ratione publicæ utilitatis cogitur: tertius emptor ciuibus vede re ad eorū subleuandā inopia: ne frumentum ex eiusdem ciuitatis territorio, & agris collectū pereūtibus fame ciuibus in exteriorū alimēta a prouincia extraheatur. Hæc igitur vēditio est à priori distincta: atque ea ratione fieri debet iusto pretio iuxta tēpus, quo ipsa posterior vēditio fit. quod colligitur ex Francisco de Ripa in l. i. col. ultim. ff. de privileg. credit. Hacenus de secundo casu, quo quis propriam rem vendere cogitur.

Eit & tertius casus, quo quis vendere omnino compellitur proprium agrum, domumve fauore religionis: cum ea sit necessaria ad constructionem, vel ampliationem alicuius monasterij. nam tunc dominus ipsius domus cogitur eā vendere propter publicā utilitatem, quæ ex religiōnis fauore constat. l. prima. ff. de Iustitia & iur. §. huius studij. huic sententiæ adiipulatur primò tex. in l. locum. ff. de usufruct. Sed interdum, inquit Vipianus, & solus proprietatis dominus iocum religiōnum facere potest. Finge enim eum testatorem inferre, cum non esset tam opportune ubi sepe eliretur. §. ac tenuis iuris. ultus aperit insinuans, fauore religionis absque contentiu vā scinduari posse, & cum eius damno locum reli-

giosum fieri: ergo eiusdem religionis fauore soluto iusto pretio, poterit domus priuata ab aliquo inuitu auferri, ut monasterium aedificetur, aut iam aedificatum amplietur. Secundò idem probatur in l. secunda. §. si vslum fructu. ff. de relig. & sumptib. funer. vbi idem Vlpianus eandem sententiā reper. & explicat. Tertiò ad idem plurimū, facit text. in dict. l. secunda. §. locum. qui hue tendit, quod absque consensu habentis in fundo servitutem, & eo inuitu locus effici poterit religiosus. Quartò idem constat ex l. si quis sepulchrū. in princip. ff. de relig. & sumpt. fune. Si quis se pulchrum, inquit iuris consultus, habeat, viam autem ad sepulchrum non habeat: & à vicino ire prohibeat. Imperator Antonius cum patre rescripsit, iter ad sepulchrum peti precario, & concedi solere, vt quoties nō debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habet. Praes etiam compellere debet iusto pretio iter ei praestari: ita tamen, vt iudex etiam de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnus patiatur detrimentū. Hæc iuris consultus. Quinto eadem opinio fundum habet a l. p prima C. de commu. sermo manumis. qua cautum est, fauore libertatis cogendum esse quemlibet, partem quam habet in seruo vendere. ex quo text. Bald. ibi ad finem adnotauit, testatore iubente Ecclesiam constitui in loco communis, socium cogendum esse iusto pretio partem vendere, sequitur Baldum Felinus in capitulo primo. de Iudæ. Iason in l. nec emere. C. de iur. delibe. Quibus sanè sit, vt frequentissimo omniū cōsensu receptū sit, dominium agri, vel domus cogendum fore eam vendere iusto pretio fauore religionis, vt Ecclesia vel mostastriū in ea domo cōstruantur: aut iam constructū ex ea amplietur. quā opinionē expressim tenuerū Bal. & Ange. in l. 1. ff. solut. matrimo. Floria. in dict. l. si quis sepulchrum. & in dicto. §. locum: Felin. in capitulo. omnes. columna penultima. prima dist. Barto. Cæpo. titu. de seruitur. vrb. prædio. capitulo octuagecimo secundo. de sepulchro. assuerans ita scipsum obtinuisse. Verone. idem Matthæ. Afflīct. in procēmio constit. Neapolit. quæstione tertia. numero decimo. dicens sic pronuntiatū fuisse in Prætorio Regis Neapoli in fauore monasterij diuī Hieronymi. idē ante alios probauit, & obtinuit Guiliel. de Cun. in l. decernimus. C. de Episc. & cler. Sexto eandem sententiam confirmat text. in l. si locus. §. cū via publica. ff. quēadmo. seruit. amitat. cū via, inquit, publica vel fluminis impetu, vel ruina amissa est, vicinus proximus viā præstare debet. cuiuscipio

so freti omnes Doct. or. passim & scribunt, cogendum fore quempiam rem propriam vendere: cū ea ad publicam utilitatem necessaria fuerit. optimus text. in l. secunda. §. sent qui putant. ff. ne quid in loco publi. Alb. & Iason in dicta. l. nec emere. Hippo. in dicto. §. quidam deponere. Fabianus in tract. de empt. 1. part. 3. quæstione versiculo decimonono. Antoni, Rube. in dicto consilio nonagesimo secundo. & ferē omnes, quorū memini prima huius Capitis pagina. Idque etiā non soluto pretio, nec titulo emprionis, sed iure publicæ utilitatis in specie viæ publicæ permissum esse, docet Accursius in dicto. §. cū via publica. vt tandem res priuatorū ad utilitatem publicam ab eis inuitis tollipossint absque pretij solutione. Hoc tamen falsum esse, constat, cū & si ob utilitatem publicam priuati cogi possint proprias restradere, id fieri debet soluta eis iusta ipsa rum rerum estimatione, quod & nos obiter probauimus huius operis libro secundo. capitu. tertio. numero quinto. Sed & idem appetat ex tex. in l. serui qui monetarios. & glos. in l. vltima. C. quib. ex cau. serui pro premio libert. accipiūt. & Bald. in dict. l. serui. Iason in l. Barbarius. numero trigesimo sexto. ff. de offi. præt. post alios inibi. Et Decius in capitulo primo. de probatio. numero quadragesimo sexto. Iason in l. vltim. C. si contra ius vel vti. publi. Rochus Curti. in capitulo vltimo. de consuet. Fol. paruo. 46. columna tertia. vbi inquit hæc opinionem cōmunem esse, quæ probatur in l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. & l. secunda. titulo primo. par. 2. l. trigesima prima. titulo decimo octavo. par. 3. notat Rodericus Xures allegat. 10. col. 2. citatur ad hoc glo. in dict. l. Barbarius. quæ tamen iuxta literam mei Codicis contrarium asserit: tametsi gloss. in dict. §. cū via publica. priorem senectiā, quam ex ea adnotauimus, consuetudini, non iuri scripto tribuit. opinionem item communē in hac retenerunt Matthæ. Afflīct. in procēmio constitutionum Neapolita. quæstione quarta. numero septimo, Abbas in capitulo dilecti filij. columna secunda. de arbitris. Archidiaconus in capitulo per principalem. 9. quæstione tertia. Felinus in capitul. quæ in Ecclesiārum. numero vigesimo octavo. de constit. Septimō, eadem opinio quā haecen in fauorem Ecclesiārum, & monasteriorum proposuimus, alia itidem ratione confirmatur. Nam & si licitum sit cuiilibet proprium ædificium altius tollet. l. altius. C. de seruit. l. vltima. §. penultimo. ff. de seruit. l. Procultus. ff. de dam. infect. l. cum co. l. Imperatores. ff. de seruit. us

tutibus urbanorum prædiorum.l. nullus. &c.l. do-  
mum, ff. de regulis iuris tamen iure prohibitum  
est, priuatum ædi. cium ita altius attollit, ut ex eo  
videri possint religiosi, aut religiosæ intra pro-  
prias domos religiosè habitantes: sicuti placuit  
Salyceto, post Petrum Cinum in dicta.l. altius.  
quasi fauore religionis priuatus vti non possit  
iure suo, quod habet ad tollendum altius do-  
mum suam, aperiendas fenestras, & lumina,  
que prospectu fuerint opportuna. Hactenus  
probare conati sumus, domos, & agros priua-  
torum ab eis inuitis auferri posse titulo emptio-  
nis iusto pretio soluto, vbi id conueniat locis sa-  
ceris construendis, aut ampliandis. Siquidem nō  
tantum id permisum censetur ad ampliationē  
monasterij iam cōstructi, sed & idem obtinet in  
fauorem monasterij, aut Ecclesiæ construendæ.  
quod probatur authoritatē Immolæ in Capitu-  
Apostolicæ de donatio.col.2. qui ex eo text. no-  
nat non minus, in magis fauendum esse Eccle-  
sijs ædificandis, & construendis, quam iam con-  
structis, ex eo. qnōd per Ecclesiariū, & monaste-  
riotum nouam creationem augetur diuini cul-  
tushonor, & cura. atque ita expressim in hac que-  
stione censet dicendum esse Barth. Cæpola in di-  
cto cap. de sepulchro.

Ceterum si controversiam istam matutius,  
ac diligentius exquiramus: plane compertum  
erit, non ita præcile opinionem istam admittean-  
dam esse: aduersus quam extat iuris regula, que  
seruanda est diligentissimè, interim dum non  
ostenditur ab ea quicquam exceptum esse. Quā  
obrem videndum erit an alicui probatum sit  
in iure, quod quis cogatur vendere propriam  
domum, aut agrum ad constructionem Eccle-  
siæ, vel monasterij, ad eiuvē ampliationem.  
Etenim hoc non probatur in dicta.l. locum. ff.  
de vſufruct. & in dicta.l. secunda. §. si vſumfru-  
ctum. ff. de relig. & sumpt. funeralum. cum inibi  
priuatus minimè fauore religionis compellatur  
ius suum, aut rem propriam vendere: in eo  
omnino retinet, nec ab eo inuito dominium au-  
fectur, id vero tantum constitutum est, vt vſufru-  
ctarius, qui a testatore habuit vſumfructum, co-  
gatur consentire, & permettere heredem pro-  
prietarium corporis testatoris in fundum inferre,  
ac ei inibi sepulchrum constituere, si commodè  
alibi sepeliri non poterat testator ipse, cui remu-  
neratio nis titulo hoc beneficium vſufructarius  
impendere tenetur, ex hoc autem non amitti ius  
vſufructus: nec id vendere cogitur: nam idem a  
pad ipsum manet. Deinde iurisconsulti respon-

sum obtinet ex eo etiam, quod proprietarius ha-  
bens dominium directum in re, eam religiosam  
titulo sepulchri facere potest inuito vſufructua-  
rio ad sepeliendum eum, qui vſumfructum lega-  
uerit, cum alibi ita opportunè sepulchro locus  
non est. ita quidem hoc & fauore sepulchrorū,  
ac religionis, & quia sit in utilitatem habentis in  
re dominiū directū & eius, qui vſumfructum le-  
gato reliquit, permisum fuit. Et adhuc vſufru-  
ctarius actionē habet ad recipiendum id, quo  
propter id sepulchrum minutus sit vſufructus.  
text. est in l. vlt. ff. de religioni. & sumpt. funerali.

Item communis sententia minime probatur  
in d. l. 2. §. locum. ff. de religio. nam præter verba  
quæ Paulò antè ex iurisconsulto retulimus, sunt  
& sequentia expendenda, locū, inquit, qui seruit  
nemo religiosum facit, nisi consentiat is, cui serui-  
tus beatur, sed si non minus cōmode per aliū  
locum seruitate vti potest, non videtur seruitu-  
ris impediendè causa id fieri: & ideo religiosus  
sit. Hactenus Vlpianus, a quo deduci non potest  
fauore religionis cogendū esse quēpiā propriū  
ius, quod habet: sed id tantū ex eo responso col-  
ligitur, fauore religionis cogendum esse eū, qui  
in aliqua re ius habet, consentire vt is locus reli-  
gioius fiat, vbi nullum ex hoc præiudicium is pa-  
tiatur. quippe qui ita cōmodè vti potest iure  
quod habet, ac si locus religiosus non foret. Vnde  
Bald. Nouell. in tracta. dc dote. octava parte.  
priuile. 27. adnotauit post Barto. in. d. §. locum.  
& in l. 2. ff. soluto matrimo. quo à fauore religionis,  
& pia cauē cogitur quis facere quod alteri  
prodest, & sibi non nocet. quorum mirum non  
est, nam & absque religionis fauore fortassis idē  
erit, quemadmodum Baldus Nouell. explicat, &  
Docto. tradiderunt in dicta.l. 2. opportuniusque  
alibi tractabitur.

Sic nec iurisconsulti locus in d. l. si quis sepul-  
chrum. conuincit, vt communem teneamus ien-  
tentiam. etenim ibi tractatur de re priuati omni-  
no necessaria ad vſum sepulchri. nempe de itine-  
re sine quo nullus esset sepulchri vſus. Ex quo nō  
licet inferri, nec potest colligi, idem esse quo ad  
sepulchri constructionem, vel eius ampliorem  
ædificationem. Nam licet à iurisconsulto respo-  
sum sit, cogendum esse priuatū, viam, aut iter  
vendere vicino ad sepulchri vſum necessariā, ita  
quidem, vt nullus possit esse sepulchri vſus abs-  
que illo itinere, nequaquam profecto ipse iuri-  
consultus idem respodisset, si ab eo quereretur,  
aut posset habens agrum cogi eum vendere alte-  
ri ad sepulchri constructionem, nouamque ere-

# Variarum Resolutionum.

ctionem, vel ad iam constructi ampliationem. Quo sit, vi minimè probetur communis sententia in dicta. l. si quis sepulchrum. Quis & ipsa iurisconsulti responsio cum plane sensum habet, quod praeses compellat priuatum iter vendere vicino ad sepulchrum: quia ipsa itineris venditio non est domino fundi admodum damnosa: nec ei assertum maximum detrimentum: cum adhuc per stito itinere fundus apud ipsum dominum maneat, & ideo iudex admonetur, ut propiciat, ne vicinus magnū patiatur detrimētum, quasi Vlpianus velit, minimè cogendū fore vicinū ad venditionē etiā iusto pretio pacificandā, vbi magnū ex hoc ei inferatur detrimētū quo ad propriā rē, maximum autē infertur damnū pro cūdubio, si totā ipsam rem adhuc soluto iusto pretio cogatur amittere, igitur non inconcinne, nec quidem falso locus hic iurisconsulti à probationē cōmuni sententiæ exterminabitur.

Rursus quod attinet ad quintam communis opinionis probationem ex. l. prima. C. de commu. seruo manumi. facilime tollitur, si consideremus, id statutū esse fauore libertatis in re commu. habens etenim seruum cōmunem, quem vult manumittere, ac libertate donare, poterit cōpel lere solum, vt iusto pretio soluto partē, quam in seruo habet, vendat, quo seruus ipse integrum libertatem consequatur: idque iudex prouinciae propiciet diligentī cura, & solicitudine. text. in dicta. l. prima. cui conuenit Regia. l. secunda. tit. 22. part. quarta. Vnde Iason in l. seruis. C. de leg. scribit, quod si habens seruum cōminunem legit eidem seruo partem suam, socij itidem cogentur iusto pretio recepto seruum ipsum libera. r. Nam dominus seruum ipsum eidem seruo legans, libertatem ei legare videtur. text. in signis secundum Angel. Paul. & alios in l. senatus. §. ultimo. ff. de legatis primo. Igitur speciale est in dicta. l. prima. fauore libertatis vbi res est cum altero cōmuni, vt cogatur socius partem vendere: non est denique idem vbi res alicuius est propria, nulla eius parte ad alterum pertinente. Sic & quod, Bald. in dicta. l. prima. scripsit eadem tatione procedit, & similibus iuris decisionibus fulciri poterit: nempe. l. secunda. C. de com. rer. alienat. quae nōco priuilegium dedit, vt is possit rem cōminunem cum priuato vēdere inuito socio. textus optimus in l. prima, & secunda. C. de vendit. rer. fiscalium. libro decimo. vbi Accur si. Barto. in l. vltima. C. si contra ius vel vtilitat. publi. Panormitan. in capitulo penultimo. de re iudicat. numero decimotertio. Felin. in capitul.

quæ in Ecclesiarum. de constitut. numero quinquagesimo primo. Hippolyt. in l. prima. §. cūm quidam deponere. ff. de quæstioni. quibus suffragatur text. singula. in l. fina. C. de debit. ciuilib. libro vndecimo. quo probatur, debitorem ciuitatis, qui partem rei pto satisfaciendo ære alieno ipsi ciuitati alienauerit, cōgendū fore, & aliam partem ipsi ciuitati iusto pretio vēdere, quod, & Bar. inibi adnotauit.

Sexta ratio paterit refelli distinguendo necessitatem publicam ab vtilitate, ita quidem, vt cūm necessitas publica exegerit priuatum agrum, priuatum domum, & ædificium nempe ad viā publicam, quæ necessaria est, tunc cogatur dominus agri iusto pretio eum vendere: sicuti probat tex. in dict. §. cum via publica. At si tractemus de publica vtilitate, quæ tamē necessitatem morali quadam ratione minimè p̄mittat, nō video quo iure priuādus quis sit re propria, & quidem inuitus. Sic sanè quod in dicto sexto fundamento tradidimus non simplicem Reipublicæ vtilitatem requirit: sed vere exigit publicam vtilitatem, quæ moraliter necessitatem insinuet, & habeat. quod deducitur ex his, qui quæstionē istā tractauere, & ex tex. in l. si quando. in. l. & l. Ædifica. & l. turres. C. de operi. pub. quanvis Roma. in sing. 710. nimis extēndat decisionem. d.l. Ædifica. ad maiorē pulchritudinē ciuitatis. qua in re iudicis arbitriū plurimū efficiet, varijs circū statijs reportis, loci, & rei adamissim cōsideratis.

Vltima prioris sententiæ argumentatio ex eo corruit, quod frequentissimo omnium cōsensiū ita id accipiendum sit, vt quoties quis prope monasteria ædificans, aliquid construxerit, quod sibi minimè prospicit: Ecclesia verò, aut monasterio nocteat, prohibendus sit id ædificium altius tollere: cūm presumatur facere ad alterius iniuriam, grauamen, & æmulationem. \* Præfertim. si honestati monialium ex prospectu præjudiceatur. quod post unam & alteram huius operis editionem diligenter, & seriō docet Illustris Antonius Padilla in dict. l. altius. num. 19. qui & cum iudicio explicat, quando quis in alterius æmulationem ædificare presumatur. \* Et id etiam erga priuatos erit obseruandum, quemadmodum constat ex Cino, Petro, & Salyee. in dict. l. altius. Angelo, & Paulo. in l. cūm eo. ff. de seruit. vrb. p̄te. iio. Iasone in l. ex hoc iure. columna secunda. ff. de iusti. & iure. Bartholo. Cepola. de seruit. vrb. p̄te. olio. capitulo trigesimonono. de solo, & area. Deci. in l. nullus. & in l. domum. ff. de regi. iur. Hippolyt. in singula. 154. quibus adde. l. penulti-

nultimam titulo vlti. part. tertia. optimus text. in l. opus nouum. vbi gloss. Albericus & Bartol. ff. de operi. publi. gloss. in l. Quicunque castello rum C. de fundis limitrophis. libro vndecimo. tametsi inibi & in dicta l. opus tractetur de ædificijs, quæ fiunt in graue damnum, ac periculum Reipublicæ. Imò & Alberic. in dicta l. altius. non admittit fauore religionis Cini opinionem, quæ tamen admittenda est iuxta sensum, quem modò explicuimus. Et fortassis propter publicam utilitatē, quæ à religiosis domibus procedit, erit locens Cini sententia, quoties ex novo ædificio grauiſſimam imminet domui religioſe prædiūm: tametsi non fiat ad æmulationem.

His tandem explicitis ad huius questionis resolutionem primum opinor, posse Principē compellere priuatum domum propriam vēdere ad constructionem Ecclesiæ, aut monasterij vel ad iam constructi ampliationē: esseque iuslām causam, vt Princeps iuri priuatorum deroget, quod ea domus vtilis sit ad Ecclesiā construendā, vel ampliandā in Religionis, & Reipublicæ utilitatem. Hoc probat tex. in l. item si verberatū. §. vlti. ff. de rei vendicat. & in dict. §. si cōstat alioqui absque iuxta causa nō posset Princeps, etiam dato iusto pretio ab iuris auterre propriarum rerum dominia, quod alibi tractauimus. Laudatur enim Augustus à Suetonio capitulo. 56. quod folum Augustus fecerit: non aulus extorquere posse oribus proximas domos.

Secundò mihi videtur, non tantū Principem, sed & quenquam iudicem inferiorē posse compellere priuatum dominum agri, vel domus, eā vendere iusto pretio, quoties ea fuerit necessaria ad constructionem Ecclesiæ parœcialis, aut Ecclesiæ Episcopalis. Nam cū ista Ecclesiæ moraliter præcise fiat necessaria ad sacramentorum administrationem: item & ad cultum diuinum, qui ordinariè celebratur ad religionis Christianæ eruditioñē, & instructionem, idem omnino erit, vbi domus priuata necessaria est ad ampliationem harusa Ecclesiaturum: modò ea ampliatio sit, vt dixi, necessaria morali quadam necessitate optimus tex. in argumentū huius cōclusionis in ea. ad audientiam. in l. de Eccles. ædifican. atque hoc ipsum probatur ex dict. §. cū via publica. & ex alijs Cæfarei locis, quæ in probationē prioris sententię prima, & sexta rationibus adducebami.

Tertio, si priuata domus, priuatusve ager iusto pretio oblato petatur ad constructionem Ecclesiæ, quæ & si valde vtilis sit, non est tamē præcise moraliter necessaria, aut ad ampliationē Ec-

clesiæ iam olim construētæ, quæ quidem ampliatio & si vtilis valde sit ad plurim monachorū habitationem, atq; vt plures ad officia diuina ē plebe admittantur, poterit nihilominus Ecclesia absque ea ampliatione Reipublicæ Christianæ, & cultui religionis setuire: opinor in his casib; nō posse autoritate iudicis inferioris abf. que decreto Principis priuatū dominio rei propriæ iuris priuari, etiā si precium iuslū ipsius rei offeratur, quod apparat ex dict. l. iuris. de contrah. emptio. & ex his, quæ modò duximus, dum rationibus prioris sententiæ respondimus.

Vltimo hac in controuersia non diffiteor, & quissimè iudicem factum, qui v̄sus frequentissima doctorum sententia, cogere quempian ad vēdationem propriæ rei, agri, domus, aut sundi, quoties is fuerit vtilis ad Ecclesiæ constructionem, vel ampliationem; si attentis circumstatijs, quæ discreti iudicis arbitrio sunt examinandæ, nullum, aut sāne paruum detrimentū ex hac vēditione priuato inferatur. Etenim in hac specie, non negauerit iustissimè in praxi admitti posse priorem opinionem, quæ communis est, atque ut ita respōdeam moueor his, quæ in disputatioñe, & examine huius questionis, tradidimus præsertim in reponſione ad vltimam rationem & l. 2. §. locum. ff. de relig. & sumpt. funerū. tametsi solū de utilitate, non de præcisa necessitate in ea vēditione agatur.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 *Precarium simpliciter constitutum morte conceden. tis non extinguitur, donec ab herede renocetur.*
- 2 *Intellexis ad tex. in capital. Si gratus. de rescrip. in sexio.*
- 3 *Precarium expressim constitutum donec reuocatum fuerit, non expirat morte concedentis.*
- 4 *Precarium constitutum expressim ad voluntatē concedentis ipsius morte ipso iure finitur.*
- 5 *Expenditur iuris consulti responsum in l. Lucius. ff. de donatio.*
- 6 *Precarium non patet statim absque causa reuocari.*
- 7 *Quod discrimen sit inter precarium, & commo. datum?*
- 8 *An commodatarius, qui vitetur re commodata ad aliud, quod sibi fuerat commodata teneatur fructu actiones?*

**D e p r e c a r i j r e u o c a t i o -**  
**n e , a n & e a l i b e r e p e r m i s -**  
**s a s i t .**

**C A P . x v .**

**R E C A R I V M E S T ,**  
 quod precibus petenti vtendū conceditur tandem, quādiū is, qui cōcessit, patitur, authore Vlpiano in.l.1.ff.de precario. Ex quo constat regula iuris Cæsarei, & Pontificij, nam & idem Gregorius Nonus respondit in ca.vlt.de precario. qua definitum est, precarium liberē voluntate concedētis reuocari posse. l.2. §.1.ff.de precario. adeò vt non valet pactum contrariū. l.cum precario. ff.de precario. cuius ipse mentionem feci in Epitome de Sponsali. 2.par.ca.3. §.1. explicat Bar.in 1.vbi ita donatur. ff.de dona. causa mort. & Dec. in consi.293.col.vlt. Sed questionis est, an morte cōcedentis precarium reuocatum esse videatur nam iurisconsultus in.d.l.cum precario. §.vlt. & in.l. quæsitum. §.quod à Titio. ff. codē. planè respondet precarium morte concedentis minimē finiri: sed ad eius hæredem trāsire, absque noua hæredis concessione: sicuti & idem notant gl. & Doct. in.d.c.vl.de precar. quod profectō verissimum est secundum Pau. Castrén. in.l. Lucius. ff. de donatio. qui expressim scribit, hæredem posse precariū datum à defuncto libere reuocare: vt in ead.l. Lucius. apparent: non tamē ex hoc sequi, q̄ sit necessaria noua hæredis precarij concessio, siquidem ea necessaria non est: sed manet ipsum precariū datū à defunto donec hæres eius id reuocauerit. etiā si Aecursius in.d. §.quod à Titio. perperā contrariū existimauerit, nō rectē intelligens quid iurisconsultus inibi respōderit. atq; hæc est frequentissima omniū sentētia, quā etiam tenuerunt Paul. in.l. Attilius. ff. de donat. vbi gl. Bar. in.l. centesimis. §.vlt. col. 3. Alex. col. vlt. & laſ. col. 5. ff. de verb. obli. Tiraq. de cōstituto. 2.par. 12. ampliatio. cui accedit, q̄ presumendum sit morientē in eadem durare, ac perseruera re voluntate, quam decedens habuit ca. maiores de baptiſ. Huic verō conclusioni obſtat text. elegans in.c. si gratiolē. de reſcript. in. 6. quo expreſſum est, aetū, qui voluntate agentis libere reuocari potest, morte ipsius itidem reuocatum cēſeri, 2 cum voluntas morte cefſet. l.4. ff locat. locatio

inquit Pomponius, precarijve rogatio ita facta, quoad is, qui eam locaſſet, dediſſet ve, vellet: morte eius, qui locauit, aut dedit, tollitur. Sic etenim indulgentia Romani Pontificis, qua is dispensatione quadam concedit Titio, vt beneficia ecclesiastica, quisi alioqui absque Principis licentia minimē poterat possidere, haberet utique, ac retineret usque ad ipsius Romani Pontificis volūtatis beneplacitū, per obitū concedētis omnino extinguitur: authore Bonifacio Octauo in.d.ca. si gratiosē. Quo in loco eleganter distinguitur voluntas hominis ēa dignitatē obtinentis à voluntate ipsius sedis Apostolicæ, & sic dignitatis: vt priori casū morte finiatur ipsa concessio, posteriori verò adhuc mortuo cōcedente vim integrā habeat dum à successore minimē fuerit reuocata: in quo adnotandum est, an referat indulgentiā ipsam, ciusque vires conferri in voluntate Romani Pontificis, vel Papæ, non expresso proprio eius nomine: an verò eius proprio nomine expressim apposito. Etenim ubi propriū nomen expressum fuerit: omnes conueniunt, obitu Romani Pontificis priuilegiū extingui. At si gratia concessa fuerit ad voluntatem Romani Pontificis ita simpliciter, vt nec nominis proprij, nec sedis Apostolicæ mentio facta fuerit, tunc equidē Bal. Lopus, & Domi. in.d.ca. si gratiosē scribunt obitu cōcedentis nequaquam extingui ipsam gratiā: quia facta fuerit ad voluntatē dignitatis Pontificialis: cū cius nomē expressum fuerit. c. quoniam Abbas, de off. de leg. quibus accedere videatur Feli. in.c. ex literis. de consti. nu. 9. assuerans, satis es̄e, nomine officij actū expeditū fuisse, vt voluntas, in quam collatus fuit, minimē expiret morte agentis. Contrarium deducitur à gl. in.d. c. si gratiolē. verb. suę quam sequuntur inibi Archid. Ioan. de Fant. & Anchar. ex quibus expressim colligit Franc. columna tertia, priuilegium, gratiamve coucesiam à Summo Pōtifici ita quidem, vt ad voluntatem Romani Pōtificis perseveret, morte concedentis finitam censerit. quæ quidem interpretatio plurimum probatur in.d. capit si gratiolē. dum in eo distinguitur concessio facta voluntatem sedis Apostolicæ ab ea, quæ facta fuerit à Romano Pontifice ad suę, nē pe Romani Pontificis, voluntatis beneplacitum Non me latet, questionē istam ambiguam esse, & tamen opinor, ex ipsa materia subiecta prius, quā ex nomine proprio, vel appellatiuo definiendum fore, an actus dignitati, vel personæ tribuendus sit: secundum ea, quæ ipse tractauit in.e. requisiſti. de testam. deinde & illud cēſeo in proposita

posita contraria, oportere omnino vel ex ipsa, vel ex verbis cōcessionis examinare, & perpendere, num actus ipse in voluntatem eius, qui Summum pr̄esulatum obtinet, an in voluntatem sedis Apostolicæ collatus fuerit. Quod si id constare ex his nequeat, tūc arbitror quo ad ea, quæ voluntati committuntur, in dubio distinguendum esse nomen dignitatis abstractæ, à nomine, quod obtinenti dignitatem etiam eius ratione tribuitur: ut tandem aliud sit ipsius sedis Apostolicæ nomen, aliud verò sit, quod eam obtinenti etiam ratione Pontificatus congrui: nempe, Papa, Summus Pontifex, Romanus Pontifex, & his simili. Nam cum voluntas magis proprie personæ obtinenti dignitatem, quam dignitati ipsi incorporeæ conueniat, pat est, & rationi consonum, quod actus collatus in voluntatem Romani Pontificis, ad voluntatem eius, qui tunc Pōtificatum obtinet, & actum egit, referatur potius, quam ad voluntatem sedis Apostolicæ. Nec refert quicquam quo ad illū tractatū, quod actus fiat nomine dignitatis, siquidem priuilegium concessum à Romano Pōtifice ipsi dignitati tribuitur, & cōceditur eius nomine, cùm à priuato eam dignitatem minime obtinet, concedi non valeat. Et tamen iuxta priorem partem text. in dicto capitulo, si gratiolē morte concedentis expirat. Hinc deducitur opinionem Philippi Franci veriorem esse, quam & ipse colligo ex Philippo Decio in capitul. sedes. de rescr. in Princip. ita etenim scribit. Quod hic dicitur de sede Apostolica, idem esset in Summo Pōtifice, de quo in effectu text. hic intelligitur, alias tamen differētia constituitur, vt ex text. in capitulo. si gratiolē de rescr. in. 6. Haec tenus Decius, qui manifestissimè quo ad interpretationem capitul. si gratiolas, discriben costruit inter Summum Pōtificem, & sedem Apostolicam. Quamob rem in hac specie, quam tractamus, idem erit dicendum si actus ipse est gratia ipsa concessa à Romano Pōtifice, ad voluntatem Papæ relata fuerit, nā morte concedentis expirabit secundum Franc. in dicto capitul. si gratiolē. eolumna tertia. Fit igitur, vt quod in voluntate agentis confertur, ipsius obitu finitum esse videatur: & ideo precarium, cuiusvis à iure voluntati cōcedentis tribuitur, morte eius reuocatum esse censendum sit, quod est contra text. in dicto capitulo vltimo. & in dict. l. cùm precario. §. vltimo. Denique adhuc ius obiectionis perfectam resolutionem omnino distinguendi sunt duo casus. Primus, quādō actus simpliciter validus est eam, tamen aiure ha-

bet conditionem, vt libere valeat ab agente reuocari, vel ea conditio expressim actui addita fuerit, quod is valeat, & obtineat, donec reuocatus fuerit. Etenim in hac specie morte non extinguitur actus, nec reuocatus cēlestur, nam per obitum concedentis reuocatio minimē cēntetur, & nec subintelligitur. text. elegans in capitulo. si delegatus. §. priu. de offic. delega. in. 6. idem inquit Romanus Pontifex, poteris quando tibi vices etiam sub ea forma cōmisit, donec eas duceret reuocandas. Nam talis cōmissio, per quā cēsetur etiam sententiæ prolatio, nisi ante a fucrit reuocata, committi, nequaquam morte committentis expirat: ex quo res integra non extitit. Hęc sūc tex. verba, idē notant Bart. in l. & quia alias. l. more. ff. de iurisdictione. omni. iudic. ad finem. Dec. in l. 3. ff. de regulis iuris. idem in capitulo. Relatum. de offic. delegat. idem in consilio 10. Sic equidem delegatio causæ. & iurisdictionis valida quidem simpliciter est, eamque conditionem habet, quod libere à delegante reuocari possit. I. iudicium soluitur. ff. de iudic. non censetur tamen morte delegatis reuocata. Ex quo interfertur, iurisdictionem alicui à Principe, aliove iudice commissam hac expressa lege, donec eam delegans reuocauerit: minimē reuocatam esse morte delegantis. quod probat text. in dicto capitulo. si delegatus. tenent Bartol. & alij proximè citati, idem Bartol. in dict. l. centesimus. §. vltim. numero. 10. ff. de uerborum oblig. & ibi Alex. & Iason super eadem. q. Bart. idem Deci. in dict. l. more. nu. 60. requiritur enim ad reuocationem noua voluntas, quæ in moriente minimē præsumitur: & ideò per mortem non constituitur actus prioris reuocatio: atque ita hęc est communis omnium sententia secundum Deci. in dicta. l. 3. ff. de regu. iuri. sensit eam Innocen. in capitulo. licet vndique. de offici. delegat. hoc ipsum tenent Domini. & alij in capit. si delegatus. Hinc etiam constat, ex ilij pœnam sententia iudicis alicui indictam, donec iudex eam reuocauerit: hac equidem expressa lege, morte iudicis, nequaquam reuocatam censeri, nec finitam esse: quemadmodum volueret Bald. in l. vltim. quæstione sexta. & ibi Salycet. quæstione decima. C. de contrahēd. emp. Alexand. vltima colum. & Iason. num. 14. in dicta. l. centesimus. §. vlti. qui aduersus Bart. ibi hanc assertuerant esse cōmūnē sententiā, quæ à præmissa regula manifeste deducitur, & probatur in l. 4. in prin. ff. de manumis. vindic. itē ex his apparet ea ratione precariū morte concedentis non extingui, quod id ab initio validum, & firmum sit,

sit, nec aliter finiatur, quā reuocatione eius, qui concessit. l. 2. in. §. cū alijs. ff. de precar. quæ quidē reuocatio obitu cōcedentis minimē cōtigit.

**Secundus** casus in hac controuersia constituitur, quando actus à lege, vel ab homine eam habet cōditionem, vt ist obtineat, maneat, ac perseuerat ad libitum, & voluntatem agentis, vel donec ipse voluerit: tunc sane, cū voluntas morte extinguitur, ipsius concedentis obitu actus perit, & finitur. l. quarta. ff. loca. text. in dicto cap. si gratiosē. Bartol. eleganter in dict. l. centesimis. §. vlti. colum. 3. & ibi Alexan. & Iason. idem Barto. in dicta l. more. & ibi Dec. ac denique hi omnes quos ad præcedentis regulæ probationem circaui, item Paul. Castrensis in dict. l. Lucius. ff. de do nat. Panormitan. in capitul. vltim. de precar. vbi idem cæteri Docto. præmittunt. & Deci. explicat in l. contractus. nu. 13. ff. de regu. iur. probas. & primi casus decisionem nec obert huic communi tentiæ tex. in dicto ca. maiores. quo probatur secundum quorundam interpretationem voluntatem morte non extingui, nec finiri: imò se. nper durare, donec mutetur. Quia in dict. ca. maiores. §. vlti. ad finem, tantum probatur, amētes, & furio os in eadem voluntate perseverare, quam habebant eo tempore, quo furor eos oppresit. tex. celebris. in. l. si is, qui animo. vbi glo. & Doct. ff. de acqui. poss. non tamen ex hoc sequitur, quod per mortem ea voluntas non cesset: siquidem omnino morte cessat voluntas, tametsi non esset nec furore, nec amētia, nec somno, aut ebrietate. l. nunquam. §. si seruus. ff. de vsu cap. ex quo plura inferuntur.

Primum, vera interpretatio ad tex. in dicto capitulo. si delegatus. §. primi. vt licet delegatio ea lege facta, donec delegans commissionem, vicariamque potestatem reuocauerit, obitu delegatis non expiret, nec censetur reuocata, & ideo si mors contigerit re non integra, posuit delegatus uti iurisdictione: tamen mortua delegante re in regra prius, quam delegatus uti cœperit iurisdi, dione sibi commissa, tunc iurisdictionis delegatio extinguitur, non iure reuocationis, quæ minime per mortem evenit, sed causa cessantis voluntatis, quæ quidem cessatio voluntatis morte delegatus contingens, sufficiens est ad hoc, quod commissio iurisdictionis itidē cesset re integra, quod probat tex. in codice ca. si delegatus. adnotauit Carol. Moli. ad Deci. in regu. 3. ff. de reg. iur. tametsi Deci. ipse dubitauerit in dict. l. n. oic. num. 62.

Secundò, hinc etiam deducitur fallum esse, quod glosſ. scribit in dict. cap. si delegatus. verbo

morte. dum iuxta quorundam sententiam respondeat, commissionem iurisdictionis factam expressim ad voluntatem delegantis, re non integra, minime extingui morte ipsius delegantis: quod iure non probatur, imò eam delegationem morte delegantis finiri constat: atque ita censem eadem glo. in ultima parte, quam sequuntur Ioan. And. Domi. Fran. & Doct. ibi.

Tertiò, ex his colligitur, concessionem, quæ alioqui liberè reuocari, & mutari possit, factam tamen ea lege. vt maneat, valida sit, ac perseveret ad voluntatem cōcedentis: eo denique post diutinum furorem mortuo, omnino extingui, & cessare: tametsi ante obitum etiam per furorem minime finita fuerit. hoc probatur ex ea interpretatione, quam aptauimus. capitul. maiores. §. vltimo. de baptis. & l. si is qui animo. ff. de acquiren. possess. qua inter mortem, & furorem discrimen illud constituimus, vt licet morte cesset voluntas: non sic furore.

Quartò, patet ex frequentissima omnium resolutione, precariū ita expressim constitutū, vt ad voluntatem concedentis eo alter vtatur morte cōcedentis finitū esse, & extingui absque aliqua hæreditis reuocatione, quod notant Abb. nu. 6. in. d. ca. vlt. de precar. Paul. Castr. in. d. l. Lucius. Dec. in. d. l. contract. nu. 13. idem præmittunt omnes, qui præmissas conclusiones tradidere, Bar. excepto, nā is subobscure loquitur. Quibus obiectur tex. in. l. 1. ff. de precar. quo in loco iurisconsulti uetus asserit, precariū manere firmum quādū patitur, qui concessit. hoc ipsum probatur in dict. ca. vlt. patientia autē idē est, quod voluntas, quæ per mortē concedentis cessat: igitur falsum est, quod diximus, simplex precarium morte concedentis nō extingui: vel expressim datum ad voluntatem concedentis, etiam post mortem manet donec ab hæredibus reuocetur. Vt rurisque vero recessissimæ omnium sententiae refragatur. Quam ob rem iurisconsulti verba in dicta l. prima, si ita sunt interpretanda, vt cum sensum habeant: quādū patitur, qui concessit, id est, quandiu qui concessit illud non reuocauerit, nec pœnituerit. ex codice iurisconsulto. in. l. 2. §. primo. de precatio.

Etenim jurisconsultus patientiam appellat illam voluntatem, taciturnaque consensum, qui constat ex eo, quod non contradicitur. l. qui patitur, ff. mandat. Nan licet inter consenū, & contradictionem sit medium quoddam: nempe taciturnitas, vel patientia. l. prima. §. sc̄tiām. ff. de tributo. Et ideo quouies consensus expressus legi requiratur: non taciturnitas, nec patiē-

tia: secundum Innocen. & Doctor. præsertim Fe  
lin. columna secunda. in capitul. Nonne. de præ  
sumptio. atque idem erit. vbi ab statutis. quæ stri  
ctam habent interpretationem. consensus simpli  
citer exigatur. siquidem expressus erit necessa  
rius: quod ex eisdem Doctoribus colligitur: tra  
duntque Bald. Imol. Alexan. & alij in l. secunda.  
§ voluntatem. ff. soluto matrimo. vbi Francisc. à  
Ripa columnna prima. scribit. hanc opinionem  
communem esse. Attamen iam semel constitu  
to precario: ad eius vim. & effectum. vt denique  
maneat. sufficiet voluntas illa tacita. quæ ex pa  
tientia dū constituens illud non reuocauerit. de  
ducitur: atque ita sunt intelligendi tex. in dicto  
cap. nonne. & in reg. is qui tacet. & in reg. qui ta  
cet. de regul. iuris in. 6. Quamobrem in specie  
ista. quam examinamus. ego discrimen consti  
tuo: an lex ipsa dicat. precarium manere firmū  
ad voluntatem concedentis. & donec ipse volue  
rit: an i. l. expressum à cōcedēte additū conceſſio  
ni fuerit: vt priori casu precariū morte cōceden  
tis minimē finitū sit: posteriori verò absq; vlla re  
uocatione h̄eredis. sola morte cōstituētis pereat.

Adhuc aduerius communem sententiam op  
ponitur iurisconsulti resþosum elegans in dicta  
l. Lucius. Titius. inquit Sc̄auola. epistolam talē  
misit. ille illi salutem Hosptio illo. quandiu vo  
lueris. vtaris in superiorib; s̄is diætis omnibus gta  
tuito: idque te ex voluntate mea facere. hac epi  
stola notum tibi facio. Quero: an h̄eredes eius  
habitatione eum prohibere possint? Respondit.  
secundum ca. quæ proponerentur. h̄eredes eius  
posse mutare voluntatem. vides igitur. lector  
optime. precarium. nam de eo tractat iuriscon  
sultis iuxta communem interpretationem. con  
stitutum expressim ad voluntatem concedentis  
& tamen iurisconsultum præmittere. id etiam  
post mortem manere. donec ab h̄eredibus fuerit  
reuocatum: esseque necessariam h̄eredum re  
uocationem. Quidam sanè censem Sc̄auolæ re  
sponsum de donatione. accipiendum esse: quia  
id possum facit sub Rubrica de donationibus:  
quod mihi non placet: cùm donatio perfecta re  
uocari non valeat: at si dixeris in ea specie reuoca  
ri putuisse. vel ex eo. quod collata fuerit eius  
vis in voluntatem donantis. vt ad eius volunta  
tem firma maneret. non tollitur ex hoc difficul  
tas: siquidem adhuc constat ex Sc̄auola. pre  
carium. vel donationem. cuiusvis. & usus ad vo  
luntatem concedentis fuerit collatus. ipsius  
morte non extingui. Quamobrem ego cen  
so: illa verba. ex voluntate. non significare

idem quod illa: ad meam voluntatem. ve lqua  
tenus mea voluntas tulerit: sed simplierer con  
sensum donantis. & concedentis ostendere. &  
manifestum facere. Quod & Alciato viñum est  
in l. secunda. ff. si certum peta. verb. commoda  
tum. tametsi is contendat dict. l. Lucius. in dona  
tione: non in precario esse accipiendam. Fit igit  
tur secundum hunc sensum. vt in dict. l. Lucius.  
nihil probetur contrarium communi Doctorū  
opinioni. Fortassis quibusdam placebit omis  
sa omnium sententia. precarium etiam expre  
sim ad voluntatem concedentis cōstitutum. e  
ius morte minimē perire. nec extingui donec ab  
h̄eredibus reuocetur: & hi quidem ad huius rei  
probationem ea verba: ad voluntatem meam: &  
illa. quatenus mea voluntas tulerit: speciali qua  
dam ratione perpensa precarij propria natura:  
interpretabuntur. id est. donec reuocauero. Et  
ideò ex l. 1. & 2. ff. de precario. probata hac inter  
pretatione dicendum erit precarium siue simpli  
citer. siue ad voluntatem concedentis constitutum:  
mōrte ipsius concedentis nequaquam extin  
gui. donec ab h̄eredibus reuocetur. Nam & Bar  
to. in dict. l. centesimus. §. vltim. num. 10. tractans  
quætionem illam. qua queritur de intellectu  
sententia iudicis mittentis aliquem in exilium  
ad eius voluntatem: inducit argumentum expre  
carij natura: quasi velit. precarium morte mini  
mē extingui. etiam si expressum cōcessum sit ad  
voluntatem constituentis. Rursus idem Bartol.  
in l. Attilius. ff. de donationib. in princip. sensit  
in dict. l. Lucius. precarium constitutum fuisse  
ad voluntatem concedentis expressim ea lege ap  
posita: citatque text. in l. quarta. ff. locati. quæ vo  
luntatem morte extingui probat. etenim insi  
nuat Bartol. in dict. l. Lucius. sola morte consti  
tuentis precarium finiri absque h̄eredis reuoca  
tione. quod omnino aduersatur iurisconsulto. &  
omnium interpretum iudicio. cùm inibi permis  
sum sit h̄eredibus mutare voluntatem conceden  
tis precarium: vnde planè constat ante hanc mu  
tationem precarium etiam mortuo constituen  
te. manere. & validum fore: quemadmodum re  
sponsum est in l. quæsum. §. primo. ff. de preca.  
quem text. Alberi. & alij in dict. l. Attilius. citat  
ad intellectum dictæ. Lucius. Sed nihilominus  
tutor est ea sententia. quæ frequentiori calculo  
ab eo text. deducitur. Hactenus ostendimus. pre  
carium nec morte concedentis absque h̄eredis  
reuocatione extingui: nec manente precarij na  
tura irrevocabile posse fieri. Nunc illud erit ob  
scrutandum. quod etiam si precarium liberè re  
locari.

uocari possit: ea tamen reuocatio non potest statim, & ita promptè fieri, vt prorsus omni vnu, & commodo priuet illum, cui precarium concessum est: imò potius cum damno afficiat. obstat etenim tunc exceptio doli aduersus reuocatēm: ea siquidem concessio beneficium est, quo iuuari debet accipiēs nō decipi. l. in commodato. §. cūm autem ff. commodat. & sic aliquod spatiū vtendi, & reddendi rem precario concessum, in est arbitrio iudicis: qui ex causa iusta statim eam reuocationem permittam esse censerit. quod in specie voluerunt Panormitan. in dicto capitulo vlti. de precar. numero decimotertio. Alexan. in l. si pœnam. ff. de verborum obligat. Iason in. §. sequens. Inst. de actioni. numero vigesimoquinto. Francis. Purpu. in. l. secunda. in prin. numero vigesimoctauo, & ibi Curtius Iunior. numero decimonono. ff. si certum petatur. & Carol. Molinæ. de contractib. quæstione octuagesimateria. numero. 630. argumento eius, quod Bart. tradit in dicta. l. pœnam. scribens, mutuum p̄fētum alicui nullo definitio tempore: nō posse statim peti: sed post tempus arbitrio boni viri æstimandum. Hanc Panormi. sentētiā æquissimā esse opinor, & iure probari, quanuis contrarium tenuerunt Barb. in dicto capit. vltim. Deci. in. l. in omnibus. in. 1. & in. l. contra. nu. 9. ff. de reg. iii. & Alc. in. l. 2. ff. si cert. petat. verb. cōmodatum.

**Opere** pretium tamē erit, vt & prænotata maturiūs intelligātur, inquirere, quod discriminēt inter precarium, & commodatum. ¶ Nā Bart. in l. in commodato. §. sicut. ff. cōmodat. scribit cōmodatum fieri ad certum vsum, & tēpus atque idē non posse intempestiū ante finitum tempus reuocari: quia esset decipere, & damno affice re cōmodatarium. dict. §. sicut. c. vnico. §. cōtra. de commodato. at precarium autem non sit ad certum vsum, nec ad certum tempus: & ea ratio ne liberè posse reuocari. Quæ quidem ratio nō placet. Pan. in. d. c. vlti. cum & quandoque precarium constituatur ad tempus certū, & sic ad determinatum vsum: & potest nihilominus ante finitū tempus reuocari. l. in rebus. & in. l. cūm precario aliquid datur. ff. de precar. qua ratione idē Panormi. & Imola in dict. ca. vlti. aliam differentiam inter precarium, & commodatum constituant: quod commodatum detur ad certum, ac determinatum vsum, qui quidem vñus expressè, vel tacitè habet tempus itidem certū, intra quod reuocari nō potest. ita sane colligitur ex. l. 2. C. commodat. & dict. §. sicut. gl. ibi & in dicta. l. 2. vbi Cinus, & omnes. Panormitan. in dict. ca. vlt.

columna vlti. de precario. Iason in. §. sequens. n. 29. de actioni. Alberi. in dicta. l. Attilius. Precariū autem datur ad vsum indefinitū, & indeterminatum, ita quidem vt licet detur ad certū vsum is tamen indeterminatus, & incertus censeatur ex eo, quod nec tacitè nec expressim habeat tēpus certum. Quamobrē reuocari libere potest, secundum eosdem: quod probatur in dict. l. Luccius. iuxta communem eius interpretationem. Sensit Hanc differentiam Bart. communiter receptus in. l. 2. in princ. ff. si cer. pet. Bal. item. in. l. 2. C. cōmod. & Constantinus Harmenopolus. lib. vlti. Epitome iuris cijulis. tit. 2. super. l. cōtractus ff. de regu. iur. Hæc igitur discriminis ratio tendit ad hoc, vt in dubio quid precariū, quod cōmodatum sit cognoscamus: at vbi ex verbis, & mente contrahentium appareat quid agere vellint: tunc ea, quæ contra substantiam illius actus apposita fuerint, actu ipso manente valido reiciuntur: nec ex his mutatur ipse contractus, nisi eā mutationem cōmodè patientur verba contractus, & ipsorum contrahentium mens: quod deducitur ex Bart. in. l. vbi ita donatur. ff. de donatio. caus. mort. cuius ipse latius memini in rubri. de testament. secunda parte. numer. 11. atque eadem ratione erit aptāda interpretatio iuris cōsulto in dict. l. cūm precario. parte. 1. cuius mentionem fecimus in principio huius capit. 7

Adeò quidem commodatum ad certū, & destinatum vsum fit, vt si quis re cōmodata vta tur ad aliud, quād quod sibi cōmodata fuerit 8 vel certi, ac p̄scripti vſus & limites excesserit: furtum commisisse dicatur. l. qui inuenta. ff. de fur tis. §. furtum autem. Institu. de obligationi. quæ ex diliç. nascuntur. sicuti & qui vtitur re deposita contra voluntatem deponentis furtum com mittit. l. qui furtum. ff. de condic. fur. l. tertia. C. deposit. idē in eo, qui vtitur pignore absque domini volūtate. l. si pignore. ff. de furt. imò & dāna tus hac ratione, & ex hac causa, efficitur infamis l. qui depositum. C. depositi. Panormita. per tex. ibi in capitulo primo. de deposit. scribit etenim Valerius Maximus libro octauo. capitulo secundo. quandam furti damnatum fuisse, quod equo cuius vſus vſque Aritiam cōmodatus fuerat, vltiore eius cliuio vectus esset. idem iuris cōsultus respondit in. l. vt si certo. §. sed interdū ver. quinimò. ff. cōmodati. Quinimò & qui aliter re cōmodata vtitur, non solum cōmodati, vērum furti quoque tenetur. his accedit Regia. l. 20. titul. decimotertio. par. 5. que vt creditor pig nore vti possit, exigit, quod ex eo vſu res deterior

minime efficiatur; & cōsensum debitoris tradit & Catelli. Cotta; dictione; Furtum. idem probatur in l. prima: §. si rem. in secundo. ff. deposit. & l. tercia. C. eod. titu. quas decisiones latē expedit Carol. Molinæ de contract. question. 83. Hęc verò iudicia; quibus quis damnatus fuerit furti; eo quod cōmodatum iumentum aliorū duxerit; quam quō vtendū acceperat: vel rem depositam: aut cōmodatam vēdiderit; eave vſus fuerit ad aliud; quam accepit; veluti secura; & nimis grātia rētulit Valeri. Maximus dicto capitulo secundo. & post eum Aulus Gellius libro septimo. & noctium Atticar. capit. decimōquinto. Quamobrem Ioannes Faber in l. prima. Cide pigno. actio. censet hac in controvērsia; actio nem furti minime locum obtinere: si comodatarius aut creditor; aut depositarius vtatur re cōmodata; pignore; vel deposito eo vſu; cui proprię res ipsa dēstinetur; & ad quem dōmīnus ipse his rebus vti solebat; hoc potissimum deducitur à prēsumptā voluntate dōmīni. Nām vt Fabri sententiam explicemus; ego atbitor; quod si creditor vtatur te pignori data eo quidē vſu; quō vti solebat dominus ipse: nec res ipsa effecta fuerit deterior ex eo vſu: minime teneri ea ratio ne creditorem; nec furti; nec alia actione. At si ex hoc vſu facta sit res deterior: sitq; vſus ipsi rei cōueniens: nempe cūm ipsa ad illum ex propria natura dēstinata fuerit; vel contumeli; ac frequētiori ipsius domini consuetudine: tunc creditor; aut depositarius tenetur ad illud detinētū; actione quidē ex contractu: non ex delicto: prēsumitur etenim ex his causa attēta Fabri opinio ne; dominum permīssurum; & id non fuisse factū eo initio. quod sensit gloss. in dicto. §. sed interdūm. sensit dict. Regia. l. 20. in princip. verū si ex vſu ipsius rei; & attentis alijs circūstātijs colligamus creditorem; cōmodatarium; aut depositarium vſum fuisse re deposita; cōmodata; vel pignore inuitō domino; scilicet; eo nō permīssiro; locus erit actioni furti iuxta easluris consultorū decisiones; quas paulo antē adduximus. Et tamē adhuc in hac specie censeo; iudicem omnino debere iudicium; & eius seueritatē ac rigore temperare. ita quidem; vt absque lēsione; & dāno ipsius domini pēnā huius criminis bēnignitate quadam molliat; miteniq; efficiat: cūm & si furtum hic cōmīssum esse constet: id tamē non omnino in honestum est; nec commutari debet inter ea furti; quae legibus; & recipubicē institutis praua; & pernicioſa censentur: & ideo molliquadā pēna furtum hoc puniendū est. quod

sensit Philip. Corn. cons. 274. libr. 3. versic. & potissimē. Sic sanē vel ipsa iudicis sententia ex hac cauſa damnatus erit ab infamia liberandus: aut saltem & si hoc à iudice omisso fuerit; eius sententia erit in eum modum accipiēda; vt minimē iudicetur infamis; qui per eam furti; hac ratione cōdemnatus fuetit: eodem pacto iudicis recti arbitrio relinquendum erit: sit he locus in hac specie septupli pēna; quę in his regnis plerunque indicitur furtibus. Etenim inspectis circūstantijs personarū; rerum; loci; & tēpōtis à septuplo iudex abstinebit: cūm de hoc iudicio tractauerit.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Collatio Canonice absque corporali possessione; ius perfectum tribuit post acceptationem: & inibi intellig. cap. si tibi absenti. de præb. in. 6.
- 2 Collatio beneficij potest fieri ea conditione; si vātāt.
- 3 Acceptatio illius; cui collatum est beneficium omnino necessaria est; vt illi adquiratur.
- 4 Acceptatio nō potest fieri per procuratorem absque speciali mandato. & quid de laico; & excommunicato?
- 5 Acceptatio facta ab eo; qui mandatum non habet; rata haberi potest: modō ratihabitio fiat intra tempus datum ad acceptandum.
- 6 Habens Canonica collationem potest administrare propria autoritate ante apprehensionem possessionis.
- 7 An possit quis propriā authoritate capere possessionem beneficij? & intell. l. si quis in tantum. & l. vlt. C. unde vi.
- 8 Ad quem pertineat traditio possessionis corporalis in beneficij?
- 9 Possessio beneficij apprehendi potest per procuratorem habetē mandatum generale.
- 10 Possessio beneficij qualiter adquiratur? & an per inuestitū tradatur? item an possit in conspectu beneficij apprehendi? & nu. sequenti.
- 11 Intellexus l. clavis. ff. de contrahend. emptione.
- 12 Traditio instrumenti; sicut inducat acquisitionem possessionis: & inibi intellig. l. 1. C. de donat. l. item Paritarum; & Taurina constitutionis.
- 13 Possessio beneficij apprehensa ipsa Ecclesia; a qua titulum & nomen beneficium habet; transfert etiam possessionem omnium rerum ad beneficium pertinentium.

Tom. j. Var. Reso. Fff Possel-

# Variarum Resolutionum

## Possessio beneficij Ecclesiastici quonam pacto iure adquiri possit.

### C A P . x v i .

**B**E N E F I C I O R V M  
Ecclesiasticorum vera acqui-  
sitionis bifariam consideratur: pri-  
mū etenim quo ad ipsius titu-  
li ius: deinde quantum ad  
possessionis propriam acqui-  
sitionem: siquidem cōstat, posse quem beneficij  
ius & titulum habere, qui tamen eius possessio o-  
nem adhuc minimē nactus fuerit: quippe qui eā  
nondum apprehenderit. Quantum ad primam  
partem attinet, receptissimū est, sola Canonica  
collatione absque traditione possessionis eiusq;  
apprehensione ius in Ecclesiastico beneficio ad-  
quiti, ipsamque & collationē ius in re tribuere.  
tex. optimus in ca. vlt. & ibi Anch. Domini. &  
Francus. de concess. prēb. lib. 6. glo. communiter  
probata in ca. pen. verb. collatio. de prēbend.  
in. 6. Dinus in regu. 1. num. 8. & in reg. qui prior.  
de regu. iur. Iason in l. quoties. col. 3. C. de rei vē  
dic. requiritur tamen acceptatio illius qui colla-  
tionem sibi Canonicē factā habet. tex. est in ca.  
si tibi absenti. de prēbēd. in. 6. a quo satis expres-  
sim colligitur, solam collationem beneficij abs-  
que possessionis apprehensione, ius in re & per-  
fēctum tribuere: postquam ille, cui collatum fue-  
rit beneficium, eam ratam habuerit: etenim ex  
hoc proprium ipsius dicitur beneficium. Addit  
præterea Summus Pontifex, etiam ante accepta-  
tionem istam, eum qui beneficium cōtulerit ab-  
senti vel presenti, minimē posse eam collationē  
reueocare, nec beneficium hoc alteri cōferre, quod  
speciali quadam ratione procedit: nā & si is, qui  
absenti causa donationis mittit rem aliquā, pos-  
sit p̄enitente ante absensis acceptationem. l. lecū  
da. §. sed & si quis donatus. &. l. absenti. ff. de  
donationi. id verum est in libera donatione, &  
quia donator minimē tenetur donare: non sic  
idem erit in eo, quia ratione officij conferre bene-  
ficia tenetur: etenim semel facta collatione, fun-  
ctus est officio suo. l. iudex. ff. de re iud. Quāobrē  
etiam ante acceptationem p̄enitente non pote-  
rit secundum Panormi. in ca. accedens. colum.  
1. de prēb. eundem in cap. publicato. colum. 3. de  
electio. & consilio. 11. lib. 2. Bart. Paul. & Imo. in

dict. l. absenti, qui hanc differentiam constituūt  
inter donationem & beneficiorū Ecclesiastico-  
rum collationem: quae in conferendo ad liberali-  
tatem non pertinet: licet possit videri collatio  
ista, donatio quādam impropria respectu illius,  
cui fit: cūm ei non teneatur p̄ecise Pr̄elatus be-  
neficium concedere, iuxta gloss. & ibi Docto. in  
capitul. relatum. de pr̄eben. glo. in. §. ex his. 23.  
quæstione sexta. Abb. in capitul. tuis. numero. 4.  
de pr̄ebend. Deci. in cap. cūm accessissent. col. 1.  
de consti. Abb. in capit. vltimo. de donatio. Frā-  
cis. de Ripa in. l. vltim. quæstio. 48. C. de reuocā.  
donatio. Imò hoc ipsum obtinet, siue p̄esenti  
fiat collatio, siue absenti. tex. in dicto capitul. si ti-  
bi absenti. siue fiat ignorantia: quod probatur in  
ca. gratia. de rescript. in. 6. adeò quidem, quod si  
exequitor Apostolicus conferat beneficium ali-  
cui ea conditione expressa, si vacat, collatio te-  
net, ex eaque adquiritur beneficium, modò id ve-  
rē vacauerit tempore collationis. quāuis vterq;  
cōferens, & is, cui collatum fuerit, ignorauerint  
ipsam vacationem, secundum loan. Andr. loan.  
Mona. & Probum post alios in dicto capitul. si ti-  
bi absenti. Bal. in. l. 3. columnā vltima. C. de sent.  
quæ sine cert. quant. profert. nec quidquā impe-  
dit ipsam & collationem conditio illa, si vacat, si  
quidem quanvis ab inferioribus electio fieri nō  
possit sub ea conditione, si vacat, glo. in capit. 2.  
de electionib. in. 6. versi. incerta. collatio tamen  
valet ita facta, & fieri potest. Domi. in dicto capi-  
tulo secundo. Lapus allegatione. 6. Fel. in capitu-  
lo. cūm contingat. columnā penultima. de offi-  
cio delegat. loan. à Selua de beneficio. 3. par. que-  
stione. 20. Ludouic. Gometi. in regu. de verisimi-  
li notitia obitus. quæstione prima. in princip. etiā  
si Decius in. l. actus. columnā vltima. ff. de regu.  
iur. hanc diff̄erentiam improbet, existimans col-  
lationem istam hac conditione factam nullam  
esse: cūm inducat incertitudinem quandam. Nā  
in electione loquitur text. in dicto capitulo se-  
cundo. qui certitudinem in electionibus requirit  
quem commendat. Felin. in capitulo. cūm ex of-  
ficij. columnā penultim. de p̄escriptio. atque ita  
Ludou. Gometi. in di. reg. testatur, hanc diff̄e-  
rentiam, & differentiam coniuncti omnium cō-  
sensu receptam esse. Ipse verò Romanus Ponti-  
fex dubio procul potest beneficiorum collatio-  
nibus conditionalibus vti. gloss. 3. in capit. si grati-  
osē. de rescript. in. 6. quam dixit sing. Feli. in ca-  
pitulo vltimo. columnā tertia. de iud. notat Abb.  
in capitul. si confiterit. numero secundo. de ac-  
cusatio. explicat Martin. Azpilcueta vir doctissi-  
mus

mus in capitulo. si quando de rescript. columnā tertia. &c. 4. & hoc quidem etiā quo ad propriā, & veram conditionem apertissimi iuris est: illa e tenim conditio, si vacat, vera conditio non est cū actum minimē suspendat. l. institutio talis. ff. de condit. insti. l. itaque. ff. si cert. pet. Doct. præsertim Soci. Iason. & Decius. l. cū ad p̄fens. ff. cod. gl. singul. in. l. si sic. §. i. ff. de legat. l. Est igitur acceptatio necessaria, vt sola Canonica collatione beneficiū Ecclesiasticum fiat acceptantis, absque possessionis apprehensione. Quo sit, vt si Romanus Pontifex beneficiū eius collationi reseruatum + alicui cōtulerit, & is ante acceptationem mortem obierit, adhuc maneat reseruatio salua, & int̄egra, nec beneficium vacet obitu illius, qui eius collationem nondum acceperat. Sic beneficium vacas in curia Romana collatum alicui, qui ante eius acceptationem extra curiam moriatur: adhuc vacat in curia: nō per mortem illius, cui collatum fuit: quod expressionem tenet Oldř. consilio quinquagesimo septimo. Collectar. in capitul. Ecclesia vestra. numer. 10. de sortileg. Domi. in capitulo secundo. de p̄b. in. 6. columnā vltim. Speculat. & Ioan. Andre. in rub. de actione & petitio. §. penultim. Ludovic. Gometi. in regul. de trienali poss. quæstione. 30. numero secundo. cū alioqui collato beneficio reseruato, & eius acceptatione facta, reseruatio expireret, etiam ante apprehensionē possessionis: secundum eosdem, & Innoc. in capitul. primo. & in capitulo ex parte. de concess. p̄b. Oldř. consilio. 136. quorum opinio communis est teste Ludou. Gome. in dicta quæstione. 30. idē tenet Lapus allegatio. 127. Calderi. consil. 10. tit. de p̄ben. Domi. consil. 93. Eadem ratione per mortē illius, cuius aliqua ex causa beneficia sunt Romano P̄fici reseruata, minimē vacabit beneficium eidem collatum, si eam collationē nondum acceptauerat: qui od notat Domi. in dict. c. 2. de p̄b. in. 6. col. vlt. Gometi. in regul. de familiari. Cardi. quæstio. 24.

Hac autem acceptatio beneficij fieri poterit non tantum ab ipso, cui collatum fuerit beneficium: sed & ab alio eius nomine: mōdō is habeat speciale mandatum. glos. in dict. c. si tibi absent. quam Doct. inibi probant +, & sequuntur: idē glos. in Clemen. vnica. de concess. p̄b. verb. p̄fenti. Rota antiqua. 323. Archi. & Ioan. Andre. in cap. n̄e captandę. de concess. p̄b. in. 6. Ioā. Staphile. de literis grat. & iuit. pagina. 96. Sat tamē erit mandatum speciale ad acceptidū beneficia Ecclesiastica: licet speciatim aliquod beneficium

minimē fuerit nominatum. sicut notat Ioan. Andre. Abb. & Imola in capitulo. accedens. de p̄bend. Nicola. Milis verb. procurator. columnā septima. Doct. communiter in dicto capitul. si tibi absent. Rota in antiquis. 529. vbi tradit, admittendum esse mandatum generale ad acceptandum & permittendum quæcunque beneficia. idē equidem obtinet & in mandato ad resignandum: tametsi æquisiū sit, ad resignandum requiri mandatum particulare in individuo: vt notat Carol. Molinæ. ad edictum Henrici Regis, arti. 10. gloss. 2. satis tamē sit, quod ad acceptandum sufficit mandatum speciale quo ad causam. Nec poterit collator beneficij p̄nitere: quod manifestissimum est. meminit etiā Felin. in ca. nonnulli. §. sunt & alij. num. 46. gloss. in dicto capitul. si tibidum ea in verb. habuerit, tractat de hoc speciali mandato. imo & speciale mandatum ad acceptanda beneficia, sufficiens est ad acceptandum illud, cui animarum cura incumbat: authore Imola in dicto capitul. accedens. columnā tertia. quem sequitur Staphilæus in dict. tract. de literis gra. & iuit. Folio. 50. columnā secunda. Mandatum autem generale nequaquam sufficit ad hanc acceptationem, quanvis cocessum sit cum libera administratione: quemadmodum placet Felino in dicto numero quadragesimo sexto. & Rota antiqua. 535. illud profectò hac in quæstione obseruandum erit, hoc mandatum speciale ad acceptandum beneficia Ecclesiastica: etiā laico concedi iure posse: secundum Ioan. Andre. & Abb. in dicto capitul. accedens. Rota in antiquis. 104. & 413. Ioan. Andre. & Francus in capitul. quod alicui. de regul. iuris in. 6. Dominicus & Francus in capitul. primo. de procuratorib. Staphilēum dicta pagina. 96. cū ea acceptatio nihil aliud sit quam declaratio voluntatis, quae à quocunq; fieri potest. Nā & si beneficium conferri excommunicato non possit. capit. postulasti. de cleric. excommunic. ministr. nihilominus excōmunicatus collationem beneficij factam sibi ante excommunicationem rātam habere poterit, & acceptare. Rota in notis. 195. & in antiquis. 126. & in antiquioribus, vltima. titulo. de sentent. excōmunic. Cardin. consili. 103. Rursus Rota. antiqua. 720. Rebuffus in concordatis. titulo. de excom. non enit. Ludovic. Gometi. in tracta. expectatiū. numer. 60. quoniam cōtrariam sententiam in hac specie veriorem esse cōfiteant Cardi. in dicto capitulo. postulasti. & Alciat. eo non citato in ca. i. de iudic. num. 12. quorum opinio ex eo cotuit, quod acceptatio nihil iuris tribuat

in ipso beneficio sed tatum declarat consensum illius, cui beneficium collatum fuit: qui quidem consentius necessarius est tex. in capitul. nisi cum pridem col. penulti. de renuntiat. Ego vero non diffiteor, immo iure certissimum esse conseo, ministerio laici posse illum, cui facta fuerit collatio beneficij, eam acceptare. At id est in excomunicato, ut is beneficium ante excommunicationem sibi collarum acceptare possit, mihi, ut in genue fatear, dubium videtur. nam licet ex collatione ius. in beneficio detur: id tamen non adquiritur, donec acceptatio fiat: text. est in dicta caput. si tibi absenti. in prin. vnde tempore acceptationis adquisitio iuris spiritualis fit: que excommunicato minime potest conuenire: qua ratione & si opinio Rotae magis communis sit, vt fatetur Mart. Azpilcueta in capitul. si quando, columna trigesima prima. de rescript. mihi profecto non omnino placet. Nisi quispiam dixerit, acceptationem beneficij factam ab excommunicato validam esse, & efficacem quo ad voluntatis, & consensus declarationem: non tamen quo ad iuris acquisitionem: ita quidem, vt beneficium ipsum minime adquiratur ratione huius acceptationis, donec excommunicatio abolitione extincta fuerit: tunc autem absque noua acceptatione prorsus adquiri. Quod probari potest auctoritate decisionis Rotae in antiquis. 33. que licet premitat: habentem literas ad beneficia vacatura, posse, etiam si excommunicatus sit acceptare beneficium vacans, & sub eius literis comprehensum: afferit tamen collatio: ex vi huius acceptationis fieri non posse donec is absolutus sit ab excommunicatione. Ad eandem rationem expedita erit decisione Rotae in nouis. 195. que agens de intellectu text. in capit. ultimo. de consuetudine. ill. 6. tradit eam optionem cuius inibi mentio fit, ab excommunicato fieri postea: est etenim id iure verum quantum ad esse etiam simplicis declarationis: non autem, vt ex ea collatio fiat, nec ius adquiratur. Proxime dictis accedit, quod & laicus potest procurator constitui ad reuocandum beneficio Ecclesiastico in favore cuiuscunque personae per eum nominandem. Quia ius in ipso beneficio minime traditur a laico renuntiante, sed a Romano Pontifice conferente beneficium vacans per renuntiationem. Sic sane in specie adnotauit Carol. Molin. ad dictum Henrici Regis. §. 10. gloss. 2. num. 13. quanuis plurimum obliter Panor. sententia in ca. causam que, col. 1. de elect. qui de mandato eligendi contrarium respodet. Nam electio ius maximum tribuit electo, arguere ideo non potest committi laico, e-

lectio ad beneficia Ecclesiastica, vnde poterit ex hoc discrimine defendi opinio Caroli.

Cæterum si quis nomine abscentis, cui est collatum beneficium, eam collationem acceptauerit absque mandato: sequuta postmodum ratificatione: beneficium à die acceptationis acquisitum censemur. regul. & ratificationem. de regul. iur. Nam & in his, quæ mandatum speciale exigunt, ratificatione locum obtinet, & admittenda est. text. optimus in capitul. Ultim. de iure iur. in. 6. que preter alios ad hoc cit. Angelus in. l. nec filius. C. de reb. credit. text. item in. l. quod si de speciali. ff. de minori. notant Bald. in. l. si maritus. C. mand. Alexand. consilio. 78. libro quinto. Felin. in capit. sicut. in. 2. de simonia. colum. vlti. Iason. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. nu. 36. ff. de adquirend. hered. Decius in. l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iur. numero. 7. idem consil. 281. quorum opinio dubio procul communis est ac iure verior: quanvis Panormit. in dicto capit. accedens. columna secunda. teneat, tantum à die ratificationis ius adquiri: non à die acceptationis: citat glo. in capitul. quam sit. de electio: in 6. que mihi hoc non probat: tametsi ea singularis sit: dum censem, ratificationem omnino fieri debere intra terminum datum ad acceptandum. quam glo. ad hoc adnotarunt Docto. ibi. Felin. in dicto. §. sunt & alij. numero quadagesimoquinto. & Rochus Curtius de iure patro. verb. honorificum. numero vigesimo sexto. probat text. elegans in. l. bonorum. ff. rem. rat. hab. quem expendit late Deci. in dicta. l. semper qui non prohibet. vnde ad secundam partem text. in dict. ca. si tibi absenti. cum Praelatus beneficium absenti eodem fecens ei diem ad acceptationem constituerit: operetur acceptationem fieri, vel factam ab alio ratetur haberi intra eum diem: vt beneficium ab eo, cui collatum est, adquiratur: alioqui collator poterit id beneficium alteri conferre: sicuti in eadem constitutione satis in specie probatur. Et tamen acceptatio, vel ratificatione facta post diem à Praelato constitutum, proderit ad beneficij acquisitionem: modò res integra sit: quia Praelatus tempore huius acceptationis, vel ratificationis nondum beneficium hoc alteri contulerat: quod in specie asseruerat iure verissimum esse Francus in d. ca. si tibi absenti. post alios ibi.

Hactenus probauimus ex dict. capit. si tibi absenti. sola collatione ius adquiri in beneficio absque corporali apprehensione possessionis. idem non tant Panormi. in capitulo. cum autem. & ca. lugdustum. de iure patro. Innocent. & alij in cap. inter cap.

ter cetera de præbend ex quibus tex. in dicto cap. cum autem & alijs qui tractat de prælatione in obtrinendis beneficijs & præsertim tex. in capitulo. quod autem de iure patro. quo in loco. expressum est in beneficijs potiorem esse eum. qui primò possessionem habuerit: sunt intelligendi omnino de possessione id est de Canonica institutione. cum planè iure probatissimum sit in his. que pertinent ad beneficia Ecclesiastica. nō esse præterendum eum; qui primò corporalem natus fuerit possessione sed eum. qui prius Canonicam collationem habuerit: quemadmodum post Dñm in regu. qui prior de reg. iur. adnotant. omnes in dicto capitulo. si tibi absenti quoru opinio communis est. Quod si habens collationem Canonicam absque possessione administrare vellet poterit id facere optimo iure modo alius non sit in possessione beneficij: tunc etenim si administraret spoliatus propria authoritate possessorum. sicuti censent Abb. in ca. transmis. colonna tertia. de elec. per tex. ibi. atque idem tenent Inno. & Doct. ibid. Auferius. & Capella Tholosan. 44. Nicolaus Milis. verbo. possessio versicu. possessio beneficij idē Pantormi. in capitu. cum super de caus. poss. & propri. Domin. & Francus in capitulo. eum qui de præbend. in. 6. Fred. consil. 234. Ripa in cap. saep. nu. 69. de restitut. spoliat. optimus tex. in. c. auaritiae. de elec. in. 6. quam opinionem fatentur communem esse Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. 2. part. questione decimaquinta. Franci. de Ria in libro. 2. respon. ca. trigesimo primo. Röchus Curti. de iure patro. ver. ius. quæst. quinta. Rebuffus in tracta. de pacificis possel. nume. 234. & 231. Lambert. in tract. de iure patrona. 3. parte. 2. libro. quæstione. 11. articulo sexto. Et probatur huius sententiae prior pars in dicto ca. transmis. sam. posterior vero in dicto ca. eum qui. quo de cism est. etiam habentes Canonicum titulum in beneficio. quod ab alio possideatur. non posse propria authoritate possidentem expellere. nec possessionem beneficij illius apprehendere: ea quidem apposita pena. ut sine ipso iure priuatis ipsius beneficij titulo. si contrarium fecerint. quam decisionem præter alios explicat optimè Ripa in capit. saep. de restituzione spoliato. numero 68. cui adde Rotam in nouis. 16. Est ratiōne necesse corporalis possessio etiam in beneficijs. nec sufficit verus. & Canonicus titulus. etiam cū administratione ad agendum interdicto. unde vi: ut spoliatus ante omnia restituatur: quod satis iure compertum est. & in specie post alios adnota-

uit Abbas in dicto capitulo. cum super column. 4. item & ad alios plures effectus. quos possessio vera. & corporalis ita dicit.

Secunda igitur huius capituli pars in eo versabitur. an propria authoritate is. qui collationem habet. absque Prælati licetia posse corporalem possessionem apprehendere: & quo pacto ea possidio adquiri valeat. Nam quibusdam visum est. habentem Canonicum titulum non posse propria authoritate possessionem beneficij apprehendere absque iudicis licentia. ita tandem tenuerunt Dñs in regula prima. de regulis iuris. in sexto. versiculo. & hoc ostenditur necessariò. Ancharr. in regula sine possessione. columnina vice-sima. de regulis iuris. Archidiaco. in capitu. eum qui de præbend. in sexto. Choisas in Pragmatica sanctione Gallicana. titulo de pacificis possessor. verbo. violentus. eamque opinionem probare conantur iuribus. & decisionibus. quibus vetitum extat utroque iure. que inquam etiam rei propria possessionem capere ab illo iudicis autoritate: & præsertim tex. in dicto capitulo. eum qui verum quia haec sententia non ita plane probatur. & fere communis omnium iudicio receptum sit. ante apprehensionem corporalis possessionis posse habentes iustum titulum. Canonicum. nemine possidente propria authoritate ministrale ipsi beneficio. & eius cura habere atq; exercere: sicuti paulò ante adnotauimus. operæ pretiū erit quæstionē istā propositis aliquot casib' distinguere.

Primus etenim casus tunc constituitur: cum Prælatus. qui beneficium contulit. quique potuisse corporalem possessionem tradere. non tantum simpliciter beneficium contulit. sed & ipsum. cui contulerat. aliquo signo investiuit. nempe pileo. nam in hac specie existimo. tacite data fuisse licentiam à Prælato accipiendi possessionem vacuam propria authoritate absque alio iudicis decreto. quod Abbas tenet in capitulo. autoritate. de institutionibus. Romanus singular. cœtesimotrice simo sexto. Lambert. de iure patronat. tertia parte. libro secundo. questione. 11. in princ. sensit Inno. in capitulo. secundo. de consuetud. quanuis Dñs in regula. 1. de reguli iur. in sexto. numero decimo sexto. contrarium sentiat. Cuius opinio posset obtinere. vbi Prælatus. qui contulit beneficium. non habeat potestatē tradendi corporalem possessionem. eo quidem iure ad alium vel consuetudine. vel Canonicis sanctionibus pertinenti. aut saltē Dñi sententia vera erit. quādo possessio vocans nō est. sed ab alio obtinetur: etenim non videtur rationi consonū.

quod Prelatus per inuestitaram dederit licentiam inuestito alterum spoliandi. ca. eum qui de praebend. in sexto. Opinionem autem Abbatis suffragatur Azonis decisio in Summa. C. de adquirenda possessione. à quo Soci. in. l. 3. in princ. num. 24. colligit, traditionem clauium factam extra conspectum rei: operari licentiam, & facultatem capiendi possessionem propria authoritate.

Secundus casus proponitur in eo, qui collationem Canonicam beneficij absque inuestitura solenni obtinuit: isque apprehendat propria authoritate possessionem vacuam, an puniendus sit, vel punitus censeatur poena dicti capituli. eum qui Et proculdubio ea constitutio in hac specie minime loquitur: sed tunc demum cum habet Canonicum titulum possessorem beneficij propria auctoritate expulerit, & possessione priuauerit: quod ex ipso text. communi omnium sententia deducitur: poteritque haec interpretatio comprobari auctoritate glo. in. l. vlt. verbo, per ignorantiam. C. vnde vi. quae communiter recepta scribit, poenam illius constitutionis nequaquam admittendam esse aduersus eum, qui propriam rem, & eam vacuam à nemine quidem possessam occupaverit: modò statim probet dominium. quam opinionem communem esse testatur Alex. in. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acqui. poss. lequitur eā itidem communem esse assecurans Ripa in capitulo. s. p. num. 65. de restit. spoliat. eandem tenet dicens communem Bald. in. l. vlt. C. de edicto diui Hadri. Toll. questione. 5. nu. 42.

His præterea suffragatur gloss. in. l. non est dubium. C. de legat. quae conser, legatariū occupantem rem sibi legatam etiam post aditam hereditatem, prius tamē, quam possessio fuerit ab herede apprehensa, minime amittere ius, quod habet in eadem re: tamen si heres possit possessionē interdicto, quorum legatorum, summario iudicio cōsequi. l. prima. C. quor. legat. quam distinctionem sequuntur Doct. præsertim Iason inibi. Deci. consilio. 243. Alex. & Iason in. l. si stipulatione. ff. de adquir. poss. atque ita erit intelligēda gloss. in capitulo ultimo. de success. ab intel. que vult, legatarium propria auctoritate occupantē rē sibi legatā hereditate iacēte, non amittere ius, quod in ea re habet. Addit tamen ipsa gloss. poenam. l. si quis in tantam. C. vnde vi. nō obtinere in eo, qui occupat res hereditatis iacētis. idē tenet gloss. in. l. vltima. C. vnde vi. verb. per ignorātiā. quam sequuntur ibi Docto. coiuuniter, vt fatetur eam sequutus Ripa. in capitulo. s. p. de rest. spo. numero quinquagesimo octavo. hoc ip-

sum probans, etiam post aditam hereditatē non dum apprehensa possessione per heredem. quod etiam tenuerunt Alberi. & Saly. in dicta. l. vltima contra Azonem in Summa. C. vnde vi. & Bart. in dicta. l. vlt. nu. decimo. mihi vero si iuxta predictas constitutiones pronuntiandum foret, potius placuerit sententia Petri, Oldra. & Alberi. qui in dicta. l. vlti. existimatunt, eiusdem legis pœnas etiam obtinere aduersus occupantē propria auctoritate res hereditatis iacentis: quan ipsamet hereditas representet defuncti, & domini personam: & saltem quo ad hunc effectum. dominū habeat: quod in specie lege Regia statutum est libro tertio. ordi. tit. decimoquarto. l. 1. obseruandum tamen est, harum legum & similium rigorem: nempe. l. si quis in tantam. C. vnde vi. cui cōueniunt. l. 1. tit. decimotertio. part. 5. l. secunda. tit. 14. libr. 3. ordi. communi totius Christiani orbis viu. & praxi antiquatum esse: quemadmodū constat, & testantur Specul. titu. derest. spoliat. §. 1. verit. item quidam. & Guillielm. Benedict. in ca. Raynuntius. de testam. verb. si absque libris. 2. nume. 184.

Oportet tamen prius, quam hunc secundum casum egrediamur, parūper immorari circa interpretationem tex. in dicto ca. eum qui. §. vlt. de praebend. in. 6. Siquidem ea constitutione cautū est violentos beneficiorum Ecclesiasticorum occupatores, omnino in poenam ipso iure priuari beneficijs, quae per violentiam occupauerint, etiam si Canonicum titulum in eis habuerint. Etenim tunc dicitur ad hunc effectum violenta occupatio: cum inuitis possessoribus, & eis contradicentibus capta fuerit beneficiorum possessio, licet possessores non fuerint conati resistere, secundum Lapum allegat. 127. Dominicum, Fracum, & Probum in dicto ca. eum qui. §. vlti. Innocentium in cap. cum nostri. de concess. praebend. in glo. credimus. & Oldra. consili. 319. colum. 1. l. si quis. ff. nē vis fiat ei.

Quod si quis lite controversa sententiam obtinuerit aduersus possessorem beneficij, ac literas ad eius exequationem, quas exequitoriales vulgus ita appellat poterit propria auctoritate, non tamen inuito, nec renidente possessore, possessiōnē beneficij capere: præsertim quia hodie solet in eisdem literis potestas haec capiendi possessiōnem propria auctoritate concedi. quod tradit Rota in nouis. 417. & Felin. in capitulo. de cætero. columnā vltima. de re iudic. modo apprehēsio possessionis fiat absque violenta: nē locum habeat poena dicti capituli. eum, qui. §. vltimo. vt pau-

Et paulo ante dicebam. Stylus autem, & praxis Romanae curie iure attentatorum reuocat possessionem propria authoritate apprehensam, vel etiam obtentam authoritate exequitoris electi: nisi ante eius apprehensionem fuerint ipsae literae ostenditae, denuntiatae, atque intimatae victo possessori. huius praxis meminere Felicem in ca. ad probandum numero sexto. de re iudi. expressius, & in hac spe eie Guillielm. Cassador. decisio. 6. tit. de caus. posse. & proprietat. Ludo. Gome. in regu. de subrog. collig. quæst. 4. & in reg. de Annali poss. q. quadragesimaquarta, & in reg. de trienna. q. 27. ex quibus constat, non adeo firmum & stablem esse hunc stylum, quin quandoque contrarium obtentum, & pronuntiatum fuerit.

Illud prætermittendum non est, occupantem propria authoritate beneficium, cuius Canonicum titulum habet, ab alio tamen possessum: nequam esse nec dici posse intrusum, tametsi violentus dici iure possit, si per vim possessionem apprehenderit, quod plurimum refert: plerique enim iure Pontificio quo ad intrusos statuta sunt, quæ in violentis possessoribus non ira obtinent. Et probatur haec sententia ex eo, quod intrusus in verè sit, qui accipit, vel retinet beneficium Ecclesiasticum, sciens nullum ius perfectum quidem sibi in eo competere. colligitur haec intrusi descriptione, definitiove ex cap. cum qui. parte prima de præbend. in. 6. capitul. cum iam dudum. de præben. Nicolao Millis verb. intrusus. Domini. in capitulo. propter. 19. distin. Decio consilio. 121. columna penultima. & vlt. & Felino in capitulo. in nostra. Carol. 2. de rescrip. Ludoui. Gometi. in regul. de triennali poss. questione quadragesima septima. constat præterea conclusio præmissa: quia etiam violentus beneficii occupator absque titulo Canonicum, intrusus non est, quanvis violentus sit cum non occupauerit beneficium sciens, se non habere ius in eo: potuit enim illud per vim occupare, & absque titulo, existimâs titulum Canonicum habere: quod expressim tenent Domi. & Fran. in dicto capitulo. eum qui. Ludoui. Gometi. in reg. de triennali poss. questione vndecima. in princ. & licet Nicol. Milis. verbo, intrusus non dicitur. afferat contrarium in hoc ultimo, erit intelligenda eius opinio, vbi occupatio facta fuerit ab eo, qui sciebat sibi titulum deficere. tandem id ex his apparet, quod habes Canonicum titulum, etiam si propria authoritate, & per vim possessionem apprehenderit expulso possessore non dicetur intrusus: tametsi dici possit violentus possessor: quanvis Ludo. Gometi. in regu. de

trienn. possel. q. quadragesima octaua. hunc esse intrusum iure communi, & ad juris Pontificij effectus afferat: cum priorem opinionem probaverint Domi. in dicto ca. eum qui. & ibi Franc. ac Millis in verb. intrusus videtur. quorum sententia præmissis rationibus comprobatur. Imò nec erit intrusus, qui beneficium sibi competens titulo Canonico, iam per vim ab eo occupatum retineat, sciens ipso iure per eam occupationem ius amissum proprium ex decisione dicti capituli. eū qui. §. vlti. quod ipso tradidi in Epitome de Spofali. 2. par. capit. sexto. §. octauo. numer. octauo.

Tertius casus ex præcedentibus deducitur, & in eo queritur, an aliqua pena puniēdus sit qui habens Canonicum titulum, propria tamen auctoritate apprehenderit possessionem beneficij, quæ quidem possessio a nemine obtinebatur: & an possit iure hęc apprehensio fieri? Et sane communis videtur sententia, quod ea apprehensio fieri iure possit: & nulla sit pena digna: quam opinionem admirerunt omnes, quos, post Panormita. in capit. transmissam: de electione. hoc ipso capite citauimus. veri. Hactenus. & Rebussus in tractat. de beneficijs. rubric. de missione in possessionem. numero quinto. scribens hanc opinionem communem esse, eamque probant ex codem capitulo. transmissam. quo decilium est post confirmationem, quæ titulum tribuit, posse confirmatum administrare, & officium dignitatis exercere: cui respondet Ancharr. in dicta regula, sine possessione. id verū esse modò auctoritate iudicis apprehensa fuerit possessio corporalis. quod probatur in capitulo. ad hęc. §. in quadam. de offic. Archid. dum ibidem scribitur, ad Archidiaconi officium pertinere mittere in corporaleni beneficiorum possessionem institutos ab Episcopo. idem in capitulo. vt nostrum. cod. titu. Regia. l. quarta. titulo sexto part. prima. Hostiens. in Summa de offic. Archid. §. quid sit eius officium. Panormit. in capitulo. dudum. de electionib. in. 2. idem Panor. in capitu. secundo. de excel. Prælat. & in consilio vigesimoprimo. libr. primo. Decus in capitulo. super eo. columna ultima. de off. deleg. Et quanvis in capitulo. licet Episcopus. de præben. in sexto. responsum sit, ad Episcopum pertinere missionem in beneficiorum possessionem. ea responsio poterit varie intelligi, non equidem de ipsa missione in possessionem corporalem: sed de sententia, aut decreto, quo Episcopus pronuntiat, institutum in possessionem mitendum fore, vel de ipsa corporalis possessionis traditione: cum Archidiaconus ab-

sens fuerit, se cūdum Dominic. in dicto ca. licet. Potest & ieridō intelligi ea decisio, vt procedat de cōsuetudine, quæ hodie obtinet aduersus Archidiacōnos: nam per eam ipsi hoc ius admiserunt. Quartō cūm possessio beneficiorum ab alijs obtineatur: tunc ad Episcopum non ad Archidiacōnum iure pertinebit corporalis possessio traditio. quod plāne deducitur ex dicto. e. licet Episcopus. Vtīmō, si tractetur de tradenda Ecclesia id proprietatem & iurisdictionem, vel suiectionem: nō in titulum beneficij: huius possessionis corporalis traditio ad Episcopum, non ad Archidiacōnum spectat. text. vbi adnotauit 9 Abb. in ca. Pastoralis. de priuileg.

Quod si iuris Pontificij sanctiones ita seriō stauerunt officium, & munus tradendibeneficiorum corporalem possessionem:apparet, iustiorē esse in hac in cōtrouersia Dini, Archid. Anchā. & Cosmz opinionem, qua obtentum est, institutum Canonicē nō posse propria authoritate apprehēdere beneficij possessionem etiam quæ vacua sit. Ex quo sequitur, Prælatum posse eius arbitrio punire eum qui possessionem adhuc vacua beneficij propria authoritate apprehendit, pœna quidem non admodum graui propter authoritatem communis sententiaz, que id permīssum esse censuit. At si quis Canonicū habens titulum propria authoritate beneficij vacuam possessionem apprehendet: opinor nihilominus, eam possessionem iusta, & vera possessionis effectus habiturām: cūm ob coſimunem sententianā, tunc ex eo, quod & si possessor male fecerit, non requirens iudicis licentiam, Canonicō tamen titulo, & iusto possidet. Nec obstat, quod solet adduci ex Ægidio à Bellaria consilio. decimo. col. decimanona. vers. tertia ratio Principalis, à quo Franci. à Ripa in capit. sāpe. de rest. spolia. nu. sexagemonono. colligit, Rota auditores passim obseruare, & pronuntiare, quod nemini etiam Canonicum titulum habenti liceat possessionem propria authoritate occupare: & tamen adducit Ægidius, hanc possessionem ita obtentam non habere effectus iuris, nec interdictum, vnde vi. Nam, vt ipse arbitrator, Ægidius refert, auditores Rotę sepiissime in possessione beneficiorum obtainenda, exigere eius apprehensionem premissam fuisse ex institutione, & collatione Prælati, & superioris: non tamen tractat de licentia, & authoritate Prælati ad apprehensionē corporalem possessionis, sed de titulo possessionis, citat text. in capitulo. ex frequentibus. de instit. & in capitulo primo. de regul. iur. in. 6. ac

tandem scribit, spoliatum beneficio, ut obtineat in interdicto, vnde vi, debere iudicio Rota ostendere titulum, & institutionē beneficij. quod statuit gloss. in Clemē. vnicā. de cau. possēsio. & propriet. saltem quantum ad quandā possessio- nis iustificationem ex titulo apparenti, quem coloratum vulgus appellat de quo hic agendū modo non est.

Possessio autem beneficij apprehendi, & adquiri potest ab ipso instituto, vel ab eius procuratore habente mandatum speciale: quod manifesti iuris est: non ita per procuratorem habentem mandatum generale. + gloss. in verb. habueris. in dicto capitu. si tibi absenti. quam ad hoc asserit ordinariā Imola in. l. prima. §. per procuratorem. ff. de acqui. pos. commēdat idem Imola in l. qui mihi donatum. ff. de donatio. tenent eandem sententiam Domini in dicto ca. si tibi. Felin. in ca. nonnulli. §. sunt & alij. nu. quadragesimo- sexto. c. tatur ad idem Innocenti. in ca. accedens, de præbend. Contrarium tamen probatur: quia possessio per procuratorem habentem mandatum generale adquiritur omnino. glo. communiter recepta in dicto. §. per procuratorem. Bartol. in dicta. ll. qui mihi donatū. nec in beneficijs quidquam impedit idem esse: cūm possessio nihil iuris tribuat, eaque ad factū pertineat. Et deinde glo. in dicto ca. si tibi absenti. verbo, habuerit, non exigit mādatum speciale ad adquirendam vel apprehendendam possessionem beneficij: sed ad acceptationem ipsius: quæ quidem acceptatio plurimum iuris tribuit ei, cui collatum est beneficiū. atque ita glo. interpretantur Aretin. & Hercul. nu. 14. in dicto. §. per procuratorem. Ideo dicendum erit, possessionem, quæ post acceptationem beneficij tantum ad factū pertinet, adquiri posse per procuratorem habentem mandatum generale: eam verò possessionem, quæ loco acceptationis fiat ac tribuat ius in beneficio, non posse apprehendi per procuratorem non habentem mandatum speciale: sicuti explicat Rota in nouis. 290. & post eam Antoni. & Imol. in dicto capitul. accedens. Francus in dicto capitul. si tibi absenti. Aretin & Vincen. Hercul. in dicto. §. per procuratorem. num. 34. Rebuffus in concordatis. Rub. de forma mandati Apostolici. in glo. vel alterius pro eo.

Corporalis induitio, traditione requiritur ad apprehensionem, & acquisitionem possessionis beneficiorum. capitul. vt nostram. capitul. ad hēc. §. in quadam. de offi. Archidi. adeo quidem, vt non sufficiat inuestitura cum traditione angl.

aut pilei ad acquisitionem possessionis. gl. com-  
muniter recepta in cap. authoritate, de institut.  
quod proculdubio verum est, cum inuestitura  
so facta fuerit nulla + præcedente collatione benc.  
ficij: nec eius institutione: etenim in eo casu ipsa  
inuestitura collatio est: & simplicis institutionis  
vicem habet secundum eandem gloss. & Com-  
posite. ac. loan. An. drin cap. transmissam, de ele-  
ctio. Abb. in dict. capit. authoritate. Oldra. consi-  
lio 143. Lambert. de iure patro. lib. 2. part. 1. que-  
stione 1. articulo. 12. num. 21. & 3. part. ciuidem  
lib. quest. 11. colum. 3. Abb. in capit. 2. columna  
penult. de consuet. Seluam in tracta. de benefic.  
3. part. quæstione. 10. Rebuffum in tractat. de pa-  
cit. poss. numero. 10. & 21. modò fiat ab eo, qui  
conferre beneficium poterat: sicuti ab omnibus  
expressim probatum est. Imo & si is, qui habet  
ius conferendi beneficium nulla præcedente in-  
stitutione, eiusdem beneficij corporalem posses-  
sionem tradiderit, censemur eidem beneficium  
conferre, & eum instituere: nam ad hanc tradi-  
tionem necessaria omnino est collatio, & ideo  
ex antecedenti necessario præmissa tacite subin-  
telligitur: quod tradidere Rota in acuis. 441.  
Roman. consilio. 337. Fehn. in capit. cum aliqui-  
bus. ad finem. de re iudic. Et poterit colligi à ra-  
tione glo. in dict. cap. authoritate. idem sequu-  
tus Rotam tenet Lambert. in dict. quæstione vñ  
decima, numero sexto. Quod si præcedente ca-  
nonica institutione, facta fuerit inuestitura per  
anuli traditionem ab eo, qui possessionem cor-  
poralem tradere poterat, adhuc ex hoc non ad-  
quiritur possessio corporalis, sicuti sentit glo. in  
dict. capit. authoritate, & in capit. ex ore. de his,  
qua siū à maiori part. capit. & in capit. accedēs.  
de præbend. Dinus in regul. 1. numero. 6. de re-  
gulis iuris. Abb. in dict. capit. authoritate. Ioan.  
Andr. in dict. capit. transmissam. & ibi Abb. Ale-  
xand. in l. tertia. numero. 15 ff. de acquirend. pos-  
sessio. Iason in l. quoties. C. de rei vindicat. nu-  
mero. 31. Lambertinus in dict. quæstio. 11. nume-  
ro quinto, est etiam necessaria corporalis appre-  
hensio, & traditio. Hæc verò inuestitura post a-  
lienationem factam per anuli solennem tradi-  
tionem operatur confirmationem illius iuris,  
quod per collationem translatum fuerat: nam  
confirmatio fit per aliquem actum, cum institu-  
tio solo verbo facta fuerit: quemadmodum ex-  
plicant Dinus in dicta regula prima, numero. 9.  
& numero. 18. & Lambertinus post alios in dicta  
quæstione. 11. & in dicto articulo. 12. habet  
præterea hæc inuestitura aliud effectum, & cum

satis singularem, cuius paulò ante meminiimus  
hoc capite, versic. primus enenim casus.

Sed si Prælatus, aut is qui habet custodiam Ec-  
clesie vacantis, & tradere corporalem posses-  
sionem potest, in conspectu ipsius beneficij per in-  
uestitutam, traditionem anuli, aliove modo pos-  
sessionem in instituto, tradiderit, tunc sane posses-  
sio corporalis adquisita censemur ex. l. quod meo.  
§. si venditorem. ff. de adquirād. possel. quod ve-  
rum est nemine beneficium poterit: sicuti ad  
notarunt Ioannes Andreas, & Compostel. in di-  
cto capit. transmissam. Panormitan. in cap. 2. nu-  
me. 10. de consuetu. Rota in antiquis. 153. &. 302.  
Abb. & Felin. in cap. cum aliquibus. de re iudic.  
Abbas in dicto capit. authoritate. Alexand. Ia-  
son, & Lamberti. in præcitatiss locis: nam iure or-  
dinatio Prælatus habet custodiam Ecclesie va-  
cantis. capitul. cum vos. & ibi gloss. de offic. ordi-  
nar. vnde constat possessionem beneficij absque  
apprehensione corporali adquiri: quando in co-  
spectu beneficii vacantis traditio possesione ali-  
quo actu & signo fit per eum, qui vel possidebat  
beneficium, vel eius custodiam habebat, pote-  
ratque possessionem eius corporalem tradere.  
Atque hoc ipsum probatur ad exemplum eius,  
quod iure Cælareo traditum est de acquisitione  
possessionis per traditionē clauium. l. clauibus.  
ff. de contrahenda emptio. debet siquidem quo  
ad huc effectum clauium + traditio fieri in con-  
spectu ipsius rei, cuius claves traduntur secun-  
dum Barto. in l. prima. numero decimo octavo.  
ff. de acquirenda possesione. cuius opinionem  
contra Alexand. ibi defendit Iason numero. 91.  
& Ripa numer. 57. dicens, hanc sententiam com-  
munem esse. cui suffragatnr Iurisconsultis in di-  
cta l. clauibus, dum dixit: apud horrea. idem te-  
net Panormitan. in capitul. secundo. de consuet.  
numero secundo. Alberic. in dicto. §. si iussirim.  
columna secunda. & Imol. colu. secunda. post  
Aato. atque item Barb. columna antepe. in dicto  
capitulo secundo. & Soci. in l. 3. numero vigili-  
mo quarto. ff. de acquirenda possesio. Et præte  
rea oportet, tradentem claves, possesione rei  
habere. quod notant Oldrad. consilio. 209. Albe-  
ric. in l. prima. §. si iussirim. columna ylti. ff. de  
acquirenda possesione. Ripa in dicta. l. prima.  
in princip. nu. 59. Rota in nouis. 168. Soci. con-  
silio. 131. columna. 3. libro primo. Andre. Tira-  
que. de constituto. 3. part. limit. 1. nu. 3. quorum  
sententia itidem communi omnium consensu ex  
eadem. l. clauibus. recepta videtur. Hinc infer-  
tur, non esse maximum discrimin inter traditio-

nem possessionis, quæ clavis fit: & eam, quæ per anuli dationem, vel inuestitaram. immo nullū profecto discrimen constitui debet. vtroque enim casu traditio sit per actum corporeum, & conspectu rei, & per eum, qui possessionem rei habet, vel eius custodiam, nemine possidente. quanuis Dñus in dicta regula prima. questione tertia. inquirat rationem differentiarum inter has duas traditiones, præmittens; per inuestitaram non adquiri possessionem beneficiorum Ecclesiasticorum; & ideo videns in alijs rebus eam adquiri traditione clavium, conatur ratione differentiarum constituere inter inuestitaram, & traditionem clavium. Nam si dominus cogitasset, per inuestitaram in conspectu beneficij facta, eius possessionem adquiri iuxta communem omnium sententiam: atq[ue] item considerasset traditionem clavium non inducere acquisitionem possessionis: nisi ea facta fuerit in conspectu rei: statim deprehendisset non esse admodum necessariam rationem differentiarum inter h[ec] duo, quæ plurimum similia videtur.

Ceterum Andreas Tiraquell. vir variz, & indefessus lectionis, de jure iuris viri, que censura bene meritissimus, in libello de iure constituti. secunda parte. ampli. tertia. aduersus Barto. existimat ad interpretationem dictæ. I. clavis minime fore necessarium, quod clavium traditio fiat in conspectu rei, quæ clavis clauditur citat ad hoc imolam, Paulum de Castro, Alexad. Iasonem, & Claudi. in dicta. I. prima. in princip. qui, vt ipse censet, Bartoli intentionem improbat & preterea Deci. consilio quinquagesimo sexto. numero secundo. item adducit Cinum, Angel. & Salycet. in. I. prima. C. de donationib. & Alex. in. I. tertia in princip. numer. decimotertio. ff. de acquire. posse. qui expressim tenet traditionem instrumenti, quo continetur ius donatoris, operari rei donatae, & eius possessionis acquisitionem, etiam si ea traditio a donante donatario facta fuerit extra rei conspectum. Ego equidem fateor, Philippum Deci. in dicto consil. obiter post Ale- xand. in dicta. I. tenuisse, per traditionem clavium possessionem transferri, & adquiri, etiam si non fiat traditio in conspectu rei. Ac neguauerim omnino Paulum Castrensem, Imolam, Iasonem & Claudi. eiusdem sententiæ fuisse. immo in specie dictæ. I. clavis. Iason numer. 91. & Claudi. nro. 39. contra Alexand. assertunt, traditionem clavium factam fuisse, & fieri debere in conspectu horreorum, ad hunc effectum, vt merces intra horrea existentes & inclusæ transferantur in possessionem emptoris: licet non videatur, nec in con-

spectu sint. Reprobant tamen' Paul. Imol. Alexad. & Iason, & Claudi. opinionem glo. verb. primi. Bart. Cumani & Roman. qui existimatur ex traditione clavium horreorum non aliter transferri in emptorem mercium possessionem, quam si emptor sciuerit qua in parte horreorum sint merces: quæ quidem interpretatio meritò refellitur: cum & falsa sit, nec iuris consulto concueriat. Quo sit, confusam fuisse à Tiraquello Doctorum allegationem. Ex quibus tandem deducitur, tunc esse necessariam clavium traditionem in conspectu rei, cum agitur de acquirenda possessione rerum, quæ intra rem illam clavis clausam continentur. non autem ad acquirendam ipsius rei, quæ in conspectu est, possessionem: nempe domus, alteriusve fundi. nam & possessio tunc acquiritur per traditionem verbalem illius, qui eam possidebat, in conspectu ipsius rei factam. I. I. §. si iussi. & il quod meo. §. si venditorem.

Qua ratione, dum nostates scribunt, per inuestitaram factam à Prælato in conspectu beneficij possessionem adquiri: eorum opinio ita accipienda est ut possessio adquiratur, siue fiat inuestitura dato, traditoque anulo, aut pileo, aliove signo corporali: siue fiat possessionis verbalis traditio absq[ue] actu corporis: quod est omnino semper hac in questione obseruandum.

Id vero, quod Tiraquellus adduxit ad. I. prima. C. de donationib. m: hi profecto placet: ita que opinor in + specie illius constitutionis non forte necessarium conspectum ipsius rei, & quod & Accursius ibi in secunda parte. gloss. tenuit. tametsi contrarium dixerit in principio: idque Bald. ibi, & Andre. Isernia in capitulo. principio. in princip. quid sit inuestitura, probauerint. priorem etiam interpretationem Cini, & aliorum sequitur in ead. I. prima. Alberic. sentiens eam communem esse, quam & Azo probat in rubrica. C. de donatio. column. ultima. & est ratio: quia tradens instrumentum in quo continetur ius ei competens ad rem donatam, vel venditam, illud ius tradere videtur, & ex eo possessionem illius rei, quod etiam tractarunt Doctor. post gloss. in capitul. sane. de renuntiat. maximè Cardin. Anton. & Baldus, idem Anto. in capitu. veniens. columna secunda. eod. titul. Anto. Abb. & Imol. in capit. Ecclesia. in. 2. vt liceat. Alexand. Iacob. & Iason in. I. secunda. ff. de paciis. sic & in regia constitutione. 17. Tauri. expressum est, meliorationem a patre filio factam irrevocabilem effici, si coram notario instrumentum seu scripturam meliorationis pater filio tradiderit: etenim is effe.

Qus ob.

ctus obtinebit etiam si traditio facta extra conspectum rerum, quæ sub melioratione fierint comprehensa. Ex ea verò lege quibusdā videtur, & ex l. 8. statua. titulo. trigesimo. part. 3. quæ similis ex dicta. l. prima. C. de donationib. tam post selectionis acquisitionem donatario fieri non caturum si tradatur à donatore instrumentum continens iura, & titulum rei donatae: sed etiam si ei traditum fuerit ipsius donationis instrumentum quod est eðtra: Guillerm. de Cuncto in. l. licet. C. de adquirenda possessio. Imolani, & Alexand. in. l. ter tia. in princip. numero vndecimo. ff. eodem tit. Bald. in. l. ab emptione. colum. tertia. ff. de pacti quorum opinio communis est, & dicta. l. prima intelligit in traditione instrumenti, quod ius tradentis & titulum rei donatae continet: expressim aliud esse significans in traditione instrumenti ipsius donationis, vel venditionis: quod iure Caesar eo apertissimi iuris esse cencio: at iure Regis hoc falsum: apparet propter Regias constitutions, quibus, ut quidam existimat, statutum est, possessionem rei donatae adquiri omnino donatario per traditionem instrumenti donationis. Et tamen si hæc sententia admittenda est, oportet eam in praxi recipere eo casu, quo traditio instrumenti facta fuerit donatario, praesente tabulatione: quemadmodum Taurina constitutio dicit id verò nec iure communi, nec Partitarium lege necessarium vñquam fuit. ipse profecto maxime dubius sum de hac opinione: quippe qui videam ex dicta. l. prima. C. de donatio. manifestè deduci, eam constitutionem non in instrumento donationis: sed in instrumento, quod titulum, & ius ipsius rei competens donatori continet, esse prorsus intelligendam. Regia verò constitutio, quæ Taurina est, tantum probat meliorationem filio à patre factam, reuocari non posse, si eiusdem donationis instrumentum coram notario ab ipso patre meliorante filio meliorato traditū fuerit. Ex quo minimè consequitur eadem lege necessariò probari, per eā traditionem possessionem rerum, quæ in meliorationem veniūt, filio adquisitā suiss: cum & absque traditione possessionis per eam legem ex alijs causis donatio meliorationis irreuocabilis censeatur: & ipsa traditio instrumenti, ut causa distincta à traditione, & acquisitione possessionis proponatur: deinde Partitarium lex ita poterit aceipi, & intelligi, ut ea deducamus, donatario adquiri rei donatae possessionem per traditionem à donatore factam instrumenti, ex quo donator ipse illius rei ius habuit, vel si id confectum non fuerit, aut a-

missum, perditum ve sit, vel ipse donator illud ve lit retinere, aliud denudat eisdem iuris, quo continetur donatoris titulus, & id per donatorem donatario tradatur: Sic sane premissa lex eā interpretationem habebit, quæ minus ius vetus, dominesve assertiones ledat: Non hæc serpsi, ut latitudinem id omnibus persuadere velim, nec donatum ac disputatione tutari: liberè enim in contraria sententiam, ubi maturius cogitanti allud vetius appareat.

Adquiritur item possessio beneficij per traditionem factam extra eius conspectum, quoties propter pestem, aliamve iustam causam non est tutus accessus ad beneficium ipsum, nec ad Ecclesiasticum, nec ad eius aspectum, secundum Albertum. in l. 1. §. si iusserim. ff. de adquirenda possessio. Abbas, & Felinus in ca. cum aliquibus. de re iudicari. Ripam, qui hanc asserterat communem esse in tractat. de peste. 2. parte. priuilegio. 19. contract. optimus. tex. in. l. si finita. §. illud. ff. de damno infecto. l. cum vñus. §. vlt. & l. quatuor. ff. de bonis auto. iudic. possid. cap. contingit. de dolō, & con tu. quibus probatur; exequitorum iudicis iubensis aliquem mitti in possessionem alicuius rei, posse eandem possessionem tradere, vel in conspectu rei, vel extra ipsum conspectum; u non est tutus ad ipsam rem accessus ob potentiam, occupationem, & vires alterius: modò aduersus illum lata fuerit sententia iuris ordine seruato: cum alioqui possessione, quam habet, priuari non possit: sicuti explicant præter alios Abb. & Felin. in dicto cap. cum aliquibus. Rota in Antiquis. 717. Ripa in dict. priuilegio. 19. sensit Bart. in. l. 1. ff. de adquirenda possessio. columna penultima. nu. 23. versicu. quæro quid si exequitor.

Verum, illud est hac in controversia adnotandum, capta possessione corporali beneficij, aut dignitatis in ipsa + Ecclesia, cuius titulu & nomine dignitas habet, cenleri apprehensam, & captam possessionem omnium rerum ad beneficium vel dignitatem pertinentium, secundum Bar. & Are tin. in. l. cum heredes. ff. de adquirē. possessio. in princip. Ancharr. in regul. sine possessione. columna decima octaua. de regul. iur. Abb. in capi. cum super. columnā quartā. de caus. poss. & propriet. Bertachi. de Episcopo. 3. libro. 1. part. quæstione quinquagesimæ sexta. & Lambert. de iure patrona. secundo libro. 3. part. quæstione. 11. art. 9. nā Ecclesia hæc pastore vacet: possidet tamen omnia bona ad dignitatem pertinentia, auctore Innocen. in cap. ex parte. de arbit. & in dict. cap. cum super. idem in ca. cu in officijs. de testam. Barto,

## CAP. XVII.

Bart. & alij in l. prima. §. vlt. ff. de adquiren. pos-  
sel. optimus tex. in l. iubemus. in fine. C. de Sa-  
cro. Eccles. & in l. raptore. C. de Episco. & cle-  
ric. Non tamē sufficit accipere, nec apprehende-  
re possessionem corporalem vnius rei ex plurib.  
que ipsius beneficij, vel dignitatis sunt, etiam si  
nomine aliarum rerū apprehendatur possessio;  
vt & reliquarum possessio adquisita censetur,  
quod colligitur ex d. l. cū hæredes. & his, quæ  
inibi traduntur: & in specie tenent Dinus in reg,  
l. de reg. iur. q. 4. Ancharra. in dict. reg. sine po-  
ssessione. col. 19. Abb. in dict. c. cū aliquibus. de  
re ind. 2. col. Ioan. Andre. & Frac. in dict. reg. l. li  
cet contrarium tenuerint Ianoc. in ca. in literis.  
de rest. spoliat. & Rota noua. 277. in quo cauen-  
dum est à Nicolao Boerlo, qui in additionibus  
ad Dignum, dict. q. 4. falso plutes authores retu-  
lit ad huius opinionis examen.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

1. Emptor rei alienæ scienter quamque scit venditoris non esse, ea euicta poterit ad premium agere.
2. Intell. ad text. in l. emporem. §. vlt. ff. de euictio. emp. in l. qui libertatis ff. de euictio.
3. Venditori, etiam sciendi denuncianda est litis qua-  
stio: & quidem solenniter.
4. Ecclesia an constituat debitorem in mora, sine inter-  
pellatione. & inibi intell. cap. poruit. de locato.
5. Iuramentum appositum venditioni efficit, ut ven-  
ditori sciendi non sit necessario denuncianda litis qua-  
stio.
6. Venditor tenebitur de euictione, etiam non denun-  
ciata lite, modo emptor prober insufficiam euincen-  
tis.
7. Venditor promittens euictionem quocunque casu,  
& modo fuerit res euicta, tenebitur de euictione  
etiam in casibus quibus alioqui non teneretur.
8. Quo tempore fieri debeat denuntiatio litis motæ.
9. Emptoris consummatio quando priuet eum iure &  
actione euictionis.
10. Sententia contra emporem lata per imprudensam  
iudicis: non nocet venditori.

Euictionis materia ad  
Gregorianæ cōstitutionis inter-  
pretationem expēnditur.



I V E N D I T A, R E S  
legitimè fuerit euicta, regula-  
riter aduersus venditorem de  
euictione datur emptori a-  
ctio, vt premium restituatur cū  
omnibus dānis: cumq[ue] om-  
nico quod emptotis interfit,  
rem venditā euictam non fuisse. l. nō dubitatatur  
l. si cū quæst. C. de euictio. l. tenetur. §. si tibi iter.  
& §. vlti. ff. de actio. empt. l. venditor. &. l. euicta  
re. ff. de euictionib. Frequentissimè tamen hæc  
regula fallit: nam quadraginta casus, in quibus  
emptor non potest agere de euictione comme-  
morat Matthæ. Afflict. in rubric. quibus mod.  
feud. amitt. §. rursus, in indeles. numero decimo.  
quorum præcipuos compendio quodam  
elegantii explicat Gregorius Nonus capitul. viii.  
mo. de emptio. Si venditori, inquit post institu-  
tum contra se iudicium quis omiserit, vt rē ven-  
ditam sibi defendaret, nuntiare: vel contumaci-  
ter absuit tempore sententiæ promulgatae, seu  
per in iuriam sententiæ lata fuit, de euictione itux-  
ta legitimæ sanctiones agere non valebit, cui cō-  
stitutioni conuenit Regla. l. trigesima sexta. titu-  
l. quinto. part. 5. eius autem examini libenter præ-  
mittam, emptorem rei alienæ, quam tempore  
contractus scit alienam esse, non ipsius vendito-  
ris, nec ab eo vendi posse, habere nihilominus, si  
euictio sequuta fuerit, aduersus venditorem actio  
nem ad repetendum + premium, quod dederit: li-  
cet non habeat ordinariam de euictione actio-  
nem ad damna, ad rei euictæ estimationem, nec  
in id, quod eius interest, propter malā fidem, &  
sciētiam rei alienæ, quod Aretin. adnotauit, asse-  
uerans communi omnium iudicio receptum es-  
se in l. si aliquam rem. ff. de adquirenda posse. nu-  
mero quinto. cui ad stipulatur primò tex. in l. vlti  
ma. §. vltim. C. commu. de legat. qui secundum  
receptam interpretationem probat, emptorem,  
qui fundum subiectum restitutioni vel fideicom-  
misso scienter emerit & meliorauerit, illo euicto  
habere actionem tantummodo ad premium: non  
ad meliorationes: nec ad duplam, etiam si eius  
præcesserit stipulatio. Ea verò constitutio, vt &  
hoc obiter admoneā, procedit, & obtinet inter  
emptorem, & venditorem: non autem loquitur  
inter emptorem, & euincientem, non enim ex-  
cludit emptorem à consequitione, & recupera-  
tione meliorationum respectu euincientis, ad  
quem

quem meliorationes peruenient sine causa: immo poterit emptor eas meliorationes perire, aut deducere, vel repetere secundum distinctionem quæ in impensis factis à malæ fidei possesso, vel in re subiecta restitutioni, traditur in l. domos. ff. de leg. i. l. in fundo. ff. de rei vēd. l. domū. C. eo. ti. l. si in area. ff. de condic. ind. atq; ita in specie notat Carol. Moli. in cōsuetud. Parisi ti. i. §. l. gloss. . numer. 76. constat igitur, non impedire malam fidem emptoris, quin pretium datū vēditori repeti possit, si res fuerit euicta. ad idem secundū facit text. insignis in l. emptorem. §. vlt. versi. ibidem ait. ff. de actionibus empt. Ex quo palam deducitur, etiam in contractu venditionis 2. ex alge dicta, quod + venditor quoque casu nihil euictionis nomine prætare teneatur: posse adhuc emptore re euicta ad pretiu agere. quod glossi verb. conuentionibus. Paul. de Castro, & Docto. ibi tenuerunt. & Bald. in l. i. columna vltima. C. de peri. & commo. rei vendit. quod sane verum est, vbi in genete cuiuslibet excipitur: at si ita conuentum sit, ut venditor non teneatur de euictione, si res empta euicta fuerit a Titio, vel ex causa libertatis, ecclis erit: quia nec ad pretium agere poterit emptor: quemadmodum voluerūt glossi Fulgoſi. Angelus. Salycet. & Balb. in l. qui libertatis. ff. de euictionib. Ludovic. Romanus in singul. 382. Paul. Caſtreñis in dict. l. emptore §. vltimo. Bald. & Salycet. in l. prima. C. de peri. & comm. rei vend. columna vltima. Hippoly. in singul. 656. Antoni. Burg. in capitulo vltimo. numero decimoquinto. de emptio. & vēd. Matth. Afflict. in dicto. §. rursus. numero. 32. & Angel. Aretiā. in §. actionum. numero vigesimo secundo. Institu. de actioni ea ratione, quod vbi in genere venditor excepterit, se nolle obligari, nec teneri de euictione: non potuerit emptor certus esse de causa euictionis, nec de iure, quod alteri ad rem venditam competere poterat: unde æquum nō est nec iure consonum, quod tūc pretium amittat. Quod si in specie certæ euictionis causa excipiatur: tunc culpa emptoris tribendum est si prius quam emit non adhibuit diligeniam quæ necessaria erat ad inquitēdam & inuestigandam euictionis certitudinem: & ea ratione nec pretium petere poterit re euicta: sicuti Bald. scribit in dicta l. qui libertatis. quo in loco Odofredus hanc sententiam probat, quoties in specie titulum, & causam euictionis venditor excepterit, ita quidem ut non sufficiat ad pretium amittendum exceptio causæ alicuius generaliter expressa nempe libertatis: nisi & in specie exci-

piatur cause & tituli nomen: scilicet libertatis ex titulo testamenti Sempronij. Ego non diffitor hanc opinionem. Accursij communem esse eam tamen censeo satis dubium, & omnino, ut libere loquar, falsam esse. Primum etenim ea sententia non probatur indicet l. qui libertatis. quod apertissime constat. Deinde iniquum est, quod apud venditorem maneat pretium rei venditæ, cuius ipse nec dominium, nec ullum ius habuit. nec ratione commutationis in emptorem transstulit, idque, iustitia, commutatio refragatur nec licet venditorem locupletari cum emptoris iactura. Præterea, quod venditor teneatur, & cogendus sit pretium restituere præter illius exorbitatis rationem, cuius meminit Iurisconsultus in l. si me & Titium. ff. si certum peta l. nam hoc natura. ff. de condic. indeb. l. plane. §. sed benignus. ff. de petit. hered. probatur, quia vel pretium istud pertinet ad vēditem, potestque ab eo retineri iure venditionis, & contraetus commutationis rei & pretij: vel causa donationis saltem præsumpt: aut in pœnam emptoris rem alienam scilicet & mala fide clementis, nulla harum causarum in hac specie sufficiens est, igitur pretium inique à venditore retinetur: & iustissime est emptori reddendum. Prima quidem causa manifesta deficit eo, quod cum res vendita fuerit aliena & ab emptore euicta, nec transierit in eius dominium iure commutationis: venditor eo tirulo pretium habere nequit. Secunda causa satis debilis est: cum donatio minimæ sit præsumenda: vbi alia tractatur causa: scilicet commutatio rei, & pretij. Tertia item nō probatur iure: nec enim sequitur: consensu emptoris fuit excepta specialis euictionis causa: ergo emptor sciuit rem alienam esse, & habuit malam fidem. potuit sane cogitasse & existimasse nihil periculi sibi ex euictionis causa, que excepta fuit, immunere: & idem coniens exceptioni minimæ ex alijs causis venditorem libertas ab euictionis obligatione. Erit tandem satis, venditorem ratione illius cause exceptæ immunem fore ab actione euictionis, quo ad damnam, rei estimationem, & eiusquod intererit emptoris, absque eo, quod etiam libertis sit à redditu pretij: cum id nulla ex causa apud se retineat. & tamen tenebitur euictionis actione omnino in id, quod interest rem euictam non fuisse, si ex alia causa fuerit ab emptore iuste ablata, & euicta. huius sententiae aduersus communem, authorē adduco. Alberic. qui unico verbo in dict. l. qui libertas. cā tribuit glossa ibidem. Forsan equidem aliquot Codicibus ita

ita fuit scripta Accursij interpretatio, vt hanc potius quam priorem opinionem probaret. Nam & Fulgoſi. in eadem. l. qui libertatis. egrē tulit quod quibusdam viſum fuerit, Accursium postiorem ſententiam tentiſſe: ſic & Odoſredus pri-  
mam opinionem Ioaſini, nō Accurſio adſcribit.

Ad eam quæſtionem, à qua digreſſus ſum, re-diens, etiam exiſtimo Aretinum erraſſe: cūm & eius opinio, nec coſunniſis ſit, nec vera. Cōſtar nanque emporē rei alienae cū mala fide, & cer-ta rei alienae ſcientia non poſſe de euiciōne etiā ad p̄tium agere. id probat tex. expreſſus in. l. ſi fundum. C. de euiciōni. notat Iaſon & alij in. l. vltima. §. vltim. C. coſunni. de legat. Ioan. Lupi in rubri. de donatio. §. ſexagesimoquinto. nu-mer. quinquagesimotertio. optimus tex. in. l. 21. titulo octauo. part. 5. facit text. in. l. ſi fratres. C. com. viri. iudic. de eius tamē intellectu omnino legendi ſunt Bartol. Bald. & Doſtor. ibidem. nō obſtat tex. in. d. l. vlti. §. vlti. C. com. de legat. quia in ea conſtitutione nō ſuit empta re aliena ſimpliciter: ſed reſ venditoris, ſubiecta tamen reſtitu-tionī, & fidei cōmoſlo: & niſi lominus duo inibi ſtatuantur ſpecialia. Primum quod emens eam rē ſcienter, agere poſſit ad p̄tium, etiā nullā ap-poſita ſtipulatione. Secundū quod etiam ſi ap-ponatur promiſſio, & itipulatio euiciōne non poſſit empor re euicta agere. de euiciōne: niſi ad p̄tium tantum: quemadmodū Doſtor. in eo. §. vltimi. traſdiderunt. Item non obeft tex. in diſta l. emporē. §. vlt. nam ibi empor non habuit malam fidem, nec ſcientiam rei alienę, etiam ſi conſelerit legi diſtae a venditore, qui ita conuēn-tionē inierit, vt de euiciōne mihi me teneretur. atque ita hanc quæſtionem definiunt Doſt. ibi Bald. & alij in. l. ſi familiæ. col. 2. C. famili. hercisc.

Deduicitur tandem ex Gregoriana conſtitutione primus caſus quo non tenetur venditor de euiciōne: ſc̄ilicet cū empor litē ſibi motam eidē venditori, vt eū deſenderet, minimē denuntiauerit. idē probatur in. l. 1. C. de peri. & com. rei vēd. l. empor. C. de euiciō. Reg. l. 36. tit. 5. part. 5. que quidē conſclusio aliquot habet interpretationes, quarum p̄cipuas breuiter attingam.

Primū ſane hoc procedit, & obtinet, etiam ſi vēditor ſciuerit, item fuille motam empori ſuper re vendita: nam adhuc, vt ipſe teneatur de euiciōne, erit neceſſaria denuntiatio. Etenim cū denuntiatio exigitur + ſolum ad ſc̄ientiam ſimpli-cem: non eſt ea neceſſaria, nec oportet ut ſc̄ientia ſiat. regu. eam qui certus. de reg. iur. at vbi denūtiatio requiritur: non ad ſimplē ſcientiam, ſed

ut ſciens aliquid faciat, tunc ſemper neceſſariū eſt, quod etiam ſcienti denuntiatio ſiat. l. denun-tiaſſe. §. quid ergo. ff. de adulte. qua ratione Bartol. ibi in ſpecie euiciōnis hanc opinionem te-net. idem Barto. in. l. non ſolum. §. morte. num-ero quinquagesimoſecundo. ff. de noui oper. nū-ti. Abb. & alij in diſto cap. vlt. quorum ſententiā ſequuntur dicentes eam eſſe coſunni Fel. in cap. cūtn. M. num. 65. Ripa. num. 166. de conſtit. Deci. conf. 74. col. 2. Anto. Burgenſ. in. d. ca. vlti. col. 3. & nouiores in. d. §. morte.

Secundō non ſufficit denuntiatio ſimplex: imò & ea fieri debet cū protestatione, & requisitione venditori premissa: ut liti motę adſiſtat, cauſam-que defendat. tex. optimus in diſto ca. vlti. & in diſt. l. 1. C. de peri. & cōmo. rei vendi. glo. vlti. in cle. cauſam. de electio. & ibi Abb. Bart. in diſto. §. morte. num. 51. & ibi Roman. nu. 11. idē Bart. in diſt. l. denunciaſſe. §. 1. notat Alciat. in. l. dete-ſatio. col. 13. ff. de verborum ſignifi. & eſt cōmu-nis opinio ſecundum Felin. in diſt. cap. cūtn. M. num. 64. & ibi Ripam nume. 165. Anto. Rube. in diſt. §. morte. num. 677. & Burgenſ. in diſt. ca. vltimo. colum. 3. que probatur expreſſim alia & ſe-quenti huius quæſtionis interpretatione.

Tertiō adhuc non ſufficit ſcientia venditoris. imò nec denuntiatio ſimplex nec ſolennis cum requisitione: ſed requiritur quod ea denuntiatio ſiat venditori cum pſiſius libelli, & citationis testi-monio, vt ipſe venditor ex publica fide inſtruatur ad eius deſectionem. hoc deducitur a glo. in diſt. clem. cauſam. de elect. quam ſequuntur inibi Cardin. & Doſtor. Feli. in cap. cūtn contigat. de reſcrip. conſclusione. 6. Bart. in diſt. §. morte. nu. 48. & ibi Alexan. num. 42. & Iaſon nume. 38. poſt Roman. num. 12. Feli. in diſt. cap. cūtn. M. nu. 63. & Ripa numer. 163. ex quibus, & his, qui ab eis citantur appetat, hanc opinionem magis coſunni eſſe: & ideo ſeruandam fore in praxi: tamē Imola in diſt. capi. vlti. & ibi Barbāt. quos quidam alij ſequuntur, cōtenderint, non eſſe pre-ciſe neceſſariam etiam ſimplē denuntiatio-nem quoties ipſe vēditor ſciuerit item motam fuille empori. quod ſenſit Accurſius in diſt. l. empor. C. de euiciōni. quo in loco Doſto. prio-ri ſententiam ſequuntur. Ego vero etiā ſi tertia hanc conſclusionē veram eſſe contendam: nō ta-men omnino admitto ſecundā interpretationē: imò ceneſo ſufficere ſolennem denuntiatiōnē ab emporc cū publico proposita actionis testimo-nio factam venditori, etiam ſi expreſſim ſe requiſitus non fuerit, vt emporē defendat. quod tenent

tenet Bald & Salyc. in l. l. C. de peri. & com. rei vend. Iason in dicto. §. morte. numero. 39. & ibi Alexan. nu. 45. Anto. Burg. in dict. c. vlt. num. 4. Quartò illud maximè controuersum est, an predicta denuntiatio sit necessaria cum empor aut minor est, aut Ecclesia. Nam in minore constat, eam necessariam non esse: immo satis esse, ut venditor teneatur de euictione, quod ipse venditor sciat litem minori motam fuisse: cum minor absque interpellatione constitutus debitor in mora. text. in l. minorū. C. in quib. cas. in integr. non est rest. necess. idem in Ecclesia dicendum esse quibusdam placuit ex eo, quod minor, & Ecclesia æquiparentur à iure. capitulo primo. capitulo. auditio. & ibi gloss. verb. minoris. de integr. rest. glo. in l. re publica. verb. solet. & ibi Barto. C. ex qui. caus. maior. idem constat auctoritate gloss. in. §. ex maleficijs. verb. in iudicium de actioni. quam sequuntur ibi Iason nume. trigesimoprimo. & Gometri. numero quadragesimonono. post Nicola. Neapolita. quæstione decimaleptima. Iason. Fabrum, & Angel. Areti. ibi. & Roma. singula. 116. ex ea adnotantes, fauore Ecclesiæ, sicut & minorum constitui debitorem in mora absque interpellatione. idem tenet Ima la. in capitulo breui, de iure iur. Alexa. in. l. quod te mihi. colum. 3. ff. si cert. pet. num. 8. Mathesila. notab. 44. Bald. in l. r. C. de peric. & commo. rei vend. Purpurat. in dicta. l. quod te mihi. nu. 95. Roma. in dicto. §. morte. num. 10. & ibi Rubeus numer. 711. Roma. in. l. si ex legati causa. num. 9. ff. de verbo. obli. & ibi Areti. nume. 6. Didacus à Segura numer. 189. Bald. in auth. hoc amplius. 3. colum. C. de fideicom. num. 16. & ibi Iason col. 3. atque ita in hac specie de euictione tenent, Ecclesiæ posse agere aduersus venditorem, qui scivit litem motam fuisse, si res euicta fuerit, etiam absque villa denuntiatione. Bald. in dicta. l. r. C. de peri. & commo. rei vedi. Roma. nu. 10. & Rubeus nu. 711. in dict. §. morte. quorum opinio palam probatur ex dict. glo. in. §. ex maleficijs. que communis omnium consensu recepta videtur. Sed contraria sententiam in hac proposita quæstione probarunt Barb. & Anto. Burg. in dicto. capi. vlt. de emptione. num. 9. qui præsertim conantur evetere conclusionem, quam deduximus à gloss. in dict. §. ex maleficijs. Primo per text. in ca. breui. de iure iur. qui insinuat, necessariam fore interpellationem, vt Ecclesiæ debitor constitutus in mora. Secundò adducitur text. in cap. potuit. de locat. vbi præmittitur, non potuisse constitui in mora Ecclesiæ emphyteutam sine interpellatione, ni

si contractus, & pensionis solutio diē certū constitutum haberet. Deinde & tertio Antoni. Bar gensis censet glo. in. d. §. ex maleficijs. veram esse quo ad ea quæ in testamentis Ecclesiæ relinquitur: hocque probat auctoritate Bald. in. l. r. C. de Sacros. Eccles. in repe. nu. 47. & Felini. in ca. licet Hely. de Simo. nume. 4. Quæ quidem minimè obstant cōmuni omnium sententia. Nā licet Romanus Pontifex in dict. ca. breui. ex facto, quod ita contigit, meminerit interpellationis: non ex hoc censet, eam fuisse necessariam: immo etiā absque interpellatione saltem ratione iuramenti, forent debitor in specie illius text. constitutus in mora, secundum Iohan. Andre. Abb. Imo. & alios ibi: quoties ex tacita lege cōventionis, & eius natu compertum esset debitori, Ecclesiæ eius auxilio, quod is præstare promiserat, in digere. quæ intellectu ad illum text. etiam probauerūt Iason l. quod te mihi. numero vigesimo secundo. & ibi Purpu. numero. nonagesimo septimo. ff. si certū peratur. Aretin. in dicta. l. si ex legati causa. num. sexto. idem consil. 150. col. quarta. & in. l. ita stipulatus col. octaua. ff. de verborum obligatio. & est communis opinio secundum Deci. in dict. l. quod te nu. undecimo. atque ita iuxta præmissam interpretationem illa decisio non obseruit priori sententia.

Multò minus præjudicat text. in dicto capitu. potuit. ex quo solum colligitur, emphyteutam Ecclesiæ non aliter in mora constitui, quam si per biennium cessauerit à solutione pensionis. Nec tamen ex hoc necessario infertur: nunquam Ecclesiæ debitores in mora constitui nisi per interpellationem, aut per lapsum diei: hoc etenim nō sequitur ex primo. Nam requiritur biennij transcursum: quia is dies ad pœnam commissi, quæ legalis est, à lege fuit constitutus. Vnde liberum erit nō obstante ea decisione, tractare, an nō apposito die, committatur mora irregularis absq; interpellatione in Ecclesiæ fauorem: sicut item committitur in fauorem minorum. Item alia ratione non obseruit text. in dicto capit. potuit. quia in eo agitur de committenda pœna in Ecclesiæ commodum, non de committenda mora quo ad solutionem Ecclesiæ interesset. Siquidem Ecclesiæ benignitate quadam satis est, quod exigit id, cuius interest: pœnam autem nō ita faciliter debes obtinere, nec petere. capitu. suam. de pœnis. tradidi ipse libro secundo harum resolutionum capitulo septimo. numer. primo. Et probatur in eodem capitul. potuit. vbi datur locus purgatori. motæ, etiam si dies, & pœna apposita fuerint contra-

# Variarum Resolutionum

cōtractui: idque obtinet ea ratione quod tractetur de poena in favorem Ecclesiæ à priuatis exi-genda: cūm Ecclesia benignitate uti debet: itaque assentunt eum text. intelligendum esse; vt in Ecclesiastica emphyteusi sit speciale. Iason in. l. secunda. C. de iure emphyteu. quæstione vigi-manona. numer. 80. Angel. & Imola. in. l. si insu-lam. ff. de verborum obligatio. vbi Ripa numer. 37. & 51. inquit; Hanc opinionem communem esse. idem notat Imola in dicto capitulo potuit. Hostiens. in titul. de arbitriis. §. qualiter constitua-tut. versicul. sed nūnquid. Cūm alióqui vbiunque est dies & poena; etiam à lége imposita; locus non sit purgationi moræ: quemadmodū te-nent Angelus. Imol. Alexand. & Claud. numero viigesimo tertio. in dict. l. si insulam. sensit Batt. ibid. 4. oppo. primæ partis. vbi scribit ex. l. sécu-da. C. de iure emphy. non esse locum purgationi moræ. & tamen inibi adest cōtractui poena lega-lis cunī die itidem dato à lége. & quanvis Bal. in l. cūm allegas. 6. oppo. C. de vñit. quem defendit Gometius in. §. actionum. de actio. columna se-cuda. velit. esse admittendam purgationem mo-ræ. vbi adsit diés & poena in contractibus bonæ fidei: certe atque idem Bald. alibi omnes contra-ctus iure Pontificio esse bonæ fidei: hocque no-minis censendos fore: quia tamen apud me vñtrū que maximam dubitationē habet: ac platiè fal-sum sit: quod hoc in loco examineat non vacat: tradūt latè Iason in. l. & si post tres. columnā vi-tima. ff. si quis caut. idem Iason & Ripa. numero quadragesimotertio. in dicta. l. si insulam. post Imol. & Alexand. ibidem: milii verior ratio deci-dendi ad capi. potuit. appareat ea. quam commu-ni sententia probatam esse diximus. Regia vero l. viigesima octaua. titul. octauo. part. quinta. etiā in emphyteusi priuata. & in foro seculari admis-fit. ac recepit iuris Pontificij constitutionem. ad dit tamē motam purgari posse intra decem dies & lapsu bientaj. aut triennijs: quod tempus iure communi arbitrio iudicis definitum etat: ex gloss. in dicto capitū. potuit. quam sequuntur ibi Abbas & alij: ac Iason in dicta. l. secunda. quæstiōne trigesima. Ex quibus falsum videtur quod re-sponderunt Bartholomæts Capola cautel. 208. Decius consilio. 140. columnā tertia. idem consi-lio centesimotrigesimo octauo. columnā secon-da. & Catilia. Cotta dictione. Emphyteuta non soluendo. existimatates. motam ab emphyteuta etiam sceleri satisfactione purgari non posse. vbi dominus statim ante purgationem morę prote-steret adhuc absente emphyteuta. quod nō vult;

eum amplius habere emphyteusim illam: imo seipsum omnino rem iure commissi aduocare. Est etenim dura nimis hæc sententia. nec conue-niēs æquitati; qua hac in re iura ipsa viñatur. Quo-ties autem dixi. non esse locum purgationi moræ vbi adest dies. & poena legalis: intelligo lega-lem poenam. non interesse: nam id vera poena non est. sed propriam poenam. quæ non sit con-trahentium interesse. Fit igitur ex his. minime suffragari Barb. nec Antonio Burgensi text. in di-cto capitu. potuit.

Vitimò parum vrget interpretatio Burgenſis ad glos. in dicto. §. ex maleſicijs. quia ea falsa est: Nam hac in re vñtimæ voluntates. & testamenta paria sunt contraria. bonæ fidei. text. est in dicta. l. in minorum. cuius præter Docto. ibi memi-nere Batt. in. l. si cūm te. ff. de pact. column. 1. & Iason in dicto. §. actionum. numero. 5. Vnde co-ſtat opinionem Bal. in dict. l. prima. C. de peri. & com. rei. vendit. in fauore Ecclesiæ admittendā esse: præsertim quod vbi vñditor sciuerit litem mota fuisse Ecclesiæ. eo ipso intelligit. Ecclesiæ indigere eius auxilio ad defensionē litis: & ideo ex hoc vñditor quodam iure speciali requisitus censemur. & vt liti adſtat tacite interpellatus.

Quintò sufficiens est simplex scientia vendi-toris. vt is conueniri possit euisionis actione: si ipse venditor iuramento præstito contrahum vñditionis ingerit. hoc etenim ratione. & vi-iuramenti effectum est: quod non sit necessaria denuntiatio: nec requiratur + interpellatio ad constituendum debitorem in mora: quod in ge-here tenent Ioan. Aridre. & Abb. in dict. capitul. breui. Imol. ibid. & alij. quos citauit paulo ante in responsione ad text. in dicto capit. Breui. dum tenui. etiam absque interpellatione. illius Capi-tis responſionem obtinere. Et in hac sp̄cie. & materia euisionis hanc opinionem probant ex dicta ratione Alexand. in. l. secunda. §. volunta-tem. column. penultimi. ff. solut. matrim. numero decimosexto. Barb. in capitul. vñtim. de emptio. & vendi. versi. Quinto. & ibi Anton. Burgensis nume. vñdecimo. Claudio in dict. §. morte. nu-mero. 202. & ibi Antonius Rubeus numer. 687. Ioan. Lupi in capitul. per vestras de donatio. in-ter vir. & vxor. §. vñultimo. numero trigesimopri-mo. Purpura. in dict. l. quod te milii. numero no-nagesimosecundo. & quanvis Alexand. in dict. l. quod te. numero octauo. reptobet sententiam Ioani. Aridre. & aliorum in dicto capit. breui. ea tamen frequentiōti omittim conſensu recepta maximam præbet huic opinioni authoritatem;

vt idem

ut idem Alex. fatetur in. d. §. voluntatem. Nec quidquam obserit, quod iuramentum contractui appositum ipsius contractus naturam, & legem sortitur, & obtinet. l. vlt. C. de non num. pecu. l. vlt. ff. de libera. caus. cap. quemadmodū. de iure iu. & de natura huius contractus est, quod venditori sit denuntiadū litē motā fuisse emptori, ut iste teneatur de euictione, sicuti probatum est. Nam & si sciā naturale esse huic contractui, quod vendor teneatur, de euictione: q̄ tamen denuntianda sit ei scienti litis quæstio, hoc non existimo esse naturale, nec propriū huius contractus: sed generale, & omnibus alijs conueniens ad morā cōstitutionē, atque itē accidentale: nōpē ut hoc requiratur regulariter attento rei statu, & eius qualitatibus. Etenim non opinor hanc denuntiatiōnē, quæ scienti fieri debet, esse naturalē. quod colligo ex notatis per Bald. in. l. 1. col. 1. C. commoda dat. licet interpellatio de natura cuiusque contractus sit ad constituendum in mora debitorē, quoties ipse debitor inscius est, atque ignorat creditoris necessitatem. At iuramentum sortitur naturam contractus, cui accedit, primordiale quidem non accidētalem, sicuti communiter receptū est glo. in. l. certi condic. in princ. ff. si cert. pera. arg. l. item veniunt. §. cum præximus. ff. de petit. hæret. Bal. in cap. vlt. col. 3. de iure iur. idem Bal. in. l. vna. §. Sed si nō. C. de rei vxo. acti. ex quibus mihi placet, denuntiationem non esse necessariā, quoties vendor sciuerit, litē motam fuisse emptori, & ipse vendor iuramento. præstato: id contractū venditionis promiserit in specie se defensurū emptorē, si quæstio mota super rempta fuerit: sicuti præmittūt omnes, quibus hęc sententia placuit. Alioqui si vendor simpliciter iuramentū præliterit, iuraueritque in genere cōtractū ipsum vēditionis: forsitan erit necessaria denuntiatio: ac tunc iuramentū hoc generale, contractus ipsius leges, & conditiones habebit, quod est maturius cōsiderandū: siquidē Alexā. in dict. l. quod te. nu. 8. omnino reprobat eam opinionē, qua assūlētum est ratione iuramenti morā cōtrahi & committi absque interpellatione.

Sextō: quanuis alias emptor iure ordinario agere non posset de euictione aduersus venditorem, cui non denuntiauerit litis quæstionem: nihilominus eadem euictione actio obtinebit, & poterit contra venditorem proponi, etiam non facta denuntiatione, alijsque omisis solennitatis: modò emptor ipse probet iure ab eo rem euictam fuisse: onusque suscipiat probandi iustitiam euincētis, nullumque ius habuīste venditi-

torem, quo posset rem illam vendere. hoc probatur in. l. emptorem. in princip. ff. de actio. empt. vbi hanc sententiam tenent Fulgoſi. & Alberic. Bald. & Angel. in. l. si cūm quæstio. C. de euictio. Bar. Ange. & Pau. Caſtreñsi. in. l. atqui natura. §. cūm me absente. ff. de negot. gest. Rōma. & Alexan. nu. 46. in dict. §. morte. Alexan. consi. 63. nu. 12. lib. 6. Claudi. in dict. §. morte. num. 101. & ibi Rubeus nu. 735. Imol. nu. 27. Barb. col. 4. Anton. Burgenſ. num. 7. in dict. cap. vlt. de emptione. laſon in. l. si domus. §. de euictione. ff. de leg. l. col. 2. Feli. in cap. cūm olim. nume. 11. & in cap. cūm Bertholdus. nu. 24. de re iudic. Matthæ. Afflīct. decisi. 49. Carol. Molinæ. in consue. Parisi. titulo primo. §. 44. col. penul. est communis opinio, sicuti apparer ex his, quos modo cītaui: quibus ad stipulatur gloss. in. l. secunda. verbo. absens. C. de contra. iud. tut. & quanuis gloss. in dict. l. emptorem. in princ. requirat denuntiationem litis motę, ut vendor teneatur de euictione, etiam si emptor agnouerit bonam fidem: nec vllum ius in re vendita competit vendori. quam quidē glo. sequuntur Bart. ibi, Albe. in dict. §. cūm me absente. Ange. Areti. in. §. vlt. de empt. Deci. consi. 74. col. 4. dicens hanc opinionem communem esse: idem fatetur Gratus consi. 157. lib. 1. tamen prior sententia potior est, emptore adsumente onus probandi iustitiam euincētis: posterior autem procedit cūm emptor agnouit bonam fidē: eamque agnitionem allegat agens de euictione, non tamen probat iustitiam euincētis: vel tandem quo ad simplicem actionem de euictione obtinebit prima opinio: secūda vero quo ad duplam: non enim aget emptor ad eam: nisi prius denuntiauerit solenniter litem motam venditori: etiam si postea probet iustitiam euincētis. secundum Imol. in. dict. capitui. vltimi. numero. 28. qui nō ita indistincte hoc tradit: sed eo casu, quo emptor non expectata sententia rem restituit agnoscens bonam fidem. text. optimus in. l. habere licere. ff. de euictio. explicat Anton. Rubeus in dict. §. morte. numer. 736. requiritur etenim sententia, ut ad duplam agi possit. quanuis ex Imola, quidam contrarium adnotauerint. & Fulgoſi. in. l. si ideò ff. de euictio. hanc distinctionem probet dicens. actionem duplam præcisē iure conditionis exigere semper denuntiationem. Sic sane iuxta priorem opinionem, emptor, qui sententia iudicis rem restituit, ager de euictione ad duplam quanuis non denuntiauerit item venditori, si probet ius euincētis, iusteque sententiam latam fuisse, nec vendori vllum ius in ea re cōpete-

tere, quo sit omnino falsum esse quod scribit Aymon consi. 73. num. 6. idem consi. 179. nn. 6. estimans in hac questione, venditorē conuentum actione euictionis ab emptore, qui allegat non fuisse necessariam interpellationē, nec denuntiationem quia venditoris nō intereat, condemnandum fore, nisi venditor ipse ostendat, & probet, quod si fuisset interpellatus potuisset scipsum defendere: itaque onus probandi incumbit venditori secundum eū, qui ad hoc citat Imol. in c. vi. de empt. & vend. nu. 28. Alexā. in dict. §. morte: nu. 47. à quibus hoc ipsum adnotauit Anto. Burg. in. d. c. vlt. nu. 6. qui eam opinionē optimē improbat: siquidem emptor ipse, qui non denuntiavit, probare omnino tenetur iustitiā euincētis, etiā sive editor alleget, quod potuisset rē defendere, si ei denuntiata fuisset lis. idem expressim notat Carolus Molini. in. d. Alexā consil. 63. Nec Imol. aut Alex. refragantur: qui tantū constitūt differentiam, an emptor agnoverit bonā fidē ante sententiā, vel post iudicis condemnationem. Priori nanque casu etiā si denuntiauerit emptor lītē venditori, tenebitur probare iustitiā euincētis: atsi denuntiatio præcesserit, & sequuta fuerit sententia, non incumbet onus probationis huius emptori: quod si denuntiatio prætermissa fuerit & emptor lītē ad sententiā usque defenderit, tenebitur quidē venditor de euictione secundum Imol. si nihil allegauerit nec ostenderit contra ius euincētis, ostendere autē venditor videtur aliquid contra ius euincētis eo ipso, quod emptor ius euincētis minimē probauerit, cū sit iuris præsumptio in favore venditoris, quod si ei fuisset denuntiata lis, se ipsum defenderet: atque ita sunt Imole verba interpretanda: quod manifestissimū erit si animaduertamus eundē Imolā Paulō antē palam tenuisse duo fore necessaria, vt emptor sit immunis ab onere probandi iustitiā euincētis: primū quod denuntiet lītē venditori: secundū quod ante sententiā non restituat rē venditā: imo iudicium ipsum expectet, quo cogatur rem petitori tradere: igitur ex Imola cōstat, incubere emptori onus probandi iustitiam euincētis duobus casibus: primo cū etiā denuntiacione præmissa rem restituerit ante sententiā: secundo si & sententiam expectauerit, nec prius bonā fidē agnoverit, & tamen lītē venditori nō denuntiauerit, eandē sententiam, quā hic probamus. tenuit Anto. Rube. in dict. §. morte. nume. 739. licet ipse contrariā sicut & alij ex Imola & Alexan. deduxerit, & ea ratione ab eis discesserit.

Septimō dubium est, an venditore promitten-

te de euictione quocunque modo res euincatur teneatur ipse venditor de euictione etiam si non fuerit facta eidem lītis motae denuntiatio? & pro 7 feōdō: apparet ita respondendum fore, vt equidem venditor de euictione teneatur: & id probatur auctoritate gloss. in. l. cūm pœna. ff. de arbit. quo in loco Accursius scribit, promissione de euictione in hunc modum facta. quod venditor de ea teneatur quomodo cuncte res fuerit euicta, venditorem teneri etiā re euicta persentētiā arbitri in quem sponte causam emptor cōpromisit: tametsi alioqui re euicta per sententiā arbitri, etiā denuntiatione facta legitimē ipsi venditori: locus non est euictionis actioni. l. si duclum. §. si cumpromiserō. ff. de euictioni. Regia. l. 36. tit. 5. par. 5. cādē sententiā Accursij sequuntur Bald. ibi Alex. in. l. filius à patre. §. vlt. ff. de liber. & poſth. Deci. in rubr. de prob. nu. 12. Are. in. l. ex duobus. col. 12. ff. de duob. reis. Alex. consi. 4. libr. 3. Anto. Burg. in. d. c. vlt. de empt. nu. 14. Ange. Aret. in. §. vlt. de empt. Bal. Imo. Alex. & alij in. l. si domus. §. de euictione. ff. de laga. 1. Gozadi. consil. 1. nu. 19. & consi. 14. nu. 22. & consi. 63. num. 3. Tiraquellus, qui alios citat lib. 1. de rect. §. vltim. in fine. nu. 97. Soci. in. l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. nu. 5. Cur. Iunior consi. 1. nu. 2. quorum sententiam planè admittere, vbi venditor absq; denuntiatione habuit scientiā motae litis: vt tandem tunc etiā si emptor causam cōpromiserit: modō factum fuerit compromissum, vt arbitri secundum ius sententiam dicēt, venditor teneatur de euictione. Vnde idē esse cēleo quoties emptor per sententiam iudicis vietus fuerit, hos etenim duos effectus operabitur generalis clausula, cuius meininit glos. in dict. l. cūm pœna. Et præter hēc non ita facile tribuit debet tanta vis prædictæ clausulæ: q̄ statim damnandus sit venditor de euictione in omnibus casibus quibus alioqui ea non apposita minimē damnaretur. Nā & hēc clausulæ, & dictiones vniuersales limitantur, & restringuntur secundum naturam actus, cui attribuuntur. l. emancipati. & ibi Barto. ff. de adopt. gloss. in. l. promittendo. verbo. conditio- nis. ff. de iure doti. optimē Bald. in consili. 67. col. num. 2. lib. 3. scribit & ad hēc plura. Tiraquell. libro. 1. de retract. §. primo. gloss. 7. numero. 26. sat etenim est his clausulis generalibus aliquem effectum tribuere: nec oppretet eas ita extende- re, quod iuri, & consensui contrahentium, præiu dicium fiat. Hinc infertur, etiam adiecta dicta clausula: si res fuerit euicta per sententiam arbitratorum, & amicabilium, vt aiunt, composito- rum,

rūm, in quos emptor compromisit: venditorem non posse de euictione conueniri. Item deducitur, venditorem itidem minimē teneri de euictione, quoties res fuerit euicta per sententiam iudicis, ipso venditore inscio, & ignorante: mortam fuisse empori litem & controversiam super re empta: quanvis conuentum sit in contraētū venditionis, quod venditor teneatur de euictione, quocunque modo fuerit res euicta nam ea clausula intelligenda est vbi nulla culpa empori tribui possit euictionis sequutę. Quod si cōtendat quis adhuc euictionis actioni locū in his casibus esse: saltē id obtinebit, quo ad pretiū rei uenditæ: non quo ad duplā, nec quo ad interesse.

Octauò non est satis, quòd denuntietur litis quæstio ab emptore venditori: vt is teneatur de euictione: nisi ea denuntiatio facta fuerit legitimo, & congruo tempore: quo quidem adhuc venditor posuit litem suscipere, & rem ipsam de fēdere, nempe ante litis contestationem, secundum Henric. post Specu. in dict. ca. vlt. col. 3. aut non nimis: iuxta: sententiā tex. in. l. si rē. §. vlt. citatus à gl. in. d. ca. vlti. id est ante tellium publicationē prioris instantiæ: sicuti explicat Regia. l. 32. & 36. tit. 5. par. 5. Vnde Ioannes Igneus in l. propter veneni. §. vlt. ff. ad Syllani. nu. 18. credit. esse veriorem opinionem. & tutiorem, quod ilthac denuntiatio fiat ante cōcluonē in causa. Addit tamen apud iuris vtriusque interpres magis receptū etiā in forensi examine hactenus fuisse, iuf sicere denuntiationē istā fieri etiā post sententiā in causa appellationis: modò eo tēpore integrā sint iura defensionis: possitque venditor seipsum & emptorē defendere: quemadmodū tradit glo. in. l. si rē. §. quolibet. ff. de euictioni. Ioan. Andr. Hostiel. Ant. & Imo. col. 2 in. d. cap. vltim.

Nonò venditor de euictione non tenetur, etiam si fuerit sibi denuntiata litis quæstio, si emptor litem prosequutus contumaciter abfuit tēpore sententiæ. tex. in. d. c. vltim. & in. l. si ideo in princ. f. de euict. l. emptor. C. eo. tit. modò sententia lata fuerit contra emporē propter eius contumaciā, & ex causa ipsius absentia: quò ab eisdē legibūs, & decisionib⁹ attenta earū ratione deducitur, & probatur in. l. 36. titu. 5. part. 5. quo fit, vt si emptor dū casu discutitur fuerit prælens in iudicio, defensioneique diligenter allegauerit, ac iuxta proprias vires litem fuerit prosequutus ad conclusionē vique ipsius causæ, licet tēpore sententiæ absens fuerit & cōtumax: nihilominus erit locus actioni euictionis contra venditorem: quia & si empor prælens foret, parum eius præ-

sentia efficeret eo tēpore, quo nihil ab eo in exāmine cause omissum fuit, quod eius cōmodo, & vtilitati cederet. Sic denique censem Bart. in. l. si superatus. ff. de pignorib. nu. 1. Sali. in. l. 1. C. de peri. & cōmō. rei vendit. in fine. idem Salice, in. l. emptor. C. de euictio. penult. col. Bal. in. l. si ideo ff. de euict. Abb. in cap. in caulis. col. vlt. & in. c. penult. nu. 10. de re iudi. Felin. in cap. cū Bertholdus. nu. 23. de re iudicat. qui hoc ipsum intelligit verū esse, nisi emptor ita fuisset verus contumax. ut propter eius contumaciam appellatio admittenda non sit, iuxta resolutionem gl. & Doctor. in clem. vñica, de dolo & cont. tenetur quidem empor condēnatus ab ea sententia appellare: quoties venditor tēpore sententiæ absit à iudicio, & ipsa sententia est manifeste, aut euidenter apparat iniqua: quasi secūs sit in dubio: dum ambigū est, sit ne sententia iusta, an iniqua: etenim eo casu appellare non tenetur emptor: licet venditor absit, quod cōmuni sententia receptū est: ex gl. vlt. Bart. & alijs in. §. Caia. & tamē si appellauerit, tenetur appellationē ipsam prosequi secundū glo. intelligentem iuris consulti responsū in. l. Herennius. §. Caia. verb. venditore. de euictio. Salycet in. l. si procuratorem. §. si ignorantes ff. mandat. Imol. in. dict. capit. vltim. columna. 4. Bart. in. l. propter veneni. §. vltim. ff. ad Syllan. Sed & si frequentiori Doctorum suffragio ita probatum, & obtentum sit ego arbitror, emptorem condemnatum ad rei venditæ restituionem debere omnino appellare, etiam eo casu: quo dubium sit de iustitia sententiæ: quia licet prælendum sit pro sententia iudicis, ea tamē præsumptio coram iudice appellationis admitit probationem in contrarium, qua ratione, si venditor tempore sententiæ prælens non sit in iudicio, tenebitur empor appellare. hoc probatur in dict. §. Caia. vbi hoc expressim tenet Bal. cui adspicatur Regia. l. 36. tit. 5. part. 5. quā opinionē existimo tutiorem. & veriorem esse, atque in foro admittendam fore. Imo etiā si ex actis processus appareat sententiam iudicis: & quam, & iustum esse, adhuc consulerē, & debere fieri censeo quòd ipse empor appetet absente à iudicio venditore: forsitan etenim in causa appellationis probabitur iustitia venditoris ex his testibus, & instrumentis, quæ non fuere producta, vel nō potuere produci iudicio corā iudicē prioris instantiæ. l. per hanc. C. de tēpo. appellatio. cap. cū Ioannes. de fide instrument. quod si iudex sententiā iniquā pronuntianterit per eius imprudētiā aut iniuriā, & iniquitatē: tunc proculdubio appellare

debet emptor etiam præsente venditore : alioqui ea sententia emptori , non venditori imputatur : sicuti gloss. & Bald. in dicto. §. Caia. exstimatorum.

- Decimò : quanuis emptor litem denuntiauerit venditori: agere non poterit de euictione reeuicta per imprudētiā<sup>†</sup>, errorem, aut iniuriam iudicis. probat tex. in. l. si per imprudentiā. ff. de euictionib. & in dict. capitul. vltimo. cuius constitutionis ea est ratio, quod imprudentia, & iniuria iudicis, casus fortuiti censemtar. capitul. vnicō. de noua forma fidelit. ibi, iniustè, vel fortuito casu. At fortuiti casus contingentes post contractum venditionis emptori non venditori nocent. l. prima. C. de pericul. & commo. rei venditæ. §. cùm autem. In litu. de emptio. Ex quo primò infertur, nihil referre , ne interesse quod in hac controversia emptori mota lata fuerit sententia per imprudentiam, errorem, aut iniuriam iudicis contra ipsum emptorem, an contra venditorem, qui litem suscepit simul cum emptore probat text. in. l. secunda. §. solet. ff. de hæredi. vel actio. vendit. versicu. fin autem. notat in hac spe cie Ioan. Igneus in dicta. l. propter veneni. §. vltimo. numero secundo. & quarto, quo quidem casu emptore absente appellare tenebitur venditor; ex quo litem suscepit. Secundò hinc deducitur, lata sententia iniquè per imprudentiam, aut iniuriam iudicis, adhuc venditorem teneri de euictione, si eius culpa sententia lata fuerit in euincentis fauorem : quia probationes & iura, quæ venditor ad defensionem habebat, noluit vel omisit exhibere & in iudicio producere. gloss. in. l. exceptionem. ff. de fideiussori. quam Doctores communiter approbant, secundum Ioan. Igne. in dict. §. vltimo. numero vigesimoquarto. Sed in hac specie non dicitur sententia iniqua : imò potius erit iustissima, quippe quæ lata fuerit iuxta allegata, & probata: quod Bartol. admonet in dicta. l. exceptione. Diximus & nos in huius operis libro primo. capitulo primo, qua ratione aptius est huius illationis exemplum : cùm iudex sententiam iniquam tulerit ob inimicitiam venditoris, & vt ei inimico noceret, & ideo hæc iniuria nō imputatur, nec nocet emptori: sicuti post alios tenet Imola in dicto capitul. vltimo. columnna quarta, argumento text. in. l. necessariò. ff. de peri. & com. rei ven. & l. si merces. §. culpæ. ff. locat. atque eorum, quæ tradit Bartol. in. l. stipulatio ista. in princip. ff. de verb. obligatio. Hoc tamen admittendum erit, si inimicitia orta fuerit ante contractam venditionem: etenim inimici-

tia post contractum contingens, & eueniens vñditori non nocet: nec ei imputanda est iuriuria, quæ emptori fiat ab eius inimico : quemadmodum notant hac in quæstione Salyce. in. l. vltim. C. de actio. empti. Romanus, & Alexand. in dicta. l. Stipulatio ista. in princip. Caro. Ruinus cō filioquinquagesimonono. numero decimoquarto. libro quarto. optimus text. in. l. Lucius. st. de euictioni. Tertiò apparet. vñditorem ab euictione liberum esse re euicta per impudentiam , errorem, aut iniuriam iudicis: etiam si sententia lata fuerit absque vlla emptoris culpa, etiam si emptor in causæ, & iuris defensionibus omnium fuerit diligentissimus: etenim adhuc euincitur res vendita casu fortuito : & ideo emptori non venditori imputatur. gloss. Barto. & Doctores in dicta. l. exceptione. Imol. Panor. & alij in dicto capitul. vltim. vbi Antonius Burgen. numero. 14. post Imol. colū. 4. fatetur hanc sententiam communem esse contra gloss. in dicta. l. si per imprudentiam. Alia quidem circa interpretationem text. in dict. capitul. vltim. & præsertim circa euictionem rei venditæ, quæ fiat iure retractus, legito inibi Burgensem vltim. notabili. & Andream Tiraquel. libro primo. de retract. §. primo. gloss. nona. numero. 34. & §. vltim. in fine. numer. 97. & ibidem. quæstione sexta. & §. 12. gloss. prima. numero sexto.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

- 1 Res specialiter obligata sufficiens præsumitur ad debiti satisfactionem.
- 2 Prior creditor habens specialm. & generalem hypothecam, non potest in præiudicium posterioris creditoris uti generali hypotheca nisi prius fiat excusatio inspeciali.
- 3 Dotalis hypotheca non est admittenda: nisi præmissa excusione, quam induxit text. in Auth. hoc si debitor. De pignoribus.
- 4 Creditor, cui per sententiam iudicis est addicta, res ut eam obtineat iure hypothecæ, & pignoris, poterit iterum petere eiusdem rei iudicialem substationem.

De creditore habente specialem simul & generalei hypothecam.

C A P.

## C A P. xviii.

**P**RIOR CREDITOR & si pluribus utroque iure priuilegijs munitus sit aduersus posteriores creditores: si tamen habeat specialem aliquam in re hypothecam, & item generalem in omnibus debitoris bonis: non poterit impedire posterioris creditoris hypothecam quo ad alias res debitoris, præter illam speciale nec poterit aduersus posteriorem creditoreni hypothecaria agere: nisi prius constet rem illam speciali hypotheca sibi obligatam non sufficere ad prioris debiti solutionem: quemadmodum sancitum est in l. 2. de pigno. quem tex. dicit non esse alibi Bald. in cap. 2. de off. legat. & Cremen sis in singu. 53. Quæ quidem constitutio solet in praxim adeò frequenter incidere. ut non immere ritò hoc in loco exponenda sit aliquot explicitis interpretationibus.

Primò constat in hac specie, rem specialiter obligatam præsumi sufficientem ad satisfacendum priori creditori: nisi contrarium ab eo probatum fuerit: sicuti scribit gloss. in dicta l. 2. verbo. redigere. quam secuuntur Salycet. ibi. l. opposit. laton in princ. Instit. de actionib. numero nonagesimoquarto. Paul. Parisius consilio quin quagesimo, numero vigesimo octavo. libro primo. & Anto. Fanensis. 5. parte. de pignorib. membro. 2. ad finem. Ripa in l. priuilegia. nume. 22. ff. de priuilegio. creditor.

Secundo ad eiusdem constitutionis intellectum obseruandum erit: parum, aut nihil referre, sit ne traditum pignus vel non, priori, aut posteriori creditori: utroque etenim casu obtinet, & admittenda est ea decisio secundum gloss. in dicta l. secunda + in fine. quam omnes interpres inibi expressim, vel tacite probant: & idem suadet ratio, quæ Cælarem ipsum legislatorem mouit, ut statueret, non fore admittendum priori creditorem habentem generalem, & specialem hypothecam aduersus posteriorem creditorem, nec impedire eiusdem posterioris creditoris hypotheciam actionem, nisi prius constet, rem priori creditori speciali signo, & nomine obligata non sufficere ad prioris debiti satisfactionem. hoc enim ea ratione constitutum est, quod specialis hypothecæ prosequutio prætermitti non debeat in præiudicium secundi creditoris: & id est siue debitor ipse, siue extraneus,

siue prior, aut posterior creditor res generaliter priori hypothecæ obligatas possideat: cum eadem sit ubique ratio. licet Fulgo. in dicta l. secunda. teneat, non esse locum illi decisioni priori creditore possidente.

Tertiò eadem constitutio procedit, & obtinet, etiam quando posterior creditor habet generalem tantum hypothecam: neddum specialem & generali simul, nec specialem tantum. Eadē est enim ratio utrobique: cum ipsa lex nolit priorem creditorem habetem specialem hypothecam: ex qua valeat sibi satisfieri, posse ut generali hypotheca in præiudicium secundi creditoris: ergo siue secundus creditor habeat generali, siue speciali in ea re, à qua petit, & conatur excludere primum creditorem, iure obtinebit. quod notant Barto. in secund. column. in dicta l. secunda. Salycet. in l. qui generaliter. ff. qui pot. in pigno. habean. Paulus Parisius in dict. consilio quinquagesimo. numero trigesimoquarto. Antoni. Fanensis in dict. tractat. octaua parte. membro primo. numero vigesimo. versic. temperando. Ripa in dict. l. priuilegia. numero vigesimo. tametsi glos. in dicta l. secunda. versicu. accepti. Bald. & Salycet. ibi. Socinus in consilio 198. columna secunda. & ultima, libro secundo. senserint dictam l. 2. tantum obtinere, ubi secundus creditor haberet hypothecam specialem in ea re, ad quam agit, vel quam defendere vult à priori creditore.

Quartò ad notandum erit, eandem Cæsaris responsionem procedere, siue prior creditor habeat primo specialem hypothecam, & postea generali: siue primo loco generalem, & postea specialem: etenim nihil interest quo ad verā dicta l. secunda. rationem hic scripturæ, & verborum ordo, cum ex eo non mutetur ipsa rei substantia: atque eam. l. interpretantur Salycet. & Fulgo. ibi. Antoni. Fanensis in dict. tract. quinta par. membro secundo, numero quinquagesimo primo. & Parisi. in dicto consilio quinquagesimo. numero. 38. & Ripa dicta l. priuilegia. numero. 21. quanvis Petrus à Bella pertica & Alberic. in dict. l. secunda. eam decisionē tantum admittendam esse censeant: cum primò scripta fuerit specialis hypotheca, & postmodum generalis, quasi hæc secunda sit apposita tunc in subsidiū primæ, & sic hypothecæ specialis. Vnde secundum eos non idem erit quoties hypotheca generalis præmittitur, & specialis subsequitur, quod profectò parum refert.

Quintò animaduertendū est dict. l. secundam  
Tom. j. Var. Resq. Ggg 3 ad-

admittendam esse , quoties prior creditor cum posteriori contendit ratione hypothecæ: quasi se cùs sit , vbi prior creditor agit contra possessorē & extraneum : & possessor velit eum excludere ab actione hypothecaria, ex eo, quod non egerit prius ad rem specialiter sibi obligatam, quæ debiti satisfactioni erat sufficiens : nam in hac specie priori creditori non obstat possessoris extranei, qui creditor non est, nec ius pignoris habet, exceptionis obiectio. Etenim dict: l. secunda. statuta est in favorem posteriorum creditorum: & ideo minimè prodeit extraneo possessori. atque ita tenuerunt Doctor. communiter in dicta. l. secunda. Soci. in dict. consilio. 198. & consilio. 75. libro quarto. Paulus Parisi. consilio. 59. nume. vi cesimo nono. Anton. de Fano de pigno. 5. part. membro. 2. numero. 51. & part. 8. membro. 1. numero vigesimo.

Sexto à proximo intellectu deducitur, posse creditorem agere hypothecaria actione aduersus debitorem ipsum, vel aliquem ex eius hereditibus possidentem quamlibet rē ex his, quæ in generalem hypothecam veniunt: minimè prius petita, nec discussa ea re, quæ specialiter ei fuerat obligata. ac tandem poterit creditor eam actionem in iudicium deducere ad rem sub generali hypotheca comprehensam aduersus eius possessorem in solidum l. creditoris. ff. de distra. pignor. notat in hac specie hunc sextum intellectū Carolus Molinæ. in consuetu. Parisi. titul. 1. §. 11. numero. 13.

Septimò constat eandem constitutionem tūc procedere: cum prior creditor habeat hypothecam specialem, & generalem. Quod si his habuerit generalem tantum hypothecam: quam & posterior habeat, prior tamen sit ita amplior posteriori, vt resquasdam contineat, quæ vel quia iam tempore posterioris hypothecæ, patrimonium debitoris exierant, vel alia causa, non fuerint sub posteriori hypotheca comprehensa, nequam prior creditor poterit à posteriori repellere ex eo, quod prius non egerit ad res illas, quæ priori, non posteriori hypothecæ submittuntur: etiā si ex eis esset facilis debitæ pecuniae satisfactio, si quidem non obstante hac exceptione liberum erit priori creditori agere hypothecaria ratione cuiuslibet rei, quæ in priorem, & posteriorem hypothecam venerit. quod visum est Filippo Corneo consil. ducentesimo quadragesimo septimo. libro primo. colum. penultim. cui subscribit Antonius Fanensis dict. membr. secundo. part. 5. numero quinquagesimo primo. quæ in re oportet

iterum longius repetere veram rationem decidendi, quæ aptari valeat dictæ. l. secundæ. Non enim ea cōstitutio rationem habet ex eo, quod generalis hypotheca videatur constituta in subsidium specialis: nam si ea ratio obtineret, omnino deficerent quartus, quintus, & sextus intellectus. Imò quod in dicta l. secunda. sanctum est ex eo procedit, quod in damnum & præaudiū secundo creditoris non est omittēda prioris creditoris specialis hypotheca cum generali concurrens. Beneficium enim istud conceditur à lege secundo creditori, vt possit primum excludere ab actione hypothecaria virtute generalis hypothecæ proposita: non discussa prius speciali, quam etiam habebat hypotheca. Sic sanè omnibus creditoribus cōsultum esse vult lex & quisimā. Præterea, si prior generalis hypotheca tantum in subsidium foret constituta: tunc sufficiente speciali ad debiti satisfactionem, haberet, secundus creditor solus generalem in alijs rebus, nec diceretur in ea potior. l. qui generaliter. ff. qui potior. in pignor habeant. Item & pro Corneo responso adeat ratio satis vrgens: siquidem prior creditor habens tantum generalem hypothecam, quæ plures comprehendenterit, posset agere ad rem specialiter obligatam secundo creditori: & tamen præter illam rem alias habet sibi obligatas. ita tandem adnotauit Salycet. in dict. l. secunda. in priucip. & idein tensere cæteri Doctor. ibi. nam & creditor, qui generalem tantum hypothecam habet, liberè potest agere actione hypothecaria aduersus quamlibet remdebitoris sui obligatam: penes quemicunque ea sit: & id quidem in solidum admittitur. l. Moschis. ff. de iure fisci. dicta l. creditoris. ff. de distra. pigno. quaram ipse memini hoc lib. capitulo septimo. numero septimo.

Octauò in controversiam deduci solet, sitne locus dict. l. 2. quando prior creditor hypothecam habet ex causa dote? & sanè videtur, eam decisionem in hoc casu non fore admittendam: imò uxorem posse agere hypothecaria pro dote, omissa speciali hypotheca, aduersus res comprehensas sub generali, etiam si posterioribus creditoribus fuerint iure pignoris, & hypothecæ obligatae. Nam & in hac dotali hypotheca non est necessaria excussio, quæ alioqui requiritur authoritate text. in authenti. hoc si debitor. C. de pignoribus. sicuti tenuerunt Baldus Nouelius in tracta. de dote, octaua parte priuileg. vlti. & Roman. in l. si constante. in principi. ff. solut. matrimonio. super tertię parte Bar. secunda quæ stio.

# Libri tertij. Caput. XVIII. 839

10. secundum quod hypotheca dotalis omnino ad nullitatem, etiam si nulla sit discussio in ipso principali debitor: quod maximè conduceat ad hanc questionem, quam modo tractamus. Sed nihil minus tenendum est dictum secundum etiam procedere ubi prior creditor hypothecam habeat ex dotali causa, secundum Bald. ibi Romanum consil. 75. Ripam in dict. l. priuilegia numero decimono. & Aymoitem consilio. 77. numero decimoquinto. & probatur, ac deducitur à vera ratione illius constitutionis. Præsertim quod dotalis hypotheca non habet hac in re priuilegiū aliquod: & ideo iure vñquātū est censenda. Et enim Romani, & Nouelli sententia, quanvis maximis rationibus in disputationis examine defendi posset, tandem falsa est & corruit: cum & discussio requisita in dict. aurhen. hoc si debitor. necessaria omnino sit & in hypotheca dotali secundum glo. in. l. vbi adhuc. verb. qui potiora iuris. C. de iure dotti. & ibi Cinus vñdecima quæst. ac Bald. & alij præsertim Salyctet. quæstione duo decimæ Bartol. & Alexand. in dict. l. si constante. secunda quæstio. tertia part. quam sententiā communem esse fatentur Ias. in dict. l. si constante. numero ducentesimo primo, & ducentesimo octauo. Joann. Crotus ibi. prima, & secunda lectione. super eadem. q. Bart. Ioan. Lupi in capit. per vestras. §. trigesimoquarto. Anto. Fanensis in tracta. de pignoribus. 8. parte. membro primo. numero vigesimotertio. qui eam diligenter examinat. Nec obstat ratio, quam in contrarium fortissimam esse censemus Iason in dicta. l. si constante. ex Salycto in. l. vltima. quarto notabil. C. de iure dotti. nam ad eam respondebitur ex his, quæ tradidere Deci. in consil. 5. & consil. 30. Ripa. in. l. prima. ff. soluto matrimo. numero. 14. & 15. Anto. Fanensis in dict. primo memb. numero vicesimotertio & vicesimoquarto. Sic sane constat, priorem creditorem habentem hypothecam generalem, & specialem ex causa dotis repellere posse à posteriori habente generalem, nisi prius facta fuerit excusio in re specialiter iure pignoris obligata. atque ita memoria teneo in lite fatis controversa propter magnitudinem rerū, ab quibus agebatur, in hoc Regio Prætorio concordi iudicium suffragio semel, & iterum propositum fuisse. Imò licet Ioan. Lupi in dict. §. trigesimoquarto. dubitet an iure pontificio admittenda sit Bart. opinio: cuius modo mentionem fecimus, an potius ob æquitatem locus sit Romani, & Nouelli sententiae, mihi profecto videtur adhuc in foro Ecclesiastico, & iure Canonico.

idem quod iure Cæsaréo seruandum fore: cum nulla hac in re inter utrumque ius constituantur differentia.

Nonò est præterea obseruandū candem. I. secundæ constitutionem procedere, etiam si prior creditor in re specialiter obligata, ratiū habeat specialem hypothecam: in alijs vero rebus generalē: adhuc etenim prius est excusio præmittenda in re specialiter obligata, quam agere possit ad rem generali obligatione comprehendam in præjudicium posteriorum creditorum. Si qui dem satis est ad rationem dict. l. quod prior creditor è re specialiter obligata possit consequi debitę pecunię satisfactionem. quam interpretationem ego deduco à Salycto ibide in ultimis verbis contra Petrum & Alber. in ea. l. 2. Socin. consil. 75. lib. 4. ad finem. & Antoni. Fanensi dict. membro secundo. numer. quinquagesimo. primo. quorum sententia mihi non placet. Decimò fortassis locus nō erit dict. l. 2. quoties hypotheca in huc modum concepta sit: quod specialis non derogat generali, nec generalis speciali. Hæc etenim clausula hunc intellectum admittit ut specialis hypotheca non impedit aliquo modo vium generalis, ac si ea minimè fuisse adiecta. Hoc ipsum est, quod multis, ni fallor, male conceptis verbis explicare volunt Barth. Chassanæ in Catalogo glori. mundi. 12. part. considerat. 99. col. 10. \* Adhuc tamè hic intellectus mihi valde dubius est: atque ideo difficilime eā interpretationem in praxi admittere. \*

Verum hoc in capite de actione tractamus hypothecaria: in qua iuxta vñiusque iuris regulas per sententiam iudicis + creditori res obligata tradita: ut eam obtineat iure pignoris & hypothecæ, donec sibi debita pecunia fuerit soluta. at ipse creditor tradita sibi re: videns quod iure tenetur fructus rei in sortem ipsam principalem imputare: & ea ratione cogit sur particulares solutiones admittere, petit à iudice ut diem constituat possessori ad pignoris solutionem: & decreto judiciali permittat ipsius pignoris solennem venditionem si intra diem res ipsa vel à debitor, vel ab extraneo possessore, a quo eam per sententiam habuit non fuerit solutione debiri à pignore liberata: quæritur an petitio iusta sit, & admittenda: nam quo ad exterum possessorem, à quo res actione hypothecaria evicta est, constat, eam minime teneri ad solutionem debiti: & ideo ipse non sit in mora, quanvis pecuniam debitam vlo vñquam tempore non soluerit, nec pignus liberauerit: qua ratione cessant ea, quæ à

iure statuta sunt de vendendo pignore conuentionali, iudicali, & Prætorio. de conuentionali inquam in l. prima, & secunda. C. de distract. pigno. l. vltima. C. de iure domi. impetra. Bartol. in l. vltima. ff. de distract. pignor. optim. text. in l. si pupillus. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. l. secunda. C. de præd. minor. de iudicali, & prætorio in l. à diuo Pio. §. in vēditione. ff. de re iudicata. vbi post alios Alexan. columna quinta. latius Ant. Fanensis de pignoribus, sexta parte principal. membr. i. Sed nihilominus cūm hēc quæstio in praxim incidisset, vidi non semel eām ita definitam fuisse, vt dies certa constituta fuerit, intra quam liceat possessori, à quo res abducta fuit, solutione debitæ quantitatis pignus, & sic rem ab eo euictam liberare: hoc addito: quod si intra eā diem non fuerit solutum nec liberatum pignus, tunc solenni, & iudicali subhaftatione vendatur ad satisfactionem creditoris, quod quidem pluribus probatur rationibus. Prima, ne creditor cogatur inuitus particulares solutiones recipere: quas quidem omnino recipere cogereur computatione fructū pignoris in ipsam sortē principalem. Et tamen iure apertissimum est, non fore creditorem cogendum particulares solutiones recipere. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsluris. traditus per gl. Bar. Alex. & Iaf. in l. quidam existimaverūt. ff. si cert. peta. nec iure probari potest, creditorem cogendum esse, pecuniam creditam ex fructibus pignoris habere: & consequi. at si non posset rem per sententiā iure pignoris traditā vēdere: dubio procul cogeretur creditor fructus pignoris loco pecuniae creditæ recipere. Secūda ratio hanc sententiā omnino probat: nam iudicis pronuntiatio, quæ creditori iubet rem tradi in pignus, nihil aliud agit, quā declarare, rem illam iure pignoris, & hypothecæ ad creditorē pertinere quod manifestū est: sed ius pignoris, & hypothecæ hoc habet à lege, vt vendi possit res ipsa data in pignus à creditore autoritate iudicis. l. 2. l. 3. l. creditor hypothecas. C. de distract. pign. l. 41. tit 13. part. 5. Igitur sicut creditor posset absque hac declaratione vēdere: rē sibi in pignus a debito obligatam: ita poterit vendere rem iure pignoris ei a iudice addictam: quodcunque id pignus sit. text. optimus hac in quæstione in l. vltima. titulo. 27. parti. tertia. Tertiō, cūm hic creditor rem euicerit à possesso: quid obsecro iuris habet is possessor in re, vt possit impedire pignoris vēditionem? profectò nullum aliud ius habet, quām quod soluendo pecuniam creditori debitam potest rem ipsam ab eo euictam repe-

tere argumen. l. primæ. C. qui potior. In pignore habeant l. potior. §. vltimo. ff. eod. titu. tex. in ipse cie. l. mulier. ead. rubri. l. Paulus. §. vltimo. ff. qui bus mod. pignus vel hypothec, solua, norant Balduus, & Alexan. in l. si res obligata. ff. de legat. primo. Antoni. Fanensis de pignoribus. quinta parte. membro tertio. num. 26. Ergo dum ipse possessor extrancus, a quo creditor rem iure pignoris euicit, non soluerit debitam pecuniam, non habebit ius impediendi pignoris vēditionem: nec audiendus erit, & si aduerlus creditorem patientem pignoris subhaftationem obiecerit, quæ ex fructibus eiusdem pignoris paulatim creditam pecuniam habeat. Iudex vero in hac controuersia tempus constituet intra quod res pignori & hypothecæ data possit à creditore libertari: quoque elapsō venditio solenniter fiat, arbitratum, quidem: cūm nullibz in iure certum hac in re se tempus definitum. l. prima. ff. de iure deliberan., & ferè in hac quæstione tradunt Doct. in l. cūm proponas. C. de bonis auto. iudic. po. sid. & Antoni. à Fano. dict. membro primo num. octauo, post Alexan. in dict. §. in vēditione. col. 5.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 An ex titulo contractæ societatis transeat dominium absque traditione, & quid de possessione?
- 2 Quo pacto acquisita matrimonio constante acquirantur pro parte dimidia uxori quo ad dominium, & possessionem?
- 3 Intellectus Regie, & Taurinæ constitutionis. 53. de dote data filiæ à patre soluto matrimonio, an cœscatur data de acquisitis matrimonio constantem?
- 4 Decurionatus, & publica officia matrimonio constante acquisita, communicantur uxori quo ad estimationem.
- 5 Ius patronatus ecclesiasticum matrimonio constante a marito acquisitum: communicatur uxori.
- 6 Decurionatus, & similia officia empta à patre filio imputantur in legitimam, & conferuntur quo ad estimationem.

Adnotantur aliqua de bonis acquisitis matrimonio constante.

C A P.

## CAP. XIX.

**C**O N T R A C T A I N-



ter duos omnium bonorum  
societate; absque illa traditio-  
ne, dominium omnium rerum;  
quæ tempore contractus erant  
acquisitæ, cōmunicatur. text.  
in l. §. vltimo. & l. secunda. ff. pro socio. Regia.  
l. 43. tit. decimo. part. quinta. traditur frequentis-  
fimo omnium cōsensu in l. traditionibus. C. de  
pactis. Quis & earundem rerum possessio absq;  
traditione transfertur: sicuti eonsent gloss. in pri-  
ma opinione illi dicta. l. secunda. & inibi Ricard.  
Jacob. de Arenis. Rainer. Bartolus. & Albericus.  
idem Alberti in l. sequenti. Bald. & Fulgosius in  
l. prima. eodem titu. quorunq; opinio communis  
est. in his tamen bonis, quæ post contractam so-  
ciatatem per alterum ex socijs acquirunt, non ac-  
quiritur nec dominium, nec possessio alteri so-  
cio, tametsi leges societatis sint inter eos diuiden-  
da. textus optimus in l. si quis societatem. ff. pro  
socio. quam differentiam expressim adnotauit  
Rodericus Suares in l. prima. titul. de acquisitis  
matrimon. const. libr. tertio Fori. versic. Quæritur  
vterius utrum in meliorem. Folio vigesimo  
tercio. columna prima, & secunda. Albericus in  
dicta. l. prima. §. vltimo. & Fulgo. ibi dum scri-  
bit: nihil esse impossibile respectu rerum præsen-  
tium, tametsi loco præsentiu. vitio excusoris, ac  
Typographi, sit absentium. idem tenet Bal. satis  
in specie in ea. l. prima. §. primo. ex quibus ni fal-  
lot, ita cit accipienda sententia gloss. in dict. l. se-  
cunda. quam & authoritas Odoredi confirmat  
qui in dict. l. prima. §. vltim. eadem distinctione  
vitur: & his non citatis Andr. Tiraquellus idem  
tradit ita distinguens in tracta de constitu. secun-  
da part. amplia. 30. numer. 6. & 8. nam & si actus  
ineundæ societatis habeat vim constituti, & idē  
reipiciat bona præsentia, & futura. l. 3. §. cūm spe-  
cialiter. R. pro socio. ita tamen est interpretan-  
dus, ut bona præsentia, & item futura nomine so-  
cietas quæsita utrique socio quo ad dominium  
& possessionem querantur: bona vero futura  
quæsita nomine proprio communicanda sint:  
non tam ipso iure absque traditione socio quæ-  
rantur: cuius nomine non fuere titulo emptio-  
nis. aliove habita. l. si societatem vniuersorum. l.  
si frates. §. locum vniuersa. ff. pro socio. cūm fa-  
tis sit, actum ineundæ societatis habere vim con-  
stituti, & factæ traditionis quo ad bona præsen-

ta, nè dentur due fictiones alioqui, si actus so-  
ciatis vim habeat taciti, & facti constituti, & de-  
num bona futura quo ad eundem effectum cō-  
tineat quod est contra text. in l. prima. C. de do-  
nis promission. ubi prohibitum est, plures in ea-  
dem re fictiones constitui. Sic tandem est intelli-  
gendas text. in dict. l. secunda. quanvis Ioan. Lu-  
pi in rubric. de donationibus inter virum & vxo-  
rem. §. 66. numero. vigesimoquarto. & Chassa-  
ux. 4. in consuetadi. Burguadix. rubrica quarta.  
§. secundo. versiculo sunt ergo, numero. sexto,  
adnotauerint ex gloss. in dicta. l. secunda. etiam  
acquisita per alterum ex socijs post contractam  
societatem communia ipso iure utrique fore  
quo ad dominium, & possessionem. ad idem ei-  
tat dictam gloss. Didacus Segura in tracta. de  
bonis lucr. const. matrimon. numero. 44. quod  
quidem nec à gloss. deduci verè potest, nec iure  
receptum est: nisi dixeris id lege Regia probari  
titulo vicissimo octavo. l. quadragesima sexta.  
part. tercia. quam adducit ad hanc questionem  
idein Joannes Lupi. §. sexagesimoquinto. uime  
ro undecimo. ex qua nihil de possessione statuitur:  
licet expressim quo ad dominium probet,  
utrique socio acquiri in rebus adhuc post con-  
tractam societatem per alterum proprio nomi-  
ne quæsitus. Eandem verò constitutionem & de  
possessione intelligit Rodericus Suares in dicta  
l. prima. versicul. Quæritur vterius. ad finem. &  
profecto ratione societatis ita intelligit æquum  
est. Ex quibus quantum ad matrimonij societa-  
tem infertur. Primo, ex lege, aut consuetudine,  
qua inter virum & vxorem communia esse sta-  
tuerit omnia bona, etiam quæ tempore contra-  
ctus vir, & vxor obtinebant: dominium, & pos-  
sessionem vxori acquiri statim matrimonio con-  
tracto pro parte dimidia omnium rerum, quas  
maritus tempore contractus iure dominij possi-  
debat. Secundo infertur iure Cæsareo inspecto:  
& stante lege, quæ acquisita matrimonio con-  
stante communia viro, & vxori, esse censeant om-  
nia bona, quæ nomine societatis, & sic viri & vxo-  
ris fuerint empta, aliove titulo quæsita: quo  
ad partem dimidiæ eorum, tam iure dominij  
quam possessionis ad vxorem pertinere. Tertiò  
deducitur in eadem specie, rem a marito con-  
stante matrimonio proprio nomine quæsitatam,  
si leges Cæsareas, & communem resolutionem  
sequamur, nec quo ad dominium, nec quo ad  
possessionem, etiam dimidiæ partis vxori acqui-  
rir: licet inter eam & maritum res eadem sit iure  
communionis diuidenda, & communicanda.

quod expressim notat Ancharr. consil. 102. numeris sexto. incipit. Quæstio est talis. nec tam per hoc licet marito libere res istas matrimonio constante quæsitæ alienare: sed tunc demù cùm id fecerit ex causa absque fraude, & dolo iuxta leges Regias, ac municipales, & consuetudines. quod tradit Ioannes Lupi in dicto. §. 66. numer. 24. & 25. l. quarta. titul. quarto. libr. quinto. ordi. Hodie. l. quinta. titul. nono. libro quinto Recopilationis. & l. 205. inter Styli leges. & præterea Bald. consil. 135. libro secundo. licet inibi sententia contrarium eius, quod in hac tertia illatione asseverauimus: & idem teneant Ioan. Lupi, Chassanæus, Didacus à Segura, & Rodericus Suares. Quartò ex Præmissis constat, iure Regio partitum posse defendi sententiam Baldi in dict. consil. Ioannis Lupi, Chassanæi, Didaci à Segura, & Roderici Suares in præcitatibus locis scribentium, dominium rerum à marito acquisitarum matrimonio constante in uxorem quo ad partem dimidiā transferri absque aliqua traditione. Hoc etenim ad similitudinem societatis contractæ poterit ex l. Regia. 46. adnotari. Hodie. l. 6. titul. decimo. libro quinto Recopil. quin & idem erit quantum ad possessionem: sicuti asserit Segura, & seferè Ioan. Lupi, Rodericus, & Chassanæus dum ad hanc quæstionem adduxere gl. in dict. l. secunda. ff. pro socio. quæ in dominio. & possessione loquitur. Nec obseruit quod lege Regia. Hodie. l. 5. titul. nono. libr. quinto Recopila. maritus potest alienare absque consensu uxoris res integras, acquisitas quidem per eum matrimonio constante, quantum dimidia pars uxori competit ratione communionis. Quia hæc communio inter virum & uxorem quo ad acquisita matrimonio constante non est propriæ in actu: sed in habitu, & credito: siquidem ipse maritus solus est actu dominus propter autoritatem administrationis, & alienandi potestatem: quam habet non sanctè absolutam: cùm absolute dominus non sit sed tantum ad onus communionis, quæ est inter ipsum, & uxorem: aut saltem ex aliqua causa, quæ præsumptionem dolii & fraudis excludat: nec ea alienatio ei permittitur in ultima voluntate: sed tantum inter viuos: vnde hæc communio, soluta matrimonio, ipso iure exit in actum, & in veram, atque actualem dominij, & possessionis societatem: sicuti eleganter explicat Carolus Molinaeus in consuetudinibus Parisiensibus. §. vigesimo quinto. columna prima. ipso vero matrimonio constante isthæc communio quod ad dominium, & possessionem quodammodo est impro-

pria, & impedita propter administrationem marito competentem, quæ non est prorsus libera: sed quemadmodū dictum est intra limites quodam continetur, quos excedere, & transgredi nimis valet.

Ex his plura deduci poterunt, quæ hic libenter omittimus propter varias caularum species: & præsertim ex eo, quod facilium sit post hanc resolutionem recte intellectam, & Regijs constitutionibus diligenter examinatis: multa adnotare, quæ ad præiuxvtilia sint quo ad alienationem acquisitorum, matrimonio constante marito permittam. Illud verò non est prætermittendum, quod ratione huius societatis, & oneris ad eam spectantis, Taurina constitutione statutum est, capitul. quinqagesimo tertio. Hodie. l. octaua. titul. nono. libro quinto Recopilationis. Dotem à solo marito constante matrimonio promissam, aut datam filiæ, & donationem propter nuptias filio constitutam soluendas & deducendas esse ex bonis acquisitis post contradictionem matrimonii, & lege Regia communibus, aut communicandis inter virum & uxorem parentes filiorum eorundem, quibus dos data fuerit. Quasi onus istud constituendi dotem, & donationem propter nuptias filiis pertineat ad onus ipsius societatis, saltem quo ad hunc effectum, vt data, vel promissa hoc titulo etiam à solo patre in duobus cœlantur promissa, & data ex bonis viro, & uxori communibus, & ea ratione ex eis sunt soluenda, atque deducenda. idem alia ratione probatur. Etenim onus istud constituendi dotem filiabus, & donationem propter nuptias filiis, contractum est matrimonio constante: veluti debitum quoddam æris alieni: quod satis manifestum est, & tamē debita omnia matrimonio constante contracta omnino soluenda sunt & deducenda ex his, quæ acquisita fuere tempore ipsius societatis coniugalis: quemadmodum cautum est. l. decima quarta. titul. vigesimo. libr. primo. Fort. l. Stili. 207. l. quinquagesima nona Tauri. Hodie l. octaua. titul. nono. libr. quinto Recopilationis. pañimque id receptum est: & iure societatis maximam æquitatem haber: cum damna, & commoda vtriq; socio communicentur. l. si non fuerit. §. Aristo. ff. pro socio. nam & apud Gallos idem moribus obtentum extat, sicuti constat ex Chassanæo in consuetudi. Burgundia. rubric. quarta. §. nono. nume. primo. & sequentib. atque ita hanc rationem esse, quæ locum fecit Tauri, næ constitutioni quinquaginta moterio. Hodie dict. l. octaua. titul. nono. libr. quinto Recopilationis. asse:

rit & probat Ioannes Lupi in rubri. de donatio-  
nibus. §. sexagesimo sexto numero. septimo.

Ex quo inferatur quid dicendum sit, vbi pater  
soluto iam matrimonio filia dotem dederit, au-  
promiserit: an ea data censematur, vel promissa ex  
bonis acquisitis constante matrimonio inter eū,  
& vxorem defunctam matrem ipsius filia, quæ  
nuptui traditur? Etenim quibusdam visum est,  
eam dotem deducendam, & soluendam fore de  
bonis ipsius patris, non de bonis acquisitis ma-  
trimonio constante, quod potissimum probatur  
ex l. vlti. C. de dotis promiss. & ex eadem Tauri-  
na constitutione, argumento sumpto à contra-  
rio sensu: dum dicit lex: durante matrimonio:  
quasi secus sit cum eo soluto pater filia, aut filio  
dotem vel donationem propter nuptias deder-  
it, aut promiserit. Etenim ea datio, aut promis-  
sio facta presumitur de bonis ipsius patris: non  
de bonis filiorum, dict. l. vlti. res autem matrimo-  
nio constante acquisita, eo soluto statim quoad  
partem dimidiari inter bona filiorum, & hære-  
dum vxoris connumerantur: atque ideo ex eis  
non debet censeri constituta dos. Contrarium  
tanien in praxi frequentiori iudicium luitragio  
receptum est, vt tandem si pater matrimonio lo-  
luto filio, aut filia eiudem matrimonii dona-  
tionem propter nuptias dederit, aut promise-  
rit, dotemve constituerit: ea datio, & consti-  
tutio facta presumatur ex bonis illo matrimo-  
nio constante quæsitis, potius quidem quam  
ex bonis proprijs ipius patris. Quod proba-  
tur ab eadem ratione Regiae constitutionis, quæ  
onus respexit ipsius societatis, & communis,  
coniugalis, processit etenim onus hoc dotem con-  
stituendi filiabus, & donationem propter nu-  
ptias filijs ab ipso matrimonio, quo constante  
filiis fuere progeniti, quamobrem etiam si his filiis  
dentur donationes & dotes matrimonio soluto:  
ea tamen datio quædam est solutio debitii lega-  
lis contracti: quidem matrimonio constante &  
eius causa: sic lane post huius operis primam edi-  
tionem video, hanc opinionem probatam fuisse  
à diligentissimo simul & eruditissimo Grego-  
rio Lopez in doctissimis ad partitarū leges com-  
mentarijs in l. 6. titu. 10, part. 5.

Cæterum hoc in contractu sèpissimè & illud  
quæritur: an decurionatus, publica munera scri-  
bae, & tabellionis officia, empta matrimonio co-  
stante à marito: sint communia lege Regia ip-  
si, & vxori? Et profectò videtur, non esse hæc of-  
ficia vxori communicanda: primo, quia vxor est  
incapax horum munerum, nec ea potest iure ob-

tinere, nec in his Reipublicæ seruire: quod nian-  
festè constat: ergo horum officiorum partē ha-  
bere non potest. Siquidem Regia lex, quæ in hac  
re statuta est, & dictat acquisita matrimonio con-  
stante communia esse viro. & vxori, intelligen-  
da est modo vxor capax sit acquisitioni, & rei,  
quæ fuerit a marito acquisita iuxta l. primam. &  
ibi notata. C. de sacrosanct. eccl. Deinde & se-  
cundò eadem opinio autoritate probatur. Nam  
& eam expressim asserit Guilielmus Bened. vir  
non leuis authoritatis apud Gallos in his, quæ ad  
forenses pertinent controversias, is inquam in  
capit. Raynuntius. de testamentis. verbo. Et ux-  
ori nomine Adelasiam. numer. septingentesimo  
octuagesimo septimo, ita hoc probat, vt e-  
tiam assueret nec utilitatem, nec æstimationem  
horum officiorum, & munerum commu-  
nicandam fore ipsi vxori, nec ea mortua eius hæ-  
reditibus: idem tenet Christianæ. in consuet. Bur-  
gundie. rubric. quarta. §. secundo. versi. Additio  
ista consuetudo. numero quinto. quibuslustraga-  
tur, quod hæc munera, & officia publica empta  
à patre cuidam ex pluribus filijs: nec cum fratri-  
bus mortuo patre communicatur: nec imputa-  
tur in legitimam, etiam quo ad æstimationem:  
sicuti viuum est Nicolao de Vualdis in tracta. de  
successione ab intesta. columna decima. & Gui-  
lielmo Benedicto in dicto capitul. Raynuntius.  
verbo, duas habens filias. numero sexagesimo se-  
cundo. quia officia ista non transeunt in hære-  
des, nec vendi possunt absque licentia Principis  
qua ratione eorum venditio impossibilis cense-  
tur. l. apud Julianum. §. si constat. ff. de legatis pri-  
mo. Vnde declinetur, hæc publica officia empta,  
aut matrimonio constante acquisita per mari-  
tum, minimè fore communicanda vxori, etiam  
quo ad æstimationem eorum.

Ego vero contrariam sententiam censco iu-  
re veriorem esse, in hunc sensum, vt decuriona-  
tus. officium, & similia, quæ fuerit per virum  
matrimonio constante acquisita, quantum ad  
eorum iultam æstimationem vxori esse commu-  
nia, & pro parte dimidia eidem competere. Hoc  
probatur ex eo, quod hæc officia empta sint pe-  
cunia communii viri & vxoris: & ideo æquissi-  
mum est, ea quo ad æstimationem viro & vxo-  
ri esse communia: alioqui liceret maritis mille  
fraudibus vti aduersus vxoris ad effugiendam  
acquisitionem matrimonio constante commu-  
nione: quæ veteribus huius regni moribus in-  
ducta fuit, plurib[us]que regis constitutionibus  
matura, & prævia deliberatione hecenus est  
stabilita.

stabilita. Non obstant, quæ in prioris sententiæ comprobationem adducta fuere, & adduci solent. Primum etenim nihil impedit posterioris opinionis praxim, quod isthæc officia publica individua sint. Nam & in individuis communio viri & vxoris locum obtinet: siquidem marito edificante Ecclesiam matrimonio constante, & ex ea causa, aut alia acquirente ius patronatus Ecclesiastici: ius istud est etiam vxori commune: habetque in eo vxor partem individualis soluto matrimonio, iusque presentandi, & idem in eius heredes transmittit: sicuti censet Ioannes Ludi in rubric. de donationibus inter virum & vxorem. §. sexagesimo primo. numero vicesimotertio. Et tamen ius hoc patronatus individuum est. text. in capit. primo. de iure patronatus. vbi gloss. & item gloss. in capit. pia mentis. decimasexta. questione septima. textus in l. quædam mulier. ff. familiae herciscundæ. l. Carmelia pia. ff. de iure patronatus. Saltem quo ad substantiam: licet quo ad presentandi ius, & eius exercitium sit diuiduum: quemadmodum probatur in Clemen. plures. de iure patronatus. tradunt Baldus in capitulo. Quanto. de iudicijs. Cardinal. in dicta Clementina. Plures. columna tertia. Rochus Curtius, de iure patronatus. verbo, ius, questione iuxta. Sic & in alijs individuis, quæ vendi, & æstimari possunt, vxor partem diuidiam habebit. Item non Oberit. quod vxor capax non sit huius muneris publici: id etenim pro cedit quo ad ipsum officium: non quo ad eiusdem officij æstimationem. Deinde cum facilime à Principe soleat impetrari licentia vendendi hac publica munera: eorum venditio possibilis est censenda. quod in d. §. si constat. satis probatur: quem ipse ita intelligendum esse ostendi in Epitome desponsalib. secunda parte. capitulo tertio. nume. octauo. Multò minus nocet posteriori sententiæ quod ultimo loco adducebam de his officijs non imputandis in legitimam, nec conferendis: quia illud falsum est respectu æstimationis iustæ, quæ quidem & in legitimam imputatur, & etiam confertur ex eo, quod isthæc officia soleant facili Principis licentia vendi. Unde licet Imperator in l. omni modo. §. imputari C. de inoff. testamen. responderit, hac & familia publica munera, & militias in legitimam esse imputandas eo, quod vendantur, & ea ratione sensim insinuet, munera & militias, quæ minime vendantur, non fore in legitimam imputandas: attamen paria sunt, quod militiae vendantur, & vendi libere possint: & quod facili licentia

Principis vendi soleant. hoc sensere Bartol. in l. prima. §. nec Castrense. ff. de colla. bono. Bal. & Paulus Castrensis in dict. §. imputari, scribentes, officia publica & militias, quæ ex communi viu non venduntur, nec vendi possunt sine licentia Principis, non esse imputandas, nec conferendas. Quasi hi Doctor. aliud forent responsuri de militijs, quæ facili licentia Principis vendi consuerint, & in specie quod publica officia, quæ vendi solent facili licentia Principis, conferenda sint. & imputanda quo ad earum æstimationem tenent Iason in l. illud. C. de collatio. nume. sexto. & Francis. à Ripa in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. numero. 163. quibus tandem probatum erit: æstimationem decurionatus, similium quæ munerum acquisitorum matrimonio constante per maritum communicandam esse omnino vxori, quod in hoc Regio Prætorio sententia iudicium quandoq; obtentu fuisse certò scio. \* Verum an horum munerum venditio à Principe vel eius consensu iuste fieri possit dubium quibuldam, & multis, non temere, videri poterit. Nam authore Lampydrio Alex. leuerus. nusquam passus est juris & gladi honores vendi: dicens, ne cesset esse, vt qui emit vendat. & Anastasius Imperator Theodorus lector. lib. 2. histor. ecclesiastic. magistratus qui venales erant & prætio dabuntur gratis dedit. D. tamen Thom. ad Brabantæ duccisam eam venditionem licitam esse censem: modo dignis & idoneis ea venditio fiat, & eo prætio quo exactiones iniquæ vitentur. Probat Bal. in l. Barbarius col. 2. lect. 1. de offi. prætor. Benedic. in C. raynuntius verbo duas habens filias. nu. 52. Soto de iust. & iure. lib. 3. q. 6. art. 4. Na uar. in manua. ca. 25. versi. 8. idem Nauar. in extra uag. Gregor. XIII. de datis & promis. nu. 43. Leges etenim huius regni depriuatis tractauere, illis huiusmodi venditiones interdicentes: coniuncta tamen cum illis agitur, ita vt id promisum censes polsit, modo id fiat salua semper Regiae potestatis autoritate. De his tamen muneribus & militijs agimus, quæ vel officia, vel ministeria publica sunt: & à Principe vel eius autoritate conferuntur, & coherent personis his quibus dantur, & earum morte finiuntur, & ad ius Principis vacatiōne redeunt. Quæ quidem vaccacio à Iustia. casus militiæ dicitur innouella. 35. quæ est de exhibendis reis. §. si vero semel versi. primū namque apud Julianum nouella. 47. c. 5. & apud eundem nouella. 40. cap. 4. alias. 97. quæ extat. tit. de æqual. dot. §. his consequens versi. quia vero. Sic plane militiæ casus doctis Accurs. intellexerat in dict.

„ di. versi. quia verbo perueniente & in di. versi.  
 „ 1. Verbo ex casu. Idem scrisit Alberic. in dictio-  
 „ na. verbo casus, dum afferit in iure casum amissi-  
 „ sionem significare, idem Accurs. in Auth. de non  
 „ alie. §. quoniam vero cognouimus versi, casus na-  
 „ & ibi. Græce nouelle verba τιμητων ἐκπλοσι  
 „ vetus interpræs priorū casum translulit sicut &  
 „ in d. ver. Quia vero quæ Græca τό κάστρον ιπομένει  
 „ scripta sunt. idem vetus interpræs casu proueniē  
 „ te translulit. Sed & in Auth. de Nupt. §. mitiores  
 „ noue. 22. Græca scripta τῷ πλέον μεταγένεται  
 „ Latine idē interpræs redidit quæ ab eo data sunt,  
 „ nēpe dotis, aut ppter nuptias donationis casum:  
 „ Quo in loco rursus idē Accurs. casum amissionē  
 „ iper pretatur. Et quānis Lælius Taurelius de mi-  
 „ litijs. ex casu aliter lenserit, sic casum militiæ in-  
 „ tellere Cona. lib. 4. c. 15. Ludou. Charondas. li.  
 „ 1. veri. c. 14. & Ant. August. in Iuliani nouella  
 „ rum epithomem verbo cadere. Nam hæ militiæ  
 „ ita ex eorum qui ipsas habent, pendere regulari-  
 „ ter videntur: ut si casus vel mortis, vel alicuius in  
 „ fortunij accidat, qui liberam disponendi facul-  
 „ tatem renuntiatione aliovè modo competentē  
 „ auferat, ad Principis nutum redeant, & veluti ca-  
 „ duce censeantur: Græca siquidem nouella nou-  
 „ appellauit militias quasdam ex casu, neque ex ea  
 „ notari potest ita appellatas fuisse. Sed de militijs  
 „ tractat. quid agendum sit quoties qui dicitur ca-  
 „ sus acciderit vtiturque Græcus author hoc di-  
 „ cendi modo quasi cohaete dictionis latinæ mē-  
 „ tione. Et quanvis ex Iuliani nouella. 47. capit. 5.  
 „ Cuyat. in nouel. 35. & 33. & l. 3. §. si quid minori. ff.  
 „ de minor. existimauit casum militiæ dici, id quod  
 „ pro militia iam caduca hæredibus aut filiis de-  
 „ functi militis ex placito scholæ militantium vel  
 „ beneficio Principis dabatur. Et hoc ipsum Pe-  
 „ tro Pytheo placuerit in epithome Iuliani dictio-  
 „ ne casus. Quibus suffragari videntur. l. vltim. C.  
 „ de Pignor. l. omnimodo. §. imputari. C. de inof-  
 „ sic. l. Si quis in sacris. C. de proximis sacrorū scri-  
 „ niorum lib. 12. existimo doctissimum Cuyatum  
 „ non dissensurum ab ea interpretatione, quam  
 „ ex Accurs. trādidimus: ex eo præseri quod is  
 „ ipse in l. vltim. C. de domest. & protectoribus.  
 „ pares fecerit militiæ & dotis casus ex Auth. de  
 „ æqual. dotum versi. Quia vero Paulo ante à no-  
 „ bis citato. Que vero militiæ palatinæ, aut mune-  
 „ ra, aut publica officia potuerint olim iure cæ-  
 „ sare vendi, aut pignori dari ex multis Cæsa-  
 „ rum & iurisconsultorum, ac responsis, tradide-  
 „ re præter ordinarios iuris interprætes late Co-  
 „ nan. dicto capitulo decimoquinto Charondas.

numero decimoquarto Baldui. in tract. de Pignor. capitulo decimosecundo. & Cuyat. in no-  
 uellam. quinquagesimotertio. Ex quibus multa  
 poterit lector huius regni publica munera in-  
 ducere.\*

## Ex Capite Sequenti.

### S V M M A R I V M.

1. *Causa meri, & mixti Imperij: an iure Pontificio possint delegari?*
2. *Intellectus capit. in Archiepiscopatu. de raptori-bus.*
3. *Intellectus capit. quod sedem de off. ordin. & capit. aqua. de consecra. Ecclesi.*
4. *Episcopi, & urbium pretores, vicarios constitucere possunt ad ciuilia, & criminalia negotia.*
5. *Intellectus cap. vltim. de off. ordi.*
6. *Voluntaria iurisdictio: an delegari valeat.*
7. *Vicarius Episcopi: an possit conferre beneficia Ecclesiastica ex generali commissione?*
8. *Iurisdictio voluntaria: an possit extra territorium exerceri? Et inibi intellectus cap. statutum. de prebend. in sexto.*
9. *Episcopi Romæ habitantes non possunt in eadem urbe beneficia Ecclesiastica conferre.*
10. *Delegatus ad ea, quæ Principi reservata sunt, non potest subdelegare. & num. 5.*
11. *Delegatus legati Cardinalis a latere Romani Pontificis destinati. non potest subdelegare.*

## De meri & mixti Imperij, aiurisdictionis delegatione.

### C A P. X X.



N I V R I S D I C T I O-  
 nis delegandæ tractatu plura  
 tradi solent, quæ summa con-  
 tentione difficilem exami-  
 nationem, ac dicepitatio-  
 nem habent: è quibus ad  
 quarundam decisionum faci-  
 liorem intellectum aliquot compendio quo-  
 dam attingam: quæ iuris Pontificij constitutio-  
 nibus

z. nibus maximè conuenire videtur †, quibus præmittendum est, quoniammodo distinguatur ea, quæ sunt meri Imperij ab his, quæ nisi esse censentur: & rursus quod discrimen sit inter hæc, & ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis: qua in re nō admodum contentiosus ero, etiam si videam satis dubias, & difficiles esse Bartol. definitiones: quia hæc frequentiori interpretum calculo receptæ hactenus fuere in l. Imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. & in ca. quo sedem. de off. ordi. quo in loco And. Alciat. s. nota postalios. quorum ipse meminit Paulus à Monte Pico & iuniores quidem præsertim Longouallius in dicta. l. Imperium. communes definitiones reprobare validis rationibus conantur: verè contendentes, merum Imperium, item mixtum, & iurisdictionem simplicem a iurisconsulto congrue definiri in dict. l. Imperium. cui addenda eit Regia. l. 18. titul. 4. parti. tertia. Horum sane controversam disputationem mis̄am facimus, illud tantum tractaturi, ad sit in hac materia inter ius Pontificium, & Cæsareū aliquod discrimen. Nam, etiam si concedamus ea quæ sunt mixti Imperij minimè esse delegabilia: quod validissimis iurisconsultorum autoritatibus euertere contendunt Fulgo. m. l. 1. ff. dde offic. eius cui est mandata iurisdictio. Alciat. in dict. capi. quod sedem. nume. 09. Longouallius in dict. l. Imperium. Folio. 45. §. venio ad tertium articulū. communem improbantes sententiam, qua iam diu obtentum est, non tatum ea, quæ meri sunt Imperij esse indelegabilia. dicta. l. 1. in princ. l. nemo potest gladij. It. de regul. iuris. l. solet. ff. de offi. proconsul. & legat. in quo nulla ferè est cōtrouersia: sed & ea, quæ sunt mixti Imperij: idque ex eadem. l. prima. adnotatum est, & à Doctribus ibi aduersus Fulgosum alijs rationibus, & responsis maximo conatu defensum: attamen id verum est iure Cæsareo. siquidem iure Canonico causæ meri, & mixti Imperij delegari possunt: vnde Archiepiscopi. Episcopi, & ali iudices Ecclesiastici merum, & mixtum Imperium habentes: posuerunt illi alteri cōmittere, & delegare: sicuti assertunt glo. in cap. in Archiepiscopatu. de raptoribus. gl. in dict. ca. quod sedem. item glo. in dict. capit. peruenit. 95. distin. quarum sententiā communem esse fatentur Panor. Imolæ, & Alciat. nu. 76. in d. c. quod sedem. & Iuniores in dict. l. 1. præsertim Curtius Iunior nume. 26. Alexan. Iason, Purpura. nu. 492. & Jacobus de Nigris. column. 13. Huic opinioni prium suffragatur text. in dict. ca. in Archiepilcopatu. vbi interior a Principe † & ordinarius iu-

dex, qualis erat Rex Siciliæ, causas criminales, quæ ad merum Imperium pertinebant, omnino delegauit. Sed profectò pluribus rationibus parum vrget ille textus. Etenim quanuis Rex Siciliæ subditus sit Romano Pontifici, Clemens. Paſtoralis. de te iudi. Rex tamen & verus Princeps est, habens ea omnia iura, quæ Principibus iure conueniunt, & eis speciali privilegio referuantur, agnoscit etenim Romanum Pontificem iure feudi, & in recognitionem supremæ protestatis. ipse nihilominus omnem, & integrum iurisdictionem in regno habet, & eam exercet, & exēquitur: nec tenetur appellationem admittere à proprijs eius sententijs: notat Baldus in titu. quæ sint Regalia. capit. 1. in fine. colliguntur & alia, quæ hunc intellectum manifestissime probant ex Matthæo Afflīct. quæſtio. 2. & decimatercia præfactionis consti. Neapolitanarum. Vnde sicut ipse Siciliæ Rex potest alicui nobili merum imperium sibi competens in aliqua vrbe concede-re, vt id perpetuò iure feudi habeat: ita poterit & meri Imperij ac mixti causas delegare. Deinde ea delegatio, cuius menſinit ille tex. fieri iure potuit: quemadmodum & inferior à Principe iudex ordinarius ex causa potest ea, quæ sunt meri & mixti Imperij delegare. l. prima. in princip. ff. de off. eius. tex. in authen. de collat. o. §. ad hæc. & in dict. cap. quod sedem. Quæ autem obsecro maior causa ad hæc deleganda esse, aut contingere potest, quam quod Siciliæ Rex minimè valeat ipfemet ea expedire, quæ pertinent ad animaduersionem scelerum, tot negotijs alioqui ad Reipublicæ vtilitatem impeditus? & maximè, quod in dict. capit. in Archiepiscopatu. causa illa iustissimè per Regem fuit Episcopis delegata: quia quodammodo ad religionem pertinebat. & ideo per prælatos Ecclesiasticos poterat diligenter: & vtilius examinari, & expediti. Qui bus tandem fit, nullo pacto posse opinionē communem deduci ex dicta constitutione, & Romani Pontificis responſo.

Secundò eidem opinioni communi adſtipulatur tex. in cap. Aqua. de consecra. Ecclesi. vel al 3. tra. qui probat, ea quæ sunt ordinis Episcopalis delegari posse: & tamen ea grauiſſima ſunt, & ardua, atque ad merum vel mixtum Imperium pertinentia: & ſpecialiter Episcopis ratione ordinis concedunt. argu. l. primæ. in princ. ff. de off. eius. Sed & huic probationi facilimè occurritur: si interpretemur, hanc delegationem fieri posse iusta cauſa: nempe ipſo Episcopo abſente, vel impedito: quod ſatis expreſſum eſt in d. c. Quod ſe- dem.

dem. sic sanè itidem respondetur. c. suffraganeis de electione. Forian dices ex hac responsione constare, sacros ordines, Episcoporum consecrationes à delegatis Episcopis ministratas, cùm nulla fuerit delegandi iusta causa, nullos esse, neque eum effectum, & vim habere, quām aliqui iure diuino, & humano essent habituræ, si à proprio Episcopo ministratætut. quod perquam durum est. Nam & Hostiensis, quem cæteri sequuntur in dict. capi. quod sedem. in distinctè tenent, ea quæ sunt ordinis fore delegabilia, etiam si delegans nullam habeat iustam delegandi causam. At si rem istam exacte pensitemus: non Oberū hæc, quæ nō diximus, ei opinioni, qua probatur, non posse delegari quæ sunt ordinis, nisi delegatio ex iusta causa fiat: cum & si Episcopus delegatus ea expedierit, & gesserit, eam vim ab eo gesta habebunt, quam habuissent, si absq; delegatione forent expedita. Non me latet Hostiē sis sententiā frequentiori Doctorū calculo receptā esse, & posse defendi etiā refragāte Alciato, speciali quādā ratione: siquidē ea, quæ sunt ordinis, delegari non possunt nisi alteri Episcopo, qui & ordinis potestatē absque vlla delegatione habeat: cui solū deficit non potestas ordinis, quæ sufficiens est ad eam actionem: sed licentia, & permīssio Episcopi priori illius diœcesis: quia iuxta Canonicas sanctiones in honestum: & illitum censetur quenpiam Episcopum exercere potestatem ordinis in ea diœcesi, quæ sibi commissa non fuerit, & in eos, qui sibi subditi non sint. Quo fit ut in hac specie, non sit vera, nec propria ordinis delegatio. Quam ob rem in his, quæ iure diuino ad solam potestatē ordinis pertinent: & si iura Canonica ex causa punierint vtētem ea potestate in aliena diœcesi, & item ipsos quibus ministratum est, vel suspensione ordinū, vel alia pœna hiilo minus quod actum fuerit ex potestate ordinis vim omnino habet. At in his, quæ ex institutione Ecclesiae ordinis potestate applicantur: non sola n Canones potuerunt ministros, & eos quibus ministratum est, alia pœna punire: sed & ipsosmet auctus irritos facere, & habere. quo d conat ex his, quæ docti simus Alfonius à Castro diligenter scripsit l. b. 2. de iusta hære. punit. ca. 22. ita quidem mitum non erit, si iure Pontificio permīssum sit etiam absque ullo justo impedimento, ea quæ sunt ordinis alteri ordinis potestatem habenti delegari. tametsi videam, q̄ Romanus Pontifex in dict. ca. quod sedem. causam iustim sedimēti exegent ad hanc delegationem: eam vero ad honestatem quan-

dam pertinere communis interpretatio censem.

Tertio, adducitur in fauorem communis sententiae text. in cap. vlt. ne cleri. vel mona. in. 6. ex. quo apparet, inferiorem à Principe causas meri Imperij posse delegare. Sed id ex eo obtinet, q̄ Episcopus habens merum Imperium nō potest illud exercere in causis, quæ sanguinis. pœnā requiruntur. impedit etenim ipse ecclesiasticus ordo.

Quarto, citatur pro communi tex. in. l. Clem. 1. §. r. de hæret. quo probatur, Episcopum posse causas hæresis delegare, & alteri. cōmittere. Nā, vt inibi expressum est; hæreticæ causæ inquisitores non possunt de ea cognoscere, nec eam tractare regulariter absque Episcopo, vel eius vicario, aut delegato. Igitur delegari poterit causæ hæreseos cognitione: eiusque punitio. Huic tamen authoritati respondent Felin. in dict. cap. quo sedem. & alijs ibidem: esse speciale in causa hæresis fauore fidei. quod & Card. adnotauit in dict. Clem. 1. §. r. nam quod Aleiat. in dict. capi. quod sedem. num. 77. admonet dicens tex. in dict. §. r. permittere capituli vacante sede, delegationem: non tamen Episcopo, qui eius vicarium generali debet causis illis hæreseos examinandis praeficere: non admodum conuenit: eum idem tex. in fine mentionem faciat delegati ipsius Episcopi, & delegati capituli sede vacante.

Quinto, qui communem sententiam sequuntur, citant pro eo tex. in cap. licet. de off. vicar, & in cap. cùm Episcopus. de off. ordi. in. 6. Quibus permīssum est Episcopis per se, vel per alios iurisdictionem ciuilem. & criminalē, exercere. His tamen respondetur, id obtinere in Episcopis, qui pares censentur proconsulibus, qui olim à Senatu Romano mittebantur ad prouinciarū administrationem: & hi legatis delegabant iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium. l. solent. ff. de offic. proconsul. quæ quidem responsio minime congruit. cum ex dicta. l. solent. constet manifeste disparem esse delegationem factam à proconsule eius legato ab ea, quæ per Episcopos, fit, iuxta text. in dict. ca. licet. cùm legatus proconsulis ex vi delegationis nō posset causas meri Imperij definire per sententiam: tametsi si eas posset examinare. dict. l. solent. in princip. ideo verior est responsio, quod text. in dict. cap. licet. obtineat in officialibus, qui ab Episcopis constituantur, & his vicarij appellantur. Nam & illi quādā conscientia, & permissione iuris exercent mandatam sibi à prælatis iurisdictionem: & ideo Episcopis tacite permīssum censetur iure canonico hos vicarios constituere, atque eis iurisdictione.

risdictionem demandare, vt corum locum te-  
neant, vicesque gerant: qua ratione dicuntur vi-  
carij judices ordinarij, & ordinariam habent iu-  
risdictionem. glo. in cap. 2. de offic. vicarij. libr. 6.  
& in cap. Romana. in princ. verb. generaliter. de  
appellat. in. 6. & in capi. perlectis. 21. distinct. Fe-  
lin. in rubri. de offic. delegat. numero. 4. Alexan-  
nu. 17. Iason nu. 2. in rubri. ff. de offi. eius, cui est  
mand. iurisd. Matth. Afflct. in constit. Neapo. li-  
bro. 1. rubr. 59. nu. 12. Panor. in cap. decernimus.  
nume. 12. de iudic. & idem in capi. si quis contra  
clericum. num. 35. de foro compe. in repeti. quo  
rum opinio communis est, & profectò iure pro-  
batur quicquid in contrarium scribat Alciat. in  
rubri de offi. ord. 5. iudicium specie. siquidem fa-  
tis erit, vt vicarij habeant iurisdictionem ordina-  
riam, q generaliter, tacito consensu Principis, le-  
gis, aut reipublicæ ab Episcopis cōstituātur, vt eo  
rū vice & loco iurisdictionē generaliter exerceat.  
Qua ratione idem erit dicēdum in iudicibus se-  
cularibus, qui apud Hispanos à rectoribus ciuita-  
tum delegantur, & eorū locum tenentes appel-  
lantur. Nam & hi ordinariam habent iurisdictionem,  
& eam exercēt consensu Principis, licet ab  
ipsis rectoribus, non à Principe nominentur, ha-  
bent etenim rectores ciuitatū apud nos ius istud  
constituendi vicarios, etiam absque villo impedi-  
mento. Atque ita hos habere ordinariam iurisdi-  
ctionem etiam iure ciuali afferit Paul. Castrensis  
in rubri. ff. de offi. ass. & Curti. Iunior in rub. ff.  
de offi. eius. n. 19. contra Alexan. inibi, qui voluit  
vicarios istos iure ciuali non habere ordinariam  
iurisdictionem. His tandem probatio commu-  
nis sententiæ refellitur: & ea ratione verior est  
opinio quorundam iuris vtriusque interpretum  
qui existimauut, nullam esse differentiam inter  
ius canonicum, & ciuale in delegatione meri, &  
mixti Imperij: imò probatissimi iuris esse, ita iu-  
re canonico ea, quæ sunt meri, & mixti Imperij  
esse indelegabilia, sicut iure ciuali. quam senten-  
tiā aduersus communem tenuerunt Imola, Fe-  
linus, & Alciatus nu. 76. in dict. cap. quod sedem  
Anania in d. c. in archiepiscopatu. Deci. in. 1. co-  
lum. sexta. & ibi Iaco. de Nigris col. 13. ff. de offi.  
cius cui est manda. iurisdiction. sensit Innoc. cap.  
super quæstionum. de offi. delegat. col. 3. cōmu-  
nis tamen sententia adeò obtinuit, vt difficilimū  
sit eam in praxi refelli.

In hæc verò disputatione adhuc communi  
sententiæ adstipulatur tex. in cap. vlti. de off. ord.  
in hæc verba. His, quibus ex officio in certis casis  
competit illos absoluere, qui pro violenta

manuum iunctione incidunt in canonem sen-  
tentiae promulgatæ, licet alijs huiusmodi absolu-  
tionē committere, cùm viderint expedire. Qua  
quidem constitutione probatur, ea quæ iure spe-  
ciali magistratibus conceduntur à lege, vel re-  
scripto Principum delegari posse. Et tamen hæc  
iure ciuali sunt indelegabilia. tex. in dict. l. 1. ff. de  
off. eius, cui est mand. iurisd. à qua & illud deduc-  
tur, meri, & mixti Imperij causas nō posse dele-  
gari. Igitur constat ex his maximam differentiā  
constituti inter ius canonicum, & ciuale in harum  
causarum delegatione: idem manifestūs appa-  
ret, si p̄mittamus iure Pontificio latam esse ex-  
communicationis sententiā, cuius absolutio Ro-  
mano Pontifici tantum competit, in eos, qui ma-  
nus inecerrint violentas in clericos. capit. si quis  
suadente. 17. q. 4. Quæ tamen absolutio speciali  
quodam iure quandoque Episcopis committit-  
ur. cap. mulieres. cap. de monialibus. cap. perue-  
nit. cap. quod de his. cap. vlti. de senten. excom.  
Quod si probauerimus communem sententiā:  
facilis erit interpretatio dict. text. in capi. vlti. de  
off. ordi. cùm iure Pontificio merum, & mixtū  
Imperium delegabilia sint. At si nullam in hoc  
differentiam inter ius canonicum, & ciuale admise-  
rimus, supereft adhuc difficultas: cur ea quæ spe-  
ciali quodam iure: & nominatim lege, vel cano-  
ne alicui tribuuntur, possunt delegari, & alteri  
committi. contra Iurisconsulti responsum in di-  
cta l. 1. in princ. Et simul elegantem iuris Pon-  
tificij constitutionem ab alijs obiectionibus tu-  
temur, aduersus eam item opponitur tex. in cap.  
vlti. §. vlti. de off. delega. quo palam probatur, po-  
testatem absoluendi, vel excommunicandi ali-  
cui datam, ab eo alteri delegari non posse. idem  
instituit ille tex. de potestate p̄dicandi, dispen-  
sandi cum irregularibus, iniungendi pœnitentias,  
hæc etenim demandari alteri non possunt.  
vnde Doct. in. l. Imperium. ff. de iurisd. omni. iu-  
dic. ex eo capite adnotarunt, voluntariam iurisdi-  
ctionem non posse delegari. glo. in. l. ab ea parte  
ff. de probat. Felin. in dict. capi. quod sedem. nu.  
2. Bald. in. l. 3. nu. 6. C. quando prouo. non est ne-  
cessa. Deinde & tertio obstat p̄dictæ constitu-  
tioni, quod habens specialem commissionem à  
Principe ad expediēdum aliquid, quod sit Prin-  
cipi reteruatum, non potest id alteri delegare se-  
cundum Bald. in capitu. vlt. de off. delega. ex eo,  
quod negotium graue, & arduum sit, & ad id vi-  
deatur electa industria delegati. idem notant,  
Barba. col. 3. in dict. capit. vlt. de off. ord. Feli. in  
dict. capit. quod sedes. col. 2. post Anto. & Imol.  
ibi.

ibi. Ale. in l. i. ff. de off. eius. nu. 6. & ibi Iason nu. 28. quam opinionem sequuntur afferentes, ea es se communem Lancelo. Dec. col. 2. & Jacob. de Nigris. col. 15. in ea. l. i. vnde habens potestatē legitimandi, cœandi tabelliones, & dispensandi, non potest si delegatus sit, & ex commissione Principis eam potestate habeat, delegare. Et tamen in d. ca. vlt. habens potestatem absoluendi ab ex communicatione, cuius absolutio Papæ reseruat, optime poterit eam alteri delegare. Quibus tandem effectum est, vt difficilis sit interpretatio illius responsi. Et Jane Bald. in d. c. vlt. scribit, cū tex. procedere non in iurisdictione delegata: sed in ordinaria competenti alicui ex privilegio speciali: nam hæc delegari poterit: sicut & ea, quæ in ordinario, & communi data est. sequitur eandem Baldi adnotationē Iason in. L à Diuo Pio. col. i. ff. de re iudi. idem in. l. à iudice. in prin. G. de iudi. Ego verò non inficiar, iurisdictionem ordinariam alicui datam priuilegio speciali, delegari posse, sicuti & ea delegatur, quæ absque priuilegio iure communi ad aliquā pertineat. ambiguo tamen, quæ sit ratio eur in d. c. vlt. ea quæ iure speciali, & nominatim ordinario iudici lege, vel Canone tribuuntur, delegari possint. Iurisconsulto refragante in d. l. i. ideo dici potest, delegationē, cuius Romanus Pontifex meminerit in d. c. vlt. facta fuisse tantum quo ad quendā actū, & nudum ministerium, nempe simplicem absolutionum. Quod quidem nudum ministerium ab solutionis Episcopus quoties viderit id expedire, delegate, & committere poterit: quemadmodum deducitur ex ratione tex. in c. super quæstionum. §. nos autem. de off. delega. atque ita iuxta hanc interpretationem nihil in ea constitutione decisū est, quod Iurisconsulto in d. l. i. refragetur.

Secundo, illud fortassis non incongrue Pontificis responsi aptabitur: quod ea delegatio iure permissa fuerit in favorem animæ, & eius utilitatem: nè periclitetur excommunicatione ligata: vnde ad faciliorem huius seruitutis libertatē, erit item liberū Prælatis absolutionem hanc alteri committete, sic etenim responderunt Lancelot. Deci. col. 2. & Curt. Iunior nu. 80. in d. l. i. ff. de officiis. Et præterea ius hoc absoluendi excommunicatos propter clericorum percusionē, ego censeo Episcopis competere, & alijs Prælatis iure officiis ordinario: & ita iure magistratus eo ipso, quod quis Episcopus, aut Prælatus sit. Nā & si huius excommunicationis absolutio sit Romano Pontifici referuata propter grauem iniuriam clericorum ordini illatam: nihilominus iure Pō.

tificio statuti sunt quidam casus, in quibus iustissimis rationibus ad reipublicę utilitatem, Episcopis, & alijs Prælatis ratione officiis ordinarij, non quidem specialiter ob negotij pondus, immo quia tunc non ita conuenit criminis punitionem augeri, & extolli, permisum est, quod Christianis absolutionem ab hac excommunicatione ministrent. Etenim quod Iurisconsultus scribit in d. l. i. tunc obtinet, cū propter causatum pondus, & grauitatem specialiter lege, Senatusconsulto, aut decreto Principis negotia magistratibus committuntur: quæ alioqui non suberant eorū cognitioni, nec examini. Et ideo cause meri Imperij, atque item mixti, propter earū pondus specialiter committuntur iudicibus, nec ab eis delegari possunt: quæ quidem ratio satis aliena est à responso Romani Pontificis in d. ca. vlt. cū inibi negotij qualitas officiat facilem iuris Canonici cōmissionem, quæ Prælati in absoluendis excommunicatis vtantur, & eiusdem absolutionis delegationem: quoties id visum Prælatis æquum fuerit. Ex quibus mihi libuit aliquot inferre ad intellectum dicti capituli vltimi.

Primum, deducitur eius cōciliatio cum c. vlt. §. vlt. de offic. delegat. siquidem tex. ille procedit in eo, qui habet potestatem absoluendi ex commissione Romani Pōtificis, ex commissione, inquam, nudi ministerij: is etenim delegare nudū illud ministerium, à quo delectus fuit per Papā, minimè potest. At in dicto c. vlt. de offic. ordin. potestas absoluendi competit ex officio ratione dignitatis, siue illi dignitatij hoc tributum sit iure cōmuni, siue priuilegio, vnde subinfertur, potestatem exercendi nudum ministerium ex officio, aut dignitate adhuc iure priuilegij alicui cōpetentē, delegari posse. quod adnotauerunt glo. Ioan. Andre. Imol. Panor. & alij in d. c. vlt. de offic. ordin. Felin. in d. ca. vlt. de offic. delegat. Secundū deducitur, potestatem absoluendi, & sic nudum hoc ministerium competentem alicui ex simplici delegatione, alteri mandari non posse. tex. in d. §. vlt. Deinde & tertio, apparet iudicem delegatum, cui non nudum ministerium, sed & iurisdictione commissa fuerit, posse absolutionem ab excommunicatione alteri delegare. glo. omnium consensu recepta in d. c. vlt. de offic. ordi. quam sententiam admittunt Doctor. in d. §. vlt. de offic. delegat.

Secundū infertur, iurisdictionem voluntariani cōpetentem alicui ex commissione legis, Senatuscōsulti, aut Canoniciis, delegari posse: quod in d. c. vlt. satis prabatur: quando hæc voluntaria iu-

6 iurisdictio non sit tanti momenti, quin per alium expedire valeat. idē colligitur ex l. apud proconsulem ff. de manumis. vindicta. quam ad hoc citat Bald. in l. 2. ff. de offic. procōl. & lega. facit ad hęc tex. in ca. 2. & 3. de offic. Archipres. & in c. 1. §. vlt. de temporib. ord. in. 6. quibus probatur iurisdictionem voluntariam alicui legi datam posse alteri committi. Quod si voluntaria iurisdictionio à Principe data sit per rescriptū, ea alteri per delegatum committi non poterit. tex. in d. cap. vlt. §. vlt. cùm delegatus ad nudum tantum ministerium, non possit id alteri demandare. atque ita difficultatem istā componit, & explicat Longouallius in d. l. Imperium. Fol. trigesimo sexto. Nec quidquam oberit, quod voluntaria iurisdictionio iure speciali, & priuilegio quodam detur à iure alicui ratione dignitatis, aut officij. Etenim ex eo, quod ea potestas, dignitati, vel officio perpetuo datur, iam ordinaria potius dicenda est, quam delegata. Et ideo potestatis ordinariæ iura habet, & sequitur: iuxta notata per Abb. Cardin. & Felin. in ca. licet. de offic. ordi. Bart. Alex. & Iason. in l. 3. ff. de offic. eius cui est mand. iur. Ergo iurisdictionio voluntaria competens alicui, siue speciali iure, siue priuilegio: in modo ratione officij, aut dignitatis perpetuo à Canone, vel lege data sit, delegari poterit: nisi ea iurisdictione magni sit momenti. Nam ea ratione obtentum est, Episcopum non posse potestatem conferendi beneficia committere alteri, quam eius vicario generali. glo. vlt. in c. statutum. de præbend. in. 6. & in ca. deliberatione. verb. cuicunque. de offic. delega. eo. lib. Oldrad. consil. 77. Cardin. in c. cùm dilectus. 2. col. de consuetudī. Abb. in ca. constitutus. nu. 5. & in ca. vlt. nu. 6. de concess. præbend. Rota Antiqua. 288. & 327. Ioā. de Selua in tract. de benef. secunda parte. q. 21. Et est communis sententia Doctor. in d. c. statutum & in ca. deliberatione. quod satis iuste obtinuit ex eo, quod collatio beneficiorum maximi sit momenti, & requirat sedulam, ac diligentissimam prælatorum examinationem, & curam. eadem sententiam asseruit glo. quam ibi Dominic. & Fräc. sequuntur in ca. vlt. de offic. vicarij. quo in loco Romanus Pontifex perpendens rem. hanc seriam esse

7 statuit, collationem beneficiorū minimè censemiri commissam ab Episcopo, vicario, quem generalem constituit, nisi expressim eius delegatio, & commissio sit. sic nec eidem vicario vi, & ratione generalis cōmissionis non censetur data potestas inquirendi, corrigendi, aut puniendi subditorum excessus, nec priuandi quemquam Eccle-

sastico beneficio, officio, aut administratione. c. licet. de offic. vicar. eo. lib. Hęc siquidem granitae sunt, & maiora, quam, vt in generalem delegationem veniant. Est igitur necessaria specialis cōmissio collationis Ecclesiosticorum beneficiorum, nec continetur sub generali delegatione, quę per Episcopum fit vicario totius dioecesis. Huic verò sententia non obstat tex. in ca. ex frequentibus. de institut. Quia licet ibi expressum sit, vicarium generalem posse beneficia Ecclesiastica conferre: habet tamen ea constitutio varias interpretationes, vt demum vicarius conferre possit beneficia, non quidem ex generali commissione exercendi iurisdictionem: sed vi, & ratione specialis delegationis, secundum Divum in reg. i. de regul. iur. in. 6. nu. 14. quam interpretationem & Panor. sensit. in d. c. ex frequentibus. Qui tamen subiungit aliā quam Imola, & doct. probarunt, asseuerantes illum tex. tractare non de libera collatione beneficiorum: sed de institutione, quę sit ad patronorum præsentationem: quam vicarius generalis absque speciali commissione ministrare, & impartiri poterit: quod etiā tenuerunt glo. in d. c. ex frequentibus. verb. officialium. Roma. singu. 601. glo. in c. vlt. de offici. vi carij. in. 6. inibi communī omnium suffragio accepta. idem glo. in c. cùm in illis. §. cùm autē. de præb. in. 6. Selua de beneficio. 2. parte. q. 14. eandem opinionem sequuntur dicentes eam communem esse Rochus Curti. in tractat. de iure patro. verb. competens. q. 31. & Lamberti. 2. lib. de iure patrona. tertia part. quæstione. 1. art. 5. idem eam tenet d. 2. part. q. 4. Quin & tertio poterit intelligi tex. in d. c. ex frequentibus. de institutione: quę non confert titulum beneficij: sed habenti iam illum, vel vicario dat autoritatem administrandi animarum curam, iuxta tex. in c. 1. de capell. mona. in. 6. nā vicarius Episcopi generalis absque speciali commissione potest habenti beneficium, vel eius vicario autoritatem hęc exercendi animarum curam impartiri, secundum Imol. & communem in d. c. ex frequentibus. præcedens verò intellectus adsumi potest à text. in ca. i. de instit. lib. sexto. vbi constat, vacante sede Episcopali transire in capitulum, & collegium Canonicorum, ius instituendi præsentatos à patronis: quanuis non possit capitulum vacante se de beneficia libera collatione conferre.

Obiter verò ex his, quę diximus de iurisdictione voluntaria competenti alicui iure speciali, vel priuilegio: ratione tamē perpetue dignitatis, vel officij, quibus perpetuo ius hoc specialiter tribu-

tum sit à lege, vel canone, colligitur quid dicendum sit de iurisdictione + voluntaria cōpetentia ex privilegio: an ea possit extra territorium. 1.2. ff. de officiis. pro cons. gloss. & Dōcto. in capit. nouit. de officiis. legat. & in capitul. pen. eo 1. titu. Hostien. & alij in capitul. quia diuersitatē. de concess. pr̄ben. & in capitul. post electionem. eod. titul. Bald. & Alberti. in Lemancipari. ff. de adoptioni. gloss. & ibi post alios lason in l. vltima. ff. de iuris omni. iudic. vbi Hippolyt. numero 7. & Deci. columnā prima. testantur, hanc sententiam communem esse. vnde apparet, Episcopum posse beneficia ecclesiastica conferre existens in aliena dioecesi. gloss. in dicto capitul. nouit. Ioān. de Selua latē in tracta de benef. 3. part. quæstio. 40. & 63. Fatentur omnes, qui præcedētem conclusiōnem probarunt, & Ioān. Crottus in c. vlt. cōst. in 6. Imō & ipsius Episcopi vicarius habens potestatē conferendi beneficia, potest ea conferre extra propriā dioecesim. sicuti notant gloss. in capit. statutum. verb. per se ipsos. de pr̄ben. in sexto. Rota Antiquior. de officiis. vicariis. Do ni. in capitul. vlt. & in capitul. licet de officiis. vicari. in sexto. gloss. in pragmatic. sanct. titul. de collatio §. & quia. verb. vicario. Rebūfus in tract. nominationum. quæstio. 14. colum. tertia. Antoni. Corset. in tract. 1. de excell. Regis. quæst. 80. Nicola. Boērius in decisi. 30. vbi scribit, ita sententia iudicali obtentam fuisse, tametsi contrariū nō tenerint Bald. in dict. l. secunda. ff. de officiis. pro cons. Barba. in dicto capitul. nouit. numero 17. & Franc. in capitul. vltim. de officiis. vicari. in sexto. quorum opinio ex eo corruit, quod cū nō hec iurisdiction voluntaria sit, & possit extra territorium exerceri: nulla potest congrua ratio consti tui, nec dari quo minus eiusdē vius vicario episcopi etiam extra territorium sic licitus. Illud tamē est adnotatione dignum, quod si Episcopus beneficium vacans alicui contulerit eo die extra dioecesim, quo eius vicarius alteri intra territorium contulit: preferendus erit habens titulum a prælito, etiam si vicarius speciale mandatum habeat ad conferendum beneficium: secundum Calderin. consil. secundo. de officiis. vicariis. & Cæsar rem Lamberti. de iure patrō. secundo libr. tertia part. quæstio. secunda. artic. tertio. Ex quibus & illud constat, an hec voluntaria iurisdiction, quæ in conferendis beneficiis exercetur, possit per Episcopos, & prælatos intra curiam Romanam ad vsum, & proxim de luxi: ita quidem, vt in ibi conmoranentes valeant beneficia, quorum collatio eis competit, conferret. Et sane posse id fieri

probatur ex communi omnium sententia, qua obtentum est, iurisdictionem voluntariā + exerceri posse extra territorium: atque ita in specie, prælatos quibus competit beneficiorum collatio, posse beneficia conferre existentes in Roma na curia, tenent Francisc. Paulinus in tract. de po testa. cap. sedē vacan. quæst. prima. secunda par te. columnā tertia. Præposit. in capitul. qui in ali quo. colum. vltimi. sī. distin. Hierony. Paul. in præsti. cancellar. Folio quadragesimo octauo. Rebūfus in tract. nomina. quæst. 14. numer. 28. Ludoui. Gomez in regul. de noī iudican. iuxta formam suppli. quæst. tertia. Probius in dict. c. statutum. nu. 9. receptum tamen est secundum eosdem in praxi, quod Episcopi non possint be neficia conferre etiam, quæ vacauerint extra curia, n̄ dum ipsi prælente Summo Pontifice curiæ adsint: imō oportet eos ad hinc collationis auctū cutium exire. idem assertit Aeneas de Falconibus in tract. 1. reseratio. q. 4. Principali. q. ro. quo in loco citat decisionem Rotæ in Antiquis. 573. quā & Paulinus adduxerat: quæ præmitri iure ipso se clusa praxi, hāc voluntariam iurisdictionem posse exerceri in ipsa curia Romana præsente inibi Summo Pontifice. Dubitat tamen ipse Aeneas ex istim iurisdictionem voluntariam minimè posse exerceri in curia præsente ipso Principe, ex 1. 2. ff. de officiis. pro cons. omnes, inquit Iurisconsultus, proconciiles statim quam urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem non tamen contentiosam, sed voluntariam, igitur intra urbem nec voluntariam habent. Potuisset urgentius adduci tex. in l. vlt. ff. eo. tit. vbi Proconsul. urbem ingressus deponit Imperium. Cuius loci authoritate Fulgoſi. & Corasius ibi adnotarunt Episcopos Romanos ingressos nec Sacerdotia conferre posse. ad idem facit tex. in c. nisi. de off. leg. & in l. 4. §. si tam vicinum. ff. de damnō infest. quo fit ipsum Romanæ curiæ stylum non omnino aduersari his, quæ iure communi statuta sunt. illud profectò minimè potest negari, Episcopos, Archiepiscopos, aliosque Prælatos Romanam curiam habitantes nequaquam posse admittere re signationes simplices, nec permutationes beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ sint propria cuius que dioecesis: cum ex hoc in curia Romana vacare dicantur, & eorum collatio palam ad Summum Pontificem pertineat. c. 2. de pr̄b. in 6. Ab eadem radice deducitur, quod Albert. scripsit in Lemancipari. ff. de adoptio. assuerans, Episcopū in aliena dioecesi posse subditis conferre primam ordinis Ecclesiastici tonitū. cui accepit Rebūfus.

fus in d. tract. nominatio. q. 14. nu. 29. Nam idem Alberi in l. vlt. ff. de iuris. omni. iud. & Pan. in c. ex tuarum nu. 11. de authorit. & vsu pallij. expressum tenuerūt Episcopū non posse in aliena diœcesi ordines conferre, etiam proprijs subditis. Et enim prior Alb. sentētia obtinet in prime collatione tōlūrē: posterior verò in ministerio Sacrorum ordinum, quæ conferuntur ab Episcopis celebrantibus diuina officia indutis vestibus Pontificabilis: siquidem quanuis Episcopus in aliena diœcesi iure valeat Sacra Missarum solennia vestibus Pōtificijs celebrare. glo. in clem. vlt. verb. etiam celebrare. & ibi Cardin. de priuileg. Abb. in c. 1. col. 2. vt lit. pend. idem in c. antiqua. in fine. de priu. Hosti. in cap. vlt. de aut. & vsu pallij. gl. in pragmat. sanctione. tit. de spectaculis in Ecclesia non adendis. verb. benedicunt. nequaquam tamē poterit simul & vestibus Pōtificijs celebrare, & Sacros ordines etiam subditis conferre abs quæ diœcesani licentia, sicuti visum est glo. in d. Clemen. vlt. Anto. & Panor. in c. ex tuarum. nu. 11. & in dict. ca. vlt. de aut. & vsu pallij.

Ceterum, vt questionem propositam absolutam, quibusdam placet p̄enotatā conclusiōnem veram esse in voluntaria iurisdictione cōpetenti iure communi, & ordinario: & secūs esse in voluntaria iurisdictione, quæ quidem competat iure speciali, vel priuilegio, vt tandem hac nemo vti valeat extra territorium secūdum Roma. in sing. 48. & Curr. junior in d. l. vlt. col. 1. ff. de iur. omni. iud. qua. u. sententiam Roman. adnotauit ex c. statutum. de pr̄b. in. 6. quo decisum est, Ecclesiastica beneficia, quæ Romani Pontificis collationi, ex eo quod in curia vacauerant, reseruatā sunt posse post mensē à die vacationis numerandum, si à Romano Pontifice collata non faciat, per Episcopos iplos intra propriam diœcesim habitantes, non extra conferri. Mīhi verò vt plurima egregie placent, quæ Ludo. Rom. vir quidem non vulgaris eruditio in illo singularium conclusionum opere adnotauit: ita sanè vi sum est quandoque cūdem authorem aliqua Iurisconsultis, & Romanis Pōtificibus, dum nimis properè festinaret imposuisse, quæ omnino alicuiā sunt à legislatorum iudicio, & sensu: atque ita p̄sentiarum ei contigisse suspicor: quippe qui censam eius adnotationem iniunimē probari in d. c. statutum. & deinde falsam fore: quod palam erit, si obseruemas, Episcopum iure ordinario collatorem esse omnium beneficiorum, quæ sint proprijs diœcessis. glo. & omnes in c. quanquam. verb. sc̄cūs. de elect. m. 6. traditur in c. cūm vend.

rabilis. de excep. l. 1. tit. 16. part. 1. Selua docet latē. 2. part. de benef. q. 1. & q. 22. optimus tex. in c. nouit. & c. quanto. de his quæ fiunt à Pr̄lat. Hęc verò ordinaria Episcoporum potestas per reservationes Romanorum Pontificum, vel Canonū tollitur, & interim dum viget earum vis suspenditurs: sicuti iure manifestum est. Quib⁹ adamus sim consideratis apparet in d. c. statutum. nō probari Romani conclusionem. Quia in ea constitutione statutū est, beneficia vacantia in curia post mensē conferri posse à Pr̄latis in propria diœcesi, nō aliena: non ea ratione quod iurisdictione voluntaria in hac specie competit iure speciali, & priuilegio: sed ad evitandas fraudes quibus Pr̄lati vrebantur, constituentes procuratores: qui statim elapso mense in curia, vel loco proximo eidem beneficia conferrent, & Romanorum Pōtificum collationes p̄equenirent: quē admodum glo. communiter recepta in d. c. statutum verb. per iplos. euidenter adnotauit. Et pr̄terea licet in specie. d. c. statutum. collatio beneficiorum competeret Pr̄latis iure speciali, & priuilegio: potius foret priuilegium id extendendum, quam restringendum: quippe quod Episcopis iure eis antiquitus competenti donaret. glo. in. d. c. statutum. verb. numerandum. Pr̄sertim quod, vt tertiam rationem constitnamus, non competit eo casu Episcopis collatio beneficiorū iure speciali, nec priuilegio: sed iure communi, & ordinario cessante, & extinta reservatione per lapsum mēsis, vt in eo capite apertissimē probatur. Quatt̄o idem tex. iuxta communem interpretationē. a probat contrarium conclusionem: siquidem secundum omnes speciale inibi statuitur in beneficijs vacantibus in Curia, quod ea nō possit Episcopas conferre extra propriā diœcesim: cōlequitur ergo in alijs casib⁹ ius communē permittere Episcopis collationem beneficiorum intra alienam diœcesim: modò ea ad iplos pertineat. Deinde & quintā: si Romani opinio vera esset, Archidiaconi, Abbates, & similes Pr̄lati non possent conferre beneficia extra territōrium: cūm eis cōpetat collatio iure speciali: quod falsum, & absurdum est: pr̄sertim quod hi territorium non habeant. Ultimō, Romani sententia maxime fallā foret in casu, quo Episcopis, & dignitatibus iure communi competeret collatio beneficiorum ratione priuilegij dati ab ipso met iure perpetuo ipsi dignitati: quia tūc ea collatio iam ordinaria est, & ratione dignitatis, vel officij competit. Quamobrem id habet peculiare, vt omnino minime sequatur conditio-

nem eius iurisdictionis, quæ speciali hominis priuilegio personæ datur: quod in dict. capit. vii. de off. ord. probatur.

Tertio, principaliter apparet ex hac resolutione, Baldi sententiam, qua probare conati sumus 10 habetem potestatem + delegatam à principe ad exercendum ea, quæ principi specialiter sunt reseruata, nequaquam eam alteri posse committere, procedere in eo, cui haec potestas à principe data sit: nam is eam alteri delegare nequit, etiam quo ad quandam, & certa specialem subdelegationem, secundum omnes, tametsi Deci. in capi. tertio. coluna tertia. de offic. delegat. Præposit. in ca. per venerabilem qui filii sint legit. §. quod autem. col. 37. & Mart. Laud. in repe. l. prima. ff. de offic. eius est mandata iuris. asseruerent, subdelegationem in hac specie fieri posse ad certainam legitimationem, vel dispensationem: licet generalis subdelegatio fieri non possit. At si ex officio, aut dignitate habeat quis ius exercendi ea, quæ principi supremo iure sunt reseruata: quâuis id contigerit causa priuilegij dati eidem dignitati: tuac exstimo eam potestatem delegari optimo iure posse. Et id deducitur à decisione text. in d. ca. vlt. de offic. ordin. cum ista potestas iam ordinaria sit ex eo, quod ratione dignitatis competit perpetua ipsi, qui eam dignitatem obtinuit, cuique in eadē leg. timis successoribus: atque ita est intelligenda responsio text. in dicto ca. vltim.

Supereft modò & hoc in loco, cum de delegatione causarum tractemus, duo componere Romanorum Pontificū responsa, quæ maximè contraria ydētur: nempe tex. in. c. cum Bertholdus. de re iud. & in. c. cum causam. de appella. Horū prius admittit subdelegationem eius, qui delegatus est ab inferiori ordinario, vel delegato iudice, qui quidem princeps non sit: posterius autem eam subdelegationem palam improbat, statuēs regulam iuris, qui obtentum est, delegatum inferioris a principe non posse subdelegare. idē expressum probat Regia. l. decima. nona. tit. quarto. parti. 3. notatur in. l. à iudice. C. de iudic. & in. ca. super quest. §. si vero. de offic. delegat. Et sane receptum est, etiam post litis contestationem delegatum inferioris à principe non posse subdelegare. glo. in. d. c. cum causam quam Doct. ibi approbant omnium ferè consensu. & in. d. §. si vero. Iaso. post alios in. d. l. à iudice. Socinus in. l. 1. ff. quis & à quo appellandum sit. col. 3. qua tandem supposita conclusione, quidam respondunt tex. in. d. c. cum Bertholdus. procedere in delegato legati Romani Pontificis: is etenim pro-

ptet autoritatem dignitatis subdelegare poterit ad exemplum legari proconsulis, qui subdelegare potest. I. legatus. ff. de off. procons. vbi iurisconsultus scribit, legarum proconsulis iudicē dare posse: ita etenim affirmat legendus est is locus: quod, glo. ibidein innuit: atque ita absque negatione legi in Pandectis Florentinis affirmat Angelus Politianus lib. Miscellaneorū. c. 78. Budæus, Corasius, Euguinarius in. d. l. legatus. Ant. Aug. lib. i. emendat. c. 3. Nebrissensis in lexico iuris ciuilis. verbo, non: & id palam apparet ex. l. cùm prætor. §. is quoque. ff. de iudic. is quoque, inquit Paulus, cui est mandata iurisdictione iudicē dare potest, ut sunt legati proconsulum; idcirco parē constituentes legatum legati Romani Pontificis legato proconsulis existimarent, eum posse subdelegare Bal. in. l. a iudice. C. de iudic. Angel. in. d. l. cùm prætor. §. a. Pan. in. c. cùm Bertholdus. nu. 22. quorum opinionem assertit communem esse Fel. in. d. c. super quest. nu. 17. Sed hæc interpretatio, nec conuenit tex. in. d. c. cùm Bertholdus. nec vera est. Primum etenim conitat legatum Apostolicae sedis, cuius meminit tex. in. d. c. cùm Bertholdus. non fuisse legatum de latere de quo Bal. Angel. & Fel. prædictā constitue re conclusionem. Vnde manifeste fallitur Brunellus, dum in tract. de legato. conclusi. io. tradit tex. in. d. c. cùm Bertholdus. procedere in legato de latere: atq; inibi de eo tractari. deinde falsum est, quod delegatus legati etiam de latere similis sit delegato proconsulis. Qui quidem proconsulis legatus eius ferè vicaria vtebatur potestate, quam & si à proconsule acciperet, à lege tamē eam habebat ex nominatione proconsulis: & ideo iudex ordinarius dici potuit: sicuti de vicario Episcopi superius adnotatum est. Idem profectò constat, siquidem legatus proconsulis constituebatur ad cognitionem omnium causarum: in vniuersum totius prouincie: atque ideo eiusdem legati officium inter alia Romanæ reipu. munera publica connūmeratur: quo sit nimirū esse, quod is subdelegare posset: nam delegatus ad vniuersitatem causarum subdelegare potest vnam, aut alteram causam, secundum glo. in. d. l. legatus. & in. d. c. cum causam. & in. d. ca. super questionum. §. si vero. quas Doct. communiter sequuntur las. in. l. à iudice. nu. 8. C. de iudic. Fel. in. d. c. super quest. nu. 17. fatentur eam communem esse opinionem Purpur. in. l. more. nu. 98. ff. de iuris. omni. iudi. & inibi Cur. Iunior. nu. 07. hic et ipse & Dec. in. d. c. cùm causam. de appell. contentur contrariā in hoc tutau sententiam: quod

modo non dispuo: sat etenim est non esse patē delegatum legati etiam Cardinalis legato proconsulis: inter quos maximū verē discrimen est, & iure ipso palam constituitur. Est tamen ad interpretationem d.l legatus obseruandum, quod regulariter maxima inest differentia inter hęc duo: mandare iurisdictionem, & dare iudicem. Nam mandare iurisdictionem iudex dicitur, qui iurisdictionem suam ostendit, vel speciem aliquam delegat, & generali causarum cognitioni aliquem præponit ipsius loco: dare autem iudicem est, alicui vnam, aut alteram causam committere, aut delegare ex his quidem causis, quae suberant cognitioni delegantis, probaturque dicimen istud in l. 1. §. vlt. cum. l. sequen. &. quis & à quo app. sit vbi Soci. hoc adnotauit colum. s. optimus text. in dict. l. cùm prætor. §. 1. & in dict. l. legatus. glo. in l. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui est mandat. iuris. l. à iudice. C. de iudic. l. s̄pe. in fin. & l. seq ff. de off. præsid. Nec tamen infiōr quādoque ex subiecta materia verba supradicta confundi. quod appetet ex. l. vlti. ad finem. C. vbi & apud quos l. 1. in princip. ad finem. ff. de off. eius. & l. placet. C. de iudic. Tandem fit, vt cùm potissimum differat legatus proconsulis à delegato legati etiam à latere Romani Pontificis destinati, nequaquam huic delegato legati diceat subdelegare: quemadmodum asseuerant Alberi. Paul. & Iatoni in dict. l. à iudice. Roma. in l. & quia. ff. de iuris. omn. iudi. Collecta. in dict. capi. cùm Bertholdus. Archid. Ioan. And. Anch. Domi. & Fran. in cap. 2. de off. leg. in. 6. Dec. in cap. si pro debilitate. col. 3. de off. de leg. vbi testatur, hanc opinionē communem esse: atque dubio procul quidquid Fel. dixerit, hęc posterior sententia frequentiori Docto. consensu recepta est, & iure verior: tametsi Alexan. in l. more. ff. de iuris. omn. iudi. nume. oſtauo. & Franc. in dict. cap. cùm causam. quęlt. 8. de appellat. Bald. & Angel. sequuti, priorem existiment iure probatissimam esse. Quibus minimē patrocinatur text. in ca. iecundo. de offic. leg. nam li-

cet ex eo pares censeantur proconsules, & legati Cardinales: non sic pares indicandi sunt legati proconsulum, & delegati legatorum Cardinallium. Quamobrem aliter componēda sur tprædicta decretalium responsa.

Et profectò quibusdam vitū est text. in dict. cap. cùm Bertholdus. ex eo procedere, quod delegatus inferioris à principe possit articulū causæ, & si non totā causam delegare scribit etenim Inno. in dict. cap. cùm Bertholdus. posse delegatum inferioris à principe subdelegare articulū causæ, qui tamen iurisdictionem non requitat: qualis est simplex examinatio testium: idem probant inibi Anch. in Heri. & Panor. numero decimonono. idem Ancha. in Clem. 1. nume. 4. de offic. delegat. quorum opinio communis est secundum Felin. in dict. cap. cùm Bertholdus. vbi delegatus non tantū subdelegavit articulū causæ absque iurisdictionis exercitio, sed & totā ipsam causam: quod colligitur ex illis verbis: præfatis Abbatibus committentibus alijs vicis suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: à quibus dictus clericus vocem ad nos appellationis emisit. Qua quidem oratione manifestum fit, delegatos articulū sibi commisum, & totum subdelegasse: alioqui à subdelegatis appellandum foret ad delegantem, non ad Romanum Pontificem. Quod si hęc vera sunt, quemadmodum apertissimi iuris esse censeo ex ca. super questionum. §. porrò. de offic. delegat. certissimum erit, minimē posse admitti prædictam interpretationem. ideo forsitan magis expeditum erit, subdelegationem, cuius mentio fit in dict. c. cùm Bertholdus. nullam fuisse, nec iure potuisse fieri: & tamen de hoc in ea Decretali tractatum non est, vel ex eo, quod litigantes hanc disceptationem omiserint: aut tandem quia iam ad curiam Romanam causa delata, parum intererat de hac re tractare: imò potius oportebat de iure, & meritis, ac iustitia causę agere. quod glo. in d. c. cùm Bertholdus. & in dict. c. cùm causam. insinuat: ac sensit Cardi. post alios in eo. c. cùm Bertholdus.

# DIDACI COVARRV- VIAS A LEYVA TOLETANI,

EPISCOPI SEGOVIENSIS, SUPREMIQUE

HISPAÑIARVM SENATVS PRÆSIDIS MERITIS-

SIMI, VARIARVM EX IVRE PON-

tificior, Regio, & Cæsaræ Resolutionum,

Liber Quartus.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

- 1 ROMA in tribus rusticis, & urbanae triginata quinque olim diuisa fuit.
- 2 Titi Linii locus ex Plinio, ac rursus Plinius ex Ma-  
crobio expenditur.
- 3 Quæ nomina Romanae tribus olim habuerint?
- 4 Valerij Maximi, & T. Linii historia quedam tra-  
ctatur obiter.
- 5 Quæ fuerit prærogativa tribus?
- 6 Athenæ quoq[ue] tribus habuerint? & eorum nomina  
ex Gracis authoribus.
- 7 Quod ius liberti apud Romanos ex manumissione  
habuerint, & de latinis, ac deditiis libertu-  
m.
- 8 Liberti olim in tribu Romana censebatur: in ea que  
suffragium ferebant.
- 9 Legatum tesseræ explicatur.
- 10 Quam utilitatem liberto attulerit tribus legatum  
apud Scæuolam?
- 11 Ius Italicum quid sit apud Iurisconsultos?
- 12 Intellexus ad l. Titia Seio. & ad l. mori boe. §.  
primo. ff. de legat. secundo.
- 13 Viri clarissimi qui dicantur.
- 14 Hæres ex testamento ad factum obligatum, cogitur  
præcise facere.

Quot, & quæ fuerint olim

ROMÆ TRIBVS: ET  
Scæuolæ Iurisconsulti respon-  
sum delegato tribus, quo in  
sensu sit accipien-  
dum.

## C A P . I.



ATRONVS LIBER-  
to statim tributum eti petierat,  
libertus diu moram ab herede  
patroni passus est, & decedens  
heredem reliquit clarissimum  
virum. Quæsum est, an tribus  
estimatio heredi eius debea-  
tur respondi, debeti, idem quæsit, an & coimmo-  
da, & principales liberalitates, quas libertus ex  
eade in tribu usque in diem mortis suæ conse-  
quuturus fuisset, si ei ea tribus secundum volun-  
tatem patroni sui tunc comparata esset, an verò  
usuræ estimationis heredi eius debeantur respo-  
di, quicquid ipse consequuturus esset, id ad ha-  
redem suum transmittere. Hec Scæuola libr. 17.  
digitorum. & capit. 35. de legat. 3.

Et sanè cum patronus voluerit, ipsius impen-  
sa eius libertum in aliquam tribu Romæ adscri-  
bi: vnde multa commoda ex publicis largitioni-  
bus, & Cæsarum liberalitatibus consequuturus  
fore: nec hæres patroni hoc fuerit exequutus,  
mortuusque sit libertus relictus herede, qui vir  
clarissimus erat, & in tribu censebatur, minime-  
que indigeret emptione tribus: Accursius, &  
alij non satis intellexere, quid in hoc respōsio Scæ-  
uola docuerit. Qua ratione, licet brevius posset  
compēdio quodam huius loci interpretatio ex-  
plicati, nos tamen conabimur de Romanis tri-  
bubus, aliquot hoc in loco adnotare, quo expe-  
ditius Iuriſconsulti, & veteres Historici, à quibus  
non raro mentio sit alicuius Romanæ tribus, pla-  
ne intelligi valeant.

Fuere autem Romanæ tribus numero trigesi-  
ta quinque, ex Cicero contra Rullum, & Phi-  
lippica. 6. & in. 3. in Verrem actione, atque illic  
Tom. j. Var. Reso. Hhh 4 Asco

**Afconio Pradiano.** T. Iauio. libr. primo. & libr. 6. iten libro trigesimotertio. ac rursus libr. quinto decadis. 5. & Plutarcho in Gracchis. Siquidē

I Romanus ager primū t̄ diuīsū est sub Rege Ro-  
mulo in partes tres. quæ tribus à ratione appelle-  
tæ fuere. quod tres essent: Tatiensis, Ramnen-  
sis, & Luceres: authore M. Varro libr. quartus  
de lingua latina. idem scripsere Dionysius. libro  
secundo. de antiqu. & Plutarchus in Romulo. Ex  
quibus & illud constat. quālibet ex his partem  
in alias decem. quæ curiæ dicteretur. diuīsam fui-  
sse. Huic nominis rationi accedit. & Columella  
libr. 5. ca. 1. quo in loco. inquit. sicuti tribus dictæ  
primum à partibus populi tripartito diuīsi. quæ  
tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen pos-  
sident. idem Asconius obseruauit. qui tamen fal-  
so existimat. tribus Romanas à raptis Sabinis no-  
mina accepisse: cùm hoc non de tribubus. sed de  
curijs Liuius libr. primo scriptet. & ne hoc qui-  
dem placuerit Plutarcho in Romulo. Seruio ta-  
men in octauum Æneidos placuit. curijs dara-  
uisse nomina triginta Sabinarum. quibus iam  
caixis interuenientibus pax facta fuerit: sed & tri-  
bus tributo dādo nomen accepisse idem Liuius  
tradidit illud adiiciens. Romulum sane in trin-  
ta curias populum Romanum diuīsisse: quod &  
Pomponius Iuris consultus reuelat in l. 2. ff. de o-  
rigi. iur. vt obiter miret. festum; & Budæum scri-  
psisse. Rome fuisse trigintaquinque tribus. quæ  
& curia dictæ fuerint: quoniam tribus à curia maxi-  
mè differret. essetque curia apud Romanos deci-  
ma tribus pars ex Romuli diuīsione. qui tres tri-  
bus constituit. & earum quālibet in decē cu-  
rias diuīsit. quas Græcæ dici φαρπας. auctor est  
Dionysius in d. libro. 2. aut φαρπατες. vt asseuerat  
Appianus libr. 3. de bellis ciuilibus. tametsi apud  
Græcos φαρπα tertia tribus pars esset: quod &  
Homeri interpres adnotauit Iliad. lib. 6. Cicero  
tamen lib. 2. de officijs: quos Græci Ανηροι. id est  
vicos dixerunt. curias esse censem: ita enim de Cimo-  
ne. qui à vico Lacia Laciades dicebatur. scripsit:  
Theophrastus quidem scribit. Cimonem Athe-  
næ. etiam in suos curiales Laciades hospitalem  
fuisse. Ita enim instituisse. vt omnia præberetur.  
quicunque Laciades in villam suam diuertisset.  
Hæc Cicero. ea fortassis ratione. quod ex Herodo-  
to. in Terpsichore olim quilibet tribus Athe-  
nensis ex decem vicis. qui Ανηροι dicebantur. cō-  
statet: sicut & Romana ex curijs decem. Demum  
Seruius Tullius urbem in quatuor tribus diuīsit.  
pagos autem rusticorum in triginta & unam:  
quod idem Halicarnassæus libr. 4. optimè tradi-

dit asseuerans à locis quatuor urbanæ tribus di-  
ctas esse Platinam. Suburram. Collinam & Es-  
quillinam: quorum hominum M. Varro. Titus  
Liuius. & alij meminere. Reliquas vero tribus  
præter has quatuor urbanas. extra Rōmā in pa-  
gis fuisse. M. Varro sentire videtur adnotare Pe-  
tro Victorio libro decimo sexto. Variarum le-  
cti. capitulo vigesimoquarto. sed & Liuius li-  
bro nono. inquit. Quintus Fabius simul concor-  
dia causa. simul nè humiliorum in manu co-  
mitia essent. si omnē forensem turbam excre-  
tam in quatuor tribus coniecit. urbanasque eas  
appellauit. Hæc Liuius. non quod tunc primū  
habuerint initium quatuor urbanæ tribus. quæ  
ex eodem auctore libro primo. à Seru. Tullio  
fuerant instituta. sed quod reliquæ tribus essent  
rusticæ. & laudatissimæ corum. qui rura cole-  
bant. quod Plinius libro decimooctavo. capitulo  
terio. probat dum inquit. iam distinctio. ho-  
norsque ciuitatis ipsius non aliundē erat. Rusti-  
cæ tribus laudatissimæ eotum. qui rura habe-  
rent. Urbanæ vero. in qua transferri signuminiæ  
esset. desidiz probro. Itaque quatuor solæ erant  
à partibus urbium in quis habitabant. Subur-  
na. Pallatina. Collina. Esquilla. Nundinis ur-  
bem reuisitabant. & ideo comitia nundinis ha-  
beri non licebat. nè plebs rusticæ auocaretur.  
Hæc Plinius. cuius locum obiter expendat le-  
ctor ex Macrobius libro primo Saturn. capitulo  
decimo sexto. fortassis enim legendum erit. Et  
ideo comitia nisi nundinis haberi non licebat.  
nè plebs rusticæ auocaretur. Etenim si comitia  
fieri possent internundinis. rusticæ plebs extra  
ordinem auocaretur. quod Plinius negat. Rur-  
sus ex eodem Macrobius forsitan videbitur. nihil  
fore immutandum. ne rusticæ auocarentur à le-  
gibus recipiendis. quæ trinundino dabantur. vt  
quæ ipsi facultas foret componeendi lites. aut  
denique transigendi. quod explicat Alexandr.  
ab Alexand. libro quarto. dier. genial. capitulo  
terio. Adhuc tamen lectioni quam nos aduer-  
sus vulgo receptam obseruauimus patrocinan-  
tur ipse Macrobius Halicarnass. libro septimo.  
& Columella in præfactione de re rusticæ. \* De-  
nique nihil temere mutandum esse censeo: sed  
diligenter obseruandum quod Gruchius. Sigoni-  
nius. & Paulus Manutius hac de re adnotarūt. \*  
Ex his vero. quæ de tribus Romanis adnotauim-  
us. intelliges quæ de cœloribus scribit Liuius  
libro quinto decad. quinta. Hoc. inquit. cùm  
ita seruatum esset. negabat Claudio lusfragi la-  
tionem iniussu populi censem cuiquam ho-  
mini,

mini, nēdum ordini yniuerso adimere posse. Ne quæcaū si tribu mouere posset, quod sit nihil aliud, quām mutare iubere tribum, ideo. omnibus quinque, & triginta tribubus emouere posse, id est ciuitatem, libertatemq̄e eripere, non ubi censetur finire, sed censu excludere. Non me later, eundem Liuium libr. secundo, memorie prodiisse consulibus Ap. Claudio, & P. Seruilio Romæ tribus vnam, & triginta factas fuisse, & libr. sexto, anno ferme tertio post Romam a Gallis captam tribus quatuor ex notis ciuibus additas, easque trigintaquinque tribuum numerum explicuisse. Potius tamen sequor Dionysium, ex quo à Seru. Tullio Romam in quatuor tribus urbanas, agrum vero Romanum in vnam, & triginta rusticis diuīum fuisse, superius adnotau. Quod si quis sequi malit Liuij sententiam, non admodum refragabor, modò sit illud ex omnibus ferè authoribus constitutissimum, Romam vrbem in quinque & triginta tribus olim diuīum fuisse, quarum quatuor urbanas, reliquæ omnes rusticæ censerentur, nec numerum maiorem vñquam apud probatæ fidei autores legi. Nam quod idem Liuius postquam libro sexto, dixerat, trigintaquinque tribus cōtempore fuisse hoc numero expletas. libr. septimo, duas, libro octavo, duas, libr. nono, duas libr. decimo, duas. & Lucius Florus in epitome libr. decimonono. duas tribus additas esse commemorant, ipse interpretaret, has tribus iam equidem veteres, ciuibus, & tribulibus auctas fuisse, vel ex rusticis pagis in urbem translatas: alioqui plures essent Romæ tribus, quām triginta quinque: quod Liuius, Ciceroni, & alijs probatissimis authoribus admodum repugnat: tametsi Lælius Taurellus de militijs ex casu, existimet, urbem Romam in tribus diuīum esse, initio quidem vnam, & triginta, deinde & supra quadraginta ex secundo, & sexto, necnon septimo, nono ac decimo Titi Liuij libris, cuius demum aetate ad quinque & triginta redactæ esset: vt primo eius libro in actis Seruij Tullij Regis proditum est. Vbiique etenim Liuius subindicat, Romam eius aetate, & multò prius, nempe à Tertio anno post urbem captam a Gallis in triginta quinque tribus tantum diuīum fuisse: quod ex libr. trigintotero. constat. Nam L. Eutio Purpureone, & M. Claudio Marcellio consulibus, bello Macedonico cum Philippo anno ab urbe condita Quingentesimo Quinquagesimo octavo. ea, inquit, Rogatio in Capitolio ad plebem lata est, omnes quinque, & triginta tribus ut rogatae ins-

serant. idem libro. primo. sensit, post expletum numerum tribuum trigintaquinque, ad eius aetatem nullam in numero isto mutationem contigisse: Quod ex Cicerone, & Pædiano itidem probatur: & quia nomina tribuum, quorum \*Liuius vbiique meminit, ad trigintaquinque & triginta veteres tribus communis Doctissimorum hominum opinione referantur. Sed & Lucius Florus libro nono. commemorat, tunis adiectas fuisse tribus Velinam, & Esquilinam: cum auctoribus Varrone, & Dionysio, multò antè initium habuerit Esquilina tribus. Qua ratione par est, has duas tribus adiectas esse: non quod tunc initium habuerint, sed quod nouis fuerint ciuibus auctæ: quo in sensu, & quæ Liuius post librum sextum scripsit accipienda fore existimaueram priusquam opus elegans Nicolai Gruchij de comitijs legissim: is etenim libro secundo, validis profecto coniecturis censet, apud Liuium libro secundo legendum esse: tribus vnam, & viginti. Rursus apud eundem libr. sexto, vigintiquinque, non trigintaquinque, ex Dionysio libro septimo. M. Coriolani iudicio, qui asseuerat eo tempore vnam & viginti tribus tantum Romæ fuisse. qua ratione obseruata omnia conuenire videntur, quæ de tribuum numero à veteribus authoribus traduntur: præter Dionysij locum: etenim is author libro quarto Venonio accedit, qui, vt ipse interpretor, scripsit, à Seruio Tullio agrum Romanum diuīum fuisse in vnam, & triginta tribus: Quibus quatuor urbanæ adiectæ trigintaquinque tribus efficiunt. Censet enim Gruchius, vel sibi parum constare Dionysium, vel locum illum in numeris corruptum esse: atque ita emendandum, vt probet, à Seruio Tullio constitutas fuisse viginti tribus urbanas, & rusticæ: vel vt ipse opinor, agrum ab eo diuīum in sexdecim tribus: quibus adnumeratæ urbanæ, & Claudia tribus efficiunt numerum vnius, & viginti. Sed etiæ hæc vera sunt apud Florum libro. 19. non est legendum: Esquilina, quia olim vetus erat ex urbanis quatuor: sed Sapina, vt censet Gruchius: vel Veturia, aut Mentina, siue Menenia, quod mihi magis arridet. \* Forsan Mentina, siue Menenia ex Ciceronis Epistolis. \* Ex quibus lector expendere poterit, quid hac in re sit magis veritati consonum. Sunt etenim multa apud Liuium, Dionysium, ac Florum mutada. Sed & Diodorus Siculus lib. 19. omnino sentit, & Falerianus, & Ofentinam tribus eo anno his, quæ prius Romæ erant, additas fuisse. \* Sed, vt constet, quæ

“ incerta hac in re omnia sint, obseruandum erit,  
 “ Appianum libro primo. de bellis ciuilibus. scri-  
 “ psisse, bello Marsico maxime vigente, Italos fe-  
 “ re omnes à senatu ciuitate dohatos, ex hisque  
 “ nouis ciuibus decē tribus trigintaquinque adie-  
 “ das fuisse, vt tandem numerus tribuum fuerit  
 “ quadraginta & quinque. Sed Velleius Patercu-  
 “ lis libro secundo. eandem rem tractans scribit,  
 “ nouos ciues in octo tribus ex veteribus selectas  
 “ adscriptos fuisse, vt suffragium ferrēt, ne tamen  
 “ potentia eorum & multitudo, veterum ciuium  
 “ dignitatem frangeret, plusquam possent recepti  
 “ in beneficium, quam auctores beneficij. Cinna  
 “ in omnibus tribubus eos se distributurū pollici-  
 “ tur est. Hęc Paterculus. Ex quo & Epitome Liuij  
 “ libro octuagesimo. & .84. Socios omnes, quibus  
 “ Romana ciuitas data fuit, in omnes veteres tri-  
 “ bus distributos fuisse, suspicatur Carol. Siginus  
 “ in libro tertio. de antiquo iure Italiæ. capitu. pri-  
 “ mo. & .3. Dion vero libro quadragesimoquarto.  
 “ tradit, tribum quādam ex veteribus Iuliam à Se-  
 “ natu in honorem Iulij Cesaris appellatam fuisse.  
 “ \* Idem in Flauiae & Vlpiae tribuum nominibus  
 “ in honorem Vespasiani, & Traiani factum fuis-  
 “ se scribit idem Siginus libro primo. De iure ci-  
 “ uita. Roma. capitulo tertio. & id adnotari posse  
 “ ex Dionis loco scribit Onuphrius in ciuitate Ro-  
 “ mania pagina. 540. \* Ex quibus illud constat, tri-  
 “ bus veteres ex omniū testimonio triginta quin-  
 “ que fuisse ex Ciceronis, Liuijque etatē, qua-  
 “ rum nomina ex Liui, Cicerone, Varrone, Lu-  
 “ cio Floro, & alijs autoribus, quorum paulo ante  
 “ mentionem fecimus, constare videntur, licet de  
 “ una, & altera sit controvērsia. Aliaverò nomina,  
 “ quæ ex inscriptionibus, & quorundam testimo-  
 “ nio traduntur diligenter, & crudite ab Honofrio  
 “ Panini, vel ad veteres tribus, quarum nomina  
 “ mutata fuere in principum, aut gentis alicuius  
 “ fauorem, vel ad eas, quæ triginta quinque veteri  
 “ bus additæ fuerunt, pertinere videntur. Quia in  
 “ re nihil, quod certum sit asseuerare possum. Ha-  
 “ buere & apud Romanos curię propria nomina.  
 “ Nam & curię Tifete: item Titiae, Foriensis, Vel-  
 “ liensis, & Veltiae meminit Fellus Pompeius, &  
 “ Fauciæ Liuius lib. 9.

Tribus verò Romanæ propria quādam apud  
 “ auctores nomina habuere, quæ hoc in loco libe-  
 “ tissimè adscribam existimans, illud obseruatio-  
 “ ne dignū esse, quod Asconius tradit. 2. in Verrē  
 “ actione. Moris, inquit, fuit cum aliquis ciuis Ro-  
 “ manus ostendendus esset, significaretur aut præ  
 “ nomine suo, aut à nomine, aut à cognomine,

aut à cognitione, aut à tribu, in qua censebatur,  
 “ aut à curia, aut à censura, aut si erat Senator, e-  
 “ quies Romanus à curia sua. Sic alibi ait. L. Clau-  
 “ diū Palatina. Hactenus Asconius. His adstipula-  
 “ tur Quintilianus lib. 7. c. 4. Propria liberti, quæ ne-  
 “ mo habet nisi liber, prænomen, cognomen, no-  
 “ men, tribum habet haec addicū. His senē verbis  
 “ Quintilianus ferè idē cum Pædiano tractat, quæ  
 “ longius ipse persequar, siquidē Alexander ab A-  
 “ lexandris. lib. 1. dier. genial. c. decimoseptimo. vir  
 “ alioqui diligentissimus non satis diligenter rem  
 “ istam mihi indagasse videtur: qua ratione & Ve-  
 “ laterranus notari poterit. lib. 6. cap. 1. Diligenter  
 “ tamen rem istam expendisse mihi videtur Paulus  
 “ Manutius in Ciceronis familiares Epistolas;  
 “ cuius adnotationes ingenuè fateor, anno vno  
 “ post quam hec scripsoram me primū legisse.

Æmilia tribus. Huius meminere Liuius libro.  
 “ octauo. decad. 4. & Cicero ad Atticum. Epistol.  
 “ 29. Basilicam habeo, non villam, frequentia For-  
 “ mianorum. At quam partem Basilicæ? tribum  
 “ Æmiliam, sed omitto vulgus.

Aniensis tribus. cuius meminere. T. Liuius  
 “ libr. vltim. decad. 1. & libro quarto. decad. tertia-  
 “ dum scribit. Eo die cū sors prærogatiæ ante iu-  
 “ niorum exisset: admonuit etenim diligentissima  
 “ obseruatione Antonius Augustinus Hereditis E-  
 “ piscopus legendum esse. Eo die, cum sors præ-  
 “ rogatiæ Anien. juniorum exisset. L. Florus in  
 “ Epitome. libro decimo. Cicero pro Plancio. &  
 “ ais, inquit, prioribus comitijs Anicem à Plotio:  
 “ idem Cicero libr. Epist. fami. 8. Epistol. 8. L. At-  
 “ teius. L.F. Ant. Capito. id est. ex tribu Aniensi,  
 “ rursus illic. L. Attilius. L.F. An. Capito. quo in lo-  
 “ co misere se torquent Rutilius, & Camerarius.  
 “ Extat inscriptio apud Vuolphangum Lazium. li-  
 “ bro quinto. de Roma. repub. capitulo 22. cuius  
 “ initium est.

M. VIVIVS. C. F. Aniensi.  
 “ Et capit. sequenti altera.

TER. EX OM N V S. TER. F. A N. VER.  
 “ M I L. L E G. XVI. A N. X L. STIP.  
 “ X VI. H. S. E. AV R E L I V S. D. S. P.  
 “ Collina tribus constat ex testimonio. M. Var-  
 “ ronis lib. 4. de lingua Latii. Plinij. libro. 18. capit.  
 “ 3. Dionysij libro. 4. Roma. antiqui. L. Flori. in E-  
 “ pitome. libro. 20.

Cornelia tribus. Cuius mentio extat apud. T.  
 “ Liuium lib. 8. decad. 4. & Marmoreā inscriptio-  
 “ nem, quæ Mathelicę apud Italos legitur, eiusque  
 “ mentio fit in eo libro, qui de inscriptionibus his-  
 “ Fuggerorum impensis typis est traditus.

C. A R I O.

C. A R I O. C. F. C O R.  
C L E M E N T I. M I L I-  
T I. I X. C O H. P R A E T.

Reliqua eiusdem inscriptionis missa facimus, ne præter nostrum institutum in his plus æquo immoremur. Caius igitur Arius ciuis Romanus significatur à prænomine, à nomine familiæ, à patris prænomine, & à tribu; atque cognomine, & alijs, quæ quis poterit ex eadem inscriptione facilime adnotare, præsertim obseruauit, cum fuisse ex tribu' Cornelia.

Claudia tribus ex Liuio, qui libro. 2. de Ap. Claudio inquit. Nā Ap. Clavius, cui postea Ap. Claudio fuit Romæ cognomen, cām pacis ipie auctor à turbatoribus belli premeretur, nec pat factioni esset, ab Regillo magna clientum comitatus manu Romam transfugit. His ciuitas data, igerque trans Anicem, vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo agro venirent, appellata. Dionysius libr. 5. de eodem Claudio. Senatus, populusque ipsum in Partitios adlegit, partēque urbis ei conceedit quam tam voluisse, ut domos sibi, & suis ædificaret: agrumque ei adiecere ex publico inter Fidenas, & Pincentiam ut illum forte inter suos diuideret, ex quibus postea tribus facta est, quæ adhuc hac etate Claudia vocatur. Hæc Halicarnassus. Virgilius libr. 7. Æneidos.

*Ecce Sabiorum prius de sanguine, Magnum,  
Agnen agens Clausus, magnique ipse agminis instar.  
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens.*

Crustumina tribus, aut Clustumina: nam & per L. legitur. Huius meminit Cicero in oratione pro Plancio. qui cū Crustumina? idem pro L. Cornelio Balbo. Obiectum est etiam, quod in tribum Crustuminam peruerterit. Titus Livius libr. 1. decad. 5. permisso, inquit, omnium ira locutus fettur Sp. Lignitus tribus Crustumina. Ex eodem inscriptionum libro constat, Interam nā in platea extare marinoream inscriptionem, cuius hoc sit initium.

A. P O M P E I O. L. F. C L V.

Esquilina tribus ex Varrone libr. 4. de ling. latina. Liuio lib. 5. decad. 5. Dionysio libr. 4. Plinio libr. 18. capi. 3. L. Floro in epito. libr. 19. & Sexto Pompeio. qui & plerunque aliarum meminit.

Falerina tribus apud Liuium libr. 9. & duæ Romæ additæ tribus, Vientina, & Falerina. idem L. Florus tradidit. post Diodorom Siculum libr. 19. sic apud Iosephum libr. 13. de antiquit. cap. 17. C. Sempronij. C. F. Falerina. mentio fit expressim. apud Vuolphangum Lazio lib. 5. de Roma. re

pub. capit. decimo. extat inscriptio ex Neapoli, cuius est initium.

L. B O N V S. L. F. F A L. C E L E R.  
Fabia tribus. Ex Horatio libr. primo. Epist. 6. ad Numicium.

*Hic multam in Fabia valet, ille Velina.*

Suetonius in Augusto capitu. 40. Fabianis, & Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid à quoquam candidato desideraret, singula millia nummorum aste diuidebat. Extat apud Vuolphangum Lazio lib. 9. de repub. Rom. ca. 5. in scriptio quædam ex Austria, cuius est initium.

C. I V L I V S. C. F. F A B. A N T I O-  
C H V S.

Galeria tribus. cuius meminit Plinius libro. 7. capitu. 49. de vita spatijs scribens. Vnus centum quadraginta. M. Mutius. M. F. Galeria, Felix. ita etenim legendum est, quanuis vulgo legatur Galerius. Huius tribus frequetissima extat mentio in marmoreis inscriptionibus. Apud nouā Carthaginem.

G N. C O R N E L I V S. L. F. G A L.  
C I N N A. I I V I R M V R V M  
L O N G. P. C I I. E X. D. D. F F. I. Q. P.  
Tarragonæ in Hispania citeriori.

Q. C Æ C I L I O G A L. R U F I N O.  
Q. C Æ C I L I I V A L E R I A N I. F.  
S A G V N T I N O O B L E G A T I O-  
N E M. Q V A G R A T V I T A A P V D  
M A X I M V M P R I N C I P. H A-  
D R I A N V M A V G. R O M A E F V N-  
C T V S E S T. P. H. C.

Lemonia tribus apud Ciceronem in oratione pro Plancio. Quid Plancio cum Lemonia? idem in Philip. 9. & cum Ser. Sulpicius. Q. F. Lemonia Rufus ita de repub. meritus sit. & apud Vuolphangum Lazio libr. sexto. de Roma. republi. capit. primo. extat inscriptio ex Auxino Italiz, cuius est initium.

L. P R A E S E N T I N O L E M. P A E S T O.

Mæcia tribus, aut Mæcia, siue Metia ex Cicerone ad Atticum Epist. 84. lib. quarto. tribus, inquit, habet Pontinam, Velinam, Mætiam, pugnat acriter. Liuus lib. octavo. tribus propter hos additæ Mæcia, & Scaptia. Est & Caraulli à Genua ad Mediolanum inscriptio, cuius initium tantum adscribam.

Q. A T T I O. T. F. M Æ C. P R I S C O.

Narniensis tribus. cuius meminere Cicero in oratione contra Rullum. ab Otriculana vique ad Narnensem nomina vestra proponat. Liuus libro. 6.

libro. 6. & L. Florus in epitome, quibus in locis leguntur Arniensis, pro Narniensis. Ut quidam existimarent: vulgarem tamen lectionem probant Onuphrius, & Sigonius ex veteribus inscriptionibus, & ex Arno Tuſcæ amne, quæ quidem lectio & mihi potius placet.

Otriculana tribus apud Ciceronem in dicta oratione contra Rullum, ab Otriculana ad Narriensem.

Ofentina tribus, quæ & Vfentina, & Oufentina: cuius meminere Liuius libr. 9. & L. Florus in epitome. tribus duæ additæ Romæ Vfentina, & Falerina. & Diodorus Siculus lib. 19. Extat Marmorea inscriptio, cuius meminit Alciat. in Cornelium Tacitum libr. 16. ex Agro Comensi.

L. CALPV R NIVS. L. F. OVFFA-BATVS.

Item Comi in Aude sanctæ Fidelis.

P. ATILIUS. P. F. OVF. SEPTITIANI.

Palatina tribus: cuius. M. Varro lib. 4. Plinius libr. 18. cap. 3. L. Florus in epitome libr. 20. Cicero. 3. in Verrem actione. & Asconius Pædianus in. 2. meminere. Extat inscriptio Tarracona.

C. MARIO. C. F. PAL. VERO  
GERVNDENSIS. omnibus Honoribus  
functo Flam. Prou. Hispa. Citer.  
Illiæ. & altera.

L. NVMISSIO. L. F. PAL. MON-  
TANO Taraaconem, Omnibus honoribus  
bus in rep. Sua functo Flam. P. H. C.  
Papyria tribus: ex Sexto Pompeio, & T. Liui  
libr. octauo. tribus omnes præter Polliam anti-  
quarunt legem. Pollia sententia fuit, puberes ver-  
beratos necari, coniuges, liberosque sub corona  
lege belli venire: memoriamque eius iræ Tuſcu-  
lanis in pœnæ tam atrocis authores mansisse ad  
patrum ætatem constat, nec quenquam ex Pol-  
lia tribu candidatum. Papyrium ferre solitum.  
Hæc Liuius. Sed & Marmorea inscriptio apud  
Astigim huius tribus meminit.

T. DOMITIVS. T. F. PAP. CLEMENS.

Sed & aliæ inscriptiones illuc leguntur, in qui-  
bus huius tribus mentio fit non semel.  
Pollia tribus, ex Liui libr. octauo. proximè cita-  
to. & Valerio Maximo lib. nono. capitul. 10. qui

de Tusculanis idem quod Liuius scribens, quam ob causam, inquit, Popilia tribus, in qua plurimi postea Tuſculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem vñquam candidatum Pollia tribus fecit magistratum ex quo loco duo liben-  
ter obseruabimus. T. Liuium Papyriæ tribus meminisse in ea re commemoranda, in qua Valerius Maximus Popilia meminerit. Item Latini, aliasque Italiæ populos in ciuitatem Romanam receptos, in aliquam ex Romanis tribu-  
bus adiectos, conscriptosque fuisse. Sic Formiani in Æmiliam tribum ex Cicerone ad Atticum Epist. 29. T. Liui libro octauo. decad. 4. quo in loco inquit, rogatio perlata est, vt in Æmilia tribu Forminiani, & Fundani, in Cornelii Arpi-  
nates ferrent.

Popilia tribus apud Valerium Maximum in dicto capit. decimo. & Ciceronem Epist. octaua. libro octauo Epistolarum famil.

C. SCRIBONIVS. C. F. P. O. P. CVRIO.

Pontina, sive Pomptina tribus ex Cicerone  
ad Atticum Epistol. 84. tribus habet Pontinam,  
Velinam, Mæciam. pugnatur acriter. idem Cice-  
ro in dict. Epistol. 8. L. Iulius. L. F. Pom. Liuius  
item libr. 7. Eodem anno duæ tribus Pontina, &  
Publicia additæ. Extat & inscriptio in Saltu Ma-  
rianio, quam, quia elegans est, integrâ subijciam.

C. SVBERIVS. C. F. POMPT.  
CALENVS. QVI OCVLOS AB  
OCCIDENTE ITALIA AVER-  
TENS CVM MVLTIS AMICIS  
TRANQVILLITATEM EXPE-  
TENTIB. HISPANIAM VENI:  
VBI SÆVISSIMO COORTO  
BELLO MORTEM CVM VITA  
COMMVTAVI. VOS FILII IN  
VIV. PARENT. PIENTISS. IN  
MORTVVM PIENTIORES PA-  
TERN. CINERES EX HISP. EX-  
PORTATE, COMMVNQVE SE-  
PVLCH. CONDITE, QVO AVI-  
TIS CINERIBVS IMMIXTI SA-  
CRO GAVDEANT ANNIVER-  
SARIO PARENTARI.

Publicia tribus, cuius meminit Liuius libr. 7.  
extat, & de ea mormorea inscriptio Romæ, quæ  
traditur à Marliano libr. 5. antiq. Roma. capi. 6.  
quæ quidem significat sepulchrum. C. Cestij se-  
ptemviri Epulonū, ad portam Hostiensem mœ-  
nibus vrbis inclusa.

C. CE-

# Libri quarti,

C. CESTIVS. L. F. P O B. EPVLO.  
Pr. Tri. Pl. VII. Vir Epulonum.

Est & altera inscriptio Tergesti in Histria, cuius meminit Vuolphangus Lazius libro quinto. de Rom. rep. capit. octauo.

Q. PETRONIVS. C. F. PVB. M O-  
DESTVS.

Pupinia tribus, ex Sexto Pompeio, & Alexan-  
dro ab Alexandris.

Quirina tribus apud Ciceronem libro octauo  
Epistol. famil. Epistol. octaua. C. Septimius. T. F.  
Quirina idem Cicero in oratione pro P. Quin-  
tio inquit. L. Albius Sex. F. Quirina. quo in loco  
falso legitur Quirinas. Extat & Marmoreis inscrip-  
tio Eboræ in domo Lucij Rusendij, cuius initium est.

L. VOCONIO. L. F. QVIR. PAVLO.

Item Tarracona.

CATTILIO. C. F. QVIR. CRASSO  
Segontino omnibus honoribus in Rep. sua  
functo. Flam. Prou. Hisp. Citer.

Aloræ in agro Malacitano.

C. CÆCILIO. Q. F. QVIR. BASSO  
Ex decreto municipij Mal. Valeria. Q. F.  
Macrina vxor honore contenta impensam re-  
misit.

Romulia tribus, aut Romilia ex M. Varrone  
libro quarto. de ling. lati. Cicerone. 2. in Ver-  
rem actione. Ex eadem familia. Q. Verrem Ro-  
milia. Eodem contra Rullum. Reipondit à Ro-  
milia tribu se initium esse facturum. Huius & Af-  
conius meminit in Eadem Secunda in Verrem  
actione.

Sabatina tribus apud Liuum libro sexto. &  
Sextum Pompeium.

Scapta tribus: cuius meminere Suetonius in  
Augusto capi. 40. Liuius, & L. Florus lib. 8. item  
Sextus Pompeius.

Sergia tribus ex Asconio Pediano in Corne-  
lianam, Frontino libr. 2. de Aquæ ductibus. Ale-  
xandro ab Alexandris, & Marmoreis inscriptio-  
nibus, quarum vix extat in Rupe Martensi Tuc-  
citani municipio.

# Caput. I.

861

Q. IVLIVS. Q. F. T. N. SERG. CEL-  
SVS.

ÆD. II VIR. Bis de suo dedit.

Altera in eodem oppido.

L. IVLIO. L. F. SERG. CVLLEONI  
II Viro Col. Aug. Gem.

Stellatina tribus ex Liuio libro. 6. & marmoreis  
inscriptionibus, quarum duæ extant Vrbini,  
carumque initia subiçiam.

C. VESINO. C. F. STEL. Vindici.  
C. CESTIO. C. F. STEL. Sabino.

Suburrana tribus, cuius meminere. M. Varro  
libr. quarto. Sext. Pomp. Plinius libr. decimo o-  
ctauo. capitul. tertio. Dionysius Halicar. libro. 4.  
& Lucius Florus in Epitome lib. vicesimo. Hanc  
verò tribū suburbanam appellavit Varro, quod  
ea sic olin dicta fuerit. Sed & idem censet à re-  
gione urbis Succusa, dici Succusanā, atque ideo  
scribi tertia litera. C. non. B. quod Quintilianus  
explicat libro primo. capitul. decimotertio. scri-  
bens, Suburra, cum tribus literis notatur. C. ter-  
tiam ostendere, quo sit, ut his literis. Suc. Subur-  
ranam tribum intelligamus. Extat inter urbis  
Romæ inscriptiones, & epigrammata inscrip-  
tio hæc.

D. M.

M CÆCILIO SP. F. SVC. RV-  
FO SOLIARIO ABLVCO SE-  
MELES EX TESTAMENTO  
EIVS CALVISIA ZOSIMA  
ETM. CÆCILIUS CALIPPVS  
HÆREDES FECERVNT.

\* Huius etiam tribus mentio fit in alia inscriptio-  
ne, quæ Romæ extat ante arcum Septimi Seue-  
ri Augusti, eiusque meminit Onuphrius Ver-  
neensis in commentarijs Reipublicæ Roma, quo  
in loco tribus hæc his literis significatur. SV C-  
Sed & is author aliam tradit inscriptionem, in  
qua eadem tribus per B. literam tertio loco scri-  
bitur hoc ordine: SV B. Terentina tribus apud  
Ciceronem in oratione pro Plancio. non enim  
tribum Terentinam. Liuum lib. decimo. L. Flo-  
rum in Epitome. Et tursus Ciceronem libr. octauo.  
Episto. Famil. Episto. octaua. M. Oppius. O. F.  
Ter. id est tribu Terentina \*.

Tromen-

# Variarum Resolutionum

Tromentina tribus ex Sext. Pomp. & Tito Luiu libr. sexto. apud quem corruptè legitur Pomentina: sicut & apud L. Florum Promentina. Extat marmorea inscriptio apud Caietam.

L. ATTILIO. L. F. TROM.

Et Tarragonæ.

L. GRAVIO ROMANO VIVIO  
TROM. SECUNDO, TRIB.  
LEG. III. AVG. FLAMINI  
PROV. HISP. CITER.

L. AVFIDIO. Q. F. VELINA,  
OMNIBVS HONORIBVS  
FLAM. PH. C.

Volitinatribus ex Cicerone pro G.N. Plancio tu autem Laterensis quas tribus edidisti? Te

CN. NVMERIVS. CN.

Et alio lapide Veronæ apud diuum Florianum.

C. LIGVRIVS. L.F. VOL. ASPER.  
Extat integra inscriptio apud Rhenanum libr. 3.  
de rebus Germ.

Vcientina tribus apud Ciceronem pro G. N. Plancio. Quid, inquit, cuni Vcientina?  
Vetuaia tribus, quæ & inter alias connumeratur ab Alexandro ab Alekandris, & Volaterrano. quin idem Alexandr. libr. 4. dier. genial. ca. 3. scribit, prisci fuisse moris, ut Veturia tribus prærogatiuam haberet suffragiorum, vtque prius in suffragium iret pro suo candidato. Prærogatiuæ enim sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante iure vocatas: & hæc tribus + prærogatiuæ, quos vellent consules dicebant fieri: secundæ iure vocatae, quod in his sequente populo, ut sèpè contingit, prærogatiuarum voluntatem iura omnia completerentur, authore Asconio. 2. in Verrem actione. Præter que in multa de prærogatiua Budæus ad legem Iuliam de ambitu. Et Siganus libro tertio. De antiquo iure Prouinciarum. cap. tertio. Illud mihi verius videtur, tribus prærogatiuas sorte fuisse eductas ex Cicerone Philipp. 2. idemque ex Appiano in historia Gracchorum adnotauit Nicolaus Grucchius libro tecundo. de coinitijs.

\* Illud verò lectorum admonere non prætermittam, ad hanc prærogatiuam pertinere, quod Linus libro nono, scribit. Papyrins, inquit. C. Iunianum Zubulum magistrum equitum dixit: atque ei legem Curiam de Imperio ferenti tristis omen diem diffidit, quod Faunia Curia fuit Principium duabus cladibus insignis: Capte urbis, &

L. ÆMILIVS SATURNINVS.  
Velina tribus, cuius meminerunt Cicero ad Atticum Epistol. 84. tribus habet Pontinam, Velinam, Meciam. idem Cicero in Bruto. Prudens etiam. T. Annius Velina. Horatius libro primo. Episto. ad Numicium.

Hic multum in Fabia valet, ille Velina

Persius Satyra. 5.

Libertate opus est, non hac, quaquisque Velina,

Publius emeruit Scabiosum tessera lafar.

Inscriptio item Marmorea Tarragonæ.

SECUNDO PALMENSI  
INTERP. SVA FUNCTO

rentinam credo, aut Volitinam. & ex lapide, qui Venetijs est in æde. S. Vitalis.

CN. F. VOL. FRONTO.

Caudinæ pacis: quod vtroque anno eiusdē Curiae fuerit Principiū. Mater Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, ab omnianam eam curiam facit. idē ferè de tribu Sergia scribit Frontinus de Aquæ ductibus libro. 2. Lucius, inquit, Chrispinus Cons. populum iure rogauit, populusque iure sciuit in foro pro rostris Ædis Diui Iulij Po. Ro. & Iulias tribus Sergiæ Principium fuit. Pro tribus sex. L.F. Varro. Fortassis enim idem est Princioium curiae, & Principium tribus quod prærogatiua tribus, seu prærogatiuæ curiae: nam id ius forte contigisse placius asseuerari potest, obiter tamē locus Frontini catalogandus erit ex observatione diligētissima Petri Chaconij, viri alioqui omnigena eruditione insignis, qui sic legendū esse censeret. Lucius Crispinus Cons. populum iure rogauit, populusque iure sciuit in foro pro rostris Ædis Diui Iulij pri die Calend. Iulias, tribus Sergiæ Principium fuit, pri. Tribus sex. L.F. Varro. vt sit idem Principiū, quod prærogatiua: Princeps tribus sit Sextus. L. F. Varro. aut deniq; primus, qui vel magistratus electione primus ex tribu suffragium ferebat, id enim, quod de primo, aut de Principe diximus obseruari potest ex Cicerone in oratione pro Platio, & in oratione pro domo sua. Pro rostris autē Ædis Diui Iulij apud Frontinum intelligo pro Æde Diui Iulij. Suetonius in Augusto capitulo. 100. Verum adhibito honoribus modobifariam laudatus est pro Æde Diui Iulij à Tiberio, & pro rostris sub veteribus à Druso Tiberij filio. De eadem re agens Dionysius lib. 56. Fere tro, inquit, posito ad rostro, pro illis Drusu, quandam

“ quandam orationem. De scripto recitauit: ceterum pro rostris Iulius Tiberius ex Senatus consulto hanc ad populum habuit orationem. Hec Diony. Sed & ex Liuio in dicto libro nono, intelligi planè poterit Ciceronis locus in primode Diuinatione. Prærogatiuam, inquit, maiores omnium iustorum comitiorum esse voluerunt.

“ Et hæ quidem fuerunt quinque & triginta tribus Romanæ, in quas olim vrbs illa diuisa fuit, quas vel à conditoribus, vel à locis, à quibus duxere originem, nomina habuisse constat. Nec Plutarchus in Romulo scribit, eas nomina propria consequutas fuisse à Sabinis Fœminis, quæ raptæ fuerunt. Tametsi Volaterranus id falso ex Plutarcho adnotauerit.

“ Sapiniā verò tribum quidam inter Romanas censere videntur: & tamen Liuius libro. 31. & 33. Vmbriam Italie regionem tribum Sapiniā appellat. Quamobrem locum illum Lector expenderet diligenter. Nam Paulus Manutius, & Nicolaus Grucchius huius meminere Veteriam omittentes. Nec tamen desunt qui apud Liuum libro. 26. Veteriam tribum agnouerint, alijs existimantibus eo in loco non fieri villam Veteriæ, tribus mentionem: atque ita locum illum legendum esse, vt nulla fiat Veteriæ mentione. Sed & Cicero libro. 13. Epist. famil. Epist. 10. ac Iosephus libr. 13. de antiq. capitul. 17. Mentinæ tribus mentionem fecerunt de Romanis ciuibus tractantes: & fortassis illa est vera tribus, que omis̄is Sapiniā, & Veteria numerum triginta quinque tribuum integrum efficit. Extant & inscriptiones quedam de Mentina tribus: quarum & Paulus Manutius in lexico meminit.

“ Etenim quam Cicero his literis, Men, scripsit, eandem Iosephus Mentinam integro nomine significauit. Suspicatur tamen Onuphrius apud Ciceronem, & Iosephum intelligendum esse tribum Meneniam ex quadam inscriptione, quæ extat Feltriæ: atque ideo Iosephi locum emendandum esse centet. \* Sic & Signorius non semel hanc tribum Meneniam dictam fuisse scribit, tametsi ex inscriptionibus minime videamus posse probati Mentinæ nomen potius quam Meneniae: cum vbiique in eis his literis, Men, tribus, hæc significetur. \*

“ Simili præpote ratione respublica Atheniensis ciues habuit in tribus, quas Graeci *phylas* vocant diuisos. Ex multis etenim Atticæ pagis, & oppidis una vrbis Athenarum quasi conflata est à Theleo, qui Athenas t ipsas *astu* appellauit, quia si nomen hoc omnibus vrbibus commune, illi

per excellentiam quandam conueniret, authore Plutarcho in Theseo: item Isocrate in Hele nes Encomio, quibus & Thucidores ad stipulari videtur libro secundo. etiam si paulò aliter hoc ipsum scripserit. quod & Cicero lib. secundo. de legibus commemorat. vt ille, inquit, Cato cùm esset Tusculi natus in. P. R. ciuitatem suscep̄t est. ita cum ortu Tusculanus esset, ciuitatem Romanam habuit, alteram loci patriæ, alteram iuris: vt vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astu, quod appellatur, omnes se cōferre iussit. Hæc Cicero. Athenas siquidem, vt dixi, hoc nomen obtinuisse constat ex Isocrate in oratione de iugo. Lycurgo contra Leocratem, Æmilio Probo in Alcibiade. & Terentio in Eunucio. Actu. 5. scena. 6. inquit enim senex. an in Astu venit? aliud ex alio malum. Sic & Alexandria dicta est per *ēzochēnopolis*, & Roma, vrbis Tribus vero Athenienses fuere decem numero, authoribus Tito Liuio libr. 1. decad. 4. Plutarcho in Cimone. Xenophonte libr. de redi tibus. Vlpiano Demosthenis interprete in oratione contra Timocratem: Demosthene ipso in epitaphio. Pausania in Atticis, qui ab initio quatuor tantum Athenis tribus fuisse, sed post eam numerum ad decem auctum ex testimonio Herodoti in Terpsichore tradidit. Earum nomina hec sunt. Cecropis, Erechtheis, Ægeis, Pandionis, Acamanthis, Leontis, Oeneis, Hippothontis, Antiochis, Æantis, ex Demosthene, & alijs præsertim Pausania. Ex quo obseruandum erit, tribus Athenienses hæc nomina à qui bnsdam priscis Heroibus accepisse: qui ex eo dicti fuere Eponymi, quod ab eis Atheniensem tribus nomina acceperint, quorumque statuæ Athenis fuere præpote quingentoru curiam, quos Latinæ cognominatores dicere poteris. Hoc præter Pausaniam adnotauit Vlpianus affuerans, hos Heroes omnes præter Aiacem Salaminium Athenienses fuisse. Sunt & quidam, qui existiment, postea numerum istum auctum esse alijs duabus tribubus, nempe Antigoniade, & Demetriade: quod Plutarchus tradit in Demetrio, & Diodorus Siculus libr. 20. \* Pausanias tandem duas tribus, quæ decem veteribus additæ fuerunt, ab Athalo, & Ptolemæo Philadelpho nomen accepisse, scribit. \* Sed & Stephanus de Vrbib. in dictione Agnus. Attalæ tribus Atheniensis meminit ex Phrynico. \* Quælibet autem tribus apud Athenienses in vicos, quos *dimeys* appellabant, distinguebatur: sicut ex Demosthene, Plutarcho, Stephano de Vrbib, & Suida fa-

cilime

cilius percipiet lector. Nam ciuis Atheniensis nomine proprio, & patris, atque vici nominabatur, ut inde cognosceretur, qua ex tribu, & cuius filius, & quod ciuis Atheniensis esset. id ipsum constat ex Demosthene in contiouersia de nomine. Vicorum vero nomina hoc in loco minime adscribam exacte, ne longior sit, quam fortassis pars est, nostra haec obseruatio: aliquot ramen ex Gracis auctoribus adducam, ut interim constet, Alexandrum ab Alexantris mire hallucinatum fuisse, dum vicos Athenienses, tribus esse censer, atque ideo numerum earum maiorem multo, quam a probatis mis authoribus sit traditus, postea fuisse. falso crediderit. Demosthenes cum esset ciuis Atheniensis non semel his verbis significatur: Demosthenes Demosthenis. F. Pæanensis. Quibus cognoscitur, Demosthenem ciuem esse Athenensem, Demosthenis filium, & ex tribu Pandionide, cuius erat vicus Pæanicus ex Suida: & eodem Demosthene in oratione contra Mediam, & in oratione de corona. Prætore, inquit, Mnesiphilo pridie Calend. Quintiles Pandioni de tribu Presidente Demosthenes Demosthenis. F. Pæanensis re-tulit, unde apud Suidam, & Plutarchum errare videntur qui latine scripserunt: Demosthenes Demosthenis. F. & Cleobulæ ex municipio Pæaniensi: cum potius vertere debuissent: ex vico " Pæaniensi. \* Aut ex pago Pæaniensi. Nam & Fe-  
stus dimoys pagos latine interpretatur. \* Apud Laertium Plato Colytensis dicitur a vico Athenarum Colytio, qui tribus erat Hippothontidos ex Demosthene in oratione de corona. quanuis Suidas, & Arpocration, hunc vicum tribus Ægeidos, & Lucianus in Timone tribus Erechtheidos esse libindicauerint. Apud Demosthenem in oratione contra Boëotum de nomine, Thoricius vicus tribuitur Acamanthidi tribui: Dic mihi Bœote, qua ratione nunc in Aca-mantidem tribum translatus es, & vicum Thoricium, & factus Mantæ filius: & portionem relixer ab eo hereditatis habes? Quo in loco rur-sus Hieronymus Vuolphius interpretatur mu-nicipium: cum Thoricius vicus sit ipsius vros Athenarum, non municipium. Plutarchus in Pe-riicle, Pericles, inquit, ex tribu Acamanthide, vi-co autem Cholargensis. Apud eundem in Ari-stide, Aristides Lyianachi. F. ex tribu Antiochide, & vico Alopecce. item in Themistocle. The-mistocles Neoclis. F. ex tribu Leontide, & vico Phreatio. idem Plutarchus in Cimone scribit. Cimon Miltiadis. F. ex tribu Oeneide, & vico

Lacia. Vnde dictus est Laciades. Et eadem ra-tione qui ex eodem vico erant dicti sunt Laciades à Cicerone libr. secundo de officijs, ex Theophrasto. Ex eodem Plutarcho constat, Phocionem Athenensem fuisse ex vico Melita: & ideo tribus Cecropidos: authoribus Suida, & Stephano, qui & Laciadatum meminit ex tribu Oeneide. apud Lucianum in meretricio dialogo Doride: Polemon miles Stiriensis dicitur, & tribus Pandioniz: siquidem Stiria vicus fuit eiusdem tribus, authore Suida. Vicos vero nomina habuisse pars est a locis, a quibus originem duxere. qua ratione Phyle vicus tribus Oeneidos, authore Suida, fortassis nomen habuit a Phyle castello ipsius Atticæ munitissimo: cuius idem Suidas in idem meminit: meminere & Ilocrates in oratione de pace. Diodorus. Siculus lib. 14. \* Æschines contra Ctesiphontem, & Antocides de Mysterijs. \* Demosthenes in oratione de corona. Æmilius Probus in Thrasylulo: Plutarchus in Demetrio, idem in Lysandro. & Xenophō in secundo Hellanicorū. \* Decelia item vicus, qui authore & Stephano post Lyisan Rhetorem in oratione contra Pancleonem fuit tribus Hippothontidis, nomen habuit a Decelia oppido ipsius Atticæ, a quo & bellum Decelicum: de quo plerique authores tractauere: præ ceteris & Diodorus Siculus lib. decimotertio. \* Thucydides libro septimo. & Plutarchus in Alcibiade. Hoc ipsum & de Sphetio, atque Agnusio, vicos tribus Acamanthidos authore Suida, adnotati poterit, si ea, que scribit Plutarchus in Theseo, ubi de Pallantidis agit, obseruauerimus. Nam & Strabo libro nono memorat, Cecropem pri-mum multitudinem Athenensium in duode-cim Atticæ oppida habitanda degessisse. Quæ Theseus in unam Athenarum ciuitatem denuò congregauit: atque illic horum oppidorum nomina commemorat, quæ vicos Athenensibus conuenire videntur: sicuti & quod paulo post idem auctor retulit de numero Athenensium pagorum ad vicos potius, quam ad tribus pertinet: cum receptum sit Athenensem urbem, etiam Strabonis ætate decem tantum, aut duode-cim tribus habuisse. idem quod Strabo de Theseo scripsit, & Diodorus Siculus libro 4. scrip-  
rat, tradit & Stephanus in lib. de vrbibus ex Characis monumentis, nisi quod vndecim tantum oppida fuisse commemorat, quæ in unam Athenarum urbem Theseus congregauit, illa ex hoc celebritate instituta, quæ ab Athenensibus Sy-noecia plurali numero dicitur. Verum ex Ilocra-te in

te in Areopagito illud planè deducitur, veteres Atheniensis Reipub. Institutores, urbem ipsam in tribus, regionem in vicos, aut pagos partitos fuisse: ut hinc liceat non temere obsecuare, hos vicos, aut pagos certa constituta ratione ad ciuitatis tribus pertinuisse. Nam & Pausanias in Atticis, dum Vicorum meminit, eos extra urbem esse ceniunt: & Eustathius in Nauium catalogo idque Thucydides significare videtur libr. 2. quo in loco vici meminit, qui dicebatur Acharne: & Aristophanis interpres in Ranis scribens, Tithrasum vicū Atheniensēm hoc nomen accēpisse à Tithrante Pandionis filio, & in Ægeida tribum distributum fuisse. Idem & ex Herodoto in Terpsichore libenter ipse adnotauerim: dum is auctor meminit vicorum Atheniensū, qui diciti fuisse Oenoe, & Hysiae. & ex eodem libro ultimo. vbi Decelus mentionem facit. Sed & Iulius Pollux libro. 9. capitulo primo, vicos, qui Αἴγαιος Græcē dicuntur, etiā extra urbem constituit. Vici vero, qui dicebatur Acharne, meminit & Pindarus in Nemeis Ode. 2. quo in loco apud inter pretēm Aristarchus eum tribuit Æantidi tribui: interpres autem ab eo Dissenticas tribui Oenopidi, cuius nulla mentio est apud authores, qui de tribubus Atheniensium scriptere: qua ratione cēfso, ita locum illius castigādam esse, ut de Oenei de tribu intelligatur: cum & Stephanus de vībus hūc viçū Oeneidi tribui adscriperit. Sic sanē Hebrei habuerunt φίλας, quas tribus. & Αἴγαιος quas cognatione, & familias iusta quadam ratione dixerat latini interpres nūme. 26. Prater hēc, & alia, quæ ex varijs locis veterum scriptorū ad duci poterant, cōstat etiam ex sacra historia. Hebreworum gentem in duodecim tribus diuisam olim sanctam prouinciam habitasse, atque tribum quamlibet vībes, oppida, & pagos distinctos habuisse.

His sane p̄spotais, quæ facilius Iurisconsulti responsum interpretemur, Scholia quædam illi adiiciam, ex quibus lector eius intellectum, ac sensum commodius, ac diligenterius, quam ex Accursio, Bartolo, Alberico, & alijs percipiet.

Patronus, inquit Scœuola, liberto. Serui enim quamvis manumitterentur a dominis non statim ciues Romani & efficiebantur. Siquidē hī tantum cum libertate ciuitatem adquirebat qui vindicta, testamento, aut censu manumitterebantur: reliqui verò & si liberi forent per manumissionem, ciues tamen Romani non erant. Vindicta vero manumitterebantur apud Magistratum:

censu verò ex eo, quod serui iussu dominorum nomē suum in censum urbis Romæ detulissent. \* Non statim quidē, sed ipso Lustrali tantum cēsu, solēni, ac Lustrali sacrificio peradū: quod ex Vlpiano in Fragmentis. Cicerone in Topicis, & libro primo. de oratore adnotarunt. Charōdas ad Vlpianū, & Anton. Cont. libro secundo. Subcessiuarum. capitulonono. \* Testamento autem qui a Domino ultima eius voluntate in testamēto, aut codicillis liberi esse iussi sunt. Hi simul cū libertate ciuitatem Romanam adsequabantur. Liberti autē dedititij: id est qui tempore seruitutis in aliquod vitium incidisset, cuius causa illud confessi notis in fronte, & stigmatis compuncti, vel in publica vincula coniecti, verberibusve affeeti, ac deinde gratia cum domino inita manumisisti ab eo fuerint, hi nec ciues Romani per manumissionem efficiebātur, nec iure ordinario fieri poterant. Suetonius in Augusto. capitol. 40. Serui non contentus multis difficultatibus a libertate iusta remouisse. Quum & de numero, & de conditione, ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose canisset, hoc quoque adiecit, ne vincitus vñquā, tortusve quis vñlo libertatis gente ciuitatem adipisceretur. Latini autem liberti, quorum melior, & honestior fuit conditio, eodem modo ciuitateni non habebant, eām tamē habere poterant. Hæc breuiter adnotabimus ex Caio primo titulo suarum institutionum. Theophilo Insti. de libertinis §. & dedititjus. ex Iulio Paulo libro quarto. sentent. titulo. 11. Angelo Politiano capi. 84. Mischell. Alciato libro primo. parerg. capitulo. 14. 15. & 16. Zasio in l. 2. ff. de origi. iur. verb. vindicis. & Francisco Cannano lib. 2. Com mentariorum cap. 4. & 6. Dicebantur & hi liberti Latinæ conditionis liberti ex lege Iunia Norbana: quod Alcia. li. 10. parerg. capitulo septimo admonet, & constat ex Iustiniano in. §. libertinorum. Instit. de liber. & Boetio in Topicis. Latini tandem liberti, quibusque solenne manumissionis deerat, fiunt aut p̄f. epistolani, aut interamicos, aut conuiuij adhibitione, id est cū seruus assidet mensa Domini: quod erat signum datæ a dominolibertatis. Libertis verò dedititj & Latinis hoc cōmune erat, quod nec testamento capere, nec dare poterant: quia ciues Romani non erant. Quod in specie Caius probat in suis institutionibus libro primo. tit. de stat. homi. Et alij ex eo tradidere. Tradit & ex Saluiano Masiliensi Episcopo locabus Cuiatius. li. quarto. obierunt. capitulo quinto. Latinorum etenim, quorū melior conditio erat, nullæ penitus erant legitimæ

succeſſiones. Quia licet vt liberi vitam suam per agebant, attamen ipſo vltimo ſpiritu ſimul vitā, atque libertatem amittiebāt, & quaſi ſeruoram, eorum bona iure quodammodo peculiū ex lege Iunia Norbona manumiſſores detinebant. §. ſed neque. Inſt. de iucess. libert.

Verū & ex hiſ libertis, qui olim ciuitatem adſequebāt ſola ipſa manumiſſione, reliquos ciues ingenuos priuilegijs, & honoribus non æquiparabant. Nam in poſtremam tribum reiecti, nullam habebāt in ſuffragijs auctoritatē, quōd raro accideret, vt ad eos vſque descendēdum foret. Tullius Hostilius Rex, auctore Dionyſio, lib. 4. Libertos omnes, qui à dominomanumiſſi fuſſent, ciuitatem ſtatim conſequi, & in quatuor urbanas tribus cēſeri, lege lata ſanxit. Idq; ad eius vſque ætatem obtinuiffe, ipſe Dionyſius ſcribit. § ſed & Aſconius in + oratione pro Milone teſtis eſt, libertinos in quatuor urbanis tribubus ſuſfragium tuliffe. Lucius Florus in epitome lib. 20. Libertini, inquit, in quatuor trib⁹ redacti ſunt, cum antea diſpersi fuſſent: Esquilinam, Palatinam, Suburram, Collinam. Imo ex quatuor hiſ urbanis tribubus in vnam tantum coniecti libertini fuerit: Esquilinamque ſorte in atrio libertatis ſunt conſequuti: auctore Liuio libro quinto. de cad. 5. quanuis Vindicio illi, qui primus vindicta manumiſſus dicitur à populo Romano, ius datū fuerit, in qua vellet tribu ſuſfragari, teſte Plutarcho in Publicola, qui & idem ius omnibus libertis cōcēſſum eſſe ab Appio Claudio commemo rat: nec tamen id obtinuiffe Liuius ſentit libro nono. decad. prīmæ. quo in loco de libertinorū filijs Appij Claudi actionem, & conatui intelli git, quorum aui liberi fuſſent: atque ex eo à libertis, & libertinis diſferent, quod ingenui, licet humiliſi forent, quippe qui auum, et ſi libertum, liberum habuiffent. Etenim libertini tunc dicebātur non ipſi liberti, ſed eorum liberi ex Suetonio in Claudio capitulo vigesimoquarto. Fortassis adiectio in Senatum ab Appio Claudio tentata de libertinorum filijs erit accipienda: diuſio ve ro in omnes tribus de libertinis, & de omnib⁹ libertis: quod Plutarchus exſtimat. Ex quibus nō q̄maino conuenit veteribus hitoricis quod Lælius Taurellus censet de militijs ex caſu aſſeueraſ ipsos libertos tribuum ius nusquam habuiffe nec ipſorū filios, ſed ingenuorū ex hiſ, qui manumiſſi eſſent, procreatorum, qui tūc libertini dicebātur. Nam & libertinos libertorum filios, etiam ſi vetuſtissimam dictionis ſignificationem ſequauit ex Tito Liuio L. Floro, & Aſconio & adhuc

ipsos libertos, qui vindicta, censū, vel teſtamento eſſent manumiſſi, ciuitatē Romanam, & ius tribuum conſequotos fuſſe ex Plutarcho, & Dionyſio probauimus.

At Iuſtinianus Imperator ſublata in vniuerſum Latina libertate conſtitutionem edidit, voluitque, & hiſ modis manumiſſos pro ciuibus haberi, nihilque in eos Dominicae potestatis reſide re & idem de deditijs obſeruari mādauit in. I. vnicā. C. de deditijs libert. toll. & in auth. vt liberti de cetero aureo non indig. anul. & in. I. vnicā. C. de lati. lib. tol. & in. §. vlt. Inſi. de liber. qui & in. §. ſed & deditiiorum aſſeueraſ, hoc iſpum & à primis Imperij Romani incunabulis inſtitutū fuſſe. vt ipſe opinor, Tullij Hostiliij Regis legem æquissimam ſubindicans. Sed & ante Iuſtinianū Constantinus Imperator ſeruis manumiſſis in Ecclesia ſub alſpectu plebis, vel antiftium, ciuitatem Romanam datam cenſeri, lege lata ſtabiliuit, quæ extat lib. 4. codicis Theodosiani tit. 7. & lib. 1. codicis Iuſtinianit. de his, qui in Ecclesi manumiſſi. cuius legis mentio fit à Sozomeno lib. 1. Ecclef. histor. ca. nono. & Nicephoro libr. sexto. capitulo. 46.

*Tribum emi.* ) Vt verus, iuſtusque, ac legitimus cuius Romanus fieret: cū liberti hoc ius ex manumissione omnino non conſequerētur, nec fierent veri ciues Romani. Vnde oportebat ciuitatem Romanam impetrare à Republica, vel à Principe, aut pecunia data in preium obtinere. Nam & Romanae ciuitatis ius pecunia queri, & parari ſolitum, cōſtat ex Actis Apostolorū capitulo. 22. accedens enim tribunus dixit Paulo. Dic mihi, num tu ciuis Romanus eſt: at ille dixit, etiam. Et respondit tribunus. Ego multa ſumma ciuitatem iſta comparaui. At Paulus ait, ego vero & natus ſum. Tribus autem legatum ad hoc pertinere, vt quis vere, & omnino ciuis Romanus fieret, tribumque Romanū ea ratione obtineret, in eaque cēſeretur, ſatis fit manifestum ex hiſ, quæ ad hoc Sc̄auola responſum ſuperius ad notauimus. Qua ratione mera ſunt deliramenta, quæ hoc in loco de tribu ab Accursio, & alijs traduntur. Verā tamen, ac genuinam interpretationem, tametsi breui quodam compendio tradi dere Alcia. libro primo. parerg. capitul. decimo. ſexto. & Lælius Taurellus de militijs ex caſu ad Anto. Augustinum. Nam tribus apud Sc̄auolam nec pro progenie ſeruorum, vt Accursius ſomniat, nec pro militia ad hæredem, p̄ſcritim clarissimum minimē transmittenda: quod Cummanus diuinat, ac veteres quidam & cum hiſ Alberi.

beri, sensere : tametsi hæc vltima interpretatio practicis sit commodior in argumentum, & hu-  
ius responsi inductionem. Quod Paulò post ite-  
rum admonemus.

Huic legato, de quo in hoc responso agitur, si  
mile videtur, & illud, † quo tessera frumentaria  
em legatario testator iussit, cuius meminere  
luris consulti in. l. Titia Seio, in prin. & in. l. mor-  
tuou boue: §. primo. ff. de legatis. 2. & in. l. sed etsi  
suscepit: §. si libertis. ff. de indic. quibus in locis  
licet alibi alia multa significet, tessera signum est  
frumentarium, quo exhibito frumentum à Pri-  
cipe, vel republica dabatur populo Romano: vel  
Symbolum ad accipendas Principum largitiones,  
quod ciuib⁹ tantum Romanis dari Roma  
confueuit quandoque ad frumentum, quandoque  
ad pecuniam, aliquando ad vestem accipiē-  
dam. Qua ratione tessera pro iure percipiēdi fru-  
mentum, & has largitiones publicas accipitur  
quemadmodum Budaeus in dict. l. sed & si iusce-  
perit, diligenter explicat ex Suetonio in Augu-  
sto capitulo. 40. Populi, inquit, Romani censum  
viciatim egit ac ne plebs frumentationū causa fre-  
quentius a negotijs auocaretur, ter in anno quā  
ternum mēsiū tesseras dare deitinauit. Sed de-  
siderari consuetudinem veterem concepsit rur-  
sus, vt sui quisque mensis acciperet. Hæc Suetonius.  
Tulerat sane Clodius legem Annonariam,  
teat̄ Asconio Pædiauo, vt frumentum populo  
gratis daretur. Quibus probari poterit, nihil aliud  
esse tessera frumentaria, aut tessera emptionem  
quam emptionem iuris percipiendi principales,  
& publicas largitiones: & sic ciuem verē Romā-  
num per emptionem tribus in qua Romæ cense-  
retur, fieri. Nec enim alibi, qua Romæ, nec alijs  
quam Romanis ciuib⁹, eisdemque tribulibus  
eius vrbis, publicæ largitiones donabantur. Idcir-  
co emptione tribus, & emptione teressæ min⁹ propæ  
idem esse videntur. quod & Andre. Alciat. sensit  
in dicto capitulo decimo sexto. libro primo. pa-  
rerg & post eum Antoni. Vacca in. l. fœminæ. ff.  
de tenator. sed & Imperator in. l. vñam. C. de fru-  
ment. Alexan. libro. ii. inquit, & tesserae delig-  
nentur. Seruius item libro primo. Georg. in il-  
lud: Aut numeros imprestit aceris. Tesseras in-  
terpretatur, quibus frumentorum numerus de-  
signatur. Nam numeros pro literis posuit, qui  
bus numeri continentur.

Cætorum illud libenter inquirere minimè cū  
ctabor, qua ratione libert⁹ in Scæuola respons⁹  
opus fuerit, tribū emit: † Nam vel hic libertus iu-  
sti fuit manumissione manumissus, testamento

censu, vel vindicta: & tunc ciuis erat: ex ea manu  
missione Romanus, tribumque vt ciuis habebat  
aut fuit libertus deditius, vel latinus: & hi cum  
ciues Romani non essent, testari non poterat, &  
tamen hic libertus testamentum fecit, hæredem  
que instituit. Vnde coniectare licet, cum ciue  
Romanum fuisse, atque ideo non Latinum liber-  
tum, nec deditum: quod rursum Scæuola refra-  
gatur, qui sensit, legatū hoc utile liberto futurū,  
vt ciuis Romanus fieret, eoque iure publicas, &  
principales largitiones consequeretur in tribum  
Romanam adlectus. Et præter hæc alia deinde  
conjectura difficile huius loci rationem efficit.  
Caius etenim libro primo institutionum. titulo  
primo Latini, inquit, patronū beneficio, id est,  
si iterum ab ipsis testamento, aut in Ecclesia, aut  
ante cōsulem manumitterentur, ciuium Roma-  
norum priuilegia consequuntur. Quod si, aucto  
re Caio. liberti Romani id est, vindicta, censu, vel  
testamento manumissi ciues erant Romanī, &  
Latini liberti, si iterum à patrono, testamēto, cē-  
su, vel vindicta manumittetur: ciuium Roma-  
norum priuilegia vt ciues Romani consequebā-  
tur: quid obsecro patrono opus erat, liberto em-  
ptionem tribus legare: cū facilimē ipso in testa-  
mento posset illum iterum iusta manumissionē  
manumittere? Scribit etenim Plinius libro septi-  
mo. episo. Fabaro pro socero. Hic nunc procon-  
sul prouinciam Bæticam per Ticinum est petitu-  
rus: spero, imò confido, facile me impetraturum:  
vt ex itinere deflectat ad te si voles vindicta libe-  
rate, quos proxime inter amicos manumisisti.  
Hæc Plinius. Qui mire consentit Caio asseuerās,  
patronum posse Latinū libertum iterum vindicta  
manumittere apud procōsulem, vt hic liber-  
tus iulta manumissionē ciuis Romanus fiat. Quā  
iterationem superuacuam esse, censem Iustinianus  
in auth. vt de cætero libe. aur. anul. nō indig.

Ego verò, illud omnino obseruandum esse ce-  
seo, tempore quidem Iustiniani iam ex multis tē-  
poribus deditios libertos in desuetudinē abijs-  
se, Latinorum verò nomen non admodum fre-  
quens fuisse: sicuti idem Imperator asseuerat in:  
§. sed & dedititorum. Inst. de libe. & in. l. vñica.  
C. de dedit. libert. toll. ex Plinio etenim constat,  
cius ætate Latinam libertatem in usu esse: vt &  
par sit, adhuc sub Scæuola, Paulo, & Vlpiano ean-  
dem in vñi fuisse. Quo sit, vt omnino hoc respon-  
sum de libertis iulta manumissionē manumissis  
non de deditijs, nec de Latinis sit intelligendū:  
cum hi testatorū non possent, illi verò, vt ciues Ro-  
mani testamentum dubio procul facere potue-  
Tom. j. Varia. Reso.      Iii 2      rint

rint. Quòd si de libertis Romanis est accipienda Scæuolæ sententia: quid obsecro opus erat tribū liberto emi? vt is ciuis Romanus fieret: cùm iam ex iusta manumissione eam ciuitatem, & idē ius esset consequutus.

Lælius Taurellus his obiectionibus facilimè responderet, Scæuolā de liberto iusta manumissione manumisso respondisse, ac de eo, qui testamentum facere poterat: cum ciuis Romanus esset: tribum tamen Romanam nondum haberet, in qua censeretur, principumque, & reipubli. latoritates obtineret: ex eo, quòd libertis, etiam iusta manumissione manumisssis, tribus Romana minime Romanorū legibus concessa foret: & ideo eam sibi emi, aut beneficio Principis, vel recipub. adquiri oportebat. Nam de libertinis libertorum filijs ipse Taurellus intelliget quæ Liuius. L. Florus, & Asconius memoria prodidere. Atque ita verum est, hos autores de Libertinis tractasse. & tamen Dionysius, ac Plutarchus de ipsis libertis scripsere, quæ nos pablò ante retulimus: nisi Græcos autores de libertinis: idest de filijs libertorū velit quisquam intelligere: quod dictionis significatiōni refragatur, & Tito Liuio, qui libro quinto. decad. 5. libertinos hac in re libertos etiam ipsos significare sensit dum inquit. Postremò eo de scenū est, vt ex quatuor urbanis tribubus vñā palam in atrio libertatis sortirentur, in quā omnes, qui seruitutem seruissent, coniicerent. Esquiline & libertinos omnes cēseri, placere. Sed & libertinus frequentissimo Latinæ linguae vsu libertum ipsum significat, & olim significauit: quod libro quarto elegantiarum Valla probat capitulo primo. & Iustinianus inquit, Libertinus est, qui ex iusta seruitute manumisssus est. in princi. Insti. de libertinis. & in prin. Inst. de ingenuis. Caius item Iurisconsultus in. I. libertini. ff. de stat. hom.

Qua ratione omnino erit obseruandum, non omnes ciues Romanos eiusdem cōditionis fuissent, nec ea iura, quæ veri, & natura ciues Romani habuerunt, habuisse. quemadmodum Andr. Alciat. alio in tractatu diligentissimè docet libro secundo. dispunct. capitulo vigesimoprimo. Ex quo ipse adnotauerim Italicos, & Latinis olim, quod viciniores Romanis essent, indultum fuissent non tantum ius Latij veteris: nēpe, vt in legione Romana militare possent, in eaque magistratus gerere: sed & ipsis in societatem adsumptis ius etiā adipiscendi honores in vrbe Romana, vt que cum Romanis tribubus suffragia ferrēt. Unde plerunque & ipsi Latini, magistratus eligebā-

tur: & ea ex causa ius ciuitatis Romana, non tam tum ius Latij dicebantur habere: quod & Asconius Pædianus in oratione in L. Pisonem scripsit. Erantque ipsi Latini, sicut Romani à veſigalibus multis, & tributis, capitacionibusque immunes: & hoc est ius Latij, & ius Italicum, & ciuitatis Romanæ: cuius Iurisconsulti plerunque meminere: quod & alia iura complectebatur. s. vt ciuis hic Romanus flagris subiici ex delicto non possit. Actor. capitulo vigesimo secūdo. tametsi quā doque ius Romanæ ciuitatis pluribus nationibus datū fuerit honoris potius causa, & vt aliqua consequerentur commoda, non tamen ea omnia quæ veri, & natura ciues Romani obtinebāt: quod explicat Vuolphangus Lazius de Republi. Roma. lib. 12. c. 1. Nam licet Galli ciuitatem Romanam adepti forent, ius tanen adipiscendi homines, aliquādiu illis detractum fuit: donec Aulo Vitelio, & L. Vipsano Cons. Claudio Imperator vniuersæ Galliæ comata illud quoque indulxit. teste Cornelio Tacito lib. 11. quamobrem idē Alciatus Pij Antonini constitutionem, cuius me minere Iurisconsultus in. I. in orbe Romano. ff. de statu homi. & Iustinianus in auth. vt liberti de cætero anul. aur. non indig. & qua ciuitas Romana omnibus Romano Imperio subditis tributa est. ita intellexit, vt non cœleatur omnibus his data immunitas à tributis, & veſigalibus, quæ verè Romanis, & natura ciuibus competebat, etiam si alia multa iura sub ea cōcessione venerint. Suetonius in Augusto capi. 40. ciuitatem, inquit, Romanam parcissimè dedit, & Liuiæ pro quodam tributario Gallo roganti ciuitatem negavit, immunitatem obtulit affirmans, se facilius passurū fisco detrahi aliquid, quā ciuitatis Romana vulgari honorem. Hæc Suetonius. Ex quo constat, ius ciuitatis Romanæ quo ad omnia eius priuilegia, cōmoda, & honores, parcissimè dari solere. Eadem ratione, vt opinor, quanvis liberti ciuitatem Romanam fuerint ex iusta manumissione consequuti, non tamen ea omnia statim consequerantur, quæ veris ciuibus Romanis cōpetebant. Nam & ante Iustinianum liberti à Principe ius impetrabant aureorum anulorum, & restitutionem natalium: quemadmodum appetet ex titulis de iure auro, anulo. & de natalibus restitutis. Licet hæc Iustinianus in dict. Nouella in vniuersum libertis omnibus concederit. Sic itidem existimo, libertos, etiam iusta manumissione manumisssos, ex eaque ciues Romanos factos, ciuitatem quidem consequi ad plura profectò cōmoda: non tamen ad ea omnia, quæ veris Romanis ciuibus

ciuibus; & ingenuis cōpetebant: & ideo nec quē libertum in tribu Romana cēseri, nec eam habuisse ex sola manumissione, & iure ciuitatis Romanæ: siquidem etate Vlptani, Scæuola, & Pauli Iurisconsultorum iam ex Pij Antonini cōstitutione omnes erant ciues Romani effecti qui cunque in orbe Romano erant, & tamen apud hos Iurisconsultos legata vel tribus, vel tesseræ, maxime vtilitatis censemuntur. Non enim omnes ciues Romani tribum habuerunt: non illi, qui ex beneficio Antonini Romanam ciuitatem obtinuerunt, nec alij, qui speciali beneficio principū, aut Reipublicæ: idem ius antea fuerat consequi: sed tantum ciues verè Romani, vel qui præter Romanæ ciuitatis ius, etiam tribus à Cæsaribus, vel à Republica impetraverant. Igitur quod Liuius, Florius, & Asconius, Dionysius, & Plutarchus scripere de his libertis erit accipiendum, qui Romæ à ciuibus Romanis manumittebantur, vt veri ciues Romani fierent, & in ea vrbe habitarent, in patriam ad habitationem minime reddituri. Alio qui liberti in prouincijs à Romanis ciuibus manumissi, quanuis ciues Romani essent ex ea manumissione, & testari possent, tribum tamen Romanam minime adsequebantur, nisi vel emptio ne, vel beneficio Cæsaris, aut Reipub. eam obtinerent. Plinius lib. 10. Epistolatum, à Traiano ius Quiritum Latinis suis petit: idque à Cæsare illi animo indulgentissimo concessum fuit, vt inde coniectari liceat, Latinos illos, ciues Romanos verè factos fuisse. \* Hæc planè adnotauimus, vt ius proprium, & perfectum ciuitatis Romanæ ab alijs iuribus distinctum esse, probaremus. Sed & ius Latij à iure Italico in aliquot differre, adnotari solet ex Asconio, & alijs: de quo Carolus Siginus in lib. de iure Italiæ, & Cuiatius lib. 10. obseruat. ca-35. diligenter tractauerunt post Alexand. ab Alexandris lib. dictum Genial. lib. 4. capit. 10. Illud profecto adnotauerim obiter, quibusdam doctissimis viris Etymum huius nominis, Hidalgus: quo Hispani nobilem appellamus, diligenter, & serio inquirentibus placuisse ab Italico dictum fuisse Hidalgum: quasi immunem à tributis, & alijs indictionibus Reipublicæ: ex eo præsertim, quod & olim in Hispania Pacēles, & Emericitenes, Valentini, & Illicitani iuris Italici fuerint teste Paulo Iurisconsulto in l. in Lysitania. ff. de censib. Huius vero Etymologiæ primus autor, quod ipse sciens, fuit Genesius Sepulueda in epistola ad Regem Philippum, vir quidem Græcæ, & Latinæ apprimè doctus, & omni genere scientiæ, quod ad humanam, ac diuinam Philoso-

phiam attinet, insigniter eruditus. Verum quantum licuerit his, qui Etymos scrutantur, satis cōpertum est his, qui M. Varro, Isidorū apud Latinos, & Etymologicum, quod vocant magnum apud Græcos legerint. Mihi plane, ingenuè fateor, nusquam hæc ratio nominis satisfecit. Existimo enim, eam vt ingeniose ab antiquitate deductā, sic à vera Hispani nominis origine dubio procul alienam esse. Ius etenim Italicum ad immunitatem ab indictionibus, & tributis pertinere non negauerim: sic tamen, vt ad ignobiles pariter, & nobiles referatur: præterquam quod ius istud Italicum, & alia præter dictam immunitatem complectitur: sicut & nobilitas, quæ Hidalgia dicitur, multa priuilegia iure obtinet, quæ non omnibus de populo, sed tantum nobilibus lege humana concessa fuere. Constatq; nomen istud sic esse nobilitati proprium, vt ad eos, qui alio, quam nobilitatis, iure, vel priuilegio immunes à tributis censemuntur, minime pertineat. Exempti enim hi ab Hidalguis maximè differtunt. Sic sane & nobiles, qui ex lege alicubi non sunt à tributis immunes: imo speciali quadam ratione, vt in Vandaliā contigit, tributa soluere cogūtur, verè nobiles sunt. Vnde ad veram nobilitatem non pertinet necessario hæc à tributis exemptio cum ea sit accidens nobilitati priuilegium ex diversis legibus prouinciarum. Atque ideo vbi tantum nobilibus hæc competit exemptio: signum est nobilitatis, hæc nunquam tributa soluisse. At vbi omnes tam ignobiles, quam nobiles à tributis eximuntur: & vbi nobiles, & ignobiles tributa soluere coguntur, alia sunt indicia ad probādā nobilitatem exigenda: nam vbi nobiles tributa soluere consuevere, non erit ignobilis indicium tributa soluisse. Denique his, & alijs rationibus, quas modò nō vacat adducere, existimo cōstanter, apud Hispanos nomen hoc Hidalgus, ad nobilitatis conditionem omnino referendum esse. Quod autem l. 3. tit. 2. par. 2. docet. esse quidē aliquem Hidalgum, qui tamen nobilis non sit, in eum sensum accipiendum erit, vt quanvis genitus ex patre nobili, Hidalgo quidem, ex matre tamen ignobili, quæ Hidalga non sit, nobilis dici non debeat, propter matris ignorabilitatem: & tamen quia natus ex patre nobili, eo q̄ Hidalgus sit, & ipse filius Hidalgus propriè appellatur, & vere nobilitate patris censeri debet, & omnibus vti priuilegijs, quæ præter immunitatem à tributis Hidalguis iure competunt. Idcirco ad nobilitatem nomen istud pertinet, etiā in eo casu, quāuis ratione matris ea nobilitas a propria, & vera

nobilitate quodam modo degeneret. Nam etsi natus ex matre ignobili, patre tamen nobili: nobilis sit. l. cum legitimæ ff. de statu. hom. l. 1. ff. ad Municipales. l. eos. l. exemplo. & l. nullus. C. de decurioni. lib. 10. matris tamen ignobilis tenebras offundit filijs, quibus est impedimento, ne eorum nobilitas, quam à patre sunt adsequuti, illustrior, clarior, atque splendidior sit. Quod multis probat Andr. Tiraq. de nobilitate. c. 18. nu. 26. & 35. Cæterum: ubi nobilitatis conditio lege, vel constitutione, aliave humana institutione sit exigenda: an sit eo casu necessaria nobilitas ab utroque parente alibi erit tractandua opportunius.

His verò adnotatis mihi potius probatur ex Etymologia, qua Partitarum lex vtitur. l. 2. tit. 21. part. 2. docet etenim, Hidalgos ex eo dictos, q̄ sint *fijos de algo*: hoc est, *de bien y de buena sangre*. His accedit vius loquendi frequētissimus apud veteres: apud eos inquam, qui proximiōres fuerunt his, qui iuris Italici cognitionem in Hispania habuerunt. Hi siquidem, vt constat ex veteribus constitutionibus, instrumētis publicis, & priuilegijs, sic nobiles Hispaniæ nominarunt, vt eos *fidalgos*, & frequenter *fijos de algo* appellauerint. Extrat & hic modus loquendi apud Latinos, & Græcos autores. Cicero non īmel, ad Articū tamen libro. 3. Epist. 15. Fac, vt velis me esse aliquem, quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum. & libr. 4. Epist. 2. Et si vñquam in dicendo fuimus aliquid. Plato in Apologia Socratis οἵον τοι τι ἔιρας, οὐ πεπόνθησον. qui le existimant esse aliquid: quūm nullius sint existimationis. Demosthenes Philippica. 4. οὐδὲ μέν εμ τῷ πόλι Λεῖ τίνα φαινεσθαι τὸν πόλιν δὲ τοῖς Ἑλλήσι μηδέποτε ἀξιωμένας. Nec enim illud Aristode me Dices, cū eo etenim agit. Te oportere in urbe esse conspicuum, urbis autem nullam oportere apud Græcos esse autoritatē. Illud siquidem: Te esse conspicuum ex Græco, nihil aliud est, quām te esse aliquem. Et in Actis Apostolorum ca. 5. Ante hos dies exitit Theodas dicens, se esse aliquem. Et c. 8. Simon dicens, se esse aliquem magnū. Plutarchus in Apophthegmatis de his, quise εἴη τίνας: id est esse aliquos existimabāt: nempe viros non vulgaris existimationis. Diuus Basilius in Homilia περὶ ταπειφροσύνης: inquis, “τίνας δοκοῦσι τίνας” \* Ius vero Italicum vniuersæ “Hispaniæ a Vespasiano datum esse ex Caio Plinio adnotauit Reuerendii. Anto. Aug. Herden sis Præsul lib. 3. emendat. cap. 9. \*

Fortassis libertis ante Cæsarem Augustū manumissis tribus competebat cum Romana ciui-

tate: postea verò, ne maiestas Romæ ciuitatis libertis ad suffragia, & alia admissis pollueretur, illud obtentum fuit, ne liberti, etiam Romæ manumissi, & ciues Romani effecti in tribus Romanas admitterentur, nisi speciali quodam Cæsar, aut Reipub. beneficio. quod ex Suetonio in Augusto ca. 40. deduci quodammodo poterit: quā uis nec hoc constanter assenerare ausim. \* Etiā si. L. Cornelio tribus concessa non fuerit statim, ac ciuitas: quod Cicero pro. L. Cornelio mihi significare videtur. \*

*Libertus diu moram ab hærede passus est, & decedens hæredem reliquit. ) Idem erit & si libertus nondum deceperit, + habuisset tamen tribum Romanam, ex causa lucrativa, & ideo alia tribu non indigeret: quod Paulus respondit in l. Titia Seio. in princ. ff. de leg. 2. Etiam nullam ab hærede patroni morā passus ex eiusdem Pauli Iurisconsulti mente: & adnotauit illic Paulus Castrensis, atque senserunt alij. idē est, si ex causa onerosa libertus hic tribum, aut tessera habeat: quod omnes admittunt eadem ratione, vel maiori. l. plane. §. quod si re. ff. de leg. 1. Sic sanè idē respondendum foret, etiam si in vita testatoris eo ignorantē tribum, vel tessera legatarius habuisset, ex eleganti ratione Iurisconsulti in l. mortuo. §. 1. ff. de legat. 2. Si Titio, inquit Paulus, tessera frumentaria legata sit, & is deceperit, quidā putant, extingui legatum. Sed hoc non est verum. Nam cui tessera vel militia legatur, estimatio videtur legata. Est & eadē ratio apud Iurisconsultum in dicta l. Titia. inquit enim. Titia Seio tessera frumentariam comparari voluit post diem tricesimum à morte ipsius. quæro, cum Seius viua testatrix tessera frumentariam ex causa lucrativa habere cœperit, nec possit id, quod habet petere, an & actio cōpetat? Paulus respondit, ei, de quo queritur, pretium tesserae præstandum: quoniam tale fidicommisum magis in quantitate quam in corpore consistat. Hæc Iurisconsultus. Vnde apparet, nihil referre ad hotum responsorum intellectum: quod testator legauerit tribū aut tessera, vel iussit emi tribum, aut tessera, licet Bar. Paulus, & ali; in d. l. Titia. hoc discrimen cōsiderauerint, excepto Cumano, qui ab eis hac in opinione iure, & verè dissentit. deinde apparet Batt. & alios, Cumaniū excipio, falso, & maximo errore intelligere Iurisconsultos in his responsis de legato frumenti, & certa eius mentura, vel de legato vasis, quo frumentum metimur. utraq; enim interpretatio nec rationem habet, nec digna est veteribus Iurisconsultis: præterquā quod secun-*

secundum cām minimē constarent sibi nostri in  
interpretētes: imo nec sibi constaret iurisconsultus,  
ex quo tot absurdā deduci possent. Primum ete-  
nī sequeretur, legata certa frumenti quantitate  
ad mensuram certam, videri legatum, non fru-  
mentum, sed frumenti pretium, & aestimationē:  
quoni alioqui in hac specie legatū videatur fru-  
mentum potius, quam eius aestimatio: quod pro-  
batur in. l. 2. ff. de vino, trit. & oleo legat. Quod se-  
cū erit in tribu, vel tessera legata, quæ necessa-  
riō, & ex rei natura est ab hærede emenda, nec  
possit ea res à testatore, nec ab hærede præstari:  
atq; ideo aestimatio legata videtur: siquidem ali-  
ter haberi non potest, quam si à Principe, vel re-  
publica emptione, aliave ex causa adquiratur.  
Quæ quidē tribus emi nō potest, ac deinde lega-  
tario tradi: sed necessariō simul emenda est ipsi  
legatario ad eius utilitatē, eq; tradenda. Secūdō  
sequeretur, legato frumento ad certā usque mē-  
surā, vel ipso vase, quo frumentū metimur, quid  
quā interesse, quod legatarius ante solutionem  
legati mortuus fuerit: vt aliqui putare potuissent  
legatum extingui. Etenim nullus esset adeò sto-  
jidus, nedum iurisconsultus, qui in hac controvē-  
sia dubitarēt: cū in dict. l. mortuo bove. §. 1. Pau-  
lus scriperit, quosdam existimasse, morte legata-  
rij extingui legatum: nam dubio procul ad hære-  
des transmittetur. Tertiō, si vera est Accursij,  
Bar. & aliorum interpretatio quæ obsecro causa  
potuit mouere eundem Paulum iurisconsultum  
in dict. l. Titia. tessera per legatarium ex causa lu-  
cratira adquisita: vt responderet, deberi aestima-  
tionem? nonne potuit frumentum aliud ad ean-  
dem quantitatem, & mensuram in eodem gene-  
re dari legatario? nonne & aliud simile vas? Pra-  
etius ergo obseruabit diligentissimē, hæc iuri-  
consultorū responsa hodie quo ad eam militiā  
esse accipienda, quæ emptione haberipossit, nec  
iure ordinario transmittatur ad hæredes, quæq;  
ab eodem duplex haberi nequeat.

*Hæredem reliquit clarissimum virum.*) Hic rur-  
sus cum Accursio, & alijs contendendū erit. Nā  
si legatum tribus eo modo, quo ipsi interpretan-  
tur, foret accipiendum, quid referret, reliquisset  
libertus hæredem clarissimū virum, an p. ab eiū?  
cum utrique idem ius cōpetere posset, nec plus  
13 iuris, nec minus: clarissimus haberet, quam ple-  
beius? Sed & Lælius Taurellus ideo clarissimi hæ-  
redis factam mentionem cēset, quod is nihil o-  
pus haberet tribu, nec eius emptione: atque ideo  
tribū cōsequi non posset. Vnde æstimatio præ-  
stanta erat ex d. l. Titia Seio. Sed eadē ratio pla-

ne obtineret, si ciuem Romanum quemlibet li-  
bertus hæredē reliquisset: cum & is iure Roma-  
næ ciuitatis tribū haberet, in qua censeretur,  
nec ei opus esset, aliam sibi emi possetque ea ra-  
tione iure proprio Principū, & reipublicæ largi-  
tiones consequi, quæ populo Romano tributim  
dari consueuerunt. Verum ipse in hoc respōto  
clarissimum virum accipio quemlibet Romanę  
vrbis senatorem: siquidem senatorē Romani  
clarissimi etatē Scæuolæ iurisconsulti passim di-  
cebantur, sicuti constat ex. l. Fœminæ. ff. de sena-  
tori. l. speciosas. ff. de verb. signi. l. 2. C. de his, qui  
veni. etat. impetr. l. custodias ff. de publi. iudi. ad  
notauit Andr. Alcia. lib. 3. diiunct. c. 4. & in. d. l.  
speciosas. Sed & præter hos etiam dicebātur cla-  
rissimi qui senatoria, consularia, pro consularia,  
aut præatoria ornamenta ex beneficio Principis  
meruerant. l. 2. C. de domestic. & protectori. lib.  
12. l. 1. C. de præp. & cubic. tradit. Vvolphangus  
Lazius lib. 2. de Roma. Repub. ca. 1. Dicebantur  
& olim clarissimi filii senatorum, & clarissimo-  
rū. l. fœminæ. ff. de senato. l. si senator. C. de dig-  
nitat. lib. 12. de quibus multa Anton. Vacca in ru-  
bri. de senatorib. qui in. d. l. fœminæ. censet, hoc  
Scæuolæ responsum ea ratione intelligendum,  
quod clarissimi forent incapaces quorundam le-  
gatorū, & præsertim huius legati, quo tribus eis  
emenda legaretur: fortassis ex eo, quanvis ipse  
hoc amplius non explicet, quod licet clarissimi  
Romæ tribuni haberet ex Suetonio in Augusto  
cap. 40. suffragium tamen in eligēndis magistra-  
tibus minime ferebat, nec ex reipublicæ, & Prin-  
cipium largitione frumentarias tesseras, quæ ple-  
bi Romanae quodlibet mense dabantur, poterat  
habere. Hæc enim & his similia propria plebis  
erant: non senatorij ordinis, nec clarissimorum,  
quibus minimē coqueniebant: imo esset illis pro-  
bro, ac ignominia, si cum plebeis & quarentur.  
Quanquam ideai Suetonius in Domitiano cap.  
4. scripserit: die que proximo omne genusterum  
missilia sparsit, & quia pars maior inter popula-  
ria deciderat, quinquagenas tesseras in singulos  
cuneos equestris, ac senatorij ordinis pronuntia-  
bit. Hoc etenim ad missilia pertinet. Sic sanè du-  
biū erat apud Scæuolam, an vir clarissimus hæ-  
res liberti con. equi posset, vt illius hæres ea om-  
nia, quæ iure proprio minimē habere potuisse,  
nec honeste habere poterat.

*Respondi deberi.*) Tribus etenim legatario eo  
iam mortuo emi nō poterat, vt testator iussicerat  
quod Accursius, & plerique centent: idque vere  
his rationibus, quas superius adduximus: nec li-

Iustiniani, & Celsi Iuris-  
consulti responsa de Hippocen-  
tauri stipulatione ex varijs au-  
thoribus examinantur.

## C A P. II.



V S T I N I A N V S L I-  
bro.3.institutionum,titulo.de  
inutilibus stipula. inutilem es-  
se docuit stipulationem , qua  
id promittitur , quod natura  
esse non potest, veluti si quis  
Hippocentaurum fuerit stipu-  
latus , qui natura quidem esse non potest. Idem  
Celsus respondit in.l.si ita stipulatus.ff. de verb.  
oblig. quibus Cicero adstipulatur,qui libro pri-  
mo. Tuculanaruim nu.142.qui enim, inquit,sat-  
tis viderit id,quod est luce clarus,animo, & cor-  
pore consumpto,totoq; animante delecto , & fa-  
cto interitu vniuerso, illud animal, quod fuerit,  
factum esse nihil,is plane perspicet.inter Hippo-  
centauram,qui nunquam fuerit, & regem Aga-  
mennonē nihil interesse : nec pluris nunc facere  
M.Camillum hoc ciuale bellum,quām illo viuo  
ego fecerim Romam captam.Idem Cicero lib.  
1.de natura deorum.nu.145. Nam si tantummo  
do ad cogitationem valent,nec habent ullam so-  
liditatem,neē eminentiam,quid interest, utrum  
de Hippocentauro,an de eo cogitemus? Idem li-  
bro.2.nu.7. Etenim videmus cæteras opiniones  
fictas,arque vanas diuturnitate extabuisse. Quis  
enim Hippocentaurum fuisse,aut chimera,pu-  
tar? Xenophon libro quarto.de pœdia Cyri. Chri-  
stantan referit oratione quadam equites laudasse,  
maximeque admiratum fuisse , felixque existi-  
misse Hippocentaurum animal,si id vsquam fuerit.  
Quo in loco senit is autor,animal hoc natu-  
ra esse non posse.Idem ex Galeno in.lib.3.capitu-  
lo primo.de viu partiū.probare conatur Andr.  
Alciatus libro.9.parerg.capitul.13.Diuus Augu-  
stinus lib.18.de ciuitate Dei capitulo.13.de Cen-  
tauris fabulā confictam fuisse scribit,quod equo  
ruin,hominumque fuerit natura coniuncta. Hoc  
iplum & Lucretius lib.5.de natura rerum ostendere videtur.

Sed neque Centauri fuerant, nec tempore in vlo  
Esse queunt dupli natura, & corpore bino.

Et ruribus.

*Ne forte*

berti h̄eres eo legato indigebat,imo nec poterat  
nisi quo ad æstimationem, illud obtinere , quia  
clarissimus erat. Quod si libertus hæredem reli-  
quisset filium, qui commode posset tribum con-  
sequi,& voluntas testatoris aliqua ex causa mini-  
mæ refragaretur,hæredi foret emenda tribus: ta-  
met si à Iurisconsulto hoc in loco non tractetur,  
an sit soluenda ælimatio, vel ipsa tribus præcise  
emenda per hæredem patroni,cum emptio uti-  
lis foret hæredi liberti: sed illud tantum in cōtro-  
uersiam incidit , an teneatur patroni hæredes ad  
æstimationem,vbi tribus nec emi poterat,nec e-  
ius emptio utilis erat hæredi liberti. Qua ratione  
Barto. fallitur.dum existimat, patroni hæredem  
ad factum ex legato teneri,& ideo post moram  
14 ad interesse:quia,vt inquit + Cumā. solum debe-  
retur tunc æstimatione tribus, non autem commo-  
da,aliæque liberalitates.l.si calendis.ff. de re iu-  
dicat.l.fundum.ff. de nouatio.& quiaverē patro-  
ni h̄eres, si libertus viueret, cogi posset præcise  
tribum emere , argumento deducto ex. l. fidei-  
commisſa. §. vltimo.ff. de legatis tertio. & ex his,  
que traduntur in.l.stipulationes nō dividuntur.  
ff. de verborum obligatio. à Bartol. Alexan. & Ia-  
son.numero.32. à quibus, & alijs frequentius re-  
ceptum est.teneri quem ad factum præcise , nec  
liberari præstanto interesse, siue , id quod inter-  
est, vbi ex ultima voluntate,& testatoris iussu te-  
netur facere.

Commoda, & principales liberalitates. ) Nem-  
pe tesseras frumentarias , numarias , missilia,  
aliasque reipublicæ , & principum largitiones.  
Nam sicut tessera frumentaria symbolum erat  
plumbum , æreum , aut ligneum , cui inscri-  
pta erat nota , qua summa frumenti significa-  
batur: sic & tessera numaria idem symbolum  
erat cum nota summam accipiendæ pecunia  
significante: quod ex multis Suetonij locis le-  
ctor facilime poterit intelligere: \* & Xiphilino  
in Tito.\*

Respondi: quid quid ipse consequuturus esset. ) Nec  
tamen usuræ debentur æstimationis: cum sit sa-  
tis æstimationem dari , & omnia illa commoda,  
quæ, si statim mortuo testatore solutum esset le-  
gatum, vel empta fuisset tribus , legatarius con-  
sequuturus esset.idem enim est, ac si ab initio da-  
ta foret tribus æstimatione: & ideo eius quantitatis  
usuræ non debentur,nec vt usuræ olim apud Eth-  
nicos, nec apud Christianos ratione eius, quod  
interest. Siquidem soluta quantitate quæ debe-  
tur, usuræ ab eo die minimè veniunt in condem-  
nationem.

*Ne forte ex homine, & veterino semine equorum  
Confieri credas centauros posse, nec esse.*

Sed hoc esse contra fidem historiarum assuerat Ioan. Corasius lib. 5. Miscell. capit. 2. ex eo, quod Plinius Veronensis lib. 7. cap. 3. Claudium Cæstrem scribat, memorie prodiisse, Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interisse. Et nos, addit Plinius, Principatu eius allatum illi ex \* Aegypto in melle vidimus \* Cuus rei meminit & Phlegon. Cæsar is libertus. Idem & Trajanus in libello de Mirabilib. & lōgœvis. \* Diuus Hieronymus in vita Pauli eremite author est, Antoniu eremita Hippocentaurum, & Satyru in eremo vidisse. Nec plura his, inquit, conspicit hominē equo mixtu, cui opinio poetarum Hippocentauri vocabulum indidit. Quò viso salutaris imprelione signi armat frōtem. Et heus tu, inquit quanam in parte seruus dei hic habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & strangens potius verba, quam proloquens indicat iter. Et sic patentes campos volucrī trāsmittens fuga ex oculis mirantis euanuit. Verum hæc vtrum diabolus ad terrēdum eum simulauerit, an vt solet, eremus monstruosorum animalium ferax, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus. Stupens itaque Antonius, & de eo, quod viderat secum volvens, ulterius progreditur. Nec mora in terfatosam conuallem haud grandem homunculum videt aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarū pedes desinebat. In fractusque & hoc Antonius spectaculo scurum fidei, & lorica spei, ut bonus præliator arripuit. Nihilominus memoratū animal, palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi si pacis obsides afferebat. Quo cognito gradum presul Antonius, & quisnam esset interrogans, hoc ab eo respōsū accepit. Mortalis ego sum, & unus ex accolis eremii, quos vario delūia errore gentilitas, faunos, satyrosque, & incubos vocans colit, legatione fungor, gregis mei, precari ut pro nobis cōmunicem Deū depreceris quem pro salute mundi venisse cognouimus.

*Hieronymus*) Sed & de Satyris Plutarchus in Sylla scribit, prope Apoloriam captam à militibus Satyrum ad Syllam adductum. & quis nam esset per interpretes interrogatum, vix quidqua, quod intelligi posset, pronuntiasce, potiusque votum asperam equi hincque, hirciisque balatu permixtam eniſisse, ab ipsoq̄ue Sylla fuisse dimisum. Sed & Satyros esse idem Plutarchus in Numa, Plinius libro. 7. cap. 2. & lib. 6. capi. 30. & libr. 8. capitulo. 54. Mela, & Solinus, Philostratus in

Apollonio lib. 6. & plerique tradidere. Sed hæc, & quæ Pausanias de Satyrorum insula in Atticis scribit, fabulosa esse existim, hisque similia, quæ Lucianus de veris narrationibus venutæ quidē & eleganter confixerit. Illud sane obseruandum erit, Centauros prope Pelium Thessaliæ monte habitates primū equos aut subegisse, aut ad equitandū domuisse, autore Diodoro Siculo li. 5. Nam & Palephatus lib. 1. incredibilium scribit, Ixionem regem cū tauri prætero ces Larissam, & eam Thessaliæ regionem vastarent, præmium proposuisse his, qui tauros arcerent, iuuenesque ē Nephelē pago equos mansuetos consendisse, taurosq; illos abegisse. Vnde dicti fuere cētauri ἐπότε κενταύρων τάγος à pungēdis qui dem, & stimulandis tauris. Idem terē Seruius in illud Virgilij libr. 3. Georgicorum.

*Frena Peletronij Lapithæ, gyroisque dedere.*

Simile, de Mari, quodam Italo, tradit Älianus de Varia Historia. libro. 9. cap. 16.

Ex his dicti Hippocentauri qui inter eos forēt stimulandis, & purgandis equis præstantissimi, quique arte equitandi reliquos Centauros præcellerent. Etenim adnotauit Sophoclis interpres in Aiace, apud Græcos dictionē istam. ἵππος, in compositione magnum, & eximum significare, qua ratione ἐπηρεάζει hominem, insanissimum, & maxime furentem: ἵππογράμμα magno, & excello prædictū animo. & ἐπηρεάζει eū, qui inexplicabiliter venerem conseatur, frequentissime Græci interpretantur. vt inde par sit Hippocentauros dictos fuisse præclaros, & eximos Cētauros. Sophoclis interpreti præter alios consentit Suidas. idē obseruat Aristophanis scholiastes in nebulis & in ranis. Aut sane dicti fuere Hippocētauri equites præstatiſſimi ἐπότε ληπτος κενταύρος, idē abstimulandis equis. Quod apud Pindarū in Pythijs Hymno secundo adnotarūt scholiaſtæ. Nam & illic Pindarus, centaurum natum fuisse fabulatū ex coniunctione Ixonis, cum nebula, quæ Græcē Nephelē dicitur: Centaurum vero cōmītione Thessalicarum equarum genuisse animalia, quæ paulo ante diximus à veteribus dici Hippocentauros. Interpres Apollonij Rhodij libr. 1. scribit, Saturnum transformatum in equū ex Phylira Oceani filia Chironem genuisse, qui ex eo dictus fuerit Hippocentaurus.

Cæterū quod diuus Hieronymus scribit, quanuis & ipse hoo incertum esse existimat, potest cōmode dæmonum illusionibus tribui. Nā & sancti viri cum terribilibus cōgressuāt frequenter habuerunt, ab iſiūque diuersis imaginibus, ac

multiplici specie propè sunt delusi. Quod passim veteres authores tradidere: & ex iunioribus Alexander ab Alexandris lib. 4. dier. geni. capitu. 19. Sed & diutus Gregorius hartum delusionum quā dōque in suis dialogis meninuit lib. 4. ca. 37. lib. 3. capit. 7. & capit. 16.

## Præfectus calciatus apud Iurisconsultum, quis sit intelligen- dus, & de militari calcia- mento.

### C A P. III.

**A**V L V S L I B. S I N-  
gulari de officio præf. vlg. cap.  
3. de offi. præf. vigil. sciendum  
est, iacuit, præfectum vigilum  
per totam noctem vigilare de-  
bere, & coerrate calciatum cū  
hamis, & dolabris, vt curā adhi-  
beat, omnes admonere, ne negligētia aliqua in-  
cēdī casus oriatur. Hæc Paulus. Quid sint hamē  
ex Plinio, & Iuuenali docuit Andre. Alciatus in  
li. 4. & in 1. ferri. f. de verbis signifi. Calciatū pre-  
fectum multi adnotarunt diciā Iurisconsulto ex  
eo quod inter vestimenta militaria connumerē-  
tur & calciamenta apud Lampridium in Alexā-  
dro, & milites calciati apud eundem dicantur.  
Nos idē obseruauimus & ex Elasio Vopisco in  
Archani militari Epistola ad iacitū suū, quā  
opera pectiū me factū existimū si adscripsero.  
Si vis tribunus esse, imo si vis vinere, manus  
militum contine. Nemo pullum alienum rapiat.  
Quem nemo cōtingat. Vuam nullus auferat. Se-  
getem nemo deterat. Oicūm, sal, lignum, nemo  
exigat, abnona sua contentus sit. De præda hostis  
non de lachrimis Provinciālum habeat. arma-  
teria sint ferramenta samiata. Calciamēta fortia,  
vestis noua vestem veterem excludat. Stipendijū  
in balteō, non in popina habeati. Torquem bra-  
chialem, & anulum apponat, quām saginarium  
sumi defricet, captum animal non vendat, mu-  
lum centauriātum comiter curet. Alter alteri  
quās setuus obsequatur. A medicis gratis cuten-  
tur. Aruspiciis nihil dent, in hospitijs castē se a-  
gant, qui liem fecerit vapulet. Hæc Aurelianus.  
apud quās fortia calciamēta, quās fuerint, & qui  
fuerint calcei militares; nemo quod ipse tciā huc  
visque adnotauit: tametsi id constet ex Iosepho,  
qui obiter huc de re libro septuino. capit. tertio.

de bello Iudaico, ex codice Latino: at ex Græco  
libro sexto. capitulo septimo. Iuliani militis in  
signem fortitudinem commemorās: calceos, in  
quit, habēs creberrimis, atque acutis clavis, vt cæ-  
teri solent milites, fixos, dum strato saxeis cru-  
stis solo occurreret, labitur, magnoq̄ue cū armo-  
rum sono deiecdus in tergum fugientes reduxit.  
Ex quibus sane verbis intelliges quā dixerit for-  
tia calciamēta Vopiscus. Badē de Iuliano scribit  
Egesippus lib. 5. de excidio Hierosolymitano ca.  
30. velut, inquit, hic Iulianus, qui tergo immine-  
bat hostiū dum alios perimit, & claustrō coer-  
cit ipsa alacritate incautior, confixum clavis cal-  
ceamentū gerens, vīsu militarium virorum: nō  
considerauit polito lapide solum stratum, quod  
cauēdū foret, sed quasi in campo præliaretur  
securus labitur, & ingēnem strage sua sonitum  
dedit. Hac forsitan ratione Plautus in captiuis dē-  
tes calceatos loco dixit, quasi ferro munitos, vt  
& pedes militum calciati fortibus sane calcia-  
mentis. Ergasilius parasitus de conuiuio.

*Nunquam istoc vinces me Aegio, ne postules,  
Cum calceatus dentibus ventam tamen.*

Sic mulas calceare apud Suetoniū in Vespa-  
siano ca. 23. id est ferreis soleis munire. Catullus  
ad Coloniam.

*Et supinam animam graui derelinquere cœno  
Ferream ut soleam renaci in voragine mulam.*

Obiter tamen apud Vopiscum ferramenta sa-  
miata intelligens mucronata, & acuta ex Nonio  
Marcello, qui testis est, verbum hoc samiare a-  
pud veteres in hac significatione receptum fuī-  
sse. Apud Hieronymum in Epistola de Origenis  
erroribus. Calciati pēdes armati intelligūtur ad-  
uersas serpentes.

**A**driani Cæsarī rescri-  
ptum de muliere pīgnante ab  
Ægyptiorum, & Græcorum  
legibus deductum  
fuīsse.

### C A P. IIII.

**P**RÆGNANTIS M V-  
licris, quās damnata sit, corpo-  
ris pīgnam diſferri quoad pa-  
riat, & eadem ratione nec ēā  
torquendam esse, respondit  
Vlpianus libr. decimoquarto.  
& 27. ad Sabinum. idquā ex rescripto Adriani  
ad

ad Publium Marcellum in. l. prægnantis. ff. de pœnis. & in. l. Imperator Adrianus. ff. de statu homin. cuius responsi quam plures interpretationes, & intellectus poterit lector deducere ex his, quæ utrobique à nostris tractatur, & à Gulielmo Benedicto in capitul. Raymuntius. verb. & sobolem. numero. 60. de testam. Hippo Marcellio in. l. l. in princi. numer. 19. ff. de questionib. & in practica. §. nunc videndum. numero. 46. Matthæo Afflict. in constitu. Neapol. titulo. 23. numero. 11. Quibus illud nec temerè addere libuit, quod Plutarchus de terra numinis vindicta scribit affeuerans, hoc à Græcis quibusdam legiſlatoribus ab Ägyptiaca lege transcriptū fuisse. Ita enim inquit, Ägyptiacam verò legem, quæ grauidam donec pariat, in mortis carcere custodire iubet, nonne Græcorum quidam consulte vobis transcripsisse videntur? Idem asseverat Diodorus Siculus libr. 1. Sed & Eliano auctore, libr. 5. de varia historia. Arcopagitæ cum fœminam quandam beneficij accusataim, coniunctamque mortis poena damnare constituisserent, non prius eā occiderunt, quam peperisset: ipsam matrem, quæ crimen commiserat, & quæ sola culpam contraxerat, punire violentes, infantem conceptum in utero, omni culpa immunem ab eo mortis suppicio liberantes. Legis verò quæ apud Romanos erat, meminit maxima cum laude Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum. Et Phil. in libro. de Charitate.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid furca significauerit apud Latinos.
- 2 Crucis supplicium an idem quod furca fuerit?
- 3 Litera. F. supplicij nota.
- 4 Crucis supplicium à Constantino Magno abrogatum.
- 5 Crucis signum, & character olim saluationis nota, Hieroglyphica significatione.
- 6 Furcarum ereclio capitalis, & criminalis iurisdictionis signum.

An olim apud veteres furcarum supplicium fuerit in vnu, & de Crucis patibulo.

**A M O S O S L A T R O**  
nes in his locis, vbi grassati fuerint, furea figendos compluribus placuisse, testis est Calistratus Iurisconsultus lib. 6. de co-gnitionibus in. l. capitalium. §. Famosos. ff. de pœnis. E cuius responso plerique adnotarunt, olim furcarum supplicium apud veteres fuisse frequentissimum. quorum opinioni suffragatur idem Calistratus + eadē. l. capitaliū. in eius initio. Sumnum, inquit, suppliciū esse videtur ad furcam damnatio. Vlpianus itē in. l. Sacrilegij. ff. ad legem Iul. peculat. scribens, pro-consules Sacrilegos quosdam in furcam suspendisse. Eiusdem supplicij meminere Paulus in. l. si quis aliquid. §. primo. ff. de pœnis. Modestinus in. l. tertia. §. is qui. ff. de re milit. Titus Livius libro primo. lex, inquit, horrendi carminis erat. Duuumiri perduellionem iudicent. Si à duuumiris prouocauerit, prouocatione certato, si vincent, caput obnubito, infœlici arborereste suspendito, verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomœrium. Ideiū paulo inferioris, cum sub furca vinctum inter verbera, & cruciatus videre potestis? Quo in loco infœlicem arborem furcam dixit, in qua quis ob crimen laqueo suspendebatur. Plinius vero libro decimo sexto. capitulo vigesimo sexto. quæ dictæ fuerint infœlices arbores explicat. Cicero in oratione pro. C. Rabirio perduellionis reo. Nāque hæc tua, quæ te hominem clementem, popularemque delectant. Illeitor, colliga manus: quæ non modò huius libertatis, mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilij, sed Tarquini superbissimi, atque crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis, ac popularis libertissime commoraras. Caput obnubito, arbori infœlici suspendito: quæ verba Quirites iā pridem in hac rep. non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressa sunt. Hæc Cicero. Sed & furcam veteres latini appellant lignum curriculi, cui superfigebatur temo. Id dempto temone, seruorum, qui in familia deliquerant, humeris per viciniam circumferendum imponebatur contumelie causa: atq; ind. furciferi dicti autore Plutarcho in Martio Coriolano. Et in problematis Romanis c. 70. quo in loco & illud adiicit, Græcos nominare lignū istud *σευρόν*, lati-nos

nos furcā: cūm in priori scripsisset à Græcis hoc lignū nō dici σῆριγμα κάνθασάπη. Ex quo lector poterit intelligere quē Macrobius tradit lib. 1. Saturnaliorum ca. II. & repetit Lactantius Firmianus libro secundo. ca. 8. qui seruum sub furca ad supplicium duci dixit: quod Macrobii patibulo constristū dixerat. \* Arnobius vero aduersus gentes hbr. 7. de eodem seruo tractans, ad patibuli nunc, & rursus ad Crucis pœnam damnatū fuisse narrat. \* Liuius lib. secundo. eandem historiā scribens sub furca cæsum dixit. ex quo & Dionysio lib. 7. & Plutarcho error est apud Macrobium in annis ab urbe condita. Illud forsitan placuit, furcam σερψη̄ duci, quasi furcæ, & Crucis suppliciū idē fuerit. At Crucis affigebantur clavis nocentes furca verò puniebantur laqueo suspensi: & id frequentius, licet non fuerit hoc discriminē exactē seruatum. Cicero libro quinto. de finibus. vbi de infelici exitu Polycratis Samiorum tyranni disserit, ita inquit ne tum quidem miser, cūm ab Oroete praetore Darei in Crucē actus est. De quo Herodotus in Thalia scribit ὅριτς ἀεταύρωσεν Orocetes Crucis affixit. Eusebius vero libro. 8. de preparat. Euangeli. capitulo decimoquarto. de eodem Polycrate tractans dixit. ὃ πό μεγάλου βασιλέως ἐκελάζετο οὐ προσιλθετο id est, à Magno Rege punitus est, & Crucis affixus. Iustinus libr. 22. de Bomilcare Pœnorū duce. Hoc, inquit, certaminis discriminē tanta desperatio illata Pœnis est, vt nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset, trāsiturus ad eum Bomilcar dux Pœnorum cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio fôro à Pœnis patibulo suffixus est: vt idem locus monumentum suppliciorum eius esset, qui ornamentum antefuerat honorum. Sed Bomilcar magno animo crudelitatem ciuium tulit, adeò, vt de summa Cruce, veluti de tribunali, in Pœnorum scelera concionaretur, obiectans illis nunc Hannonem fallā affectati regni iuidia circunscitum, nunc Gisgonis innocentis exilium, nunc in Hamilcarem patiuū siuum tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis facere, quam hostem maluerint. Hæc cūm in maxima populi concione vociferatus esset, expirauit. Haecenus Iustinus. De Cruce Reguli Silius lib. 2.

Vidi cum robore pendens

Hesperiam Cruce sublimis spectabat ab alta.

Cicero vltima in Verrem actione dum proclamat facinus indignum fuisse Gaujum. Roma nū ciuem à Verre in Crucem agi, ita inquit, quid enim attinuit, cum Mamertini more, atque instituto suo Crucem fixissent post urbem in via Pon-

peia, tē iubere in ea parte figere, quē ad fretū spectaret: & hoc addere, quod negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixisti palante idcirco illum locū deligere, vt ille, qui se ciuem Romanum esse diceret, ex Cruce Italiam cerneat ac domum suā prospicere posset? Itaque illa Crux sola iudices post conditam Messanam illo in loco fixa est. Italię conspectus ab isto delectus est, vt ille in dolore, cruciatuque moriens, per angustia freto diuisa seruitutis, ac libertatis iura cognosceret: Italii autem alumnū suum seruitutis extremo, summoque supplicio affixum videret. Hæc Tullius. Huius Gauiana Crucis meminit Lactatius lib. quarto diuinarum institutionum. cap. 18. vbi falso legitur Canniniana Crux: cum potius sit ex Cicerone Gauiana. Liuius libr. 10. decad. 3. ne profugis grauius, quam de fugitiis coniunctum. Nominis latini qui erant securi percussi: Romani in Crucem sublati sunt. Tranquillus in Galba. capitulo nono. & tutorem, quod pupillum, cui subtilitus haeres erat, veneno necasset, Crucis affecit. Implorantique leges, & ciuem Romanum se testificati, quasi solatio, & honore aliquo pœnam leuaturus, mutari, multoque præter cæteras altiores, & dealbatam statui Crucem iussit. Idem in Domitiano. capi. 10. Item Hermogenem Tarsensem propter quasdam in historia figuras, librarijs etiā, qui eam descriperat Crucifixis. Rursus. c. 11. Authorem summarum pridie quam crucifigeret in cubiculū vocavit, assidere in toto iuxta coegit, securum, hilarēque dimisit, partibus etiā de cœna dignatus est Lucanus lib. 6. agens de Erichthone maga vtriusque supplicij mentionem fecit, illius inquā, quo laqueo furca suspensi præcluso spiritu pereunt: & quo in Crucem acli clavis affixi occiduntur.

*Laqueum, nodos que nocentis  
Ore suo rupit, pendentia corpora carpit,  
Abrasique Cruces, percussa que viscera nimbis  
Vulst. & incoclas admisso sole medullas.  
Inseritum manibus Chalybē, nigrāque per artus,  
Stillant̄ tabi saniem, virusque coactum  
Sustulit, & neruomorsus retinente pependit.*

Tranquillus in Cæsare capitulo septuagesimoquarto. sed & in vlciscendo natura lenissimus. Piratas, à quibus captus est, cum in deditiōnem redigisset, quoniam suffixurum se Crucis ante iurauerat, iugulari prius iussit, deinde suffigi. Quod Plutarchus in Cæsare dixit & ἐσαύρωσεν. id est Crucis affixit: & in Apophthegmatis verbo à clavis deducto προστύλωσεν eleganter significauit. Ex quibus locis apparet, Crucis supplicium

plicium nimis crudele vel ex eo fuisse, quod foret lenta in eo mors. \* Isidorus.lib.5. Etym. Patibulum, inquit, vulgo furca appellatur: sed patibulum liminor pena, quam crucis. Nam Patibulum apensos statim examinat, crux autem affixos diu excruciat. \* Diuuus Augustinus super Ioannem tractatu.31. supplicium, inquit, crucis ideodurius erat; quia diutius cruciabat, & omnes crucifixi longa morte necabantur. Idem tractatu.36. penderes enim in ligno crucifixi, clavis ad lignum pedibus, manibusque confixa producta morte necabantur. Non enim crucifixi hoc erat occidi, sed diu viuebatur in cruce: non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, nedor citius finiretur. Genes. cap.40. Ioseph. respedit pistorum magistro, tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharaon caput tuum ac suspedit te in cruce. Et rursus paulo post: alterum suspendit in patibulo, ut veritas coniectoris probaretur. & capit.41. Ego enim redditusum officio meo, & ille suspensus est in cruce. Deuteronomi. capitulo. 21. quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & ad iudicatus morti appensis fuerit in patibulo, non perinanabit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno. Iosue capitu.8. Regem quoque eius suspedit in patibulo usque ad vesperam, & solis occasum: praecepitque Iosue, & depoluerunt cadaver eius de cruce. Extat & de Aman affixo cruci, quam paruerat Mardochaeo historia Hester capitulo quinto.6. &. 7. Seneca libro primo Epistolaru.7. epistola. Sed latrocinium fecit aliquis, quid ergo meritum? ut suspendatur. Ex quibus probatur, genus hoc supplici, quo cruci nocentes affigebantur, & suspendebantur in ea, fuisse apud veteres frequentissimum: crucemque ipsam Graec dictam σευρόν. Idque euidentius erit ex Luciano in dialogo, cui titulus, iudicium vocalium. Qui finxit eleganter, literam. T. ut furem, & aliena inuidentem, litera. S. ex multis dictionibus expulsa, dignam videri, quae in id ageretur supplicium, quod ipsius exprimeret figura: nempe crucem, quae quidem absque ipsius nocentis suspeso corpore, sit omnino litera. T. similis. Ut obiter admoncam, nihil ad hanc rem pertinere, quod Laudouic. Caelius libro.6. lecit. Antiq. capitulo octauo. adnotauit de litera longa, quae ad similitudinem. T. figuretur. quoniam, ut is inquit, qui pendet laqueo suspensus eam plane reddit imaginem suspendiosi defuncto obtinente vicem lineas ex superiori parte in imum producit, trabis

verò, unde laqueus destinatur, transuersam elementi portionem fungere videatur. Nam ut cunque id sit, & adnotari posuit ad Plautinos de litera longa sales, quod lector poterit facilius expendere: ad crucis imaginem, quae ex litera. T. à Luciano doctissime traditur, nihil opus est ipsius suspensi cadauere: cum & sine ipso crux ipsa imaginem. T. referat graphicè. Et at etenim hac ratione apud veteres Tau: atque ideo. T. latinum supplicij nota, autore Quintiliano libro octauo. capitulo tertio. Sed & furcis nocentes affixos olim fuisse, subindicit Calistratus in dicto. h. famulos. Plinius item libro vi gesimonono. capitulo quarto. Eadem, inquit, de causa supplicia annua canes pendunt inter Aedem iuuentutis, & Suni mani viui in furcas Sambucca arbore fixi. Ut tandem ratione communis, & frequentissimi supplicij possimus conjectare, quandoque crucem dictam supplicium illud, quo suspensi precluso spiritu occidebantur, ac deinde furcam veteres quandoque appellas crucem, cui affigebantur nocentes. Nam & Suidas scribit αιδηνομον βιλοφ. dici latine furcam: cum illud dici etiani crux vere possit: cum sit unum lignum alteri connexum. His adstipulatur, quod cruces non unius generis erant: sed aliter ab alijs fabricabantur: sunt etenim qui capite in terram conuerso suspendebant: alijs per oscula stipitem agunt, alijs brachia patibulo explicuerunt, sicuti ex Seneca obseruauit Ludo uicus Cælius in dicto capitulo octauo. tametsi ex propria verborum significatione illud sit vereius, & frequentiori utri conueniat magis crucem dictam fuisse patibulum, cui nocentes expansis brachijs, & clavis affixi, occidebantur. Eusebius Martyrium Petri Apostoli enarrans libro tertio. de Eccle. historia. capitulo primo. scribit ος κα επι τέλει έν ρόμη γενόμενος αντεκολοπίσθιν κατα κεφαλής, ούτως αύτος ξειώσας παθεῖ. id est. Petrus tandem Romæ existens in crucem actus est, pedibus sursum versum sublatis, aut capite in terram verso, & in sublime pedibus eleuatis, ex Hieronymo in catalago scriptorum ecclesiast. vel in uertis vestigijs cruci affixus ex Ambrosio, qui Egesippum e Graeco in latinum transtulit libro tertio. de excidio Hierosolymitan. capitol. secundo. Idque martyrij genus idem Petrus petierat, quod se indignu putaret, qui itidem ut magister iuus recto corporis statu patetur, quod sensit Eusebius, & palam exponit Nicephorus libro secundo. capitulo trigesimo sexto. idem Eusebius libro octauo. de histor. eccle. capitulo.

pit. 8. de martyribus agens inquit. καὶ ἀλλοι πάλιν ἀνασκολοποθεντές, διμὲν κατὰ τὸ σύνθετον τοῖς πατέρεσσι οὐδὲ τῷ χειρόνωτι ἀναπτυγμῷ κατεκαρπα προσηλωθέντες τηρουμέσθι τε λόγοις, εἰσότε καὶ ἐπὶ ἄντα τῷ ικείῳ λιμανίᾳ φθάσετε. Quæ latinus Nicephori interpres libro septimo. cap. 8. ita latine tractat. Et alij quidem eodem. quo malefici modo, supplicio affecti: alij autem inuersi, pedibus videlicet in sublime sublatis, vitam diu, grauiterque traxerunt, donec in cruce ipsa ita suffixi fame perierunt. Græcis sanè verba hæc. ἀνασεργών, προσηλών, & ἀνασκολοπίζω, peculiaria sunt in ea significatione, qua latini crucifigere, patibulo affigere dicunt. Herodianus libro. 5. historiæ. συκοφάντες, καὶ λούτοι, οὗτοι δεσπόταις κατέχειν τὸν ἀνασκολοπίζοντα. Calumniatores, & serui qui cunque dominos denuntiauerant patibulo affixi fuerunt. Nam & autore Suida. σκολόψ, palus erat præacutus, cui nocentes affigebantur: qua tandem dictione Christi crux fuit significata Apollinis Milesij responso, cuius meminit Lactantius Firmianus, libro quarto capitulo. 13. Sed & idem Suidas scribit, crucem, aut patibulum Græce dicit ικρίον, & inquit Ιουστίας τοῦ σωτῆρος ἀρνούλωσμ. Crucis saluatorem Iudæi affixerunt. Addit idem autor, solenne fuisse apud Athenienses ex lege, ut Cenotaphijs, & sepulchris imaginarijs eorū, qui in exilio, aliâve calamitate mortui forent extra patriam, nec Atheniensi in agro sepulti, crux apponenteretur lignea in signum illius calamitatis. Quod de Thucydidis sepulchro quidam refertur, autore Marcellino in eius vita. Ex quo Suidæ locus fortassis vitio typographorum depravatus, illustratur. Hinc obseruari poterit interpretationis legis, quæ à Constantino ad Maximum. P. vrbis lata est de crimine læse maiestatis lib. 9. Codicis Thæodosiani tit. 5. Cuius duæ priores partes referuntur in Codice Iustiniani. l. 3. C. ad legem Iul. maiesta. tertia, & ultima parte omisa. Cuius hæc decisio. In seruis quoque vel libertis, qui dominos, aut patronos accusare, aut deferre tentauerint, profectio tam otrocis audacie, statim in admissi ipsius exordio persententiam iudicis comprimatur, ac denegata audiencia patibulo adfigatur. P. P. Kalend. Ianu. Volusiano, & Anniano consl.

Laquei vero supplicium quam sit, & fuerit ignominiosum, atque ideo nobiles minime eople etenidos fore, obiter ipse adnoraui libro. 2. Variarum Resolutionum. cap. 9. num. 4. nisi famosi latrones, aut grassatores fuerint. Eadem ratione crucis pena ante Iesu Dei optimi maximi passio

nem ubique locorum infamis erat, & fuit quidem apud Gētiles adhuc post redemptoris mortem: quod Lactantius Firmianus lib. 4. diui. Insti. capitul. 36. in hunc modum explicat. Dicatur enim fortasse aliquis, cur si Deus fuerit, & mori voluit, non saltem aliquo honesto mortis genere affectus est: cur potissimum crucis? cur infami genere supplicij? Quod etiam homini libero, quanuis nocenti videtur indignum. Id ipsum prius explicuerat Arnobius libro primo. aduersus gentes. Idem tradit Tertulianus libro tertio. aduersus Marcionem. Diuus Augustinus de verbis domini secundum Marthæum sermonem decimoctauo. Si genus, inquit, mortis exhorrescit infirmitas, nihil illo tempore fuit ignominiosius, quam mors crucis. Non enim frustra commendans eius obedientiam Apostolus addit dicens, factus est obediens usque ad mortem, mortem antem crucis. Sed quia ipse honoratus erat fideles suos in fine huius seculi, prius honorauit crucem in hoc seculo, ut terrarum Principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentium crucifici. Hæc Augustinus, & his similia rursum sermone primo in feria sexta parasceues, & Chrysostomus super Paulum ad Philippienses capitulo secundo, quin & Iurisconsultus in l. liberorum. §. non solent. ff. de his qui not, infamia. inquit, non solent lugeri suspendiosi. Verum post Christi Iesu mortem adeò venerandum, tantèque maiestatis fuit crucis patibulus, ut Diuus Petrus omnino recusauerit eodem modo, quo eius magister id subire supplicium: quemadmodum Paulus ante ex historicis obseruauimus: sed & Constantinus Magnus, qui signo, & vexillo crucis ferocissimos, potentissimosque hostes debellauit, & euertit, lege lata constituit, ne quis crucis supplicio, quod frequentissimum tunc erat, puniretur: idque ob sanctissimæ crucis venerationem: sicuti tradidere Cassiodorus libro primo. historia tri part. capitulo decimo. Sozomenus libro primo. ecclesi. histor. capitulo octauo. & Nicephorus libro septimo. capitulo quadragesimo sexto. Ceterum & ante Christi passionem crucis, signumque crucis maximæ fuit significationis. Nam & Rufinus libro undecimo. histor. ecclesi. testatur capitulo vigesimonono. apud Aegyptios significatione Hieroglyphica vitam, & futuram salvationem significasse. Etenim cum Serapidis templum solo æquaretur, & Hierolyphicæ quæ dicuntur formæ, & characteres signo crucis persimiles apparuerint saxis incisæ, earundem literarum interpretandarum periti charactere sub crucis

Crucis forma vitam futuram significare dixerūt: autoribus Socrate libro. s.ca.17. Sozo nene libr. 7.cap.15. Nicēphoro lib.21. capit.25. & Suida in dictione. *sævios*. Ezechielis cap. 9. signum Tau, quod Græcè, & Latinè literam T explicat, & pre-signat, ut saluationis signum apponitur: quod illic Diuus Hieronymus, & Tertullianus libr. aduersus Iudaos capi. de vastatione Israël. & lib. 3. aduersus Marcionem adnotarunt. \* Illud obseruantes, eandem literam signum Crucis significasse: Idem Augustinus in iudicium historiam. lib. 7. cap.37. & Ambros. de Abraham ca.3.lib.1. Et de Ioseph. cap.13. Sed & eandem literam Hebraicè constat signum Crucis representare, non equidē iuxta carafieres, quibus hodie vntuntur Hebrei, sed quibus veteres, & Hieronymi seculo, Samari taei vtebantur. \* Plura de Crucis signo, Iustinus Martyr in oratione.2. pro Christianis. Quo in loco pag.31. versum illum psalmi nonagesimiquinti: Dicite in gentibus, quia dominus regnauit. ita legit. Lætemini in gentibus, dominus post lignum, regalem potestatem habuit. Idem Iustinus in Dialogo cum Triphone. pagi.57. legit. Dicite in nationibꝫ, dominus à ligno regnauit. \* Diuus itē Cyprianus in tracta. de Sina. & Sion, aduersus Iudeos ex Davidis Psalmo retulit. Annuntiate regnum Dei. in gentibus, quia dominus regnauit de ligno. Quam lectionem agnoscit autor ille, quis quis is est, qui hymnū dominice passionis, quo Ecclesia vtritur, scripsit, inquit enim.

*Impleta sunt que concinuit*

*David fidelis carmine.*

*Dicens in nationibus*

*Regnauit à ligno Deus.*

Quod oviter adnotare volui, quia locus hic insignis est, & non facile quis poterit locum signare, ubi David dixerit, quod Ecclesia ex eius oratione propheticō canit: Siquidē Iustinus ipse testatur, verba illa: à ligno, fuisse detracta ab Hebreis ex psalmo, quod palam passionem Christi prædicet diuinus ille psaltes. Sed & Faber Stapulensis in psalmos asseuerat, in psalmodia Romana legi versiculū prædicti psalmi. Dicite in nationibus regnauit à ligno Deus: tanetsi existimet ipse verba illa: à ligno: paraphrasice addita fuisse.

Furcarum autem erexit signum est, & id maxime criminalis, capitalisq; iurisdictionis: quod satis probatur ex Iurisconsulto in d. §. famulos, & alijs plerisque locis, in quibꝫ de furcarum suppicio Iurisconsulti meminere: idque Baldus cēset in. c. 1. quid sit inquit in feidis. nn. 6: quem sequitur Chaliangus in consuetudinibus Burgū-

die. rub. 1: §. 8. idem repetit Bal. in. l. à procuratore. C. mandati. Potest enim qui criminalem in aliquo loco habet iurisdictionē furcas erigere ad pœnatum exequutionem, criminumque punitionem. Quin & id agere poterit, qui cognitionē habet harum causarum criminalium, simul & exequutionem, licet qui in eodem loco tantum cognitionem habet, earum erectionem prohibere velit, autore Oldrado. cōsil. 6. probatque Andreas Alciatus libr. 9. parerg. ca. 24. erectione furcarū iurisdictionis capitalis, & meri imperij quā si possessionem adquiri, & retineri. Quod passim in his cōtrouersijs, quā de criminalis iurisdictionis vītu tractantur, obseruari diligentissime solet ab aduocatis, & iudicibus qui in ea de ressentiam sunt pronuntiatur.

**An liceat conductoribus**  
à conductoris migrare domibus, ex eo,  
quod tetris imaginibus, nocturnis  
illusionibus, & tumultibus inquietentur.

## C A P. VI.

**P**ROSSE CONDVCTORES, habitatoresq; timoris causa migrare, si iustus sit periculi timor quanuis periculum vere non fuerit, ab eius temporis mercede liberos, quo domū non habitauerint, respōdit Alphenus. lib. 2. digestorū l. habitatores. §. vlti. ff. locat. ex quo loco, & alijs huic similibus multa scribit Franciscus à Ripa in tract. de peste. parte. 2. nn. 17. Cæterū videlicet, atq; iterū in hoc Regio, & Granateni prætorio controuersum, an hoc Iurisconsulti responsum obtineret in his habitatoribus, qui ex eo migrauerint, quod evidentissimis ostentis, tetris imaginibus, atsiduisque vmbrae illusionibus, & nocturnis tumultibus, singulis noctibus, & quandoque diebus, inquietentur. Vix poterat hæc nō fabulosa, aut commentaria à iudicibus celeri, nisi tot testibus integris, ac fide dignis forent planè probata: & ideo in eam itum est sententiam, ut licet habitatoribus migrare liberos omnino ex eo die à mercedis solutione iuxta ipsius Alpheni sententiani. Quod & Christophoro placuit in. §. vltimo. Institu. de locatione. Sed & Romæ ades

ades quasdam hoc nomine ita infames fuisse, vt nemo illas incolere fuerit ausus, vti rem notam, & vulgatam commemorat Alexander ab Alexandris lib.5. dier. genialium c.23. diuus Gregorius lib.3 dialog. c.4. memoria tradidit, Datum Mediolanēem Episcopum, quem Corinthum accessi set, dominiūque ad habitandum vix inueniret, essetque in ea vrbe domus multis iam annis habitatoribus vacua, & deserta, quod eiusdē loci incolæ minime habitare in ea auderent propter dæmonis illusiones, varia spectra, & quia illic diabolus habitaret, eam domum ingressum, intempestaque nocte vocibus immensis, magnisque clamoribus leonum rugitus, balatus pecorum, sibilos serpētūn, & pecorum grūnitūs imitantibus, vexatum. dæmonem illum diuinis vocibus adloquutum, tandem domo expulisse, eamque postmodum tutō, & absque illarum illusionum timore habitatam fuisse. Lucianus in dialogo Philopseude ex narratione Arignoti cuiusdā, licet eum inter mendacissimos connumerauerit, tradit, Corinthi domum quandam habuisse Eubatidem, in qua nemo auderet habitare ea ex causa, quod habitatores spectris quibusdā territi à dæmons quodam ita infestarentur, vt cā pñmio timore, & periculo rursus ingredi nō fuerint ausi, donec ipse Arignotus Pythagoricus Magicis, & Ægyptijs quibusdā catinibus dæmonem illum in locum quandam detruserit, à quo primum exierat Arignotum varijs imaginibus territare conatus, quandoque vt canis, nunc vt leo, vel taurus ipsum inuadēs: quo quidem loco die sequenti defosso corpus hominis mortui repertum est, coq; alibi sepulto domus illa his illusionibꝫ libera tutè deinde, ac quiete habitatores habuerit. Ceterū hæc, licet quandoque ac fortassis frequentius falsa sint, posse tamen contingere minimē negauerim, quippe qui legerim apud plerosque autores probatissime fidei, dæmones nihil operari secundū naturæ suæ potētiā posse, quia & ipsa Angelica creatura est, quanuis sit proprio vitio maligna, nūl quod Deus permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla: quod Diuus Aug. tractat in lib.18. de ciui. Dei ca.18. Diuos Grego. lib.3. dialog. ca. 21. scribit & ad hæc S. Tho.1. par. q.114. art.1. quandoque dæmones mitti à Deo ad puniendos homines, siue missus fuerit spiritus roendax ad puniendum Achab.3. Reg. c. vi. & id fieri secundum diuinam initiam propter peccata: tametsi dæmon tunc puniat, territet, & infestet homines ex odio, & inuidia. Quandoque verò ipsi dæmones, vt idem

Thomas tradit, non equidem emissi à Deo, sed permissione diuina, occulta sane nobis ratione, homines tentant, frequenter instigando ad peccatum, aut ipsos territant, & illudū varijs imaginibus, spectris, retrisq; figuris, atque innumeris illusionibus. Neque his tantum homines scelesti torquentur modis, sed & virti sanctitate vitæ, & adhuc miraculis illustres. Quod nos superius ad monuimus. c.2. Non enim est apud Theologos controuersum, dæmones hanc potestati ex Dei permissione habere: ex Paulo ad Ephesios ca.6. tractauere sententiarum Magister lib.2. distinct. II. Sanctus Tho. in dict. q.114. arti.4. textus optimus in c. Episcopi. 26. q.5. Autoris, qui malleum maleficarum edidit, & aliqui de veneficijs, & sortilegijs scripsere, ac pñceteris Franciscus à Victoria, qui Salmanticæ miro omnium applausu publica lectione, & animi candore in maximam reipublicæ Christianæ utilitatem Theologij docuit, in relectione de Magia. Sed & ethnici autores ex arcans philosophiq; decretis hoc ipsum de dæmonibus aduersus Aristotelem sensere quidem, & quandoque palam, ac manifestè professi sunt: sicuti ex eis eruditæ id probat Augustinus Eugubinus lib.8. de perenni philosophia, à c.26. ad ultimum illius libri caput. Nec mirum hasce præfigias, spectra, & illusiones aliquot in locis, non in alijs contingere, atque ideo locis, non personis quandoq; accedere: sunt enim hæc ex occulto Dei iudicio, non equidē iudicanda ab hominibus, sed religiose, ac pñcē pñcūnēda. Scimus etenim Dei maximi permissione hæc fieri, causam vero ne temere iudicemus, minimē inquirimus. Temelam Locrensum in Italia urbem à genio quodam adeo vexatam fuisse constat, vt Temelenses, quo eam pestem effugerent, sèpè patriam relinquere cogitauerint, donec responsio Apollinis accepto, placare dæmonem illum iuisi sunt vnius virginis annua oblatione, quam in templo genio illi dicato deuouebant: tandem Euthymi cuiusdam animo, & fortitudine genius ille malus deuictus fœdissima calamitate liberâ urbem illam relinquens ex agro excesserit. Causa verò ab historicis gentilibus ea traditur, quod Vlyssis socius, quem Strabo Politem, Pausanias Libantem appellant, virgine quadam pervinum violata, ab ipsis Temelensibus in pœnam fuerit lapidibus obrutus, eiusq; manes finem nullum sœuendi in cuiuslibet ætatis homines in eo agro fecerint: unde natum proverbiū est, vt dicernet caendum, ne Temeseus Genius imminaret: cuius rei mentio fit à Pausania in Heliacoru poste-

posteriori. Eliano libro octauo. de varia histor. Strabone libro sexto. & Leonico libro primo. de varia historia. cap. 42. Sed & Plinius libro septimo. epistola ad Suram. hac de re multa come morat, presertim scribit, Athenis domum quan dam fuisse spatiosam, pestilentem tamen, & infamem, quod per silentium noctis, tonus ferri, strepitus vinculorum longius primo, deinde proximo reddebat, mox apparebat Idolon, senex macie, & squalore cōfectus, promissa barba, hor renti capillo, qui cruribus compedes, manibus catenagerebat, quatiebatque: deinde inhabitantibus tristes, diræ que noctes per metum vigilabā tur. Narrat deinde domum illam solitatem dinaram, totanique illi monte reliquam, procri ptam tamen, seu quis emere, seu quis conducere ignarus tanti mali veller, publice fuisse: & nihilominus Athenodorum philosophum, et si suspe cta vilitas pretij erat, omniaq; domus vita comperta haberet, eam conduxisse, noctis que silentio animo ad scribendum intento imaginem illam vidisse, minime que ea territum, in o ab ea vocatum illam sequutum fuisse, donec in area domus dilapsa delectuit comitem, desertum philosophum signum loco posuisse, posteroque die Magistratum adiisse, defosso que eius mandato loco inuenta esse implicita: & inserta catenis osfa, quæ corpus auro, terra que putrefactum nuda & exesa reliquerat vinculis: quibus denique osibus collectis, & publice sepultis domum postea, ritè conditis manibus, spectris illis, & terroribus caruisti. Hæc Plinius.

De Nisibi vrbe, & an ea dicta fuerit Antiochia à veteribus autoribus.

## C A P. VII.

**A**NDREAS ALIAS  
tus librum Codicis unde ci-  
mum titul. de pascuis publi-  
& priuat. cum Antiochiæ vr-  
bis celebratissimæ memini-  
set, constanter ab his discedit,  
ac dissentit, qui Antiochiam dictam fuisse Nisibin  
quandoque existimarunt: cum Ammiani  
Marcellini testimonio. libro decimoquarto. con-  
stet, Nisibin vrbum maxime differre, ac dista-

stare ab Antiochia. Nos verò miramur, vi-  
rum alioqui diligentissimum, varia lectione, &  
iatis civilis disciplina illustrem non satis dili-  
genter rem istam, quam obiter fortassis tra-  
ctabat, expendisse. Scimus etenim Antiochiam  
Syriæ vrbum, quæ Epidaphne dicitur, & Oronte  
fluvio adluitur, quæque maxime celebris o-  
lim fuerit, atque adeò insignis, vt ab ea dicta sit  
Antiochena Syria, aliam esse, ac procul distare à  
Nisibi vrbe, quæ in Persarum confinibus sita e-  
rat, quæque Migdonio fluvio iecabatur: quod  
passim apud autores poterit legere obseruare,  
præterum Plinius libro quinto. capitulo vicesi  
mo primo. Strabone libro decimosexto. Cor-  
nelium Tacitum libro decimoquinto. Iulium  
Cratilinum in Gordiano Iuniore Xiphilinum  
in Seuero & alios, quorum statim mentionem fa-  
ciemus. Illud tamen est omnino adnotandum,  
Nisibin istam apud veteres etiam dictam fuisse  
Antiochiam vt tandem minime errauerint, qui  
hoc verum esse existimarunt, quippe qui de nisi-  
bi vrbe Migdonia, non de Antiochia Syriæ intel-  
lexerint. Quod si Antiochiam Syriæ dictam fuisse  
Nisibin opinati sunt, quod ipse minime credam,  
manifesti erroris notari potuerunt, & iure.  
Sed Nisibin vrbum Migdonia dictam fuisse An-  
tiochiam probatur ex Plinio libro sexto. capitu-  
lo decimotertio, Strabone libro decimosexto.  
Plutarcho in Lucullo, qui magnæ vrbis memini-  
nit, quæ à barbaris Nisibis, à Græcis Antiochia  
Migdonica dicta fuerit. Idem tradidere Theodo-  
ritus libro primo. Eccles. hist. capitulo septimo.  
libro secundo. capitulo trigesimo. Nicephorus  
libro octauo. capitulo decimoquarto & libro no-  
no. capitulo vigesimo-octauo. rurius idem autor  
libro decimoquarto. capitulo vigesimoprimo.  
meminit & Polytus libro quinto Antiochiae,  
quæ in Migdonia erat. Tamen Nicolaus Perot-  
tus eius interpres non satis cum locum intellige-  
rit. Scribit & ad hæc Iosephus libro ultimo. de an-  
tiq. capitulo secundo. Artabanum Parthorum re-  
gem dono dedisse Izati Adiabenorum regi Ar-  
meniæ partem, & agrum qui dictus sit Nisibis in  
quo Macedones vrbum considerat, eam Antio-  
chiam Migdoniam appellantes: quod & Plinius  
in dicto capitulo decimotertio. de totius regio-  
nis nomine scripsérat. Dicta verò fuit à Plinio  
Antiochia Syriæ Epidaphne, à luce Daphnes,  
qui erat suburbanum ipsius Antiochiae locus qui  
deni Apollini sacratus, vt scribit Iustinus lib. 16.  
& ferè omnes qui de Antiochia scripsiere. Erant  
& in eo spectabilissimæ lauri. Quod Strabon in di-

et libro. 16. tradit. & alij, quorum Alciatus meminit in lib. C. 11. titul. de cupressis. & elegantem Sozomenus libro quinto. Eccl. histo. capitulo decimonono. & Nicephorus libro decimo. capital. vigesimo octavo. Apud quos illud est à Christiano, & pio lectori obseruandum, oraculum Apollinis tunc obmutuisse, nec responsa dedit, quam Babylas martyr in eodem loco prope ipsum Daphnes suburbanum sepultus est, & dum eius reliquie inibi manserunt. Idem memorie tradidere Euagrius libro primo. Eccl. histo. capitulo decimosexto. Suidas, & Diuus Chrysostomus libr. vno contra gentiles, Socrates libro tertio. capitulo. 18. & Theodorus libro tertio. ca. 9. & 10. Hoc Daphnes suburbanum amoenum, & ambitiosum appellat Ammianus Marcellinus libro. 19. Extat de hoc loco Arcadij imperatoris I. prima. titul. de cupressis. libro. C. 11. Si quis, inquit, Daphnes luci in Syria, vel Persicis in Aegypto arbores comparauerit quinque lib. auri nouerit esse multandum. Quo in loco Andreas Alciatus ex Sozomeno libro sexto. conatur expondere, quae fuerint arbores Persicis. Verum Sozomenus libro quinto. capitu. 21. & Nicephorus libro. 10. capitu. 31. ita scripsere. Hermopoli quoque Thebaidis arbor esse, quam Perseam vocat dicitur, multis morbis medicinam afferens, si vel festuca, vel folium ex ea & grise applicetur. De qua illa adhuc fama apud Aegyptios obtinet, Dei genitricem vnam cum Iosephio Herodem fugientem, ductu Iosephi Hermopolim venisse: & quia primum urbis portam attigisset, arborem eam aduentum Christi ferre non potuisse: & quanvis procera admodum esset, ad solum ipsum ramen se demississe, & paradisi olim fatorem adorauisse. Haec, & alia de Perside arbore Sozomenus, & Nicephorus.

His addere libet, Eusebium in Chronico estimasse, Nisibin eam esse urbem, quae in Sacris Bibliis dicatur Ninive. At Hieronymus in annotationibus Hebraicis in Genesim refragari videtur, quippe qui censeat, eam urbem quae Achad dicitur Genes. capitulo decimo, dici eius aetate Nisibin, atque distinctam esse ab urbe Nino, quae Ninive dicta est in eodem capite decimo. \* Meminit & Iosephus libro decimoseptimo. capitulo duodecimo. de Antiq. nisibis urbis, quæ sit iuxta Ephratam. Dion itidem libro trigesimo-quinto. Nisibis urbis, quæ sit in Mesopotamia regione inter Euphratem, & Tygrin. quam illam esse opinor, cuius Plutarchus in Lucillo mentio nem fecerit. \*

Qua in significatione apud Iurisconsultos, Ciceronem, Varronem, & alios accipiantur verba hæc. dicis gratia.

## CAP. VIII.



X T A T V L P I A N I  
responsum in l. prima. §. excusantur. ff. ad sena. consult. Sylani. in hæc verba. Excusantur serui, qui auxilium tulere sine dolo malo. Nam si fixxit. quis auxilium ferre, vel dictis gratiam tulit, nihil hoc commentum ei proderit. Hæc Vlpianus ex vulgata lectione. Quid si dictis gratiam ferre, nec Accurius, nec alii ibidem explicarūt: cùm de mortis pena illic tractetur, oporteatq; intelligere, quo in casu seruus non est liberandus à culpæ supmissione, si de domini morte fuerit aetū. Nec Ioannes Igneus, homo alioqui doctus ac diligens, id explicat, illud tantum obseruans, Vlpianum sensile, quod non excusatetur qui aliud dicto, aliud animo facit, ac gerit. Nos apud Vlpianum legendum fore censemus: dicis gratia, ex Pandectis Florentini opera Lælij Taurelij in publicum emanatis, & esse veterem dicendi modum opinamur, quo significatur, quid fieri perfictionem, ac simulationem, perfunctorie quidē: id est ut quis defungi suo munere videatur, tametsi vere nūnquam fuerit eo functus. Olita etenim Salmantica ab hinc ferè quindecim annis Illustri Ioanni Quignonio illius gymnasij præfecto, cùm in quodam licentia priuato examine propter rarā apud autores huius dictionis mentionem, esset de eius sensa controversia, Varronis locum ostendit, qui libr. quinto de lingua Latina, ita inquit, dicto originem habet Græcam, & hinc dictator magister populi, quod is à consule dici debeat. Hinc antiqua illa dicitur in imo, & dicis causa, & additus. hæc Varro. Petrus Victorius libro octavo. variar. lect. capitulo vigesimoquarto. ex eodem Varrone ad hanc rem locum alterum citat, ut in optimo, fidelissimoque libro legitur his equidē verbis: Hoc nunc aliter sit, arque olim, quod augur consuli adest tūc, cùm exercitus imperatur, ac præit, quid cum dicere oporteat, consul auguri

guri imperare solet, ut in licet auctoritate non accedit, aut praeconi, id inceptum credo, cum non ad esset accusus, & nihil intererat, cui imperaret: & dicens causa fiebat quædam: neque item facta, neque item dicta. Hactenus Varro: licet in excusis omnibus libris locus hic libro quinto prope extremum aliter legatur. Germanam vero lectio nem constantius probasset Vitoris, si eius loci meminisset, quena nos paulo ante ex eodem Vattonis libro abique villa emendatione adduximus. Cicero actione. 6. in Verrem. Attamē, inquit, ut posset dicere emisse, Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, numerum, dicens causa daret. Quem locum Lælio Faurelio de militijs ex casu, & Antonio, Augustino libro e cudo. emendat. capitulo secundo. debemus. quos sequutus est Ioan. Corasius libro quarto. miscell. capitulo octavo. Ad eadem significationem aduci solet Arnobius lib. quarto. aduersus getes, ita enim legitur in excuso & Ioan. libro in Proemio. An ita, ut assolet, dicens crusa ex eo, q̄ optamus, & volunt bona ista nobis contingere, superorum retuleritis censum? Arnobius cum dixisset, interrogare vos lubet, ipsoisque ante omnia Romanos dominos rerū, ac Principes, vtrūne existimatis pietatē, concordiam, salutem honorem, felicitatem, virtutem, ceteraque humildi nominia, quibus aras videmus à vobis cum magnificis exædificatas delubris, vim habere diuinam, cœlique in regionibus degere? idem Arnobius libro tertio. nisi forte dicetis, alias quidē inesse dijs fortias, & honoris, & dicens causa, species vos eis accomodatauisse mortalium, quod majoris multo est cōtumelie, quam erroris aliquid ignoratione fecisse. Sic sanc ex Arnobio hoc adnotarunt idem Petrus Vitorius, & ex eo Franciscus Duarenus libro primo. disputat. capitulo quadragesimo septimo. Eiusdē veteris loquutionis mecumnere Cicero pro L. Mutena, & Cornelius Nepos in Attici vita: ut adnotauit Cuiacius lib. obseruat. 5. ca. 33. adducit & alia doctissimus Pitheus libr. 2. Adversarior. c. 8. Idem Vlpianus sub titulo. ex quibus caus. maiores. l. & qui data opera. inquit, qui maturius professus est, vel dicens gratia coepit recipublicæ causa abesse. ita enim legendū censet ipse Duarenus in. Iurisgentium. 9. dolo malo. ff. de pactis. Tametsi vulgo, & adhunc in Pandectis Florētinjs legatur: litis gratia, nullo ferè congruo sensu Caius vero Iurisconsultus hac loquutione apertius vivideetur in. l. quart. ff. commodat. Sæpè, inquit, ad hoc cōmodant pecuniae, ut dicens gratia numerationis loco in

tercedant. Sic enim legitur in Pandectis Florētinjs, & vere quidem cum Iurisconsultus de imaginaria quada numeratione tractauerit, cuius gratia pecuniae mox reddendæ ostentationis causa comnodatur. Quo in sensu vulgo illic legebatur: ditis gratia: nempe ut pecuniae fuerint numeratae ad diuitias ostendandas, & ut quis diues apparat: quēadmodū Accursius, Bartolus, & alij sensere: quanuis ea lectio displicuerit Alciato, qui libro quarto. disp. capit. decimoquinto. legit, datis gratia, & à vulgo recepta lectione dilicet: quia negat ditem in singulari numero pro diuite Latinē accipi. Quia in re Ioan. Corasius libro quarto miscel. capitulo. 8. & Stephanus Forcatulus in Necyomantia iuris Dialogo. 7. ab Alciato dissentient pluribus autoribus ad id citatis. Sed & Lieius libro sexto. decad. 3. inquit, libertatem impare in diti, ac pauperi. Tibullus libro secundo. elegia. 5.

*Illa saepè gregis ditis placitura magistrō,  
Alii uacem festa est vecla puerī die.*

Ceterum Corasius proverbialem hāc loquutionem apud Cajum eo modo interpretatur, q̄ pecunia detur, non animo contrahendi mutuū licet numerationē creditor facere simulauerit, qui tradebat: sed eo consilio, ut qui accipit nō ea vtatur, nisi ad pompam, vel ostentationem: nempe ut possit dici, cum diuitem esse, cui interpretationi suffragatur Vlpianus in. l. si ego pecuniā. ver. id ē est. if. si cert. petat. atque ideo ipse Corasius admittere, & probare videtur lectio eius ista dicens gratia: quām eam, quā communis est, vel quā ab Alciato recipitur. Sic & Tagellius, & Augustinus: dicens gratia: apud Caiū legendū esse vere, & propriè existimatū, Forcatulus autē op̄ natur: ditis gratia: intelligēdū esse ad publicā, & manifestam demonstrationem ex Apuleio in lib. de philosophia, qui de republica Platonis: & hanc quidem scribit, ut significatum aliquod veritatis, exempli causa, per se cōpositam vult esse rem publicam. Sed & calia optimā quidem & fatis iusta & ipsa quidem specie, & ditis causa cū tatis fabricata, nō ut superior sine equalē. ditis causa, pro eo, quod est cū euidentia, interpretatur. Ego vero apud Apuleiū causā ditis cū tatis id est opulentæ, beatæ, & felicis, intelligō, ut magis conueniat auctori sensus hic, & interpretatio. Itidē Plinius ad idem adducitur libro vigesimo octavo. capitulo secundo. si pontifici accedat ditis causa epulanti. Idei publicē, & pro populo epulanti. Ipse p̄fusus, & in hoc loco apud Pliniū Pontificem ditis id est Platonis causa epulati.

bentissimè intelligerem. Quanuis Lælius Taurilius, &c. P. Victorius apud Plinium dicitis causa legendum esse planè opinentur. Nos id incertū esse cēlemus. Origo autem huius proverbij nō potest alia expeditior, ni fallor, reddi, quām quæ ex Ciceronis oratione deducitur: ut dicere possit se emisse. & ideo dicitis causa: veteres intelligere: quū quid fictè, & simulatè, aut causa seruandi veteres ritus potius factum fuerit, quam ex vero animo, aliquave ex causa necessaria: ut dici possit factū fuisse, nec tamen vere, aut ex animo, aut aliqua ex causa necessaria factum sit. Cui equidem interpretationi mirè cōuenit ad originem loquutionis inuestigandā quod ex Flavio Sosio patro. l. i. grammaticarum institutionum. P. Victorius tradit in d. c. 24. cūra enim is autor doceret, quædam nomina vniuersitatem casus esse, exemplaq; eorum proferret, in illis etiam dicitis, posuit. Simili sane proverbio Modestinus Græcè usus est in l. 2. ff. qui pet. tut. & in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tut. inquit etenim. ὅτις τῷ ἀφοριστος χάριψ. Quæ latine sic transtulit Antonius Augustinus. Sufficit tamen intra tempus sancè adesse, & si postea iniurias causam omiserit, non erit præscriptioni obnoxius. Vnde si defunctoriè adsistolum, neque permaneat ad allegandum, post tempus in præscriptionē incident. De funectoriè adesse est eo animo adesse, ut leui eo si stendi se actu, ansam se excusandi habeat: & ut dicere possit ad fuisse. Sic & in d. l. 2. etenim mater expellitur à legitima filij hereditate, tanquam indigna ex eius bonis legitimam portionem cōsequi, cui tutori quærere neglexerit: neq; solum si non petat, sed et si quem petat, defunctoriè petat, ut pote eū, qui ic potest excusare. Defunctoriè petere dixit Modestinus ex Antoni. Augustini interpretatione, & Græcè ὅτις χάριψ. Si leui petitione mater suorum petierit, ut petendi munere defuageretur, & dicitis causa, ut possit dicere se petiisse. Ex Vlpiano in l. 2. §. non solum ff. ad. S. C. Terrul. &. §. si mater, eadem l. 2. & ex l. vnicā. C. qui numero tutel. se excusent. Budæo in l. exempto. §. emptorē. ff. de actionib.empt. Quo in loco ex latinis autoribus docet, quid perfundat dicit factum, aut defunctoriè, quādo sit lagide, & remisse; nō acri intentione, non ex animi promptitudine, sed quo quis modo ea tantum gratia ne inculsentur ob rem neglectam. Tradit & ex Græcis eodem sensu accipi. ὅτις ἔνεκα, & ἀφοριστος χάριψ. Idē reperit diligentius in com. meatariis lingue Græcè pagina 247. ex editione Ascensiana. His accedit, ut Victorius adnotauit,

locus insignis apud Dionem libr. 37. vbi de iudicio. C. Rabirij perduellionis rei agit. Primum si quidem morem ibidem exponit, vsque ad eum diem seruatum. ὅτις ἔνεκα. Quæ verba Leonicus sanctitatis causa interpretatur. Cum eadem ratione sint interpretāda apud Dionem, qua dicitis causa apud alios autores, & hæc eadem apud Modestinum, vt intelligamus morem, ac ritum illum veterē adhuc seruati, non quod sit necessarius, aut utilis, sed religionis ergo, ad exactam cærimoniarum modo inutilium obseruationem. Dicis equidē gratia, ut dici possit veteres ritus, etiam absq; vlla utilitate, vel necessitate seruari non alia ratione, quam vt superfluo seruētur. Qua ratione Latinus Modestini interpres ante Antoni. Augusti. egregie fallitur, dum in d. l. 2. ὅτις χάριψ. Latine dixit, pietatis gratia: nullo, aut saltem ineptissimo sensu. Sicut & in Pandectis Holoandri, prauitatis gratia, falsò itidem legitur. Quod idem Antoni. Augustinus diligenter probat: & constat ex Græco Modestini tractatu libr. i. excusationum. & in Pandectis Florentinis l. 2. tit. qui petant. tuto. Eodem propè labitur errore Bulgarus, aut quisquis is est, qui Modestini tractatum de excusationibus tutorū barbare nobis interpretatus est, in l. scire oportet. §. sufficit. cum illius locutionis. ἀφοριστος χάριψ. interpretationem omiserit: qua Modestinus vtitur li. 4. excusationum: quod apparet ex eisdem Florentinis Pandectis. tit. de excusat. tutor. c. 13. ex quibus, quæ nemo hactenus, quod ipse sciām, in vnum concessit locum, satis lector poterit intelligere, quis fuerit apud veteres autores sensus germanus, ac verus huius proverbij: dicitis gratia. Quo & Iurisconsulti vi fuere, & similis propè modo Græci autores, ὅτις χάριψ, & ὅτις ἔνεκα. Dionylius Alicarnas. libr. 2. πούτῳ μέχρι τῶν καθημάτων χρόνῳ φυλάττουσι δομάτιοι, Τοῦ χρόνου μνημεῖα τὰς ὅτις ἔνεκα. Hoc ad nostram vique statem Romani obseruant, dicitis causa, aut gratia cæmoniarum. Rursus idem autor lib. 4. de rege Sacrorum scribit, nomen eius Sacrum censem, & obseruari ἔνεκα τῆς ὅτις. obseruandæ in quā religionis causa. Euripides in Iphigenia. Taurica, sacrificium quoddam commemorat, in quo satiguis effunditur, ut vera hominis immolation videatur cæmoniarum tantum obseruandarum gratia, gladio in hominem imminenti.

ἔτισχετω ξίφος,  
δίγεν πρὸς ἄνθρεστον, ἀμαρτία, ἐξαννυέτο  
ὅτις ἔνεκα, θεᾶς.  
ὅπωςτιμώσεις.

Exstat & apud Dionem libr. 5. alter locus profecto elegans, ubi de consulibus, qui à Cæsare Tyberio eligebantur, & à populo Romano ad retinendam antiquam eligendi magistratus libertatem quadam nempe vetustatis imagine nomina bantur, inquit. τοις ἀρχαῖς οὐτας ἐνεκαὶ στέψεσθαι πολεὺ γιγνόμεναι, εἰσι τοις ἀπελεύθεροι, καθάπερ καὶ νῦν. Idem Dion. libr. 58. in Drusillæ morte eadem loquutione non ineleganter vtitur.

Quam originem hoc nomen, Sarracenus, habuerit, & vnde Arabes dicti fuerint Sarraceni, ad interpretationem regiae Partiarum Legis.

## C A P. IX.

**I**NTER EAS LEGES, quas prudentissimus Rex Alfonius, huius nominis decimus opera dotissimorum virorum ex veteribus iurisconsultorum responsis, Cæsarum rescriptis iuris Pontificis canonibus, ac decretis, edere in publicam regni Castellani, cui præcerat, vtilitatem diligentissime curauit, opere septenpartito, & vulgari lingua, seruata Castellani idiomatis maiestate, promulgato, extatex prima, titulo vigesimoquinto. partita. 7. quæ probat, Sarracenos dictos fuisse à Sarra vxore libera Abraham, quanvis ipsi non à Sarra, sed ab Agar ancilla originem duxerint. Hæc quum aliquando legisem, ut ingenuè fatear, existimavi abique aliquo idoneo autore scripta fuisse: quippe qui viderem, peruersam admodum esse, hanc huius nominis rationem. Cæterum Sarracenos ab Agar originem habuisse, eiusque gentis primum autorem fuisse Ismaelem Agar ex Abraham filium, & ab eo Arabes, qui & Sarraceni generis exordiū ducere, testis est Iosephus libro primo Antiquit. capit. 20. Idem tradit Eusebius in chronicè sub temporibus Abraham, & eos appellari, ac dici scribit Agarenos, & Ismaelitas. Diuus Hieronymus ad Dardanum, Agarenorum meminit, quos, inquit, nunc Sarracenos vocant. Sed & Sarracenorum meminit Socrates libr. 4. hist. Eccles. cap. 33. quos eandem historiam tractates appellant Ismaelitas Theodoritus li. 4. ca. 23. & Sozo-

menus lib. 6. ca. 36. vt planè hinc constet, Sarracenos dictos fuisse Agarenos & Ismaelitas ex eo, quod originem duxerint ab Ismaele, & Agar. Ad ditum Iosephus moris apud eos fuisse, anno ætatis decimotertio circuncidì, quia & Israël eo anno ætatis fuerit circuncisus. De ratione nominis in codē chronicò Eusebii Matthæus Palmerius Florentinus hæc scribit. Mahumetus magnum letæterni Dei prophetam dicens, multo Asia, atque Africæ populos commouit, quos noua religione imbuens Sarracenos ex Dei præcepto vocari dicebat à Sarra legitima vxore Abraham, quasi legitimos diuinæ promissionis successores. Hæc Palmerius. Diuus Hieronymus ante ipsum illū Esaiæ ca. 21. explicās: auferetur omnis gloria Cædar: inquit, Ismaelitas debere intelligi libet generationis docet ex Ismaele Cædar, & Agarenos, qui peruerso nomine Sarraceni vocantur, esse gentes. Sozomenus in dict. libr. 6. capit. 38. hæc diligenter, & apertius tractat. Porro, inquit, Sarracenos gentium primum cognomine ab Ismaele accepto, qui Abraham filius fuit Ismaelitas ab antiquis de primi eorum parentis appellatione vocati sunt. Ut autem maculam illegitimi ortus, & servitutis notam, serua enim fuit mater illius Agar à se amoliretur, Sarracenos se ipsos nominarunt, perinde atque à Sara Abraham coniuge stirpem ducerent. Cæterum seriem generis inde trahentes eodem cum Iudeis viuendi more vntuntur. Nam circumcisionem ita ut illi colunt, & à suis carnibus abstinent, multaque præterea illorum instituta seruant. Quod si non ex omni parte iuxta illorum ritus viuunt, aut tempori id adscribendum est, aut finitimorum populorum, qui se eis immiscueri, confusiori. Quæ quidem verba ferme repetit Nicephorus libr. 11. eccles. hist. ca. 47. Diuus Hieronymus super Ezechiem. capit. 25. Agarenos, inquit, & Ismaelitas, qui nunc Sarraceni appellatur, assumentes sibi falso nomen Sarra quod scilicet de ingenua, & domina videantur esse generati. Quo fit, ut & Partitarum lex autores habeat nō contennendæ autoritatis ad probandam Sarracenorum originem, nominisque rationem. De origine vero minime controvèrtā, at de nominis ratione illud fortassis rem dubiā facit, quod si à Sarra diceretur, Sarrani nō Sarraceni dicendi forent. Deinde Plinius libro sexto. capitul. 28. Sarracenorum gentem inter Arabes cōnumerat: & scribit Stephanus de urbibus Grecus autor, & is maximæ fidei, Sarracenos dictos fuisse à Saraco vrbe Arabiæ. Idem cōmemorat Paulus Æmilius libro septimo. de Francorū hi-

storia. Quod magis arridet. Nam & Saracæ vrbis in Arabia meminit Ptolomæus li. 6. Geographia capitulo septimo. & Ammianus Marcellinus li. 23. ita scribit: & in Asia Albanos, mare Rubrum, & Scenitas Arabas, quo Sarracenos posteritas appellavit. His addere libet, Maranos, & Maranitas, Arabas esse Diodoro. Siculo libro. 4. & Strabonis libro. 16.

Erasmus super epistolam Hieronymi ad Chro-matium scribit, Diuum Hieronymum in Hebraicis questionibus significare, Sarracenos ab Ismael ortos, dictos à Saram, quod Hebraica lingua sonatonagrum. Qua in re vir alioquid diligenteris simus vel memoriae lapsu: vel nimis festina Diui Hieronymi lectione prorsus hallucinatur: cum à Hieronymo nihil de dictione Saram scriptum fuerit. Ita enim scribit. Ismael interpretatur ex auditio Dei. Hic erit, inquit scriptura, rusticus homo. manus eius super omnes, & manus omniū super eum, & contra faciem fratrum suorum habebat. Pro rustico scriptum est in Hebreo. Phœre. quod interpretatur onager. Significat autem semen eius habitaturum in cromo, id est Sarracenos vagos, incertisque sedibus, qui vniuersas gentes, quibus desertum ex latere iungitur, incurvant, & impugnantur ab omnibus. Hæc Hieronymus.

Quæ fuerit apud veteres  
Cretionum solennitas ex Vlpiano, & alijs auto-  
ribus.

## C A P. X.

**S**CRIPVLO SAM N I-  
mis Cretionū solennitatē sublatam esse ab Imperatoribus  
Theodosio, & Valentiniano  
constat ex ca. 17. C. de iure de  
liber. Quæ verò fuerit Cretio-  
num hæc solennitas Vlpianus iurisconsultus egre-  
giè tractat in institutionibus, tit. qui hæredes in-  
stitui possint. Ex testimonio viri summè docti  
Francisei Duarenii libro secundo. disputat. capit.  
41. Nam Vlpiani institutiones nondum nobis li-  
cuit videre. Ante primam huius quarti libri edi-  
tionem: nam post eam Vlpiani fragmenta legi-  
mus. Cretio, inquit Vlpianus. est certorum dierū  
spatiū, quod datur instituto hæredi ad delibera-

dum, vtrum expedit ei adire hæreditatem, nec ne. Velut Titius hæres esto. Cernitoque diebus centum proximis, quibus scieris, poterisque: nisi ita creueris, ex hæres esto. Cernere est verba crea-tionis dicere, ad hūc modum. Cum me Mænius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo, cer-noque. Sine creatione hæres institutus, si consti-tuit, nolle, se hæredem esse, statim excluditur ab hæreditate, & amplius eam adire non potest. Cū creatione vero hæres institutus, sicut cernēdo fit hæres, ita non aliter excluditur, quā si intra diē creationis non creuit. Ideoque etiam si consti-tuerit, nolle, se hæredem esse, tamen si supersint dies creationis, poenitentia actus cernendo hæres fieri potest. Cretio autem vulgaris dicitur, aut cōtinua. Vulgaris, in qua adjiciuntur hæc verba: quibus scieris, poterisque. Continua, in qua nō adjiciuntur. Ei, qui vulgarem creationem haberet, dies illi dati computantur, quibus sciat, se hæredē esse, & potuit cernere. Ei vero, qui cōtinuā ha-bet creationem, etiam illi dies computantur, qui bus ignorabit, se hæredem institutum, aut sciuit quidem, sed non potuit cernere. Hæredes aut in stituti dicuntur, aut substituti: instituti, qui primo gradu scripti sunt: substituti, qui secundo gradu, vel sequētibus hæredes scripti sunt. Velut. Titius hæres esto, cernitoq; in diebus proximis centū quibus scieris, poterisque: nisi ita creueris, ex hæres esto: tunc Mænius hæres esto: cernitoque in diebus, & reliqua. Hæc sunt Vlpiani verba. Qui bus mirè conueniunt quæ Isidorus lib. 5. Etymolog. scribit. capitul. 24. Cretio, inquit, est certus dierū numerus: in quo institutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore creationis exclu-ditur, nec liberum illi est ultra capienda hæreditatis. Cretio appellata est, quasi creditio: id est de cernere, & constituere: ut puta: ille hæres mihi esto: additurque: cernito intra dies tot. Adeūda rum autem hæreditatum centesimus estatus erat dies, quibus nō est Cretio addita. Hæc Isido-rus, cuius loci meminit Andreas Alciatus. li. 3. di-spūct. c. 7. Hac ratione veteres cernere hæreditatē dicebant, pro adire hæreditatem, autore Festo Pompeio. Cicero in oratione de lege Agraria in Rullum. Quam hæreditatem iam creuimus. Idem. li. 9. epistol. famil. epistola. 34. ad Dolobel-lam. Ate autem peto, ut me hæc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Utitur & alibi sape eadē dictione Cicero: quemadmodū tradidere Budeus in Pandectas. tit. de origine iuriis, & Alciat. in. d. c. 7. Duarenus itē apud Cicero nē. li. 1. de oratore ita legit. Dehis credo rebus, inquit

quid Crassus, ut in creationibus scribi solet, de quibus scia, poteroque. Tametsi vulgo legatur in conditionibus. Sic & apud Pliniū l. 2. ca. 26. vbi de sideribus agens ita scribit, an cresceret, mo uerenturq; cōcelo in hēreditate cūdīs relisto, si quisquā. qui rationē eam caperet, inuentus esset. Pintianus legendū eccl̄is, qui creationē eā caperet, expuncta vulgata lectione. Sed & apud Vatromē lib. 6. de lingua latīna locus extat hac de re atroce m̄ in modum laniatus, genuino tamē candori restitutus ex Plautō cura, & diligētia Petri Victorij lib. 7. var. lect. c. 1. apud Plautū inquit Varro, in Cistellaria, vbi legit̄. Cū ante hac te amauī, & mihi amicā esse creui, mea Gynasium, valet, constitui. Itaque hēres cum cōstituit se hēredem esse, dicitur cernere, & cū id fecerit, creuisse. Hēc Varro. qui & lib. quinto. ita inquit, cerno dictū à creo, id est, créado, creo ab eo, quod quum quid creatū est, tūc denique videtur. Hinc fines capillorū descripti, quod finis videtur discrimen, & qui id testamēto, id est facito videant te esse hēredem. Itaque in creatione adhiberi iubēt testes. Verum & hic locus, à nemīnī, quo sciam, animaduersus, non minorem dilationem patitur. Ipse quidē ita legerem. Hinc fines capillorū dicreti: quod finis videtur discrimen. Et qui id testamento dixerit, cernito: id est, facito videant te esse hēredē. Itaque in creatione adhiberi iubēnt testes.

Sed & lib. 4. codicis Theodosiani titulus extat primus de creatione, vel bonorum possessione. & in l. 1. inquiunt Impp. Thedo. & Valentinianus. Et cum legitima successio non modo in matre, verum etiam in successoribus longius constitutis non bonorum possessionis petitionem, non creationis solennitatem cogitur custodire, qualicunque contēta aditæ, vel adeundæ hēreditatis indicio, quanto magis patet talibus est vinculis exēdus? Quæ quidem verba planē poterunt ex superius traditis explicari: vt & illa Plinij libr. 10. epistola de testamento Largi. Rogauit, inquit, testamēto, vt hēreditatem suam adirem, cerneremque, ac deinde perceptis quinquaginta milibus numimum, reliquum omne Heracleotarum, & Theanorum ciuitatibus reddere: ex quibus apud Gratianum. ca. vlt. 1. dist. legendū erit: vel Creationibus, vbi vulgo legit̄: vel carationibus. Nam & apud Isidorum libro quinto Etimologiarum. capitulo nono. extat adhuc vera & integrā lectio. \* Vtitur elegantissimē hoc verbo Prudentius in Hymno de Epiphania. Altrice te, Sūmo patri hēres creator vnicos, homo ex Tonan

tis spiritu, Idēmque sub vmbbris Deus. Hunc & Prophetis testibus ijsdemque signatoribus, Testator & Sator iubet adite regnum, & cernere. Hinc error constat Nonij Marcelli, qui cernere hēreditatē interpretatur in hunc modum, vt filii dicantur cedete patribus hēreditatem.\*

Inscripto quādam apud  
Gratianum expendit̄, vcta-  
que eius lectio resti-  
tuitur.

## C A P. X I.

**G**RATIANVS, OMNIVM, quo illa ætas tulit, vir diligētissimus, ex vniuersalī eccl̄esiā, prouinciarumque synodus, nec non ex Agustino. Hic ronymo, Chrysostomo, & alijs aut eum deer, torum librum non vulgari industria concinnantum nobis relinquens, magnā iures diuini, & humani professoribus utilitatem adeò comparabit, vt planē qui eius lectionē vel omiserit, vel negligenter fuerit aggressus, multarum rerum cognitione priuatus, iure sit ex albo coruin delendus, qui iuris diuini, & humani professores censem̄. Tot tamen scater liber hinc mendis iniuria temporuī, vt sit de republica, ac re literaria benemeritissimus cēsendus, qui huic auctori emendando, ac corrigendo, totque maculis expurgando operam dederit. Nos equidem quādoque id facere constituimus, cuius labor in dicium fortassis, & in his, quæ publica iam fecimus, & quæ dum vixerimus, typis tradentur, satis erit lectori cognitum: & tamen tercentum fere locis iam animaduersis, ac restitutis, supersedendum fore decreuimus: quod nobis fuerit cōpertum, Antonium Augustinum Romā, huic negotio egregiam adhuc operam impendisse prope ad vmbilicum. Cuius eruditioni, variazque lectio ni, ac diligentiaz cedentes, vt par est, minime vere mut aliquot loca expēdere, dum plura, difficilio raque ab alijs suo pitor̄ restituta speramus. Extat apud Gratianum inscriptio quadam. 31. quæ stione. 2. cap. de neptis his sanè verbis. Idem Sacratio Regi Aragonum. Cui titulo, vt & plerisque alijs parum nōdendum esse cēsūt Ioānes Vālēus, vir diligētissimus in chronicorum Hispan. Tom. j. Var. Ref. K k k 4 nīs

nia priori Tomo cap. 18. & meritò, cum ex Regibus Aragonum nullus nōmē hoc vñquam habuerit, nec alicubi mentio fiat. Nos locum illū ita castigandū esse censemus. Item Sanctio Aragonum Regi. Huiusque castigationis ea est non leuis ratio, quod Antonius Beuter Canonicus Valētinus, res illius ciuitatis memorabiles sermo ne Hispano eruditè, ac studiose describens, eiusdem historiæ meminerit, cuius & à Gratiano mētio fit, commemorans lib. 2. capi. 8. Sanctium Aragonum Regem strenuo cuidam militi, infimæ tamen fortis homini, neptem vel ex fratre, vel ex sorore, vxorem iumento præstito despōdisse, ob insignem regi nauatam operam in rebus militari bus, quas rex ipse præclarè gessit aduersus Christiani nominis hostes, qui tunc ex Arabum gente totam ferē Hispaniam occupauerāt: ea verò spolialia omniconatu neptem repudiasse, idq; contigisse scribit anno fermè à Iesu Christi Redemptoris nostri nativitate. M. LXXXIII. Qua de re cōsultus postea summus Ecclesiæ Pontifex Urbanus Secundus, qui promotus est ad summum Pontificatum, vt historici tradidere, Anno millesimo octuagesimo septimo. Sanctio Regi respondit, non esse cogendā eius neptem maritum accipere, in quem nec ipsa cōsensisset, nec consentire vellit. Qua ratione Pontificia responsio adscribēda est Vrbano lēcūdo: non Hormisdæ Pontifici. Nam etiam si eiusdem quæstionis caput secundum Hormisdæ Pontificis sit ad Eusebium Episcopum, id tamē responsum, quia ex Paleis est, deduci ē medio debet, & caput tertium ad Sanctium Aragonum Regem destinatū adscribi debet Vrbano, cuius est caput illius quæstionis primū: idque ratio temporis maximè suadere videtur: siquidem Hormisdæ Pontifex summus ad eam fuerit dignitatemelectus Anno domini quingentesimo deci. no septimo, quo tē pore, & multo post quingentis ferē annis nondū habuit initium Regum Aragonensium principatus. Sic apud suam Carnotēsem in eius Panorāma nuper typis tradita lib. 6. Præcitatū caput ad scribitur Vrbano ad Sanctium Aragonum Regem. Tametsi in integro Iuonis opere Louanij edito. Ioannis Molinæi opera falso legitur parte. s. c. 24. Satino Regi Aragonum. \*

Apud eundem Gratianum de Iuliano Cæsare quædam obseruatione digna adnotantur.



N DECIMA CAVSA, & quæstione tertia, inquit Gratianus. Item Ambrosius, Julianus Imperator, quanuis esset apostata habuit tamen sub se milites, quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione reipublicæ, ob diebant ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos: tunc cognoscebant Imperatorem cœli. Hæc inquam Gratianus: nā apud diuum Ambrosium in his operibus, quæ eius titulo modo extant, & publicè typis traduntur, nondum potui locum istum deprehendere. Exstat tamen apud. D. Augustinum in Psalm. 124. Qui erit omnino legēdus. eadem cauſ. & quæſt. §. Julianus. subcan. Imperatores. ex eodem Augustin. & Iuone Carnotensi. s. par. can. 7. Verum apud Gratianum illud est primum obseruandum, Julianum Cæsarem dictum fuisse apostamat ex eo, quod quum primum in Cappadocia non longe à Cæsarea cum Gallo Cæsare simul educatus, & institutus ita fuisse à præceptoribus, vt nō verbis modo, sed & factis studium, ardoremque in religione Christiana insigniter ostendisset: demum ariolorum consuetudine adductus, ac Libanij sophistæ, qui tunc Nicomedie ludum appetuerat, quam in urbem translatus erat Julianus iussu Imperatoris Constantij, clam libris comparatis, cum ad eum accedere ei foret interdictum, eundem sophistam diligenter imitatus pietatem Christianam primū abiecit: deinde à Maximo philosopho, non Bizantio, sed Ephesio, non mediocriter ad imperandi libidinem ariolorum Sacris initiatus excitatur, & ad Christianismi odium producitur. Qua ratione in grauium rerum suspicionem, quum Constantio incidisset, capite tonso ad eam suspicionem tollendam monachus factus est: atque ita, quem antea re vera receperat, cum falso præse tulit Christianissimum, atque occultè philosophiæ operam dedit, aperte autem in lectorum Nicomedie ordinem lectus, Sacras publicè legit literas, donec adhuc superstite Constantio, & eo mortuo imperio potius, tam impudenter religionem Christianam abiurauerit, vt ipsum etiam pernegaerit Christum, ac repetente simulationi quoque illi, qua Christianum se esse finixerat, nuntio remisso, dæmonum templum frequentauerit Sacrificans, simulque Pontificem

# Libri quarti. Caput. XII. 889

se ipsum appellans Gentilium mysteria, ritus, & Sacrificia, diesque festos paganorum agere permisit. Hæc sane constant ex Socrate libro tertio. hist. Eccles. capitulo primo. Theodorito libro tertio. capitulo secundo. Sozomeno libro. 5. capitulo secundo. Nicephoro libro decimo. capitulo. 1. 2. & 3. Cassiodoro in tripartita. capitulo. 1. 2. & 3. Sed & ipse Socrates libro tertio. capitulo. 14. Iulianum expressum apostamat appellat. Et quidem meritò , cum & victimarum gentilium sanguine Sacrum Baptismi lauacrum sibi abluerit, atque se ipsum à mysterijs Ecclesiæ exauthoratum excluderit. Quod idem autores tradidere præsertim Sozomenus libro quinto. capitulo secundo. Chrysostomus libro uno contra gentiles. + Gregorius Nazianzenus in oratione prima contra Iulianum. Nicæphorus, & Cassiodorus in prædictatis locis. + Ex quibus intelliges quæ Diuus Ambrosius in oratione dē obitu Theodosij Imperatoris de Iuliano ita scribit. Inde reliqui Principes Christiani, præter unum Iulianum, qui salutis suæ autorem reliquit, dum philosophia se dedit errori, inde Gratianus, & Theodosius. hæc Ambrosius. Sed & impius hic Iulianus eo furoris proiectus erat, ut Christum per contumeliam Galilæum appellaret. Hoc etenim nomine Iesum Christum, & Christianos omnes ex conuicio quodam appellasse, autores sunt in hist. Eccles. Socrates libro tertio. capitulo. 12. Theodoritus libro. 3. capitulo. 8. & capitulo. 21. & + Nazianzenus in dict. oratione prima contra Iulianum. + Sozomenus li. 5. capi. 4. Cassiodorus in tripartita. lib. 6. ca. 44. & 47. Russinus libro. 10. histo. Eccles. c. 35. Ioannes Chrysostomus libro uno contra gentiles. Hieronymus in Epistola ad Magnum oratorem. & Nicæphorus libro. 10. ca. 4. & 20. Impietatis, & blasphemiae temeratus hic princeps tādem pœnas dedit diuina vltione punitus, quippe qui in bello Persico prope Ctesiphontem urbem, incertum an ab hoste, vel à suis fuerit occisus, & ore proprio diuinæ maiestatis iudicium confessus dixerit, quem è vulnera caua manu sanguinem haussisset, atque eum in coelum, veluti Christum conspicens, coniecerat, perinde, atque causam cedidisse in eum referret, calamitatis autorem intelligens: viciisti Galilæe, viciisti: sicuti commemorant Theodoritus libro tertio. capit. 25. Cassiodorus in tripartita. libro sexto. capitulo. 47. & Nicephorus libro. 10. cap. 35. qui & illud refert, Iulianum iam moriturum, anima setedete à corpore, diuinus quodā modo quam pro hominum captu-

potuit, oculos intendisse ita, ut Christum viderit, & exclamasse: Saturare Nazarene. His equidem rationibus constat, iure dictum fuisse Iulianum apostamat, quo nomine ignominiosè cū appellauit Mar. Chalcedonensis Episcopus ex oculorum suffusione cæcus manu à puero cō ductus, vbi Constantinopoli Fortunæ in Basilica, in qua eius deæ statua collocata fuerat, ipse Imperator sacrificaret, autoribus Cassiodoro libro sexto. tripartit. capitulo sexto. Socrate libro tertio. capit. 12. Sozomeno libro quinto. capitulo. 4. & Nicephoro libro. 10. capitulo. 20. ex quibus apparet, Iulianum eidem Episcopo respondisse, non tantum posse eum, quem ille coleret Galilæum, ut cæcitat eius mederetur. Cui Episcopus magna cum dicendi libertate occurrens, gratias, inquit, ago seruatori meo Deo, qui ut vitium amitterem curauit, ne impurissimū vultum tuum ad impietatem declinantem conspicerem. Verum & ante Iulianum Imperatorem Christianos dītos vulgo fuisse à gentilibus Galilæos deduci poterit ex Ariano de Episteto lib. 4. capitulo. septimo. Nam & Christus vocatus est Galilæus. Matthæi capitulo nonagesimo sexto. ex eo, quod frequenter versatus est in Galilæa. Ioan. cap. 4. aut propter Nazareth, & Capharnaum, in quibus habibat. Lucæ. 2. & 4.

Secundò obseruandum erit, Iulianum Caesarēm apostamat, & Parabatēm, milites Christianos habuisse, qui pro imperij Romani maiestate sub eo militarunt: quos tamen dolo ad deorum gentilium Sacrificia donatiuo ex de causa dato, pellicere tentauerit, ut accepto donatiuo simul & thus acciperent, idque adolerent ad ipsius Iuliani imagines ex veteri instituto, quibus Louis, Martis, & Mercurij erant insuper depictæ. Quo quidem dolo cognito pœnitentes milites denatiuum imperatori restituunt, & Christianismum liberrime cū martyrij affectatione profitentur: quos Imperatoř ita quidem commotus à cę de abstinenſ ex authoratos ex aula imperiali excitat: cuius rei autores sunt Sozomenus libro quinto. capitulo decimo septimo. Cassiodorus libro sexto. tripartit. capitulo. 30. & Nicephorus lib. 10. capitul. 23. Iustè verò posse Christianos milites, qui pagano principi subditi sunt, eo imperante militare, modò bellum sit iustum, aut iustū præsumatur, quod in dubio ita est accipiendum. ex codem capit. adnotarunt illic Domi. Præposit. Cardia. sancti Sixti, Hugutio, & veteres quidam: quibus mirè patrocinatur diuus Augustinus lib. vigesima secundo. contra Faustum Manichæum.

capit. 75. à Gratiano relatus in capit. quid culpat. 23. quaestio ue. i. cuius verba hoc in loco obiter subiçiam, quia penes Gratianum non plane, ac sincere leguntur. Cùm ergo vir iustus, si forte sub rego, homine etiam Sacrilego militet, recte posuit illo iubente bellare, Ciuiç pacis ordinem seruās: cui quod iubetur vel non esse contra Dei preceptū certum est, vel utrum sit, certū non est, vt fortasse reum Regem faciat iniqüitas imperandi: innocentem autem militem ostendat ordo seruendi. Hæc Augustinus. Ex quo & in specie idē probat Paris Puteus in tractatu de remilitari libr. 2. q. 11. quo in loco tractat, an Christiani possint licetē milites infideles in eorum auxilium, vel ut sub eorum vexillo, & ducatu militent, stipendio conducere, & in bellum aduersus Christianos sibi hostes aduocare. Ceterum, Christianos frequenter sub paganis imperatoribus olim militasse satis constabit lectori ex varia veterum historicorum lectione. Nam & Christiani milites sub Marco Aurelio Antonino mercentes in summa siccitate, rerumque omniū extrema inopia genibus flexis, Dei opem implorantes, hostibus fulmina. M. vero Antonini militibus, & exercitu pluviā precibus à Deo impetrarunt. Ex quo hostibus maximē territis, ipsi mirum in modum recreatis, bellum Marcomanicum Sarmatis, Vandali, & Quadi extinctis, Pannonijs, que libertatis consecūtum est: quemadmodum scripsere Tertullianus in Apologetico. capit. 5. & in libro ad Scapulam. Eusebius libro quinto. Ecclesiast. histor. capit. quinto. Paulus Orosius libro septimo. capitul. 15. & Nicephorus libro. 4. capitul. 12. Extat & ipsius. M. Aureli Epistola post Iustini martyris orationem secundam pro Christianis, in qua ipse met imperator, victoriā istam precib⁹ Christianorum se obtinuisse fatetur. Cuius rei & profani historici, nempe Iulius Capitolinus, & Dion Nicaeus in. M. Aurelio, & ex nostris Eutropius meminere, miraculum hoc Christianorum precibus contigisse ferè supprimentes: tametsi Xiphilinus idem quod Eusebius traxiderit tribuens id legioni Melitinae, quo nomine & ab Eusebio Christianorum legio ista vocata est, ab urbe Melitina, in qua forsan stationem habuerat: ex Iosepholi. 9. de bello Iudaico. capitulo. quarto. cuius urbis mentio fit à Nicephoro libro septimo. capitul. septimo. sed & is autor in dicto capitul. quarto. commemorat post Eusebium, hanc legionem prerogatiua quadam principem in exercitu obtinuisse sclocum, & ab imperatore nomine Αρχειπολεμῳ. id est, fulmi-

natricis habuisse. \* eiusdem nominis meminit & Xiphilinus in. M. Aurelio. Tametsi constet, tempore Augusti ex Romanis legionibus vnam hoc idem nomen habuisse: quod Dion siue is idem est, siue alter memorie tradidit in libro quinque gesimoquinto. Existimat tamen Xiphilinus ex eo Dionem meminisse huius legionis, quod iam eius aetate nomen hoc ab ipso. M. Aurelio Antonino obtinuisse: sub \* Maximiano Imperatore militauit ex Christianis Thebanorum legio, quæ à Thæbis Ægyptijs missa fuerat: & cum Imperator in Sedunorum finibus iussisset, milites exercitus dij gentilium Sacrificare, hęc equidem legio à reliquo agmine discessit, ne impijs Sacrificijs interesset, q̄ grauiter tulit Imperator, ipsiisque militibus constanter respondentibus, se Christianos esse, & à talib⁹ Sacrificijs religione, à qua minimè sibi esset discedendum, prohiberi, ita, odio quæ in Christianos accensus Thebanorum legiōnem pœnas dare iubet decimo quoque milite trucidato: quam pœnam semel, & iterum Christiani autore Mauricio subite maluerunt, quam imperata facere. Postremo Maximiano non ferente Christianorum cōstantiam, vniuersi similes à reliquo exercitu illius in imperio conciduntur. Erat etenim apud Romanos vetus militaris disciplinæ institutu, vt quoties legio aliqua, aut militum multitudo deliqueret, præter centuriones, signiferosq; reliqui, decimo quoque ad supplicium sorte lecto, punitur. Quod satis deducitur ex Livio libro. 2. decad. 1. Cicerone in oratione pro Aulo Cluentio, Dionysio Halicarnass. libro nono. Plutarcho in Crasso. Sozomeno lib. 5. Ecclesiast. histo. capitulo. 9. & Nicephoro libr. 10. capitul. octauo. Ex quibus constat quid apud veteres autores sit, decimare milites, ac rursus decimare populum: cuius punitionis iterum Plutarchus meminit in Marco Antonio. Poterit lector de hac Thebanorum legione, & eius martyrio his addere, quæ scribit. Eucherius Lugdunensis. Episcopus. in Epistola ad Sylviuni Episcopum, quæ extat sub mense Septembri apud Laurentium Surium, & post eum Vuolphangus Lazius, libro quinto. de Roma. rep. capit. octauo. apud eundem libro quartu. capitulo octauo. multa de supplicijs militaribus. Etenim Cornelius Tacitus libro. 3. & lib. 18. Appianus Alexandrinus lib. 2. & 3. bellorum ciuilium, decimationis militum meminere: sicuti & ceteris in decimationis Capitolinus in Macrino: ac rursus decimationis idem, & Frontinus in quarto, ac Polybius in libello de castrametatione Romanarum.

An vera sint quæ de Anastasio secundo, Romanæ Ecclesiæ Pontifice Gratianus tradit.

## CAP. XIII.

**E**C I M A N O N A D I-  
stinctione cap. pen. hæc Grati-  
anrus refert. Ex libro Ponti-  
ficiali. Anastasius secundus  
natione Romanus fuit tem-  
poribus Theodorici regis. Eo-  
dem tempore multi clericis se  
à communione ipsius abegerunt. eo quod com-  
municasset sine concilio Episcoporum, vel pres-  
byterorum, & clericorum. cuncta Ecclesiæ Ca-  
tholicæ diacono Thessalonensi nomina Photio,  
qui communicauerat Acatio, & quia vo-  
luit occulte reuocare Acatium, & nō potuit, nu-  
tu diuino percutius est. Hæc Cratianus. Addit  
interpret. Quia dum assellaret emisit intestina.  
Sed & hæc in Anastasio secundo Platina, & Vo-  
laterranus lib. 22. tradidere. Ex Gratiano, vel ex  
libro pontificali. Idem Gratianus hoc repetit. i.  
quest. prima. capit. dictum. ex gestis Romanorū  
pontificum.

Gæterum Albertus Pighius libro. 4. de Eccle-  
hierarchia capi. 3. multam aduersus Gratianum  
scandescit in iram, pio quidem animo, & feruen-  
tissimo in Apostolicæ sedis maiestatē zelo, quip-  
pe qui omni conatu contendat, summos pontifi-  
ces, qui post Petrum sedem illam obtinuere, à la-  
behæretis prorsus immunes fuisse. Nos missa  
modo facimus quæ doctissimus ille vir de alijs  
pontificibus tractat, ea etenim nūc per tractare  
noster non est instituti: hunc tamen Gratiani er-  
rorum ipsum sequenti conabimur planè, ac fundi-  
tus, cuætere, lectorum admonentes, quod nō se  
pæc fecimus, in his, quæ ad fidem historiæ perti-  
nent, nō esse omnino Gratiano credendū, imo  
alijs autores legendos fore, quorū sit fides apud  
yros doctos in hac re diu probata, & recepta. Ete-  
niam falsa esse quæ de Anastasio pontifice Gratia-  
nus cōmemorat, primū ex eo constat, quod quū  
Fœlix huius nominis tertius Romanæ Ecclesiæ  
Pontifex Acatio Cōstantinopolitano præsuli eō-  
dem nationis lētentia, quā dignitas ei abrogare  
tur miūset, ipseq; Acatius mente, sensuq; omni-

captus Papæ nomen à sacro Albo exēmisset, ani-  
mo, & corpore vinclitus, breui post cōmūne om-  
nibus ingressus est viā mortemq; obiit adhuc vi-  
uente Fœlice. Quemadmodū obseruari poterit  
ex Euagrio li. 3. c. 18. & c. 23. & Nicephoro lib. 15.  
c. 17. Atq; ideò minime potuit Anastasius Acatiū  
reuocare iā dudū rebus humanis exēprū. Siquidem  
Acatius vita functus est sub Fœlice, cui suc-  
cessit Gelasius, & huic post annos sex Anastasius.  
Idē probatur ex eiusdem Anastasiū ad Ana-  
stasiū Cæsarē epistola, quæ prima est ex Ana-  
stasiū secundi epistolis, quo in loco ipse pōntifex as-  
seuerat. Acatium iam dudum mortem obiisse.

Deinde illud est obseruatione dignū, vt obiter  
adnotemus. Gratiānūquādōq; eos autores, quos  
citat, prae intellexisse, nihil in epistola ad Cæsa-  
rem, Anastasiū pontificem in patrocinū Acatij  
scripsisse, quum omnibus vitibus conatus fuerit,  
tā literis, quām nuntijs, vt eius nomen, & memo-  
ria à Catholica Christi ecclesia aboleretur, impe-  
ratori Acatij memoriam defendēdi multis rationi-  
bus ostendens, ob graues, intolerandosq; excessus,  
& certa facinora iustissime dānatū cura  
fuisse à sede Apostolica. Quod apertissimē dedu-  
citur ex epistola Anastasiū ad Cæsarem missa, cu-  
jus fragmentum idē Gratianus retulit in capit. 2.  
Ecclesiæ. dist. 19. & in dict. c. dictum. i. q. 1.

Sed & quod Gratianus in Anastasio notat di-  
nus Augustinus s̄epissimē tractat vt pium, ortho-  
doxum, & catholicum. Nec enim sacramentum  
quo ad characterem amittit hereticus, aut schis-  
maticus. Ideo non licet à Catholico sacra-  
mentum vel baptismi, vel ordinis répeti: quanvis fue-  
rit ab heretico Episcopo, vel sacerdote collatū.  
Qua ratione correcto heresim, vel schismatis vi-  
tio: non est baptismus vel ordo repetendes. Quē  
admodū obtentū, ac receptum est ab ecclesiā Ca-  
tholica. Præsertim non erat infirma, nec irrita  
sacramenta, quæ fidelis, & orthodoxus populūs  
in vniōne manēs ecclesiā Catholica accepérat à  
proprio Episcopo, nec heretico, nec schismatisco  
sed qui ob alios excessus excōmunicatus fuerat.  
Est igitur hæc vera, & catholica sentētia, qua pro-  
batur, non esse sacramentū ordinis, baptismi, & si-  
milia répetēda, licet data fuerint ab hereticis, &  
schismaticis, vbi ad ecclesiā vniōne redierint qui  
baptizati fuerūt, vel alia sacramenta ab hereticis  
acepere. Quod longius tractauere gl. & Cardi.  
sancti Sixti. in. d. c secundum ecclesiā. Alfonsus à  
Castro lib. de heresibus. verb. baptismus. heresi.  
quinta. text: optimus in. c. à quodam. de consec.  
dist. 4. tradit. S. Th. 3. par. quæll. 67. artic. 5. Tho-  
mas

mas Vualdensis de Sacramē.c.4.5.6.& seq. Magister senten.in.4.dist.5.vbi Tho.q.2.\* Idque ita accipiendum est, ut plane verissimum sit, vbi debita Baptisimi forma fuerit seruata. Alioqui baptizandi sunt, qui ad Ecclesiā Catholicam redierint. Sic Diuus Aug.in lib.de Hæresibus. Paulianos, inquit, baptzandos esse in Ecclesiā Catholicā Niceno Concilio constitutum est. Extat Concilij Niceni decretum. Can.19.ca. Si quis. & ca. Paulianistæ. i.q. i. ex Innocentio. Epist. 22.ca.5.\*.

Ex quibus palam deprehenditur manifesta calumnia Gratiani, qui nescio cuius testimonio, ausus fuerit aduersus summum Ecclesiæ præsummē, cumq; catholicum constanter assuerare, contra Fœlicis, & Gelasij decreta, voluisse Anastasium, ad Ecclesiā reuocare impium Acatium, qui iam dudū mortem obicerat, & cuius memoriā ab Ecclesiā catholica deleri in eadem epistola Cæsari persuadere conatur, manifesto iudicio Fœlicis sententiam, quæ Acatiuū damnauerat, egregie laudans, tantum nō propria subscriptio ne sequutus. Eodē sanè iure mera sunt cōmēta, quæ de punitione diuina ipse Gratianus non semel impiè, ac temerè videtur effutire, & quæ barbarus interpres adiecit, ex quibus Platina, & Volaterranus eandem fabulam, vt opinor, mutuo accepere. Denique & Cardi. à Turre. Crem. libr. 2. de Ecclesiā.c.106.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

- 1 Canonici libri qui dicātur, & quaratione nobis cognitum sit, eos esse Canonicos.
- 2 Ecclesia non potest nouum articulum fidei constitue-re, nec item ipse Romanus Pontifex.
- 3 Sapientia, & Ecclesiasticus canonici libri sunt, quan-nis ea de re fuerit olim controversum.
- 4 Job liber à quo fuerit scriptus: & Tobiae liber, an o-lim fuerit canonicus?
- 5 Libri Esdra, Hester, & Judith, an fuerint apud Ha-bræos canonici?
- 6 De Persarum Regibus ex Metaphrene, Philone, & Gracis Historiographis ad Sacrae Scripturæ intelli-gentiam.
- 7 de Machabæorum libris.
- 8 De Prophetarum libris, qui fuerint Canonici.
- 9 Ordo librorum Novi testamenti, & de quibus apud Veteres Theologos fuerit olim dubitatum.
- 10 De Ecclesia Catholica, & quid hoc nomine significet.

11 Primatus Petri, & Ecclesia Romana à Gelasio ex diuino elogio deducitur.

12 Petri, & Panli Apostolorum Martyrium.

13 De quatuor Patriarcharum sedibus, & quo ordine fuerint olim connumeratae.

## In Gelasij Papæ respōsum obseruationes quædam de canonici libris & apocryphis.

### C A P . X I I I .



**E L A S I V S S V M M V S**  
Ecclesiæ Pontifex huius nomi-nis primus, ad eam dignitatē electus anno fermè quadrin-gentesimo nonagesimo quart-o: septuaginta eruditissimis, & Catholicis Episcopis ad se vocatis, eorumque consultatione prævia, de recipiēdis, vel non reci-piendis libris tractare Romæ conatus, ea de re insigne decretū edidit, in eaque Synodo Christianā religionem profitētibus exhibuit: quo ma-xime scirent, quibus libris, quæ ad fidē pertine-re probanda forent, & à quibus in his, quæ de fi-de disputātur esset abstinentū. Extat id decretū integrum in primo conciliorum Tomo, & apud Buchardum Vuormatiensem Episcopum lib. 3. capit. 217. tametsi Gratianus eius. i. parte omissa idem. 15. dist. tradiderit. Nos ad eius interpretationem: cum & ea sit admiodum utilis, & necesse-aria iuria diuini, & humani studiosis, prænotandum esse censemus, scripturas seu libros de rebus ecclesiasticis tractantes in tria genera distin-gui. Primi etenim generis libri sunt qui Canonici censemur: Secundi generis sunt Agiographi. Tertij vero Apocryphi.

Canonici libri dicuntur oēs scripturæ, quas re-cipit Ecclesia, ut publicè legātur in ædificationē fideliū, & ex quibus sumatur efficax argumentū ad probandū ea, quæ t̄ fidei sunt, & ad fidē perti-nent: quibusq; vt debemus ad hæreses, earumq; auctores expugnandos. Sunt etenim huius gene-ris scripturæ diuinæ quidem, quas homines qui-dam Deo inspirante scripsérunt: immo quas Deus ipse manibus hominum scripsit, nec eis magis quām Deo earum auctori refragari licet. Has ca-nonicas appellamus non alia ratione, quām q; fuerint hæ scripturæ ab Ecclesia probatæ, & in canonem diuinarum scripturarū receptæ: sen-sum

sum, quem statim exponemus, regula est fitmissima, & constitutissima ad discernendum, ac dijudicandum, quæ sit scriptura Canonica: auctore Augustino libr. vno. Contra Epistolam Manich. eti. quæ dicitur fundamenti. is enim inquit capitulo quinto: Ego vero Euangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia commoueret auctoritas. idem scilicet tradit lib. decimo octavo. contra Faustum capitulo quarto. quibus verbis satis docet D. Augustinus, nullam scripturam esse authenticam, aut Canonicam sine auctoritate Ecclesie, cuius membra fuere Canonici scriptores. Nec aliud de potest quis scire scripturas esse diuinæ, aut Canonicas, quam ex Ecclesia, quæ traditionibus Apostolicis, magisterio Spiritus sancti, ciuitate lumine edocta decreta: & professi est, Canonicum esse Euangelium Marci, qui Christum non vidit, nec tamen admisit Euangeliū Nicodemi, qui Christum vidit, & audiuit: ut Iohannes capitulo. 3. testatur. atque haec vera esse multis rationibus, & ex veteribus auctoribus, probare conantur, & probant Iohannes. Ecclius in Enchirid. capitulo primo. Driedonius de dogmatib. Eccles. lib. i. c. i. & lib. 4. ca. quarto. ex Ireneo, & Augustino. Alfonso à Castro libro primo. de heresib. capitulo. 5. illud verò est in hac questione potissimum obseruandum, proprie, ac simpliciter: nec Canonicam scripturam auctoritatem sumere ab Ecclesia, nec Ecclesiam à Canonicis scripturis. Vtriusque etenim auctoritas est à Christo cuius spiritu dictatae sunt scripturæ, & efficax est Ecclesia: atque ideo in hunc sensum opinor accipendum esse quod modò assuerauimus: nullam scilicet scripturam esse authenticam, aut Canonicam sine auctoritate Ecclesie: ut intelligamus, penes Ecclesiam Catholicam esse ius hoc declarandi, ac denuntiandi quæ scriptura sint Canonicæ, authenticæ, & diuinæ, dictatæque ab Spiritu sancto. Unde scriptura Canonica testimonium est Ecclesie ex Spiritu sancto testificantis. De quo tractat diligenter Michael Medina li. 7. de recta in deum fide. c. 18. \* Nec posset Ecclesia dare auctoritatem, & vires diuinæ scripturæ, ei quidem scripturæ, quæ diuinam est. Hoc enim ex Ecclesia habemus, ut sciamus, quæ sit scriptura diuina, & tenemur, eā scripturam diuinam cēscere quam Ecclesia diuinam esse diffinierit. Quæ tamen quanvis certò diffiniant, nec fallit possit, sua diffinitione non efficit illum scripturam esse diuinam. Nam idem illam diuinam esse professa est, quia vere diuina erat: quod diuinam scriptura non esset, Ecclesia minime, diuinam esse pronuntiaret. Comportò etenim ex

testimonio Ecclesie, quæ scripture sunt Sacrae, & diuinæ, ex scipsis habent diuni, ac Canonici libri, ut per omnia eis credere teneamus. Imo Catholica, sanctaque Romana Ecclesia diuinis scripturis non tantum testimonium exhibuit, testis, qui cogere non potest, officio functa, & testificalia illas esse diuinæ: sed & judiciali auctoritate iudicauit, illas debere recipi, idque fecit magisterio Spiritus sancti, quo pollebat, per traditionem eruditæ.

Sic pari ratione Ecclesia, vel Summus Pontifex non posset nouum articulum fidei constitutere, aut efficere, aliquam assertionem esse Catholicam, quæ antea Catholica non fuerit: quod manifesta ratione comprobat Alfonso à Castro li. 1. d. hæresi. capitulo octavo. Ioan. Arboreus. libro quinto Theosophia. capitulo. 10. ex nostris Fel. in capitulo. quæ in Ecclesiarum. de constitut. numero vigesimotertio. quanvis Abbas contrarium scriplerit in capitulo. cum Christus. de hæret. cuius opinio, licet maximo conatu ab Alfonso de Castro, & Arboreo improbetur: fortassis eū sensum habuit ab auctoritate, quo vera possit cēseri. Potest enim esse aliqua de fide assertio, quæ & si Catholica sit, tamen quia non constat manifeste ex Sacra Scriptura, nec est ab Ecclesia diffusa, interim dum latet, non efficiat eum hæreticū, qui contrariam assuerauerit, donec ab Ecclesia sit diffinitum, illam assertionem esse veram, & de fide. Solent enim esse plures in interpretatione Sacrae Scripturæ opiniones, quarum nulla hæretica est, donec Ecclesia diuino auxilio contrariam ex reconditis Sacrae Scripturæ sensibus probauerit. Sic in capitulo. damnamus. de summa Trini. Abbas Joachini non damnatur, nec censetur hæreticus, licet eius dogma ex Sacris Scripturis ab Ecclesia dāetur. Ecclesia vero, licet non possit facere, quod quedam assertio sit hæretica, quæ prius hæretis non erat, quod latet in prædictis auctoribus probatur: potest tamen efficere, ut nobis per suā censurā pateat, illud esse hæreticum, quod antea rios latebat, an merito hæretis dici possit. Qua ratione fit, ut vere possimus assuerare, assertione istam, quæ modo ab Ecclesia tanquam fidei Catholicæ contraria improbatut, & hæretis censetur, ante diffinitionem Ecclesie, etiā hæretis fuisse: tametsi priusquam Ecclesia hoc diffiniret, eius opinionis assertores hæretici minime dicebātur: quia nos latebat, an esset ea opinio contraria fidei Catholicæ: modo vero post Ecclesie diffinitionem hæretici dicebatur quicunq; eā sententia probaverint, & receperint, non quod corū opinio prius falsa non

sa non fuerit, Catholicae fidei contraria, & hæreticorum infame qui dem, & ad crimen istud grauissimum pertinens exigit profectio pertinaciam, & rebellionem quædam à Catholica Ecclesia distinctionibus discedentem, quæ verè dici non poterat eo tempore, quo dubium erat, nec Ecclesia distinctionem, an ea opinio esset religioni, & fidei contraria. Quod est haec in re semper, ac presertim adnotandum. Denique cum Ecclesia possit modò aliquam assertionem pronuntiare, ac declarare Catholica esse, & ad fidem pertinere, quæ & antea vera quidem erat, Catholica, & ad fidem pertinens, latebat tamen nos hæc de fide veritas propter varias opiniones, reconditumque, & arcanum Sacrae Scripturæ sensum, atque ideo contrarium asseverantes. ante declarationem Ecclesiæ hæretici minimè censebantur: dici poterit, penes Ecclesiam esse potestatem istam, declarandi Catholicae esse aliquam assertionem, & pronuntiandi eam ad fidem pertinere ad eum effectum, ut post Ecclesiæ distinctionem ea assertio ita manifeste sit de fide, ut plane hæreticus pertinax sit censendus, qui cōtrariam sequutus ab ea discesserit: tamen si ante Ecclesiæ distinctionem, licet verisimiliter fuit, & Catholica ea assertio, propter dubiam crux rei, & cōtrouersam disputationem hæreticus iure dici non poterat qui contrariam probasset, & sequutus fuisse. Vnde ratione, & causa huius declarationis, ex qua hæreticus post Ecclesiæ distinctionem censemetur, qui prius non poterat hujus crimini nomine notari, admitti poterit Abb. opinio in hoc sensu, ut Ecclesia posset modo, & nouissime declarare aliquid esse de fide, & Catholicae ad effectum, ut nihil ea de re cōtrouersum sit absque hæretis labo: quod tamen prius occulitum erat, eaque ex causa non poterat hæreticus censer, qui vel contrarium asseruerit, vel de ea re dubitasse. Sic sanè D. Thom. i. par. quest. 32, articulo quarto, scribit, multa nunc centri hæretica, quæ prius hoc nomine minimè notabatur, propterea quod nunc ex Ecclesiæ distinctionibus magis manifestum sit, ea esse contraria fidei, aut ex eis aliquid fidei contrarium necessario deducitur. idem illic adnotauit Gaetan. Hinc ab heresis habe, quæ ex parte nomine hoc grauissimi notam inurit, excusari solent plures Latitati, Firmianii, Origenis, & aliorum veterum errores. Nam quanvis verè tunc fuerint errores contra Catholicae fidem, eorum autores ab hæretico ratione nomine plerunque eximuntur, quod nondam eo tempore admodum manifesta erat que-

postea de fide Ecclesia Catholica dissipiuit, & in publicum tradidit. Hinc denique poterit lector expēdere, quo in sensu accipienda sint, que Car. dñs. à Turre Cremata scribit libro quarto. de Ecclesia. capitulo tertio. secundæ partis. asseverans, Ecclesiam non posse efficere de propositione non hæretica hæreticam. Idem tradit Alfonsus à Castro in dicto capitulo octavo. & Albert. in rubr. de hæret. questione prima. numero vigesimo tertio. Ecclesia etenim non potest in his quæ ad fidem pertinent, facere assertionem aliquam falsam modo esse, quæ prius vera fuerit: nec ex contrario. Erraret equidem, quod est ab Ecclesia Catholica in rebus fidei omnino alienū. Potest tamen Ecclesia efficere per eius in re olim ambigua, & controuersia distinctionem, aliquam assertionem modo hæreticā esse & censer, quæ prius nec erat, nec censebatur hæretica. quod Sandus Thomas satis docet in dict. art. 4.

Canonicos verò libros ex Gelasio iuxta literam ipsius decreti subiectam. Primum, veteris testamenti, deinde Noui. Obiter tamen admettabo, quæ fuerit apud veteres ea de re controuersia: & quid de his libris, & alijs, qui Canonici sunt, ab Ecclesia Catholica, à concilijs provincialibus, à summis Ecclesiæ Doctoribus sit ad Concilium usque Tridentinum diffinitum. Eisdem, & similibus ut obieruationibus in explicandis reliquis Gelasiani decreti partibus, in quibus de Agiographis, & Apocryphis agitur libris.

### Ordo veteris Testamenti.

**G**enesis liber unus. Exodi liber unus. Leuitici liber unus. Numeri liber unus. Deuteronomij liber unus. Iesu Naue liber unus. Iudicum liber unus. Regum libri quatuor. Ruth liber unus. Paralipomenon libri duo. Psalmorum liber unus. Salomonis libri quinque. Job liber unus. Tobiae liber unus. Hesdrae liber unus. Hester liber unus. Judith liber unus. Machabæorum libri duo.

Multa poterat hoc in loco adnotari, quæ datum tamè ceteris prætermisis adscribā: siquidem lector reliqua facilimè apud Driedonium lib. 1. dei dogmatib. Eccles. c. 1. & sequentibus obseruabitu-

Regum libri quatuor. ) Hanc Regum-historiam scripsisse Samuclum & alios Prophetas qui singulis

singulis temporibus vixerunt, testis est Athanasius in eo opere, quod de his libris Canonicis scripsit lib. vndecimo.

*Psalorum liber unus. Salomonis libri quinque.*)

Hæc apud Burchardum At in primo conciliarū Tomo in Decreto Gelasi legitur. Psalmonū censum quinquaginta liber unus. Salomonis libri tres. Proverbiorum. Ecclesiastes. Cantica Canticorum. Quibus satis apparet, olim cōtrouersum fuisse, an Sapientiā, & Ecclesiasticī libri fuerint à Salomone conscripti, & Canonici. Nam præter Gelasium Clemens suminus Ecclesiæ Pontifex huius nominis primus in Canonibꝝ Apostolorū can. 84. tantū inter Canonicos libros, tres priores nomine, ac titulo Salomonis recepit, duorum posteriorum nulla mētione facta. Origenes in narratione primi Psalmi numerum Sactorum librorum, qui ex veteri testamento in Canonem fuere relati apud Hebraeos & demū apud Ecclesiasticos enumerans, eiusdē opinionis est, auctore Eusebio libro sexto. Ecclesi. histo. capit. vigesimoquarto. cui subscriptit Nicopædorus lib. quinto cap. 16. concilium Laodicenum sub Liborio Papa celebratum Aano ferē C C C L X I I I I . Provinciale quidem, sed receptum, ac cōfirmatum in sexta generali Synodo admonens, qui sint libri Canonici capi. 59. tres tantum priores, qui Salomonis sunt connumerat, Sapientiam, & Ecclesiasticum omittit, quasi dissiniens: eos esse extra Canonaeni quod Damascenus libr. 4. ca. 18. Hieronymus in Prologo Galeato in libros Regum. & in Epistola ad Chromatium, & Heliodorum. ac Ruffinus in expositione Symboli, palam asseuerant. \* Et præter hos Gregorius Nazanzenus in eo carmine, quod de Sacris libris scripsit. Basilius item in Homilia, quam in principium proverbiorum elaborauit, & Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi. 4. \* Et cōtrario literè, que à Burchardo ex Gelatio referuntur, conuenit Ecclesiæ Catholicæ auctoritas. Nam in concilio Florentino sub Eugenio quarto inter Canonicos libros, Sapientia, & Ecclesiasticus recepti fuere his verbis. Psalmi David. Parabolæ. Ecclesiastes. Canticum Canticorum. Sapientia. Ecclesiasticus. Sed & concilium Provinciale Carthaginense, cui Diuus Augustinus interfuit, cōfirmatum in sexta Synodo capitul. 47. multò antè Florentinum, eosdem libros receperat. Psalteriū, inquit, David: Salomonis libri quinque. Quibus itidem verbis hos libros inter Canonicos adnumeravit Innocētius Papa ad Exuperium Tholosanum Episcopum. Synodus item Tridentina sub Paulo Tertio idē

probat. Et enim inter Canonicos libros ab ea cēsentur Parabolæ Salomonis. Ecclesiastes. Cantica Canticorum. Sapientia. Ecclesiasticus. Quibus manifestè apparet, nō esse hac de re disputandum, nec controvētendū post Ecclesiæ Catholicæ apertissimam dissinitionem, cui est omnino accedendum. Nā & veteres Theologi, Origenes inquam, Clemens Alexandrinus, Chrysostomus Ambrosius, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, & alij passim his libris, vt Canonicis, vñ fure: imo & plerunque titulo, & nomine Salomonis eorū meminerunt. \* Nam cùm Dionysius de Ecclesiæ Hierarchia capitulo tertio. locum quēdā adducit ex Theologia, eius interpres Maximus adnotauit, eum fuisse in eo loco citando vsum eo libro Salomonis, qui sapientia inscribitur. idque & Pachymeres obseruat ipsius libri verba ex cap. quinto. referens. Iusti autem in perpetuū vivent. Sed & D. Augu. libr. decimo septimo. de ciui. Dei. cap. 20. & lib. 2. de doctri. Christi. c. 8. te statut, eo idem libros in auctoritatē \* Canoniconum receptos fuisse. idē asserit Isidorus li. 6. Etymolo. c. 1. quod diligenter tractat Ioā. Driedo. lib. 1. de dogmat. Ecclesiæ. qui & illud inquirit, an hi libri fuerint à Salomone scripti. Siquidem cōstat ex prologo eiusdem operis, librū, qui Ecclesiasticus dicitur, scriptū fuisse à Iesu filio Sirach, & nepote Iesu. Imo par est, & ex eodem prologo & his, quæ scribit Damascenus lib. quarto. capit. decimo octavo. sensim deducitur Iesum Patrem Sirach librum illum Hebraicè scripsisse, eius vero nepotem Iesum filium Sirach eundem in Græcam traduxisse linguam tempore Ptolemaei Euergetis Regis Ægypti, cuius auctor ipse nullam mentionem fecit. cap. tamen ultimo, me minit Simonis Magni Pontificis Oniæ filij, cuius ætate apud Ægyptios regnabat Ptolemaeus, annis ferē ducentis ante Christi nativitatem, atque ideo de auctore huius libri verè nulla fuit olim controvēria: sicuti ex Damasco. Hieronymo, Augustino, Isidoro, & alijs cōstat. De auctore autē libri, qui Sapientia inscribitur, maior fuit apud veteres disceptatio: frequētiori tamē sentētia receptū est, eius auctore non fuisse Salomonē sed Philonem Iudeū, qui Græcè id opus scripsit. Quod Hiero. & Isidorus ex aliorū assertione tradidere. Philonē verò hūc opinamur nō esse illū cuius opera Græcè, & Latinè vulgo circūferūtur, quiq; post Christi passionē floruit, & scripsit: quā uis id falso existimauerit Ludo. Viues in Augusti nū. d. c. 20. post Petrum Galatinū lib. 1. c. 4. \* Nā præterquam quod Eusebius, Hieronymus, & alij,

lij, qui omnium operum Philonis lunioris meminere, hunc librum eidem minime adscripserint; vt patet ex Eusebio libro. 2. hist. Eccl. capitulo decimo octavo. Nicophoro libro secundo. capitulo decimo septimo. & Hieronymo de scriptor. Eccles. Illud profecto maxime conuincit, Philonem sapientiae auctorem, multò vetustiore esse, quam Iunior Philon, quod Sapientia liber inter propheticos, & veteris testimoniis libros fuerit semper ab auctoribus Ecclesiasticis, ab ipsa denique Ecclesia Catholica post concilium Carthaginense Tertium cōnumeratus: vnde necessario sit: eum scriptum fuisse ante Christi aduentum. Cautius igitur Driedonius libro primo. de dogmat. capitulo secundo. part. 2. asseuerat, Philonem, qui auctor fuerit huius libri, alium ab eo Philone fuisse, qui post Christi passionem Græcè, & eleganter præclara opera ediderit, fuisseque illum hoc vetustiorem fere ducentis annis. Nam & filonis ienioris, qui & de Hebreis scripserit in meminere à lumine cum distinguētes Iosephus de antiquitatibus, & Eusebius libro nono. de preparat. Euangelica. capitulo ultimo. Quem & Hebraum fuisse constat: vt tandem dītingnamus duos Philones Hebreos à Philone Byblio, cuius idem Eusebius meninuit libro primo. de preparat. Euange. capit. quarto. & præter eum Suidas. De his autem libris, nempe Sapientia, & Ecclesiastico. D. August. in dicto capitul. octavo. scribit, de quadam similitudine Salomonis dici, & constantissimè perhiberi, Iesum filium Sirach eos scripsisse. Id ipsum idem Augustinus repetit in dicto capitul. 20. asseuerans, consuetudinem obtinuisse propter similitudinem, & affinitatem, vt hi duo libri Salomonis dicātur. Vterque enim propter eloquij similitudinem, & cognitionem rerum, quæ à Salomone tractātur in proverbijs, frequētissimè à veteribus Theologis, & quandoque in cōcilijs Ecclesiæ, titulo, & nomine Salomonis citantur. Quod lector facilimè poterit obseruare apud Burchardum, & concilium Carthaginense Tertium, Origenem super Epistolam ad Romanos præsertim ca. octavo. Apud Cyprianum in Epistola ad Rogatianum. qui titulo Salomonis citat librum Ecclesiastici. Idem fecit Chrysostomus cū alibi, tum in Homilia super ca. 26. secundi Paralip. de Ozia, & humilitate. quanuis latinius interpres nomen mutauerit, Idem Chrysostomus in priorem ad Corinth. Homil. 34. sic & Ambrosius in li. de quatuor questionibus difficultibus, & super Psalmum. 118. librum Sapientie Salomoni tribuit. \* Et Cyprianus lib. De immor-

talit. animæ. & lib. de exhortatione Martyrij. Ter tullian. lib. De præscript. aduersus Hæreticos. Ba silius lib. 5. contra Eunomi. & Hilarius in Psalm. 713. \* Idem fecit Lactantius lib. 4. ca. 16. Et Ioannes Damascenus in d. c. 28. licet, ipsum extra canone esse, scripserit, tametsi quod Driedo. lib. 1. cap. vit. ex lib. 4. Eusebij de histor. Eccles. cap. 22. readdidit, non probet, veteres auctores vere existimasse, librum Sapientiae à Salomone scriptum fuisse. Est enim Eusebij locus, quidquid Driedo. voluerit, intelligendus de proverbijs Salomonis, qui liber & Sapientia dictus est à veteribus Theologis. Ita sane scripsit Græcè Eusebius li. 4. c. 22. de Egesippo tractans. ὃν μάρτυς οὐκ οὖτε ἀλλὰ γέγοναί τις τῶν ἀρχαίων χρόνος παντάρχησο φίαρ τέτες σολομώντων παροιμίας ἐπάλουντι. Verum an non tantum hic, sed & Irenetus, & omnis antiquorum chorus virtute omni refertani Sapientiam proverbia Salomonis vocat. sic ferè Græca verteada sunt in Latinam linguam ex Nicephoro li. 4. c. 7. cui interpretationi suffragatur, quod idem Eusebius scribit lib. 4. ca. 26. vbi ex Melitonis Epistola tradens libros canonicos veteris Testamenti, inquit, Psalmi David. Salomonis proverbia, quæ & Sapientia. Ecclesiastes. Cantica canticorum. Job. Prophetæ. & reliqua. idem Nicephorus lib. 4. c. 10. vt obiter Græcus Eusebij codex ita sit intelligendus vbi c. 26. legitur σολομὼντων παροιμίαις καὶ σοφίαις. vt articulus præpositius adsumatur significanter ad interpretandum id, quod præcessit Salomonis inquam proverbia, quæ & Sapientia, aut fortassis Episcopus ille Sardensis, licet Ecclesiastici librum omiserit, Sapientiam tamen Salomoni tribuit. Etenim huic interpretationi Græca litera minimè aduersatur: imò accedit, etià latino codice refragante: & præterea non defunt ex veteribus qui idē scripserint. Sed obseruata Eusebij litera quæ Græcis characteribus vulgo traditur alio in loco, eadem ratione & latinus Eusebij liber est emendandus. nam capitulo vigesimo secundo. scribitur. Verum & hic ipse, et Irenetus, & omnis antiquorum chorus librum, qui intitulatur Sapientia, Salomonis esse dixerunt, sicut & proverbia. Hæc enim Latina traductio aliena est à Græca lectione, & à vero auctoris sensu: non me latet, Eusebiūm lib. 8. De demonstratione Euangeli. c. 2. constanter asseverasse, Iesum filium Sirach scripsisse, τὴν παλαιῆς την παντάρχησο φύσιν. Sed ipse opinor de Ecclesiastico locum illum fore intelligendum: nam illum scripsisse Iesum filium Sirach constat. fortassis & de Sapientia locus ille poterit intelligi, vt Eusebius

bis velit, eam scriptam fuisse à Iesu filio Sitach, & habuisse nomen illud peculiare: quod in dict. capit. 22. ex veterum auctoritate ad scripsit Solomonis proverbijs. Etenim idem Eusebius libr. II. de præpar. euang. ca. 7. παντερογ σοφια. Sapientia librum intellexisse videtur: & eum Salomon tribuit. vt constat ex cap. 7. Sapientia. Tu verò Christiane lector illud constantissime tene quod Ecclesia catholica præcitat Synodis, & c. nonibus diffiniuit.

*Iob liber unus.*) De hoc libro nusquam fuit apud Hebreos controuersum, nec apud Christianæ religionis professores. Nam & ab initio Ecclesiæ in canone n. fuit receptus. De auctore vero, licet variæ fuerint opiniones, illud est frequentiori iudicio probatum, librum istum, vel ab ipso Iob, vel ab amicis eius sermone & Syro scriptum: à Moysi tandem in Hebream linguam traducū fuisse. Huic opinioni accessere Origines in Prologo, Isidorus libro sexto. Etymolog. cap. secundo. Augusti. Eugubinus in adnotationibus super Genes. cap. 1. nec dissentit D. Gregorius, qui hac, & alijs opinionibus præmissis vere scribit, satis esse quod credamus, hunc librum scriptum esse ab spirito sancto. Illud tandem obiter adnotabimus, Iob virum sanctissimum genus duxisse ab Esau, & quintum ab Habraam fuisse. Siquidem Habraam genuit Isaac, Isaac genuit Esau, Esau Raguel, Raguel Zaram, Zaram genuit Iob. quam deductionem probari conatur Origenes in prologo. Chrysostomus in homil. 2. de patien-ia Iob, qui eum appellat pronepotem proiecti, repudiatiq; Esau, idem Chrysostomus sermo-ne in Iob, & Habraam. idem sentit in homil. 80. ad populum. Et Georgius Cedrenus in Epito- me, ex Africano. His subscribere videtur D. Augu-sti. de ciuit. dei. libro decimo-octavo. capit. 47. qui de Iob scribit, eum ex gente Idumæa genus ducere. Nam & Esau dictus est Edom. Genes. capitulo. 25. & ab Edom Idumæa terra, au-toribus Iosepho libro secundo. capitulo primo. de antiqu. & Augustino libro decimo-sexta. de ciuit. Dei. capit. 35. atque iterum Iosepho libr. 5. capi. 3. & deducitur ex c. 11. 3. Regum. & cap. 34. Esaiæ. ad hæc accedit quod Eusebius li. 9. de præparat. euange. cap. 4. refert, Aristæan in Iudaica histo-ria existimasse Iob filium fuisse Esau, & habita-tse in Idumæa, & Arabia finibus in Auside ter-ra. Sed & prologus libro Iob adscriptus apud Græcos, & Latinos, etiam tempore Hieronymi, & ante ipsum communique consensu receptus rem istam amplius apperit his verbis. Erat autem

ipse filius quidē Zaræ, de Esau filijs filius. de ma-tre verō Bosra, ita vt sit quintus ab Habraam. Hæc in eo argumento, licet Hieronymus super Iob, & in questionibus Hebraicis ab hac discesserit sententia existimans, Iob non ab Esau, nec ab Habraam, sed à Nachor fratre Habraam. & eius vxore Melcha sorore Zaræ, & Hus filio Nachor originem, ac genus duxisset. Nec accedit prologo, aut argumento, quod libro huic adscribitur ex eo, quod apud Hebreos non reperiatur. Eide deductioni, ac Genealogia accedit Philippus Presbyter, qui paulo post Hieronymum scripsit super hunc Prophetam: cuius opinionem refert Lud. Viues in dict. cap. 47. Sed ipsius prologi au-toritate vt certa, & probatissima vtuntur Chrysostomus, Origenes, Augustinus, & præter eos Ambrosius libr. 2. de interpellatione: vt tandem non licet contra stimulum calcitrare. Nam & Eusebius libro. 1. de demonstr. euangelica, Iob quintum ab Habraam fecit.

*Tobie liber unus.*) Hic liber olim dubiæ fuit au-toritatis ex eo, quod inter Canonicos apud Hebreos minime fuerit numeratus: authore Hieronymo in prologo Galeato in libros Regum. Et in prologo in opera Salomonis. fuit & hic liber omissus quasi ad Canonicam non pertineret à beato Clemente in canonibus Apostolorum. capit. 84. & à concilio Laodiceno, cum superius me-minimus sub Liberio Papa celebrato. Sed & huc librum omilere canonicos omnes veteris Testa-menti numerantes Origenes, Damascenus, & Ruffinus, quorum paulo ante mentionem fecimus. Meliton etiam Sardiensis Episcopus apud Eusebium lib. 4. ca. 26. & Nicephorus eiusdem libri. 4. eccl. hist. c. 10. Verum post concilium Carthaginense Tertium ecclesia, ecclesiasticiq; scriptores, librum istum canonicum esse mini-mè dubitarunt: siquidem receptus est inter canonicos à Synodo Tertia Carthaginensi, à Synodo Florentina, atque item nuper a Tridentino con-cil. Eundem inter canonicos D. Augu. retulit lib. 2. de doctri. christ. ca. 8. & Isidorus lib. 6. Etymolo.ca. 2. adducitur eius historia a Clemente. Ale-xandrinus libr. 1. Stromatum. & inter canonicos refertur ab Innocentio primo ad Exuperium Tolosanum Episcopum, vt tandem nihil sit hac de-re controvèrtendum. Contigit autem Tobie hi-storya quod ex eadem appetat, in diebus Salma-nasar, & Senacherib Assyriorum Regum, qui re-gnarunt temporibus Ezechiel regis Iudea. 4. Regum. capit. 17. & 18. paulo post Romanam condi-tam: ex Eusebio in chronicō.

*Esdra liber unus.*) Quanuis à Clemente in canonibus Apostolorum capitulo. 84. fuerit hic liber omissus: attamen apud Hebræos olim, & apud Christianos absque vlla controuersia, conciliorum, & veterum Theologorum auctoritate in canonem fuit receptus: quod Origenes, Eusebius †, Damascenus, Meltoni Innocentius primus, Hieronymus, Augustinus, Rufinus, I-fidorus, & alij palam vnanimi consensu testantur. Duo verò sunt Esdræ libri apud Hebræos canonici in vnum volumen connexi. Priorem scripsit ipse Esdras de rebus gestis prius quam ex Babylone in Hierusalem accederet Neemias: post riorem Neemias scripsit de rebus eodem tempore gestis, & de ædificatione Hierusalem. ab Hebræis hi duo libri in vnum volumen coarctantur: apud Græcos, & Latinos in duos libros distinguuntur: quod Hierony. adnotauit in Epistola ad Paulinum: & in prologo in Esdram, & in præfactione in libros Regum. Dicitur autem & secundus liber Esdræ, quia continet res gestas sub Esdra, & Neemia. Ea verò quæ in his libris traduntur: contigisse apparer, sub Artaxerxe, eius Anno septimo claruit in Babylone Esdras. Neemias vero anno vicesimo eiusdem, quod deducitur ex ca. 7. primi Esdræ. & ca. 1. Esdræ secundi. Quis autem fuerit hic Artaxerxes controuertitur. Nam Iosephus libr. 11. antiq. I. Zonaras in primo Annalium Tomo. & Caieta. super Esdrā. exiliavit, fuisse Xerxem, qui fuit filius Darij, & pater Artaxerxis, qui dictus est Longimanus, hæc sane opinionem ratio temporum excludit cum constet ex capi. 1. 2. & tertio. atque ultimo. Esdræ secundi, illum Artaxerxem, cuius tempore fuerunt Esdras, & Neemias, regnasse annis triginta, & denique pluribus. Xerxes vero ex fide histori corum omnium tantum viginti regnauit annis, aut saltem eius regnum ad trigesimum annum non accessit. I. Driedo. lib. 1. de dogmat. eccl. cap. 2. part. 1. & libr. 3. ca. 5. par. 3. post Suplicium Seuerum libr. 2. Sacra Histor. probare conatur, hanc historiam contigisse sub Dario Mnemon Magno Artaxerxe post olympiada nonagesimam primam, & annum ab urbe condita tricentesimum tricesimum octauum: tunc enim regnare cœpit Artaxerxes hic Mnemon, cuius vitâ Græce Plutarchus scripsit. huic opinioni accedit, q[uod] auctore Philone, Elias Sacerdos Magnus fuit sub Artaxerxe magno Mnemon: idque in chronologia fatetur I. Lucidus. Constat autem ex sacra scriptura, Esdram, & Neemiam vixisse ad annum usque tricesimum, & ulteriores illius Artaxerxis,

xerxis, sub quo sacerdos fuit Elias. Esdræ. 2. c. 3. Nam & Iosephus Neemiam sub sacerdotio Elias posuit. Verū. quia Philonis scripta dubia multis videntur, ea fortassis ratio temporum verior est, quæ ab Eusebio in chronicō traditur. Is etenim hanc Esdræ historiam adscribit Artaxerxi, qui Longimanus dictus est. idem tradidere Iulius Africanus, & Eusebius libr. 8. de demonstra. euang. c. 2. Hierony. in Daniel. c. 9. Beda & Contractus in Chronicis. I. O. Lucidus lib. 7. de emendat. tempo. c. 3. Idem, nisi fallor, sensit Georgius Cedrenus in Epitome, qua in re illud erit omnino obseruandum, apud Philonem, Metasthenē, ac alios, hæc nomina, Artaxerxes, Darius, Assuerus, & alia communia fuisse regibus Persarum: sicut Romanorum Imperatoribus, Cæsar, Babylonij regibus, Nabuchodonosor: Ægyptiorum principibus, Pharaones. Id ipsum, & quandoque ex sacris Biblijs deducitur. vt tādem multa hinc possint expedite intelligi, quæ alioqui difficultia censer solent.

*Hester liber unus.*) Rursus & de hoc libro nulla apud Hebræos, & Christianos fuit vñquam controuersia: nam & ab omnibus fere aucti oribus ecclesiasticis, & Synodis ecclesiæ, de quibus paulò ante mentio facta est: item & à Clemente in canonibus Apostolorum. c. 84. in canonem fuit receptus. atq[ue] ideo nihil opus est, vt hoc in loco immoremur. Illud tamen erit obseruandum, quod in hoc libro narratur contigisse in diebus Assueri, vt patet Hester capit. 1. qui dictus est Magnus Artaxerxes Mnemon, autoribus Eusebio, Beda, Glos. ordinaria, & Petro Comestor, in Scholasti ca Histo. Hieronymio in capitul. 4. Ezechiel. Isidoro, Hermano Contracto, Sulpicio Seuero lib. 2. Sacra Historia. Ioa. Lucido in chronicis, Iordanie lib. de regnorum successione. & Driedo. de dogma eccl. lib. 1. cap. 2. part. 1. & lib. 3. capi. 5. part. 3. quorum opinionem sequimur, quanuis Iosephus libr. 11. antiquit. c. 6. quem sequi videntur I. Zonaras in 1. Annali. tomo. & Caiet. in c. primum Heller. existimet, hunc Assuerum, siue Artaxerxem fuisse Cyrum Xerxis filium. Et Georgi. Cedrenus in Epito. dum pagi. 118. hanc Historiā Artaxerxis Longimano tribuat. Nā ex Xenophonte, Plutarcho, Eusebio, & Hermano Contracto constat, Artaxerxerem Cognomēto Mnemona filium fuisse Darij ex Parisatide, ex qua Darius habuit duos filios, maiorem quidem natu Artaxerxem hunc Mnemona, minorēn verò Cyrum nomine. Parysatis autem fuit filia Artaxerxis, qui dictus est Longimanus: quæ & præter

præter duos filios, qui de regno contulerunt, duos alios ex eodem Dario, qui Nothus dicebatur, concepit, & habuit, auctore Plutarcho. Etenim ex regibus Periarum primus dictus est Cyrus Cambysis filius, cuius mentio fit. c. 1. Esdræ. item à Iosepho, Eusebio, atque Augusto de ciui. Dei lib. 18. cap. 26. & alijs ethnicis scriptoribus, eius educationem, & institutionem Xenophon Græcè, & eleganter scripsit. Post hunc Græci, & Latini historici Cyrum minorem appellant, fratrem huius Artaxerxis cognomento Mnemonis, Darij Nothi, & Parthytidis filium, cuius expeditionem idem Xenophon, qui sub eo militauit, lingua Græca scribit. Cæterum quod Artaxerxes Longimanus dictus fuerit Cyrus, non constat ex probatissimis auctoribus præter Iosephū, & Zonaram. Imò Metathenes tradit, Dariū Longimanū, fratre habuisse nomine Cyrum Artabanum, qui cū eo de regno dimicauerit. Habet & ratio temporum, quam in hac historia obseruavimus, auctore Philonenem, cuius de temporibus breuiariū vulgo legitur lib. 14. inter Ioan. Annij Viterbiensis commentaria, quorū fides à multis improbat eo, quod fere veçuūlīsimorū auctoriū fragmenta, vel ipse Annius confixerit, vel absque vilo integræ fidei testimonio in publicū emiletit. Nā Ludo. Viues in Augustinū de ciui: Dei. li. 18. ca. i. hos libellos friuolos esse dicit, & incertoruī auctoriū quoq; ad stupefaciendos imperitos letores Græcia luserit otiosa, nec esse illorum, quoram titulos præ se ostētant. Faber Stapulensis in Aristotelem libr. i. Politic. existimat, hunc Beroum, atque Metathenem, quorū fragmenta Ioā. Annius studiosis tradiderit, scriptores fictitiōs esse. Idem asseuerat Ioannes Vergara ecclæsia Toletana canonicus, vir omnigena eruditione Græcē, & Latinē insignis in q. s. De reparatione templi Hierosolymitani. Beatus item Rhenanus li. i. rerū Germanicarū, vbi de Alemanis tractat: sed omniū, inquit, ineptissimus est Annij quidā in Beroum, auctoris fabuli fabulōs interpres. nam quoties hircum mulget, iuxta Prouerbiū, hic cr̄bū supponit. Hæc Rhenanus, cui suffragari videtur Ḡgorius Gyraldus de diis gentium syntagma. 4. scribens, Ioannis Annij scripta doctrinā exoticam, & fere superstitionem redolere, esseq; cōmentitiā. \* Idem probare conatur diligenter, & magno cū iudicio Ioan. Goropius post tertiam huius operis editionem, in Imaginibus. li. 4. & Melchior Canus in lib. ii. De locis Theologicis. ca. 6. \* Rursus Guilielmus Postellus in libr. de Heturia, non semel contendit,

fragmenta illa, quæ Berou nomine Ioannes Annius vulgo tradidit, verè illius esse Berou cūtius, veteres auctores maxima cum veneratione nō minorunt. Sed hæc satis de fide, & auctoritate Breuiarij, quod Ioan. Annius Philonis titulo pū blicum fecit. \* Et id profectō temerē: multa enim in eo libro, & in his, qui ab ipso Ioanne Annio cū eo editi fuerunt, adeō veritati contraria sunt, vt nullo qāctō defendi queāt. Vnde & quæ Philo tradit de Mardochæi aetate, in certa sunt, tametsi necessario admittenda, vt quidā opinantur, si Hester historia sit Artaxerxi Mnemoni tribuenda, etiā admissa regū Persarum serie, quæ ab eodem Philone traditur: cum & qui eum lequuntur fateantur plane, Mardochæum translatum fuisse in Babylonem cum Iechonia Rege iuxta literam secundi cap. Hester. Quod si Hester historia esset adscribenda Arthaxerxi Longimano minor aetas Mardochæi, etiā cum Iechonia translati sufficeret: sicut & multo minor, si eadē ad tempora Darij Histaspis referatur: quod Nicolaus Lyra, & Ioā. Bene, probare conantur. Quidā tamen eadē gesta ad Astyagen, aut Cyaxaren Medorū, reges referre videntur. Quorū opinio refelli potest ex primo capit. Hester. Cottat siquidem, nec Astyagen, nec Cyaxeren tantū Imperij in Asia obtinuisse, quantum ibi Hester marco tribuitur. Quin & Astyages & Cyaxares reges fuere tātūni Medorum, non Periarum: at Astyagen Hester, & Persarum & Medorū fuit. His accedit, quod D. Hiero: quoties mariti Hester meminit, cum inter successores Cyri Magni constituere videtur. Quod si facta Mardochæi, & Hester tempore Darij Histaspis, aut Arthaxerxis Longimani contingissent iuxta aliorū sententiā, profectō, vt par est ea Esdras & Neemias minime tacuissent. Deniq; sequutus sum eam opinionem, quæ ceterum, & juniorum auctorum consensu magis recepta vi detur: vt ea quæ narrat Hester historia Mnemoni tribuantur. Quæ tamen ex Mardochæi aetate vir defendi potest, nisi literam, quæ ex vulgata editione necessario admittenda est, in eum sensum accipiamus, vt Mardochæus dicatur translatus in Babylonem cum Iechonia ex eo, quod originem duxerit ex his qui cum Iechonia capti, & translati fuerint in Babylonem. Quam interpretationem Melchior Canus ex eo probat, q; Esdræ cap. 2. numerentur illi, qui ascenderunt de captiuitate, quam trāstulerat Nabuchodonosor, & reuersi sunt in Iudeam, quorum quidam nō venerūt in Babylonem, sed Patres eorum. Nam Zorobabel in Babylonē genitum fuisse, ex Mat-

“ thæi. c. i. constat. &c. 3. lib. Esdræ. c. 5. legitur. Sunt  
 “ autem hi qui ascenderunt ex Iudea. &c. Quoru  
 “ vnas est Zorobabel. Et quanvis hanc interpreta  
 “ tionem idem Melchior Canus, vt violenta nō fo  
 “ re à multis admittendā suspicetur. Caietanus ta  
 : men in. i. c. Hester, verba illa: Mardochæus filius  
 “ Iair, filij Semei: filij Cis de stirpe Iemini, qui tra  
 “ latus fuerat de Ierusalem, eo tempore quo Iechor  
 “ niā regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis  
 “ trastulerat: sic interpretatur, vt pronomen, qui,  
 “ non ad Mardochæum, sed ad Cis eius proauum  
 “ referatur. Diuus etiā Hiero. dum Artaxerxi Mne  
 “ moni Historiā Hester tribuit, quum regum Per  
 “ satum seriem, & quot annis regnauerint diligen  
 “ ter tradiderit, alterum ex duobus fateri videtur:  
 “ Mardochæū scilicet ad eā etatem accessisse, quæ  
 “ ducentos annos excesserit: vel non eum sed eius  
 “ proauum translatum fuisse: quorum prius nolim  
 “ viro, etiā in historia præsertim Sacra Scripturæ  
 “ doctissimo, tribui. Posterior vero & si difficilimè  
 “ probari posse, eiudem Hieronymi auctoritate  
 “ non temere licebit admittere. Nam & Latina ex  
 “ Chaldeo & Graeco interpretatio, huic sensui po  
 “ tuis suffragari, quam aduersari videtur. Ex Gra  
 “ co etenim sic Latinè legitur: Homo erat Iudeus  
 “ in Sufis ciuitate, & nomen ei Mardochæus, filius  
 “ Iair, filij Semei, filij Cis, de tribu Beniamin, qui  
 “ fuerat captiuus ex Ierusalem, quā captiuauit Na  
 “ buchdonosor Rex Babylonis. Ex Chaldeo vero,  
 “ Nomen eius vocabatur Mardochi, filius Iair, fi  
 “ lij Simghi, filij Chis viri, qui fuerat de tribu Benia  
 “ min, qui ierat in captiuitatem ex Ierusalem, cum  
 “ captiuitate, quæ abducta est cū Iechonia. Ex qui  
 “ bus fortassis non omnino aliena a vulgata editio  
 “ ne Caietani interpretatio videbitur. \* Quam &  
 “ ante Lautanum verā esse censuit, Burgensis quā  
 “ uis & ipse ingenue dubiā esse non negauerit, col.  
 “ 2. ibidem, ibi de dogmatibus. eandem. opinione  
 “ amplectitur Raynerius lib. de familijs. in Medo  
 “ rum Reyno. \* Hæc quidem explicare libuit, vt  
 “ in re, quæ dubio procul varias opiniones admi  
 “ sit rationem reddere in, qua cōmunem sequutus  
 “ fuerim sententiam. Nam quod de Dario Medo  
 “ scribit Cedrenus assuerans, eius uxore in fuisse  
 “ Hester mihi non potest persuaderi: præterquam  
 “ quod ipsem sibi apertissimè refragatur. \*

*Iudith liber unus.* ) Liber hic tanquam à Cano  
 ne alienus, & extraneus, omisissus olim fuit ab Ori  
 gene, Damasceno, Rufo, Hieronymo, & Meli  
 tone Sardiensi: atq; item à Clemente in canoni  
 bus Apostolorum, & à Laodiceno concilio. Hi  
 etenim auctores existimarent, librū istum cano-

nicum non esse: cuius tamen testimonio passim  
 veteres Theologi vsi fuerūt. quin & Augustinus,  
 Isidorusq; inter canonicos eum connumerant:  
 sed & ab Ecclesia catholica in cōcilio Carthagin  
 ensi Tertio, Florentino item, & Tridentino in  
 canonem iā est receptus: vt tādem hac de re non  
 sit dubitandum. Nā & Hieronymus in prologo  
 testis est, à Nicæna Synodo in numerum sancta  
 rum scripturarū relatum fuisse. Et eum inter ca  
 nonicos refert Innocentius primus ad Exuperiū  
 Tholosanum Episcopum. Eius verò historiā sub  
 temporibus, Nabuchodonosor Regis Asiriorum  
 contigisse constat: tametsi ambiguū fuerit, quis  
 sit hic Nabuchodonosor, vt ex eo sit certior ratio  
 temporis: & sanè illud videtur verius, hunc Regē  
 Nabuchodonosor fuisse Cābysem, qui Cyro pri  
 mo Persarum Regi succedit: quiq; dictus est Ar  
 taxerxes Asiruerus Priscus. Huius opinionis sunt  
 Eusebius, Isidorus & Beda in chronicis. Philon,  
 & Io. annius quos sequitur Driedo. lib. 1. & 3. de  
 dogmatib. Eandem historiam Artaxerxi, qui sta  
 tum post Cyrum maiore obtinuit imperium, ad  
 scripsere. Georgius item Cedrenus in Epitome.  
 Dario qui & Cambyses dictus est, Cyri maioris  
 filio. Sed & Eusebium sequurus, eandem rationē  
 probat Hermanus Cōtractus. Item & Suidus in  
 dictione ολοφερνος: & in dictione Ιουσιθ. tamet  
 si. ibidem variet. Idem fere sensit D. August. libr.  
 de cuit. Dei. 18. ca. 26. qui cum meminisset Cyri  
 primi Persarū Regis, scribit, per idem tempus e  
 tiam illa sunt gesta, quæ conscripta sunt in libro  
 Iudith, quem in canonē scripturarum Iudæi nō  
 recepisse dicuntur. Hæc Aug. qui lib. 2. de doctri  
 chriit. c. 8. hunc librum inter canonicos connu  
 merat. quod si auctoriis Eusebio, & Græcis hi  
 storici Cambyses nō regnauit ultra sex, vel octo  
 annos, quibus & Iosephus accedit, quo pacto po  
 terit eidem conuenire in historia Iudith. cuius. c. 1.  
 &. 2. cōstat, saltē tredecim annis hūc Nabuchodo  
 nosor regnasse? cui difficultati, quāvis Eusebius,  
 & qui eius chronicon sequuntur, non possint cō  
 modē satisfacere, respondebunt tamen qui Phi  
 loneū, & Metathenem fuerint sequuti. Hi eten  
 im a scuerant, Cambysēm post Cyrum Maiore  
 annis viginti regnasse. idem ex Græcis scribit Cle  
 mens Alexandrinus lib. 1. Stromat. qui assertit, cū  
 annis vnde uiginti regnum obtinuisse. Eadem Va  
 letius Amelius tribuit viginti annorum princi  
 patum. Hi vero auctores, præter Clemētem qui  
 eum Cambysēm nominat, qui post Cyrum ma  
 iorem regnauit, hoc nomine minime vtūtur, sed  
 Prisci Asirueri. Seuerus autem Sulpicius lib. 2. Sa

ce Histor. præter aliorum opinionē, Iudith facinus tibuit Regno Artaxerxes, Ochi. Artaxerxi Mnemoni succedit. \* Quia ratione illud fortassis eruditio lectori magis placebit, Iudith historiā ad Darij, qui post Magos Persarū Imperiū obtinuit, tēpora pertinere. Quod diligenter gerat das Mercator deducit: quū & ex Herodoto li. 2. constet, Medos sub hoc Dario rebelasse, & iterū subiugatos esse: Idq; Sacra de Iudith, enarrationi conuenire maximē videtur. \* In hoc tamen Regū Persarū Catalogo est necessariō adnotandū, Græcos historicos, Eusebiū item ac Latinos quoddā potissimum dissentire à Philone, Metasthene, & alijs, quos sequuntur Dried. & Io. Lucidus. Apponā hoc in loco liventer utramq; chroñologiu: quia & ad intellectū sacra scriptura, & veterū auctōrū plurimū condescit: nec aliena est hæc obseruatio ab hoc libro in quo varia cōstituim⁹ adnotare ad sacra Biblia, Ecclesiæ canones, Iuris cōsultorū, & Cæsarū responsa interpretanda.

Ex Metasthene.

**C**YRVS VICTO, & imperfecto Babyloniorū Rege Balthasare, in Persas Assiriorū transfuit Imperiū, regnauitq; simul cū Dario duobus annis. Solus verò postea duobus, & viginti. Hec Metasthenes, cui Philo addit, Dariū istū fuisse filium Hyrcanū. Huius Cyri mentio sit. c. 1. Esdræ. Sed & præter Metasthenē, & Philonē Iosephus li. 10. c. 13. tradit. Dariū Astiagis filiū annū agentē. 62. cū Cyro cognato suo Babyloniorū Principatū euertisse. enī Hieronymus super Danielē sequitur. c. 5. & 6. ac paſſim in eisdē Commentarijs præsertim. c. 8. quo in loco scribit, hūc Dariū à Græcis dici Cyaxarē fratrem Mādanes, quæ fuit filia Astiagis Medorum Regis, vxor Cabyis, & Cyri mater. idq; constat ex Xenophonte lib. 1. de Pædia Cyri: id est de educatione, aut institutione Cyri. & Iornande in libr. de temporum, ac Regnorum successione. Ex ipsa deniq; Danielis historia deducitur manifestè, hunc Dariū cum Cyro simul Babyloniam, eusque Regem Baltharem cœpisse, & post eum regnasse apud Atsyrios: quemādinodū obseruari poterit ex c. 6. 9. 10. & 11. vt mirer. interim cur apud Philonem dicatur hic Darius Histaspis: cū potius dicitur Darius Astiagis. Sic & à Metasthene Cyrus dicitur Patruus Prisci Artaxerxis, qui fuit huius Darij filius: & tamē Cyrus non fuit eius patruus, sed filius Mādanes, quæ fuit soror Darij, at q; ita amita Artaxeryis, si is filius Darij verē fuit. Priscus Asseuerus Artaxerxes Cyro Maiori succedit in regno, secundum Philonem. Hic filius

fuit Darij primi, cum quo Cyrus regnauerat, obtinuitq; regnum ac regnauit viginti annis, auctōre Metasthene, quem Valerius Anselmus. Iō. Annū, Driedo, & Ioan. Lucidus sequantur.

Darius Longimanus filius Prisci Asseueri Artaxerxis, cū fratre Cyro Artabano septem mensibus pro Imperio dimicauit: quo obtento, & fratre victo illud obtinuit annis septem, & triginta. Metasthenes. Iō. Annū, Driedo, & Lucidus, sed & Philo testatur, hūc Dariū Lōgimanū filiū fuisse Prisci Asseueri, & cū fratre dī Imperio certasse.

Darius Nothus Darij Longimanū filius annis vnde viginti regnauit post patrem auctōribus Metasthene, Valerio Anselmo, Driedo, & Lucido.

Magnus Artaxerxes Darius Mnēmon post Longimanum annis quinquaginta quinque obtinuit Imperium ex eisdē auctōribus.

Artaxerxes Ochus annis sex, & viginti. Metasthenes, & alij.

Arsis annis quatuor, nostra ætate inquit vetuissimus auctor Metasthene.

Darius ultimus Rex sex annis ex eisdē auctōribus, post quē Magnus Alexander obtinuit Imperium. Ex quibus conitat, hoc Reges Imperium obtinuisse centū octuaginta, & uno annis.

Ex Græcis Historiis.

**C**YRVS VICTO maior Cambyses, & Mandanes, quæ fuit filia Astyagis Medorum Regis filius, auro materno subuerso Medorum principatum, & demum Babyloniorum Rege victo Assyriorum Imperium in Persas trāstulit: regnauit que annī stringinta, auctōribus Eusebio, & Hermano Contracto in Chronicis. Iustino lib. 1. & Clemente Alexandranino in primo Stromat. li. Hūc verò Cyrum fuisse primū Persarum Regem, qui Asia monarchiam habuit, tradiderunt præcipiti auctōres. & Iosephus libro. 1. cap. 1. Xenophon in Pædia Cyri. Hieronymus super Danielē, & Herodotus in primo. Diodorus libr. 2. Plato in Epitaphio Tzetzes Chiliade. 3. cap. 98.

Cambyses Cyri filius post eum oculo annis Imperium obtinuit, auctōribus Herodoto, Eusebio & Hermano Contracto. quibus fere contentū Iosephus lib. 11. antiq. c. 2. lo. Zonaras in primo Annali. Tomo Iornandes, & alij præter Clemētem Alexadrinum, qui lib. 1. Stromat. asseuerat, hunc annis vnde viginti regnasse, Idem fatentur, qui Philonem, & Metasthenem sequuntur. & Anselmus. Hunc verò Cyro patri succelsisse paſſim omnes Græci fatentur Iustinus item, & Hieronymus, eumque fuisse Cyri filium scripsere Plato libro. 1. de legibus & Tucydides libr. 1.

Magi duo fratres post hāc septē mēsibus regnārunt, auctōrib⁹ Hiero. in. c. 4. Ezechielis. Eusebio, & Contracto. Horum Iustinus li. i. & pleriq; alij meminere, quorum D. Hierony. super Danielē c. 11. mentionem fecit scribens, post Cābilem regnasse Semerdem Magum, qui Pantāpen filiam Cambysis duxit vxorem: quo occiso eandem filiam Cambysis nupsisse Dario, qui statim suscepit imperium & ex ea genuit filiū, qui dictus est Xerxes ille Magaus. Herodotus verò li. 7. asseuerat, Xerxē fuisse filium Darij, & Atossa, quae fuit filia Cyri Maioris. Idem sensit Iustinus libr. 1.

Darius Imperium habuit annis triginta sex, au<sup>torib⁹.</sup> \* Hie. in. c. 4. Ezechielis. \* Eusebio, Hero doto, & Contracto, auctore verò Clemente Ale xandrino lib. i. Stroma. annis quadraginta sex idē Iornandes scribit. Fuit hic Darius filius Histaspis, vt idem Herodotus, Clemens, Eusebius, Contractus, & Iustinus lib. i. Iosephus lib. 11. ca. 3. com memorant. idem tradit Io. Zonaras. fuisse inquā hunc Darium filium Histaspis, & Magis successisse. Frequenter etenim apud auctores Darius hic Histaspis à patre dicitur. Nā & eo tempore, quo regnauit, hoc nomen obtinuit, seq; ipse ita nominabat: sicuti constat ex Laertio in Heraclio. Sed & Plato lib. 1. de legib⁹ obliterauit, hunc Dariū non fuisse Regis filium.

Xerxes Darij filius annis viginti regnauit, secundū Hier. Eusebium, Contractum, Herodotū, Liodorum Siculū li. ii. Iornandē & alios præter Clementē Alexandrinum, qui viginti sex annis Xerxē regnasse asseuerat. & lo. Zonarā, qui eidem tribuit principatum annorū fere nouē, & viginti. Huius Xerxis meminere Iosephus li. ii. c. 5. & Iustinus li. 2. qui tradit, cū fratre Artamene eum de regno cōtrouertisse, ex eo, q̄ licet Artamenes foret natu major, Dario tamē priuato natus fuerat: Xerxes autē postquā Darius regnum habuerat. Eandē historiā refert Herodotus li. 7. qui filium natu maiore Ariabazanē nominat. atq; hęc fortassis est illa cōtrouertia, quā Mēasthenes, & Philō Lōgimāno adscribunt. Hunc Xerxē fuisse Darij filium Plato testatur li. 2. de legib⁹. qui & in Gorgia scribit. hunc Xerxē in Grēcos exercitu in duxisse, eiusq; patiē Darium in Scythas. Idē in Epitaphio primū Periarum Monarchā cōmemorat Cyrū, secundum Cābylem eius filiū, tertium Dariū eosdemq; Persarū Reges eodē ordine, & post eos quartū Xerxē li. 1. de legib⁹. repetit. Huius regis meminit & Diuus Hiero, in Danielē, c. 11. qui Danielis locum de hoc Xerxe intellexit, dum illic scriptū est, & ecce tres adhuc Reges sta

bunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis super omnes, & cū inualuerit diuitijs suis cōcitatib⁹ oēs aduerlus regnū Grēciæ. Est etenim hic, Xerxes ille Grēciæ, & totius Europæ terror.

Artabanus Xerxis præfectus eo occiso regnū inuasit. Et id obtinuit septem mensibus. Eusebius, Iustinus libr. 3. & alij.

Artaxerxes septimus persarum Rex annis quadraginta regnauit. Hieronymus, Eusebius, Hermanus Contractus, Diodorus Siculus. libr. 11. & Iornandes. aut vno, & quadraginta ex Clemente Alexandrino. dictus est Longimanus, fuitq; Xerxē filius. Plutarchus in Artaxerxe. Eiusdē meminere asseuerantes, eum filium fuisse Xerxis Iustinus libr. 3. Diodorus Siculus lib. 11. & Iosephus li. 11. c. 6. qui & illud addit, hunc dictum fuisse Cyrum. quod & Zonaras in primo Annalium tomo scribit. Sed & idem Iosephus lib. 1. contra Apionem asseuerat, Artaxerxes Xerxi successisse in Imperio. cuius testimonium referunt Eusebius li. Ecclesiast. 3. c. 10. & Nicephorus li. 2. c. 18.

Xerxes huius nominis Secundus, octauus Persarum Rex habuit, & obtinuit imperium duebus mensibus ex Hieronymo, Eusebio in Chronicis & Iornāde. ¶ Sogdianus Nonus Persarum Rex nouem mensibus regnat, auctore ipso Eusebio, aut septem Hieronymo. ¶ Darius cognomento Nothus decimus Persarum Rex regnauit annis vnde uiginti: quemadmodum Hieronymus, Eusebius, & Contractus opinātur. \* Clemens vero Alexādrinus ex illimat, eunr regnasse annis octo. \* Huius regis, & sequētum vsq; ad Magnum Alexādrum meminit Tertullianus in li. aduersus Iudæos. c. de paixione Christi ab eius primo anno deducens Danielis Hebdomadas: vt quod à Danieli scriptū eit. c. 9. in primo anno sub Dario filio Asueri ex semine Medorū: de hoc Dario sic auctore Tertulliano intelligendum: quod à diu Hieronymi interpretatione oranino est alienū: etenim is hęc verba Danielis intellexit ad Dario Medo, qui cum Cyro primo Assyriorum euerit imperium. Sed & de initio adsumēdo ad Danielis Hebdomadas præter Hieronymum, & Eusebium li. 8. de demōstratione Euigelica. c. 2. legēdis sunt Io. Zonaras in primo Annalium Tomo, Petrus Galati. c. 14. li. 4. &. 15. lo. Driedo de dogmatib⁹. Ecclesi. li. 3. c. 5. quarta eius parte. & Ioan. Lucidus li. 7. de emendat. tempo. c. 3. \* Et Petrus Galatinus lib. 4. c. 14. & sequētibus. \* Hunc verò Darium Nothum, filium fuisse Artaxerxis Longimani præter alios & Thucydides fateri videtur li. 8. Et Paulianus id expressim asseuerat posterio ri Elia-

Eliorum. Scribit & Severus Sulpitius li. 2. Sacra Historie, hunc Darium regnare annis unde viginti dictum quo fuisse Ochum: quo tamen in loco, & passim, autoris menda non caret: ubique enim Nothum, legendum esse censeo.

Artaxerxes Cognomento Mnemon Darij, & Parisatidis filius annis quadraginta Persarū imperium habuisse, secundū Hieronymum, Eusebiū, Contractū, & Tertullianum in d.c.d e passione Christi. Iordanē, & alios. At Clemens Alexandrinus eum scribit regnasse annis duobus, & quadraginta. Plutarcho verò auctore, qui eius vitā Græcē scripsit, regnauit annis sexaginta duobus. Sed & eius meminisse videtur Iosephus li. 11. c. 7.

Artaxerxes Ochus patri successit, seq; & vi. ginta annis regnauit, auctōribus Eusebio, & Contracto. Tertullianus verò scribit. Deinde Rex Ochus, qui & Cyrus regnauit annis quatuor, & viginti, huius item meminere Iustinus libro. 10. & Plutarillus in Arraxerxe, fuitque duodecimus Persarum Rex.

Arses Ochi filius decimus tertius Persarum Rex regnauit annis quatuor, secundū Eusebium Iordanem, & Contractum. Clemens Alexandrinus cum Persidos Regum ordinē, & successionem scriberet, post Artaxerxem Mnemonia inquit. Arses, vel Ochus tres annos, omisitq; Artaxerxē Ochum, cuius filium Arsem fuisse constat ex Ariano lib. 2. Tertullianus autem ita scribit. Argus anno uno tractans de hoc Rege: unde fortassis legendum Arses anno uno.

Darius Artani filius decimus quartus Persarū Rex, & is quidem vltimū regnauit annis sex, auctōribus Eusebio, Iordanē, & Contracto. Huius meminere Plutarillus, Arianus, Q. Curtius, & omnes, qui res Alexandri Magni memoriae tradidérunt. Nam & ab ipso Alexandre Darius hic videtus fuit, Imperioq; priuatus. Præter hoc & Darij Iosephus meminit, li. 11. c. 7. & 8. de quo Tertullianus scribit. Darius Melas nominatus annis duobus, & viginti. Constat verò iuxta hanc Regum, & temporis rationem Persarum in Asia Imperium ex ducentis ac triginta annis. Eandem temporis rationem, ut ipse opinor, ex Eusebio Adon adsumpsit, & sequutus est.

Ex his poterit Lector obseruare, maximum esse dissensum inter Græcorū non tantum historicorū, sed & Theologorū Chronologiā & eam, quæ ex Metasthene, ac Philone à Diodonio, Antonio, & Lucido traditur. Verū apud me maxima est Platoni fides, qui nec de re admodū sibi incognita, nec insigniter antiqua, quod paulò an-

tē ex eo retulimus, scripsit: ut intēriū missos faciam eiūs ætatis autores: quippe qui tāti æstimē Plotanis testimoniu, ut multorū loco propter eiūs integritatē illum citare decreuerint: sed & Diuus Hiero. in. c. 4. Ezechiel. & in. c. 7. Daniel. eandē seriē regum Persarum probat. Et post alios diligenter latissimē lib. de Familijs Monarchia. 2. quo fit, latissimē dubiā eam opinionem, quā in connumerandis Persarum Regibus ex Philone. & Metasthene quidam sequuti fuerunt.

Machabœorum libri duo.) Horum primū Hebraicū legi, secundū verò Græcum testis est Hieronymus in Prologo Galateo. vterq; omittitur à Melitone Sardiensi apud Eusebium de histo. eccl. lib. 4. c. 26. & Nicephorum li. 4. c. 10. Diuus Aug. de ciui. Dei. lib. 18. c. 36. de his libris ita scribit, in quibus sunt & Machabœorum libri, quos non Iudæi, sed Ecclesia pro canonis habet: propter quotundā martyrum passiones vehementes, atque mirabiles, qui antequam Christus venisset in carnem usque ad mortem pro lege Dei certauerunt, & mala grauissima, atque horribilia pertulerūt. Hæc Augustinus. Origenes apud Eusebium lib. 6. eccl. hist. c. 35. & Nicephorum libr. 5. c. 16. cū libros veteris testamēti ex canone Hebreorū numerasset; inquit, præter hos sunt libri Machabœorū: qui apud eos inscribūtur Sarbeth Sabaniel. Ab Ecclesia verò, quanuis in concilio Laodiceno fuerint hi libri omisi tecepti fuere tres de rebus Machabœorum libri, per Kleinētē in canonibus Apostolorū. At duo tātū Machabœorū libri, primus. l. & secundus, recipiuntur inter canonicos in cōcilio Cartaginense tertio, in concilio Florentino, & in generali Synodo Tridentina, & ab Innocentio Papa primo ad Exuperium Tholosanū Episcopum. Sed & Isidorus li. 6. Etymolog. c. 2. scribit, eos libros ab Ecclesia receptos fuisse. idq; ipse, & Augustinus ante concilium Florentinū, & Tridentinū testati sunt. qua ratione de his duobus libris Machabœorum disputandum non est, reliquī canonici non sunt cēsendi. Extat & de Machabœis Iosephi liber, cuius meminit Hieronymus aduersus Pelagianos. Eiusvero titulus est de imperatrice ratione: in quo graphicè Martyrium Machabœorum Iosephus describit. Atque hæc de Machabœorum libris, quos non canonicos, sed ecclesiasticos cēseri, assertuerat Ruffinus in expositione Symboli. In primo conciliorum Tomo apud Gelasium legitur hoc in loco. Machabœorum liber unus. Sed & de duobus libris ab Ecclesia receptis multa tradit Ambro. Catharinus aduersus Caetanum libr. 1.

De ordine Prophetarum ex eodem Gelasio apud Burchardum.

**S**aiæ liber vnuſ. Hieremiacum  
**C**inoth: id est Lamentationibus  
luis liber vnuſ. Ezechielis liber vnuſ.  
Danielis liber vnuſ. Oſeæ liber vnuſ.  
Amos liber vnuſ. Michææ liber vnuſ.  
Ioel liber vnuſ. Abdiæ liber vnuſ. Ionæ li-  
ber vnuſ. Naum liber vnuſ. Abachuch li-  
ber vnuſ. Sophoniæ liber vnuſ. Aggæi li-  
ber vnuſ. Zachariæ liber vnuſ. Malachiaæ  
liber vnuſ.

Hic ordo Prophetarum eodem modo tradi-  
tur in primo conciliorū Tomo ex Gelasio. Sed  
& idem seruatur in concilio Laudiceno, Floren-  
tino item, ac Tridentino. In canonibus Aposto-  
lorum, & in concilio Carthaginensi, apud Orige-  
nem, & Melitonem, ac denique apud & ussum  
in expositione Symboli tantum recipitur duode-  
cim Prophetarū scriptura tacitis eorum nomi-  
nibus, expressim tamen nominatis quatuor ma-  
ioribus prophetis: Eſaia, Hieremias, Ezechiele, &  
Danielæ.

*Hieremias cum Cinoth, id est Lamentationibus suis  
liber vnuſ. ) Ab Origine liber hic ita inter Cano-  
nicos numeratur. Hieremias cum threnis, & epi-  
stola. meminit & Cinoth in prologo Galeato Hieronymus subindicans & eum librum ab He-  
breis inter canonicos censerit.*

*Danielis liber vnuſ. ) De historia Sussannæ, de  
Hymno trium puerorum. De historia Draconis  
Belis, olim fuit equidem controvērsia, an habe-  
ret parem auctoritatem cum reliquo volumine  
Danielis: cùm & Hieronymus in Præfatione icri-  
bat, hæc tria non haberi apud Hebreos. & de Su-  
sannæ historia Origenes respondens Africano,  
qui ad eum scriperat, eam esse adulterinam, & à  
Daniele reijciendam, ostendit non illegitimam,  
sed germanam potius esse scripturam, quæ pluri-  
mum afferat utilitatis, auctoribus Eusebio lib. 6.  
capi. 31. de eccl. histor. Nicophoro libr. quinto.  
capitu. 21. Suida in dictione. Africanus. Eandem  
Sussannæ Historiam recepit, & recipiendam esse  
censeret. Cyrilus in lib. 1. in Leuiticum. Verum de  
Hymno trium puerorum in concilio Toletano  
4. capi. 13. dicitur, eum in tota Ecclesia celebrari.  
Denique de his tribus, quanvis olim non fuerint  
in Canone, tamen propter auctoritatem septua-*

ginta interpretum, & Sanctorum, Doctorumq;  
virorum, qui post Christum statim ab initio na-  
scientis Ecclesie vsi fuere testimonio ex huiusmo-  
discripturis, esse uerandum est, eas Ecclesiam re-  
cepisse, vt publicè legantur, non tamē vt parem  
habeant auctoritatem ad demonstranda ea, quæ  
sunt fidei, cum his libris, qui canonici dicuntur:  
quemadmodum Ioan. Driedo cœset lib. 1. de do-  
gmatib. Eccles. parte ultim.

Baruc liber: quia non legitur apud Hebreos  
teste Hieronymo in præfatione in Hieremiam,  
ab Origine, eodem Hieronymo, Ruffino, Meli-  
tone Sardiensi, Augustino, & alijs omissois est:  
nec palam Ecclesia eum recepit vsque ad Syno-  
dum Florentinam, quæ, & post eam Tridentina  
scripturam hæc receperunt. Atque ideo non eit  
controuertēdum, an Canonica sit: cum Ecclesia  
Catholica illam in Canonem receperit. Fuit au-  
tem Baruch Hieremiacus notarius, vt idem Hiero-  
nymus scribit. ex cap. 32. Hieremiacus. Sic denique  
Cyrillus Hierosolymitanus librorum veteris te-  
stamenti Catalogum tradens Catechesi. 4. Hie-  
remiacus cum Baruch meiniuit.

Ordo librorum Novi testamenti,  
quos vniuersalis Ecclesia obser-  
uat: ex Gelasio apud Bur-  
chardum.

**V**angeliorum libri quatuor: secun-  
dum Matthæum liber vnuſ. Secu-  
dum Marcum liber vnuſ. Secun-  
dum Lucam liber vnuſ. Secundum Ioan-  
nen liber vnuſ. Actus apostolorum: Epi-  
stolæ Pauli, numero quatuordecim. ad Ro-  
manos epistola vna. ad Corinthios episto-  
læ duæ. ad Galatas epistola vna. ad Ephe-  
sios epistola vna. ad Philippenses episto-  
la vna. Ad Colossenses Epistola vna. ad Thessa-  
lonicenses Epistola vna. ad Timo-  
theum Epistolæ duæ. Ad Titum Episto-  
læ duæ. Ad Philemonem Epistola vna.  
Ad Hebreos Epistola vna. Apocalypsis  
Ioannis liber vnuſ Petri Apostoli Episto-  
læ duæ. Iacobi Apostoli Epistola vna. Ioā-  
nis Apostoli epistolæ tres. Iudæ Zelotis A-  
postoli epistola vna.

Hæc

Hæc item litera extat ex Gelasio in primo concilio Tomo. Hi verò libri omnes recepti sunt & in concilio Carthaginensi Tertio, in Florentino, & deinde in Tridentino. Sed & olim à Clemente in Canonibus Apostolorum in canonem recepti fuere omnes præter Apocalysim. quam Clemens omisit. Concilium vero Laodicensum Ioannis item Apocalypsim omittit: recipit tamen actus Apostolorum: quod paulò post tractabimus.

*Secundum Marcum liber unus.* ) Hoc euangelium Marcum scripsisse dictante Petro, testis est Origenes apud Eusebium lib. 6. eccl. hist. ca. 25. & Nicephorum lib. 3. c. 16. Idem Eusebius hoc asserit lib. 2. c. 14. & lib. 3. c. vlti. & lib. 6. c. 13. & libr. 5. c. 3. idem li. 3. De demonstratione euangelica. c. 5. Rursum Nicephorus lib. 2. c. 45. & cap. 15. idem ex Clemente Alexandrino lib. 4. c. 33. Nam & Petrus in epist. Marcum filium vocat. Saluat vos inquit, in Babylone eleæta, aut Ecclesia, quæ in Babylone est. & Marcus filius meus. Sed & Hieronymus Marcius Petri interpretem appellat in libro de scripto. eccl. & quanuis teste Hieronymo in epist. ad Edibiam. q. 3. olim à quibusdam non fuerit receptu ultimum caput huius euangelij, ecclesia tñ illud, sicut & alia ut canonicum recepit: nec est hac de re dubitandum, siquidem ab scriptoribus ecclesiasticis Latinis, & Græcis inter canonicas scripturas connumeratur. Quod aduersus Caieranum lib. 1. tradit Ambro. Catharinus.

*Secundum Lucam liber unus.* ) Scribit Eusebius lib. 3. c. 24. eccl. histo. Lucam hoc Euangelium scripsisse adiutum colloquio, conuictu, & familiari consuetudine Pauli, cæterorumq; Apostolorum. idem tradit Nicephorus lib. 2. c. 43. sed & Origines paulò antè citatus apud eosdem assuebat, hoc euangelium à Paulo laudatum fuisse, idque Paulum gentibus scribi curauisse: ut tandem idem Nicephorus scripserit in dict. cap. 45. Lucam euangelium iussu Pauli composuisse. Sed & Pauli ministrum Lucam appellat Irenæus apud Eusebium libro quinto. eccl. histo. capi. 8.

*Secundum Ioannem liber unus.* ) Hoc euangelium Ioannes Apostolus scripsit ea ex causa, q; publicatis trium Euangelistarum libris, quos, & ipse Ioannes recipiendos esse censuit, fidem illis veritatis attestatus: desiderari tamen an eis quædam dixit, quæ Saluator noster initio prædicatio uis gesisset. Etenim tres illi res tantummodo Christi a vinculis Ioannis exorsi multa omiserunt, quæ Ioannis vincula præcesserunt: quæ tamen in euangelium suum Ioannes retulit secundum Eusebium lib. 3. eccl. histo. capit. vigesimo

quarto. & Nicephorum libro secundo. capit. 45. Et præterea quia Ioannes animaduertisser, q; ab alijs in euangelij corporalia satis essent exposita, diuino spiritu vehementius agitatus spirituallia, & quæ Theologæ, atque diuinitatis propria sunt, accurate protulit, & suum euangelium composuit. Quod ex Clemente Alexandrino adnotarunt Nicephorus lib. 4. c. 33. & Eusebius lib. 6. ca. 13. idem ipse scripserat iib. 3. cap. 24. Denique hoc euangelium scriptum fuit ad euertendas Ebionitarum, & Corinthiorum hereses: quarum paßim veteres Theologi meminere, idque Hieronymus tradit in ipsius Ioannis vita, commemorat Nicephorus lib. 10. histo. eccl. capit. 33. tempore Juliani Imperatoris in specu quoddam sub templi Hierosolymitani fundamentis librū Euangelij secundam Ioannem inuentum fuisse. Cæterum de historia muleris adulteræ, quæ cap. 8. Ioannis traditur, dubitarunt olim quidam, authore Hieronymo dialog 2. aduersus Pelagianos, ex eo quod in plerique exemplaribus Græcis ea non continetur. Ecclesia tamen caput hoc Ioannis, & hilioriam istam pari autoritate vt & alia ipsius Euangelij capita recepit. Nā & Ambrosius in epistola ad Studium, semper in ecclesiæ decantata fuisse testatur. Quo fit vt audacter nimis Caecutanus assuerauerit nō esse authēticā primā partē capitis octauī apud Ionnem, nec eiusdem authoritatis, cuius & reliquum euangelium. Cui Synodus Tridentina refragatur.

*Ad Hebreos Epistola una.* ) Hanc epistolam canonican esse, & ab eodem Apostolo Paulo scriptam fuisse, constat testimonio ecclesiæ, & summorum Pontificum. Hoc etenim titulo, & nomine, inter Canonicos libros adnumeratur in canonibus Apostolorum: in concilijs Laodicensi, Carthaginensi Tertio, Florentino, & Tridentino. ab Innocentio Papâ primo, ad Exuperium Tholosanum Episcopum. à Gelasio primo, cuius responsum interpretamur. & Gregor. Nazanzeno in eo carmine, quod de libris sacris scripsit. Et à Cyrillo Hierosolymitano cœtèchesi. 4. Eandem epistolam à Paulo scriptam fuisse, & à Luca ex Hebreo in Græcam linguam translatam: testis est Clemens Alexædrinus apud Eusebium libro sexto. histo. eccl. capit. 14. & Nicephorum libr. 4. capit. 33. Origenes item, quanuis de authore primū dubitauerit, fatetur tamen, eius epistolæ sententias Pauli Apostoli esse & merito: non equidem frustra, nec temere veteres eam Paulo adscriptisse. Et subdit vel a Clemete primo Pontifice, vel a Luca ex Pauli Apo-

stoli dictis eam editam, ac transcriptam esse: sicut ex eodem Origine referunt Eusebius lib. 6. eccl. histo. ca. 25. & Nicephorus lib. 5. ca. 16. idem vero Eusebius lib. 3. ca. 37. & Nicephorus libr. 2. capit. vlti. ex testimonio Clementis Papae primi hanc ad Hebreos epistolam Pauli Apostoli esse censent. Idem censura Parisiensis ex Damasco, Athanasio, Chrysostomo, Theophila, & Isidoro probat: quemadmodum traditur a Claudio Guillando super eandem epistolam. Et ab Ambrosio Catharino libr. 1. contra Cajetanum. Nec ipse video, qua ratione absque temeritate, & suspecta opinionis labe post tot Concilia, tot Theologorum Decreta, & sententias dubitare quis posset, an haec epistola Canonica sit, & an eius auctor fuerit Dnius Paulus: vt dubitat Caeta scribens, non posse ex huius epistolae auctoritate diffiniri, si quod dubium in fide Catholica emerserit: quod temerarium est licet olim dubitauerit Hieronymus, & Caius quidam negauerit, ei esse Pauli: vti commemorat Nicephorus li. 4. c. 34. post Eusebium lib. 6. c. 21. quo teste li. 3. c. 3. & alij olim dubitarunt de huius epistolae auctore.

*Apocalypsis Ioannis liber unus.*) Rursus, & hunc librum esse Canonicum, & ab Apostolo Ioanne scriptum, non est nunc dubitandum: siquidem ab Ecclesia, haec controversia diffinita est in concilio Carthaginensi Tertio, Florentino, item & Tridentino, a Gelasio, & Innocentio summis Pontificibus, vt impium sit hac de re dubitare. Nam & in concilio Toletano Quarto. cap. 16. ex communicationis poena inducitur ei, qui hunc librum, eiusque auctoritatem non receperit: præmittiturque ibidem præscriptum esse a multis concilijs, & summorum Pontificum decretis librum istum Ioannis esse Apostoli: & quoniam olim fuerit hac de re a quibuldam dubitatum: nempe a Dionysio Alexandrino Episcopo, auctoribus Eusebio Eccl. hist. lib. 7. ca. 25. & Nicephoro lib. 6. ca. 22. & seq. tamen idem Eusebius lib. 6. ca. 25. & Nicephorus libr. 5. c. 16. ex Origenis testimonio, & ex Ireneo Eusebius lib. 3. c. 18. & Nicephorus lib. 3. capi. 9. ex Iustino Martyre in dialogo cum Tryphonie Iudeo, Eusebius lib. 4. ca. 18. & Nicephorus lib. 3. hunc librum esse Ioannis Apostoli constantiter assuerant. Idem scripsit Eusebius libr. 3. capi. 24. tametii meminerit controvrsiam, quæ tunc tractabatur de eisdem libri auctore, & auctoritate, Ruffinus item in expositione symboli. Isidorus, & plerique alij communem Ecclesias diffinitionem, ac traditionem equuti librum istum inter Canonicos adnumerant. & Hiero-

nymus de scripto. Eccles. tradit. Ioannem Apóstolum sub Domitianus persequitione in insula Pathnum relegatum Apocalypsim scripsisse; Idem tradidit Eusebius in Chronicis, & lib. 3. Eccles. histo. cap. 18. & Nicephorus cap. 9. vt mirum non sit, Clementem Papam huius libri in Canonibus Apostolorum non meminisse: quum & is eo tempore summum Pontificatum Romæ obtineret: & fortassis nullam eius habuerit cognitionem. Obiit etenim Clemens eo tempore, quo Traianus Cæsar imperare cœpit. Meminit tamen Clemens euangelij Ioannis, quod is Epheti multò ante Apocalypsim scripsit. Concilium autem Laodicenum etiam omisit Apocalypsim: sed non est modò de ea re disputādum: cum sit satis librum istum, & olim, & hodie ab Ecclesia inter Canonicos receptum fuisse.

*Petri Apostoli Epistola due.*) De priori nulla unquam fuit controversia: de posteriori vero aegrotus apud veteres fuit opinio, secundum Eusebium libr. 3. cap. 3. & cap. 25. & Nicephorum lib. 2. capit. vlti. & Hierony. de scripto. Eccl. Origenem etiam, qui quidem auctores nihilominus eam Canonicam esse, & a Petro scriptam existimarent. Idque modò dubium non est, nec de ea re iure potuit olim dubitari. Nam & a Clemente Papa primo, ab Innocentio, Gelasio, a concilio Laodiceno, Carthaginensi, ac Tridentino, Petri Epistole duæ eius esse, & canonicæ cenuntur. idem Isidorus, Augustinus, Ruffinus, alijque veteres Theologi fatentur.

*Iacobi Apostoli Epistola una.*) Rursus & de hac non est dubitandum, ab eisdem etenim Pontificibus, Concilijs, & auctoribus inter Canonicas titulo Iacobi numerantur: licet olim fuerit controvrsium. testimoniis Eusebio, Nicephoro, & Hieronymo.

*Ioannis Apostoli Epistola tres.*) Haec tres Ioannis Apostoli Epistola à Clemente Primo, Innocentio, Gelasio, & concilijs omnibus, & Theologis, quorum paulò ante meminimus, in Canonem receptæ fuere: licet de Secunda, & Tertia fuerit olim controvrsia auctoriis Eusebio libro. 3. cap. 24. & 25. Nicephoro, & alijs modo eis tatis, ac Hierony. libr. de scripto. Eccl. qui haec de re ex auctoritate Papæ dubitauit.

*Iude Apostoli Epistola una.*) Haec & in Canonem ab initio Ecclesiaz a Clemente, & alijs, vt & reliqua, recepta fuit: etiā si de ea fuerit dubitatum: vti Eusebius, Nicephorus, & Hieronymus testatur. Verū de Epistolis canonicas, & Apocalypsi Nicephoro, in d. c. vlt. inquit. Sed enim libri hi, tametsi contro-

cōtrouersi ab antiquissim habiti, postea tamē in omnibus, quæ sub cœlo sunt Ecclesijs, autoritatē Sacrosancta, & irrefragabilem obtinuerunt, & tanquā principia, & elemēta pietatis nostræ semperna permiserunt. Hæc Nicephorus de Apocalypsi, & de duabus Ioan. Epistolis adiiciens memor alterius Ioan. qui post Apostolū Ephesinæ Ecclesiæ p̄fuit: eius igitur presbyteri Ecclesiæ Ephesinorum Secundā, & Tertiam Epistolam, & Apocalypsim iniuper nonnulli esse somniarunt.

## EX G E L A S I O.

**P**O ST propheticas, & Euāgelicas, patque Apostolicas scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiā Dei fundata est, etiā illud intimandum partauimus, quod quāvis vniuersē per orbem diffusa Catholice Ecclesie vnus thalamus Christi sit, sancta cātum Romana, & Apostolica Ecclesia nullis Synodis cōstitutis ceteris Ecclesijs Pr̄lata est, sed Euāglica voce dñi Salvatoris nostri Primatum obtinuit. Tu es Petrus, inquiens, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiā meam, & portæ inferi nō pr̄eualebunt aduersuseam, & tibi dabo claves regni cœlorū. Et quæcumque ligaueris superterrā, erunt ligata & in cœlo. Cui data est etiam societas Beatissimi Pauli Apostoli aësis electionis, qui nō diuerso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore, vno codēque die, gloriosa morte cū Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sancti Romanam Ecclesiā Christo domino cōseclarunt, hācque omnibus urbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo Prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, nec rugā, nec aliquid huiusmodi. Secunda autē sedes apud Alexandriam beati Petri nomine Marco eius discipulo, & Euāgelistā cōsecrata est, ipseque à Petro Apostolo in Ægyptum directus verbum veritatis prædi-

cavit, & gloriosum consummauit Martyrium. Tertia verò Sedes apud Antiochiā eiusdem beatissimi Petri nomine habetur honorabilis eo, quod illic prius quā Romā venisset, habitavit, & illic primum nomē Christianorū nouellæ gētis exortum est.

*Quibus Ecclesia Catholica fundata est.) Id est quid scripturis, quas semel Catholica Ecclesia diuinās, & Canonicas esse declarauit, denūtiauit, ac diffiniuit per spiritus Sancti gratiā, eadē Ecclesia utī ad probandū probatione irrefragabili ea, quę ad fidē, ac religionem Christianā attinet, & ad cœrendā, quę hæretici quotidie aduerius Catholica vniōnem eiusq; Canones, ac Decreta comminiscuntur sicuti explicuimus in huius capitū initio. Hac etenim ratione diuinæ scripturæ propter irrefragabilem, ac Sacrosanctā auctoritatem principia, atque elemēta pietatis, ac religionis nostræ dici iure optimo poterunt, ac dicūtur à Nicēphoro Greco Ecclesiastice historię authore li. 2. c. vlt.*

*Vnus thalamus Christi sit.) Ecclesia igitur Catholica dicitur, id est vniuersalis: quod pretendat palmites suos in quālibet loca, & tempora, cōtinuatū vno duce inuisibili Deo, in vnitate fidei, & religionis, quę quidem societas in orbe semper fuit, & erit vñq; in consummationē seculi. Matth. c. 14. prædicabitur Euāgeliū regni in vniuerso orbe in testimonium omnib⁹ gentibus, & tūc veniet consummatio. idem probatur Lucæ cap. 24. & Actor. ca. 1. erit enim, & fuit Catholica, & vniuersalis Ecclesia per totum orbem, omnesq; gentes diffusa vñus thalamus Christi. Vna inquā fides, vnum Baptisma, vñus Deus, vnum caput Christus. Ex quo totum corpus compactum; & connexum per omnem iuncturam subministratiōnē secundum operationē in mensura vniuersi cuiusque membra augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate: teste Paulo ad Ephes. ca. 4. Deinde manifestum est, & veteris, & noui testamenti vnam, eandemque Ecclesiā esse fundatā super fundamentū prophetarum, & Apostolorū, hoc est Christum, qui vtriusque testamēti, & vtriusque populi fundamentum est, & lapis ille angularis, quo vterque populus connētitur: iuxta Psalmistam. Psal. 117. \* Ecclesia igitur dicitur Catholica, nempe vniuersalis, quia vbiique vna, in omnibus vna, atque vna super omnia. Sic etenim eā agnoscit Patianus Barchinensis in Epist. I. ad Sépronianum. Sed & pie, atque eleganter, eam nobis depingit Vincen. Lirinensis.*

nens, in eo li. quē aduersus Hæretes eruditissimè  
scripsit, & ante eos Optatus Mileuitanus lib 2. &  
Cypria. de vñita. Eccl. Idē & D. Aug. docet li. De  
vera relig. c. 7 & de vñlita. credē c. 7. & li. 2. cōtra  
aduersarios legis. c. 12. & alijs plerisq; locis, præ-  
sertim Epist. 49. Qua de re tractat late Franc. Bal-  
dum. in histo. collationis Africæ ad Optatū. \*  
Caterūm vbi Christus de audiēda Ecclesia præci-  
pit, vel patres post Apostolos de autoritate Eccle-  
siae differunt, Ecclesia considerāda est, vt comple-  
titur oēs, qui habent communionē fidei, doctri-  
næ, & aliorū, quæ his adhærent ex vñione per si-  
dē, per qui oēs fideles sūni greci sub uno pastore:  
vt sit iuxta hūc sensum Ecclesia populus in vnā  
professionē fidei cohærens, saltem secundū vñio-  
nem professionis, & visibilem quandā Ch̄riani-  
fi dei formam: in quo cœiu & bonos, & malos dici-  
mus esse permixtos, qui & si hō sint colligati oēs  
vñitate spiritus, & vinculo charitatis, colligati tñ  
sunt secundū vñionē vñius signaculi fidei, & cor-  
poraliter coniuncti secundū visibilia pietatis Sa-  
cramenta. Hāc etiā Ecclesiā, quæ audiēda est, &  
cuius autoritas sequenda, nobis oportet esse co-  
gnoscibilem, atq; adeo vñibilē. Hāc deniq; est il-  
la Ecclesia quæ apud Matth. c. 13. cōparatur sage-  
na missa in mare & ex omni genere pisciū con-  
gregati: & apud eundē decem virginib. cap. 25. ē  
quibus quinq; erāt fatuæ, & quinq; prudētes. Sūt  
ergo mali in Ecclesia Dei nō secus quā palea in  
frumento ex Aug. in lib. de Baptism. c. est vñitas.  
de conse. dist. 4. codē Aug. de fide ad Petrum. c.  
43: repetitq; id ē autor hāc sententiā, quā de Ec-  
clesia adscriptiūmus sæpē aduersus Donatistas. &  
in li. de vera relig. c. 6. & præcipue in li. uno cōtra  
Epist. Petilianī de Ecclesiæ vñitate. Synodus c-  
tiī Constantiensis aduersus Ioā. Hus errores, Ses-  
sio. 15. dī finiuit, bonos, & malos, peccatores, ac  
iustos ad Ecclesiam, eiulq; vñionem, quæ fide cō-  
stat, pertinere: sed & Synodus Trident. sessio. 6. c.  
15. & can. 28. contra Lutheranorum hæretes, pro-  
nuntiavit, per peccatum mortale fidem non a-  
mitti, eamq; tunc, quanvis mortuus sit, nec viua  
dici possit, veram tamē esse fidem, quæ sufficiat  
vt quis dici verē possit Christianus. qua de re, ex  
Iunioribus tractauere Alfonso Castro lib. de h̄  
resib. verb. Ecclesia. Domi. Soto libr. 2. De natu-  
ra & gra. ca. 7. & 8. præter hos concilium Coloniense in expositione Symboli.

*Primatū obtinuit.) Probat Gelasius Petri, & Ro-  
manorū Pontificū t̄: qui ei succedūt, primatū ex  
diuina institutione vim obtinuisse: nō equidem  
humanis cōstitutionibus: id verò deducit ex ver-*

bis Ch̄ri Iesu apud Matt. c. 16. idē Nicæna Sacro-  
sancta Synodus in præfatione asseuerat. \* Ex co-  
dē Matthēi loco, vbi C̄s dices: Tu es Petrus, &  
super hāc Petrā ædificabo Ecclesiā meā: Petrā  
intellexit Petru ipsum. Nā licet quidā ex patrib⁹  
locū illum varie intellexerint cōmuni tñ corum  
consensu, ea interpretatio recepta est, ex qua Ca-  
tholici primatū Petri, & sedis Apostolicae proba-  
ri nō dubitat, præter alia iuris diuini testimonia.  
Petra enim Petru intellexere Tertullian. de præ-  
script. Clemēs in Epist. ad Iacob. Origenes, & Hi-  
lari⁹ in d. c. 16. Matth. vi. Rursus Origenes ad Ro-  
ma. li. 5. Basilius contra Eunomiū li. 2. Amb. ser-  
mo. 47. de fide Petri. & in ser. 2. de vincul. Petri.  
& in Lucā li. 4. c. 9. Origen. hom. 3. super Io. Cy-  
pri. Epist. 9. li. 4 & li. de heretic. Baptiz. & li. de v-  
nit. Eccl. Amb. li. 4. de fide c. 3. Cyril. in Ioā. li. 2. c.  
12. Chrys. hom. de Cruce. & Hom. 55. in Mart. &  
87. in Ioā. Leo Papa ser. 2. de S. Petr. Hie. in Mart.  
c. 16. & li. 1. cōtra Iouinia. Grego. li. 4. Epist. 32. ad  
Mauritium. Rursus Hilarius in Psal. 103. Nec ab  
hac interpretatione discedit D. Aug. li. 1. Retract. c. 21. Imō & eā probat in li. contra Epist. Donati.  
Sed & Chrys. & Theophilactus in Matth. Eandē  
videtur admittere, vt tandem in Ecclesia Catholi-  
ca ex eo, & alijs locis primatus sedis Apost. con-  
stet. \* Quæ quidē assertio Catholica est multis-  
qué aduersus hæreticos testimonijs Sacrae ac di-  
uinæ Scripturæ, cōciliorū, veterumq; Theologo-  
rū autoritate habilitur, ac defendit à Ioā. Rosen-  
se contra Lutherū art. 25. Io. Ecclio in co li. quē  
de primatu Petri diligētissime scripsit, ab Alfon-  
so de Cast. in li. de hæretib. dictione Papa. à Re-  
mando Rufo in defensione cōtra Caro. Molin.  
& Alberto Pighio cōtrouersi. 3. & li. 3. de Eccl. hie-  
rat. c. 3. & 4. Extat hac de re di finitio Constatī-  
sis concil. Ses. 3. & cōcil. Florē. sub Eugenio. 4.  
vt tandem hæreticum sit cōtrarium asseuerare. A-  
nacletus Potifex Romanus, qui post Linū Petro  
succedit in Epist. 3. ad oēs Episcopos. eādē asser-  
tionē tradit, apud Gratia. 22. dist. quā hoc in loco  
exponit Gelasius. \* Optatus li. 2. Petru in Apo-  
stolorum caput appellat, eius verba cū illis opinor  
esse cōferenda, quæ D. Cyptianus in li. de vñitat.  
Eccl. scriperat. \* Eusebius li. Eccl. hist. 2. c. 14. Pe-  
trum appellat τῷ ἀπόστολῳ εὐχητῇ θεοφέμ. id est, primas inter  
Apostolos cōsequuntur: vt interpretatur Io. Lā-  
gius, aut, quod parum differt. Petrum in omnes  
Apostolos primatum à Deo habentem. Τῷ πρω-

re. Latinè quidem recte primatū dicere possumus quemadmodū & primas, aut secundas dicimus aliquem obtinere subintelligentes partes. Plin.li.13.c.12.inquit. Primitum mutavit Cesar. Marcus Varro lib.1.de re rustica.c.7.alij dāt primatum bonis pratis. quibus in locis, & alijs, quæ missa facio, primatus apud Latinos dicitur Primus summiq; loci autoritas. Græcè itidem primatus πρεσβεῖος plurali numero dieitur. Nam apud Demosthenē in oratione pro Phormione. πρεσβεῖος dicitur legatum, quod pater maximus aut majori filio dedit. Et in oratione in Boctium pro iure præcipuo maioris filij idē Demosthenes accepit. apud Suidā. λαμπτέριον θεριζόμενη κατὰ πρεσβεῖον est eisdem regnum adsequi iure primogenij, & maioratus. Est denique πρεσβεῖος ius prælationis, quod ratione maioris ætatis aut senectutis, primi, aut summi loci alicui defertur. Plutarchus in eo libro, quæ scripsit, vtrū seni sit gerēda respubli- ca: delationē honoris, quæ ratione tēporis, aut ætatis, vel ab ipso tempore datur, appellari dixit πρεσβεῖον à multis, sed proprius ac verius dici πρεσβιον. In canonibus vero, vt dixi, plurali numero adiunxitur hæc dictio, vt significet, prælationem, prærogatiū, aut priuilegia, quæ iure summi, primi, loci, vel in prouincijs vel in toto orbe Ecclesiasticis principibus cōceduntur, aut diuinitus esse concessa probatur à summis Pontificibus, vel Synodis vniuersalibus. in concil. Nicæno cap.6. Græcè τὰ πρεσβεῖα Ecclesiæ Antiochenæ, & aliarū, quæ in prouincijs primū locū obtinent, dicuntur, quæ apud Gratian.65.dist.ca.mos antiquus. priuilegia Latinè appellatur. Quod parū refert, modo priuilegia illa intellegas, quæ ad prælationē primatus pertinent. Nā de his canō agit: atq; ideo Remundus Rufus verē existimat, potuisse commode ex Græco canone verti primatū. Sed & idē Rufus admonet legendū esse apud Gratianum. Mos antiquus perduret. imperādi modo: quū ex Græco codice conciliū iubeat, coniuncti- dines antiquas valere, vim suā & robur habere: nec tantū mores narret, sed etiā prober. Ita enim scriptū est. τὰ ἀρχαὶ θεογονίων. id est antiquæ consuetudines perdurēt. Conciliū etiā Constantinopolitanū.c.3.cenluit, post Romanā Ecclesiā Constantinopolitanā τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς, id est prælationē honoris, habere, aut primatū. Græca etenim dictione de primatu Constantinopolitanæ Ecclesiæ tractantes etiā vñ fuere Sozomenes lib.7.Eccle.hist.ca.9.& Nicepho.lib.12.c.13. & Socrates lib.5.ca.8. Etenim sicuti diuinitus Roma- na Ecclesia, eiūq; Pōtifex in toto orbe primatū

obtinet: ita & concessione ipsius, vel concilioz̄ canonicis, aliquot Episcopi, aut Pōfices in pro- uincijs primatū in alios Episcopos obtinuerū: vt tandem similitudo Primatū, Patriarchū, aut Ar- chiepiscoporū cum Romano Pontifice in hoc tantū detur, quod quemadmodum in omnes to- tius orbis Episcopos summus Ecclesiæ Romanae p̄sul primatū a Deo obtinuit, vt Petri successor ita & primates in prouincijs erga Episcopos alios ius prælationis obtineat. Nō est tanien concedēda similitudo in radice, & authoritate huius præ- lationis, nec in ipsis maiestate, aut extēsione, si- quidem primatus Papæ cōpetit ex diuina insti- tutione, & in totum Papæ cōpetit ex diuina insti- tutione, & in totum Christianum orbem pro- tenditur, ac vires habet: Primatus verō aliorum Pontificum iure humano, & in prouinciæ tantū Episcopos, aut regionis prælatos conceditur: ex quo poterit lector expendere veram interpreta- tionē Nicæni concilij in dict. ca. Mos antiquus. \* His adde quæ de Romana sede tradiderūt Sot- to in 4. Dist. 24. col. vlt. & Cardinalis polus intra statu de Cōcilio. q.59. & sequēti, Ludouicus Ma- coranus, in Clīpeo militie Ecclesiast.li. 3.c.33. Ni- colaus Sanderus in Monarchia, li.1. c.10. & rur- fus. lib.7.nam & Diuus Cyprianus. in Epistola. ad cænuelium, de policarpo adromantino, lib.1. Epi- stola. 45. Romanam Ecclesiam esse Catholicæ Ecclesiæ matricem, & radicem profitetur. \*

Sed uno tempore, uno eodemque die. Ultimo Nero nis anno ipie Cæsar primā in Christiano perse- quitionem molitur, in qua Romæ cius iusu Pe- trus, & Pāulus, ille cruci affixus pedibus in subli- me eleuatis, & capite in terram verso, hic gladio morte martyrio subierūt: teste Eusebio in chroni- cis, cui & Hermanus Contractus, Platina, & alij accessere. Sed hoc Ecclesiæ Principes codem tē- pore martyrio fuisse perfunctos ex testimonio Dionisij Corinthiorū Episcopi probat Eusebius libr.2.hist.Eccle.c.penult.& post eum Nicepho- rus libr.2.cap.37. qui cap. præcedenti scripserat, hoc illustre martyrium codem tempore, codem que die contigisse. Id ipsum Eusebius, & Platina sentire videntur. Sed & præter Gelasium & Nice- nam Synodum in prefatione D. Hieronymus de- scriptorib. Eccle. commemorat, Paulum.14. Ne- roni anno, codem die, quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatum fuisse, anno post pa- sionem Domini tricesimo septimo. Ex quibus de- ducitur Petrum, & Paulum occisos, & marty- rio coronatos fuisse Anno a nativitate Domini septuagesimo. Quid Eusebius, Contractus &

alij fa-

# Variarum Resolutionum

aliij farentur. Sed & Ioannes Zonaras in Nero he trudit quosdam existimasse, hoc martyriū eodē tempore contigisse: alios verò eodem die, sed anno di Tertio: \* Nā & Abdias Apostolicā historiā lib.2. scribit Paulum passum fuisse Tertio Calendas Iulias, duobus à paſſione Petri elapsis annis. Georgius vero Cedrenus in annal. Epito. eadē dīe, quā Petrus fuit occisus, Paulum Martyrio corona tū fuisse, vno tamē anno post Petri mortē. \* De die verò huius Martyrij p̄eclarissimi p̄estat nobis irrefragabile testimoniu. Ecclesiastica traditio, quæ probat, id contigisse Romē Tertio Calendas Iulias: id est vicesimanona die lunij. Nam & Ecclesia Catholica hoc die horum Apostolorū in cōmemorat martyrium. Extat hac de re inter alia, quæ de rebus Ecclesiasticis tractatur, Græce lingue fragmentum quoddā, vbi Apostolorū Petri, & Pauli mors adscribitur diei quintae Panemī mensis, quæ & illic apud Romanos dicitur esse Tertio Calendas Iulias: annus verò numeratur tricesimus sextus à Iesu redēptoris nostri paſſione. Mensis tamen Panemus apud Macedonas idē est qui apud Romanos Iulius, auctore Suida, cui iuſtagantur Eusebius lib.8. Eccles. hist. Euagrius lib.4.c.1. Nicephorus lib.17.c.1. & Anſelmus libr.2.de imagine mundi.c.6. Vt tandem hac ratione obſeruata quinta dies Panemī mensis ēſſet, s. dies Iulij, non vicesimanona Iunij. Verum illud est adnotandum menses, quibus Macedones, Græci, & alijs vtuntur, non omnino ad exactā rationem cum nostris cōuenire: imo & apud ipsos Græcos variè cōſiderari, & adsumi. \* Nam com Artemisius nostro Maio conueniat, teste Euagrius lib.4. Histor. Eccle. ca. 5. & id constet ex Suida, ex Epiphanio tamē in lib. de mensuris ap̄aret, vicesimanertia diei Artemisij eam esse, quæ apud nos est sextadecima Maij dies. Et Thucydides lib.5. author est, menſem Artemisium cū esse apud Macedones, qui apud Athenienses sit Elaphebolion: & tamen hic Februatio nostro cōuenit. \* Et ideo reprehēſione nō carent qui mensis mensi comparare conati sunt. quasi ad scrupulum inter ſe repondeat. Nec mirum erit, in ea cōmemoratione huius martyrij, quā ex Græcis fragmentis obſeruauimus Panemū mēſem incipere à vicesima quinta die mēſis, qui apud nos dicitur Iunius: eſſe quē eius quintam diem nostri Iunij vicesimanonam. Comparatur vero tūc Panemus mensis Iulio, quia eius maxima pars ei cōuenit, & iuxta dierum maiorem numerum respondere videatur. Sed & apud Demosthenem in oratione de corona ex Epitola Philippi regis

Macedonū cōstat, à Corinthijs Panemū mēſem dici eum, qui à Macedonibus Loui, ab Atheniensibus Boedromiō dicitur, qui dubio procul apud Romanos est Augustus. Rursus Plutarchus in Camillo scribit, à Bœotijis Panemū mēſem dici Iulium. Ideinq; Plutarchus in Aristide, niſi codex fallit, ſatis probat, apud eisdē Bœotios Panemū menſem adhuc ſeptem, vel octo dies adūmere ex eo mense, qui ab Atheniēſibus Boedromion, à Romanis Augustus dicitur: ſiquidem vicesimam ſeptimam diem Panemī mensis apud Bœotios, quartæ dici mēſis Auguſti, & Bœdromionis apud Athenienses comparat. Tamet ſi Latinus Plutarchi interpres minus exacte rationem iſtā ex Græco codice deduxerit. Hinc denique vera interpretatione conſtat canonis vicesimi ex concilio Antiocheno apud Gratianum. 18. diſtin. c. propter. & Iuonem Carnotens. lib.4. Burchardum lib.1.c. 44. ex vulgari etenim lectione quæ extat in Gratiano: & in concilio ex ſeconda editione \* Latina, & Græco canonum codice deducit, \* diem, qui nobis eit idibus Octobris: id est decimusquintus, eſſe apud Macedonas decimū mensis Hyperberetæ: quod Andreas Alciatus nullo adducto testimonio ad diſcretū iſtud adnotauit libr.1. parerg. c.48. In ipso verò concilio ex prima editione, & apud Burchardum dies decimaquinta mensis Hyperberetæ dicitur illa, quæ apud nos eit, idibus Octobris: atque ita conuenit omnino Octobri mensi, Hyperberetaus Macedonum mensis apud Suidam. Ex quo in dict. canone. & capi. propter. vera lectione retiſtuenda eit, vbi mensis hic falso dicitur Hyperbericus: vt & apud Anſelimum eō leſem ferme errore Hyperboreus. Burchardi vero liber veræ lectionis vestigium habet. Sed & Iosephus lib.3. de antiquit. c.10. Mensis Hyperberetæ apud Macedones meminit ſcribens, eum conuenire ſeptimo Hebræorum mensi. \* Eiusdem meminit idē Iosephus lib.12. de antiquit. c.3. & libr.2. de bello Iuda. ca.39. & lib.4. ca. ſeptimo. \*

*Secunda autem ſedes apud Alexandriam.* ) Egelippus inter scriptores Ecclesiasticos vetuſiſſimus, vicinusque Apostolorum ætati, teste Hieronymo, qui que floruit ſub Pio Antonino, auctoriibus Eusebio libro quarto. Eccles. histo. cap. 11. & Nicephoro lib. eodem. ca. 7. quatuor orbis p̄cipuas ciuitates conumerans libro. 3. de excidio Hierosoly, capit. quinto. ſcribit, primum locum obtinuisse Romā, ſecondum Alexandria, Terrium Constantinopolim, Quartum Antiochiā. Quæ tamē, vt illic adiicitur, olim tertium locum obtine-

obtinuerat, priusquam Constantinopolis civitas Byzantiorum crevisset. Hæc apud Egesippum ex traductione Diui Ambrosij, quæ ab ipso latine interprete partim addita fuisse vel ex eo existimauerim, quod ætate Egesippi Byzantium non dum tanti nominis fuerit, nec Constantinopolis diceretur. Atque ideo ex Egesippo illud erit obseruandum, Primum locum Romam, Secundum Alexandriam, Tertium Antiochiam tunc obtinuisse, qua in re cum Gelasio conuenit Egesippus. Quod verò de Constantinópoli scribitur, Diuo Ambrosio, eiusque ætati tribuendum est. Ceterum quod Gelasius hoc in loco tradidit, scripserit prius Anacletus Pontifex summus in epistola. 3. ad omnes Episcopos, capit. sacrosancta. vigesimasecunda distinctione. & proficitur Nicæna Synodus in præfatione: tametsi Zonaras historicus scribat, Constantinum Magnam, primum Patriarchatus locum post Romam decidisse Constantinopoli, qua in re variat edictum Constantini apud Gratianum in capit. Constantinus. 96. distinctione. Et in primo conciliorum Tomo. & apud Alber. in l. prima. §. in initio. ff. de ofic. præfect. vrb. Nullibi tamen Constantinopolitana Ecclesia ex eo edicto præfertur Alexandrinæ: imò nec Antiochenæ, qua in re non satis certa tradit Eugubinus de donatione Constantini libr. primo. pagina. 55. numero quadragesimotertio. Verum in concilio Constantinopolitano Primo. can. quinto. sub Papa Damaso datus est primatus honoris post Romanam ecclesiam Constantinopolitana, vt inter Patriarchas Archiepiscopus Constantinopolitanus primum locum post Romanum Pontificem obtineret. Huius canonis meminere Sozomenes libro septimo. ecclesi. histor. capit. nōnō. Socrates libro quinto. capit. octauo. Zonaras in. 3. Annalium Temo in Theodosio. Nicephorus lib. duo decimo. capit. decimotertio. & Gratianus vigesimasecunda distinc. capi. Constantinopolitanae. Idem statutum fuit in quarta Synodo generali apud Chalcedonem a ditione. 16. quod & Nicephorus refert libr. decimoquinto. capi. septimo. & ultimo. post Euagrium libr. secundo. capit. 4. & ultimo. quorum canonum sensim meminit Iustinianus idem priuilegium Constantinopolitanae Ecclesiae commemorans in Nouella. i. 31. Idem postea repetitum fuit in concilio sexto generali Constantinopoli celebrato sub Agathone Papa can. 36. cap. renouantes. vigesimasecunda distinc. & ab Innocentio tertio, Romæ in concilio generali capit. antiqua. de priuileg. quo-

in loco sumimus Pontifex omessa Romana ecclesia, quæ super omnes alias potestatem, & iurisdictiōnem habet, quatuor sedes Patriarcharū iuxta ordinem priuilegijs, & prælationis conniverat, vt Prima sit Constantinopolitana, Secunda Alexandrina, Tertia Antiochena, Quarta Hierosolymitana: quam & sexta Synodus a Roma incipiens quintam & ultimam nominauerat inter Patriarcharum sedes. De quibus interpres iuris Pontificij multa tradidere, & post alios Chassanæus in Catalogo gloriæ mundi. 4. parte. consideratione. 9. Illud tamen mirum videri poterit, cur Gelasius prætulerit Alexandrinam ecclesiam Constantinopolitanæ, idemque fecerit Ambrosius: cum & tunc ex Synodis Constantinopolitana Prima, & Chalcedoniensi data esset ecclesie Constantinopolitanae prælatio hæc, vt prior esset Alexandrina. Quod si dixeris à Leone primo summo Pontifice illud prælationis ius reuocatum fuisse, & Alexandrinæ ecclesie restitutum: cur equidem post Leonem ante sextam Synodum Iustinianus Caesar ex canonibus ecclesiasticis in dicta Nouella, quæ extat titu. de eccl. titulis. assenerat, ius hoc prælationis Constantinopolitanae ecclesie, vt prior sit Alexandrina, eideinque præferatur, competere? Iustinianus tamen animo in Constantinopolim urbem propensissimo, vtque ei benevolentissime fauaret, Chalcedonensis Synodi, & Constantino politanae primæ canones sequutus fuit, coquæ iure pronuntiauit, Constantinopolitana ecclesiam præferendam fore Alexandrinæ. Gelasius verò & si sciret, quid ea de re in his Synodis fuisse statutum, maluit Leonis Papæ dislitionem sequi. Is etenim, vt constat ex actis Chalcedonensis Synodi, & ex epistola. 57. & 59. licet confirmauerit concilij Chalcedonensis canones ad fidem pertinentes, decretum hoc de prælatione Constantinopolitanae ecclesie noluit admittere, nec probare: imò Alexandrinæ ecclesie ius prælationis quo ad Constantinopolitana instiuit. Ex Ambrosio fortassis illud deduci poterit, Primum locum obtinuisse Romam, Secundum Constantinopolim, Tertium Alexandriā, Quartum Antiochiā. Tantum etenim commemorat, olim quartū locum habuisse Constantinopolim prius quam ipsa vrbis crevisset: at postea dat ultimum, & quartum locum Anthiochiæ: nec palæ explicat, an Alexandria fuerit prælata Constantinopoli, an e contrario Constantinopolis Alexandria: tameisi tēpote Ambrosij ex concilio Niceno Alexandria prælata fuit Constantinopoli: & rursum

rursus ex concilio primo Constantinopolitano Constantinopolis Alexandriæ: sed hoc concilium an fuerit celebratum priusquam Di. Ambrosius è Græco in Latinum verterit Egesipum, dubitari poterit: atque ideo verba Ambrosij poterunt intelligi vel secundum Concilij Nicæni diffinitionem, ut habeat secundum locum Alexandria post Romam: cùm nondum constet, an ea prælatio fuerit reuocata eo tempore per Synodum Constantinopolitanam primam, vele ea reuocatio fuerit apud occidentales prælatos probata, & recepta. Nec enim de Chalcedonensi Synodo tractandum est quo ad Ambrosij opinionem, cùm dubio procul nondum esset celebrata. Quod si Ambrosij verba intellexerimus eo in sensu, ut Constantinopolitana ecclesia sit Alexandrinæ prælata eo tempore. dicemus Ambrosium scripsisse illud opus post Synodum primam Constantinopolitanam, quæ Diui Ambrosij ætate, & postquam is fuerat Mediolanensis Episcopus electus congregata fuit. Ex quibus lettor satis poterit intelligere, quæ fuit in hac de re vicissitudines, ut parum necessarium sit quod Gratianus in dicto capitulo renouantes voluit ad notare, minimè expendens, quæ fuerint olim de prælatione inter has ecclesiæ cōtrouersiae. Quæ quidem sunt diligenter obseruanda, quanuis alter hæc controuersiam, & litem componere coonetur Franciscus Torrensis in libr. de canonibus sextæ Synodi. apud quem præter alia multa & illud obleruandum erit, in capit. renouantes. vige sima secunda distinctione. falsò legi, petimus, ut Constantinopolitana sedes similia priuilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat. Imò legendum esse. quæ senior Roma habet. ex Græcis & veteris exemplaribus.

### Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

<sup>1</sup> Nicæna Synodus, quo tempore fuerit celebrata?

<sup>2</sup> Synodus secunda Constantinopolitana.

<sup>3</sup> Synodus tercia Ephesina.

<sup>4</sup> Synodus quarta Chalcedonensis.

Rursus ex Gelasio de qua  
tuor concilijs vniuersalibus,  
quæ prima fuere.



T Q V A N V I S A-  
liud fundamentum ne-  
mo possit ponere, præ-  
ter id, quod positum est:  
quod est Christus Iesus,  
tamen ad ædificationem nostram eadem  
Sancta Romana Ecclesia post alias vete-  
ris, & noui Testamenti, quas regulari-  
ter suscepimus, etiam has suscipi non pro-  
hibet scripturas. Sanctam Sydodum Ni-  
cænam trecentorum decem, & octo pa-  
trum mediante Maximo Constantino  
Augusto, in qua Arrius hæreticus condé-  
natus est. Sanctam Synodum Constanti-  
nopolitanam mediante Theodosio Senio-  
re Augusto, in qua Macedonius hæreticus  
debitam damnationem accepit. Sanctam  
Synodum Ephesinam, in qua Nestorius  
damnatus est, cum consensu beatissimi  
Celestini Papæ mediante Cærillo Alexan-  
drinæ sedis antistite, & Archadio Episco-  
po ab Italia destinato. Sanctam Synodum  
Chalcedonensem mediante Martiano Au-  
gusto, & Anatolio Constantinopolitano  
Episcopo, in qua Nestorianæ, & Eutychia-  
na hæreses simul cum Dioscoro, eiusque  
complicibus damnatae sunt. Sed etsi qua  
sunt concilia a Sanctis patribus hactenus  
instituta, præter istorum quatuor autho-  
ritatem & custodienda, & recipienda de-  
creuimus. Hæc Gælasius.

*Sanctam Synodum Nicænam.* ) Quanuis Nicæ-  
nam Synodum & aliquot Concilia præcesserint,  
quorum quædam fuerent prouincialia, quæda fe-  
re generalia, quædam vniuersalia ratione autho-  
ritatis: & conciliorum vniuersalium quo ad au-  
thoritatem origo processerit ab ipsorum Apo-  
stolorum temporibus. Acto. capit. 15, Vniuer-  
salia tamen concilia ratione authoritatis simul,  
& congregationis ætate Constantini Magni pri-  
mum inceperunt, omniumque prima Synodus  
verè

verè vniuersalis, & Oecumenica fuit hæc Nicæna, cuius à Gelasio mentio fit hoc in capite. Et enim teste Isidoro lib. 6. Etymolo. capit. 16. cuius Gratianus meminit capit. 1. distinc. 1. Canones conciliorum generalium à temporibus Constantini cœperunt Constantinus etenim Magnus primus omnium permisit Episcopis totius orbis, ut in unum locum conuenirent, ac conuenire possent: cum ante ipsum se uentibus in Christianos Imperatoribus minimè possent Ecclesiæ Catholice præsules in unum conuenire locū, ut plebē Christianam docerent, ne in diuersas hæres scinderetur: quemadmodum & idem Isidorus testatur, qua ratione frequentissime multis in locis Nicæna Synodus omnium prima censemur. cap. quoniam sanctæ: ca. Sancta. ca. sexta. 16 distin. l. nos reddentes, §. suscepimus. C. de summa trini. tiquicunq; C. de hære. Auth. de Eccle. tit. in principio. qua de religenter tractat illustris admodū, multisque titulis obseruantissimus Didacus Alana, & Esquiel, olīm Abulensis, nunc vero Cordubensis Ecclesiæ præsul ornatisissimus, ex iuris Pontificij, ac Cælarei disciplina laboreque indeſſo, cui Salmaticæ in celebratissimo Sæctissimi Salvatoris collegio operā dederat, ad multā proueſtus eruditioñē, quæ eū tot apud Cæsarē Caro lū eiusque primogenitū Hispaniarum Regē Philippum magistratibus insigniter, maximaque cū laude gestis, illustrissimum fecit. Is in quā in libro. 1. de concilijs. capit. 1. plurima tradit de conciliorum origine. de quæ eorum antiquitate, ex quibus & nos hoc in loco multa mutuabimur ad Gelasij interpretationem. nonnullaque adiicieimus ex veterum historicum monumentis.

*Trecentorum decem, ex oculo Patrum.*) Idem constat numerus ex epistola Syluestri Papæ ad Nicænam Synodum. idem scripsere Eusebius & Hermannus Contractus, in chronicis, Theodotius lib. 1. cap. 7. Socrates lib. 1. cap. 9. Ruffinus libro. 10. histo. eccl. capit. 2. Latina in Sylvestro Isidorus lib. 6. Etymol. capit. 16. ca. 1. 15. distin. Isidor. item in princ. concil. capit. 1. 16. dist. Beda de temporib. capit. 65. capit. sexta Synodus. 16. distin. Sed & Sozomenes libro primo. capit. 16. testatur, tercentum, & viginti Episcopos conuenisse in ea Synodo. Socrates lib. 1. cap. 7. numerum Episcoporum excelsissime tercentum scribit, ex Eusebio li. 3. de vita Constantini. apud quem legitur, multitudinem Episcoporum excelsissime numerum ducitorum, & quinquaginta. rurius Nicephorus li. 8. cap. 14. assertuat, congregatos fuisse circiter tercentum, decem, & octo Episcopos. Præter hac-

Damasus apud Gratianum in cap. hanc. 10. quæ 1. & monachorum regula cap. de contemplatione. huius Synodi facta mentione tercentum Episcopos connumerant quos iure optimò poteris comparare tercentum illis viris iudicio diuino electis, qui duce Gedeone Madianitas: id est Arrianos Ecclesiæ infelissimos hæreticos, exterterunt, & profligarunt. Iudicium capit. 7. aut potius tercentum decem, & octo vernaculis Abraham, quibus beatus Abraham tot hoīum millia fide debellavit: Gene. ca. 14. quo testimonio vtitur hac in re Liberius Papa in Epistola ad orientales: cuius meminit Nicephorus lib. 11. cap. 8.

*Mediane Maximo Constantino Augusto.* ) Hanc sacrosanctam Synodum congregatam suisſe sub Constantino Magno, conueniunt otanes, nec id negari poterit. Quo verò anno fuerit celebrata aīco controuersum est, vt nihil certum hac de re dīliniri possit. quāuis constet ex epistola Osij Cordubensis Episcopi, quæ huius concilij canonibus adiicitur, canones. aliaque eius Synodi decretā missa fuisse ad Sylvestrū Papam Paulino. & Iuliano consulibus. Idem consultum titulus canonibus huius Synodi præmittitur in Primo concilium Tomo. Qui quidem consules conuediunt, auctoribus Calsiodoro. & Haloandro anno decimo septimo Imperij Constantini. Annas verò decimus septimus Imperij Constantini est à Natiuitate Christi tricentimus vicesimus sextus iuxta eiusdem Haloandri, Eusebij, & Ioan. Lucidi chronologiam. Aera tamen prescripta his canonibus, & consulibus eisdem tricentesim sexagesimateria, non omnino conuenit huic numero, sed anno potius Domini tricentimo vicesimo quinto. sed & Socrates libr. 1. cap. 13. & Nicephorus libr. 8. capit. 16. scribunt, hoc concilium incidisse in annum sexcentesimum tricentum sextum ab Alexandri Magni Principatu, in quo consules erant Paulinus, & Iulianus. Ex quibus auctoribus illud adnotauerint, quod de consulibus tradidere, vt conueniat his, quæ paulò ante obseruantissimus. Quodverò de: nis ab Alexandri imperio scribunt, non satis certum est: quemadmodum statim tractabitur. Cæterum Sozomeno lib. 1. cap. ultim. Calsiodorus libr. 2. tripar. capit. 14. & Nicephorus libr. 8. cap. 26. commemorant, Constantimum Magnum Nicæna peracto concilio statim Vicentia celebrosse, Episcoposque omnes Synodi conuiuio exceptisse. Socrates verò libro primo. capitul. 16. & ex eo Calsiodorus lib. 2. tripart. capit. 18. nulla facta conuiuij mentione assuerant, statim peracto. Tom. j. Var. Reso. M m m ato

# Variarum Resolutionum

ēto Concilio Vicennalia Constantinum celebrasse. Qua quidem ratione adducor, ut existimem, Synodum hanc Nicenam initium habuisse Anno decimo septimo Constantini, vel paulo ante, peractam verò fuisse Anno vicesimo eiusdem principatus. Nam & ipse Nicephorus scribit, Synodum annis tribus, & paulo longius actam esse. Sic sanè Ioannes, Abb. tradit, hanc Synodum celebratam eis anno vicesimo Constantini, qui conuenit anno Domini tricentesimo vigesimonoно. Potuit enī Abbas Biclariensis tempus, quo Synodus finita fuit obseruasse: atq; hęc mihi certior opinio videtur. Ex qua assenerari poterit, hanc Synodum finem accepisse anno vicesimo Constantini, aut paulo ante prope anni decimoni exitum: annis verò tribus, vel quatuor actam esse: atque ideo cōceptum vel anno decimo septimo Constantini, vel decimosexto, vel decimoquinto: præsertim si rationē habeamus eius temporis, quo Imperator decreuit, Synodū istam celebandam fore. Denique Eusebius in chronicis eius congregationem tribuit anno decimoquinto Constantini, & à Christi nativitate anno tricentesimo vicesimoquarto: Āera verò conuenit anno Domini tricentesimo vicesimoquinto. Consules anno tricentesimo vicesimo-sextō. Quod equidem discrimen oriri potuit vel ex varia consulū obseruatione: neque enim chronologi hac in re ubique conueniunt: vt constat ex Dionysio Halicarnas. T. Liuio, Cassiodoro, Haloādro, & Glareano, vel ex tempore, quo Synodus ista Nicæa manūt illuc congregata, vel fortassis ex eo, quod non omnino conueniat inter historicos de initio principatus Constantini. Siquidem Socrates libro. i. cap. vlti. scribit, Constantinum Anno tricesimoprimo Imperij mortem obiisse, anno secundo Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ octauæ, vicesimo secudo die mensis Maij Feliciano, & Tatiano consulibus: quos consules, & vicecumprimum diem mensis Maij morti Constantini adscribit Nicephorus lib. 8. ca. 54. Annum tamen refert secundum Olympiadis ducentesimæ octuagesimæ septimæ. Sed error fuit fortassis scriptoris: & tamen Hieronymus, Haloander, & Ioan. Lucidus eius mortem adscribunt anno secundo Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ nonæ. Hieronymus quidem Anno Domini CCCXL. Haloander, & Lucidus Anno Domini CCCXXXIX. à quibus etiam differt Hermanus Contractus in chronicis. Nicephorus verò libro. 8. capit. vltim. assuerat. Constantinum mortem obiisse anno

Imperij XXXII. & à Nativitate Domini Tricentesimo Quadragesimo secundo, ex quo Vicennalia Constantini conueniunt Anno Domini XXX. aut XXIX. Nos hac in re sequuti sumus eam temporis rationem, quę nobis visa fuit apud autores frequentior, quęque magis conueniret his, quę de hac Synodo ab eisdem tractantur. Quamobrem huius Concilij solutionem, & finem tribuimus anno Domini ferè tricentesimo vicesimonono, initium verò anno Domini tricentesimo vicesimoquinto, aut vicesimoquarto secundum Eusebium. Nam quod Hermanus Contractus, & Ioan. Lucidus tradidere tribuentes hanc Synodum anno Domini tricentesimo vicesimo secundo, non satis conuenit exactæ rationi temporum: que inadmodum nec Nicephorus scribit de tertia indictione. Ea etenim indictione conuenit Anno domini tricentesimo trigesimo: nec potuit conuenire anno illi, quo consules fuere Paulinus, & Julianus. Sic quod de annis Alexandri idem Nicephorus, & Socrates obseruarunt, plurimum dissidet à vera temporum ratione. Nam siue sequamur Eusebium, siue alios, & Imperium Alexandri præcesserit annos domini, ciuique natale triginta annis supra tercentū, siue trigintaquinquę, siue viginti tribus, adhuc sexcentesimus tricesimus sextus annus Alexandri non potest aptati Synodo Nicæa: nisi ea foret congregata Anno Domini tricentesimo decimoquinto. Qui quidem annus minimè conuenit consulibus adscriptis, quanuis conueniat indictioni tertiae. Et licet hic annus fuerit obseruatus in adnotationibus ad acta, & Canones huius Cōcilij ex Dionysij Ciclo in primo Concilio rum tomo, consules tamen, & alia temporis signa minimè possunt huic anno conuenire. Et ac mihi quis obiciat eam chronologiam, qua vtitur. Ex Alfonsus in proemio Paritarum, respondeo, multum ab historicis, à veraque ratione templorum abesse computationē illam, quę illuc traditur, quod alibi longius explicabimus.

Ex quibus obiter erit obseruandum, Constantinum Vicennalia celebrasse Nicæa, vbi & Synodus congregata fuit, si vera sunt quę Socrates, Sozomenes, & Cassiodorus in tripartita. & Nicephorus tradidere: tametsi Eusebius in chronicis & idem Cassiodorus in Catalogo consulū & Imperatorum scripsierint, ea Nicomedia celebrata fuisse. Vtraque vero vrbs ad Bithyniam pertinet, quę verò sint Vicennalia, ac decennalia nos alibi explicavimus ex Dione libro quinquagesimotertio.

Sed & illud planè appetet, concilium hoc Nicenum congregatum fuisse, vt cunque sit de ipsius tempore, sub Syluestro Papa huius nominis primo, qui legatos ad eam Synodū misit Vitum & Vincentium. Hi etenim fuere legati sedis Apostolice: sicuti cōmemorant Socrates libro. i. capitulo. 13, Sozomenes libro. i. capit. 17. Celsiodorus libro. i. tripar. capit. vlt. & libro. 2. cap. 1. & capit. 13. Nicephorus libro. 8. cap. 14. & idem constat ex huius Synodi actis primo Concilium tomo, vbi quādoque Vitus legatus, Victor appellatur, vt & à pletisque. Et quanuis ex his auctoribus sit certū, hos legatos missos fuisse à Romano Pontifice ad Synodum istam, nec omnes conueniāt, an à Sylvestro fuerint destinati. Imò Sozomenes in dict. cap. 17. & lib. 2. tripar. cap. 1. Nicephorus in dict. cap. 14. asseuerent, à Iulio Papa primo eos missos fuisse, hisque consentire videantur Beda libro de temporib. cap. 65. Gratianus in capit. Sexta Synodus. 6. dist. & Hermannus Contractus in chronicis, qui hoc concilium sub Iulio, Papa primo constituerunt. Constante tamē est asseuerandū, sub Sylvestro Papa primo Synodū istam contigisse, ceptam, & peractam esse. Quod ratio temporū manifeste probat. Nec enim potest hæc Synodus Iulio conuenire, qui post Marcum Pontificem, qui Sylvestro iam Synodo acta successit, electus est ad Sūmum Pontificatum. Quod omnes historici fatentur: ac postissimum sub Sylvestro Nicenam Synodum aetam fuisse, testatur Eusebius, Hieronymus, & Ioan. Lüerdus in chronicis. Platina in Sylvestro. Iudorū in principio conciliorum capit. Prima autem 16. dist. Sed & Iulius Papa primus eam dignitatem accepit mortuo Constantino: sicuti ex Platina, & alijs constat. tametsi Hieronymus in hoc dissentiat: Adeò tamē verū mihi videtur hos autores, qui Synodū istam Iulio Pontifici tribuere, omnino errasse, vt existimem vbiique, ne tantum errorē vires diligentissimis tribuam, pro Sylvestro scribentium errore Iulium nominari. Quis enim ferat, Hermannum Contractum in chronicis scribere, Nicenam Synodum congregatā fuisse sub Iulio eo anno, quo secundum eundem adhuc Sylvester summus Pontifex Ecclesiam Romanam regebat? Nam & ipsemē auctor postquam meminerat huius cōcilij, eiusq; congregationis, annis octo ab eo dinumeratis meminit Marci summi Pontificis, eiusque electionis, ac deinde Iulij primi. Sunt & alia, quæ opinionem istam verissimā esse probat: quæ modo missa facio, illud ultimo adjiciēs quod perti-

net ad intelligendum ea, quæ de die huius concilij in primo conciliorum tomo prænotātur. Sic enim scriptum extat. Dicitur autē celebrata hæc Synodus die mensis secundum Græcos Desi. XIX, hoc est decimo septimo Calend. Iul. consulatu Paulini, & Iuliani. Hæc ibi. Est enim obseruandū apud Macedonas, quos sequuti sunt hac in re Græci Alexandrini, mensi Iunium dici Desi. Quod deducitur ex Plutarcho in Alexander, Suida, & Eusebio lib. 8. eccles. hist. fol. 92. An selmo lib. 2. de imagine mūdi. cap. 6. Sed rursus in annotationibus eisdem in primo cōciliorum tomo, scribitur, conuenisse hoc concilium, aut canones edidisse postquā conuenerat, consulatu Paulini, & Iuliani. XIII. Calendar. Iulij, qui est apud Græcos XVIII. dies mensis eorum. Mensis autem hic, vt opinor, Desi intelligitur, qui vt modo dixi, Iunius est apud Latinus. Est autem dies. XIII. Calend. Iul. XVIII. mensis Iunij quia secundū Alexandrinos mensis Desi apud eos habet dies. XXXI. sicuti & in dicto primo conciliorum tomo adnotatur. Prior etenim adnotatio fuit per posteriorem correcta: maximē quia prior parum obseruauit congruam Calēdarum rationem: cùm dies. XXIX. Iunij non sit, nec dici possit. XVII. Calend. Iul. Socrates vero libro primo, capit. 13. diem huius concilij cōmemorat vicesimam mensis Maij, & Nicephorus libro. 8. cap. 26. eiusdem mensis diem undecimam.

*In qua Arrius Hæreticus condemnatus est. )* Presbyter enim quidā nomine Arrius apud Alaxandriam, gloria, & nouitatis improba cupidus, studio perturbandi catholicam ecclesiam, vt ea in partes varios discessit, locū illum honoris hoc in seculo posset consequi, quē in ecclesia recte instituta, catholica, & vñanimi minime posset propter fidem, & simulatam religionem obtinere: prava quædam de Christi fide, & quæ prius nunquam in controversiam venerant, proferre, ac defendere molitur, ab illa æterna, ineffabilique Dei patris substantia, vel natura filium absconde, & separare conatus. Dedit tamen hic vir impiorum omnium caput, & ductor tanti sceleris ex vltione diuina poenas meritissimas, dignasq; tan infando flagitio. Siquidem cum in publicū Constantinopoli ex imperatoris Constantini Magni, quē tunc decipere satagebat palatio satellitibus munitus insolenter prodiret, urgenteque ventris laxitate in secessum publicū, qui in propinquō erat venisset, ibi animo ei defecto, sua sponte incrementa effluunt, multus sanguis effunditur, constitutioq; interna corporis omnis,

vna cum intestinis, epate, & splene diffuit: atq; ita ille Hæresiarcha petijt authoribus Socrate lib.1.cap.38. Theodorito lib.1.cap.14. Sozome lib.2.cap.29.&.30. ac Nicēpho.lib.8.cap.51.

*Sanctam Synodum Constantinopolitanam mediante Theodosio Seniore Augusto.)* Hæc synodus secunda inter vniuersales & congregata fuit constantinopoli sub Theodosio Seniore anno secundo eiusdem imperij, & à nativitate domini CCC-LXXXIII. Ex prospero Aquitanico & Ioan. Lucido in chronicis, quibus accedit, quod licet ipse Aquitanicus Syagrium, & Eucherium consules tribuat anno octuagesimo quarto, & tertio Theodosij, Haloander tamen hos consules adscribit secundo anno Theodosij, & octuagesimo tertio. His verò consulibus hoc concilium celebratum fuisse constat, ex ipsius Synodi titulo, & Cassiodoro lib.9. triparti. capit.12. Marcellino Comite in chrono, Socrate libro.5. cap.8. sunt qui existimant hanc synodum celebratam fuisse Anno Domini CCCLXXXI. adhuc temporibus Gratiani, & Theodosij: quibus suffragatur Æra huic synodo in primo conciliorum tomo adsignata, & adscripta CCCCXIX. quæ anno à Nativitate CCCLXXXI. conuenit, sicut & indictio nona, quæ à Marcelino Comite eidem synodo aperatur. Sed & Hermanus Contractus in chrono, huic computationi maximè cōsentit, quippe qui hanc synodum tribuat anno tertio Theodosij, & anno Domini CCCLXXXI. quod si verum est, auctore Pſello, hanc synodum contigisse post primam anno quinquagesimo sexto, sitque admittenda tēporis ratio ex Æra utriusque synodo apposita constat planè annū CCCLXXXI. esse huic Synodo adscribendum: siquidem post annos CCCXXV. si addideris quinquaginta & sex, cōstatibit verè numerus hic, quē signauimus. Etenim Nicæna synodus anno Domini CCCXXV. fuit celebrata: illud sanè apud omnes absque vlla controvērsia est constitutissimum hoc concilium temporibus Gratiani, & Theodosij Principum contigisse. Nam omnes paulò ante citati anno Secundo, Tertio, vel ad summum Quinto Theodosij hanc synodum tribuendam esse censer, & Socrates anno Tertio iuxta consilatus ordinem eandē tribuere videtur ante Gratiani obitum. idem tradit Marcellinus Comes. Etenim Gratianus anno quinto, vel sexto imperij communis cum Theodosio, occiditur apud Lugdunum iuxta chronologiā Aquitanici, Marcellini, Cassiodori, & aliorum. Ex quibus satis deducitur sub Gratiano, & Theodosio hanc syno-

dum cōcelebratam fuisse, quod & Sozomene, & Nicēphorus fatentur, qui ordinem rerum gestarum obseruantes, huius Concilij acta scripsere, priusquam Gratiani mortem commemorarent. Idem fecere Aquitanicus, Hermanus Contractus, ac Ioan. Lucidus, sic & Isidorus in principio conciliorum capit. prima autem synodus 16. dist. hoc concilium sub Gratiano, & Theodosio Seniore contigisse scribit. Gelasius vero in hoc loco, & Isidorus lib.6. Etymol. cap.16. & capit.1. dist. 15. ex eo synodū istam imperio tantum Theodosij adscripsere, quod cum ipse, & Gratianus imperij cōsortes essent, & Theodosius Constantinopolim, Græciam, Thratiam, & reliquas Orientis partes obtineret, Gratianus verò Italiā, & Occidentem, viūm eisdem historicis fuit in huius Synodi commemoratione rationem tantum habere illius Imperatoris, qui vrbem illam, vbi celebrata fuit & eam prouinciam Imperatoris titulo, & nomine regebat, Rursus Beda in libro de temporibus capitulo. 65. capit. Sexta synodus. 16. distinct. hoc concilium Gratiano tantum tribuit, ex eo forsan, quod Gratianus primum Romanum Imperium obtinuerit, ac demum Theodosium locum Imperij. fecerit ob insignes viri mores, & fortitudine. Ex quo Bedæ viūm est, imperij nomen potissimum pene Gratianum fuisse. Ceterum quod Pſellus, & Faustinus Cretenis in Epitome, de tempore huius synodi tradidere nulla ratione congruit his, quæ chronologi frequentiori consensu scribunt. Etenim cū Pſellus Nicænam synodum anno domini CCCXXXIII. adnumerasset, & hāc post eam anno quinquagesimo sexto contigisse tradiderit, palam fatetur, hanc synodū esse tribuendam anno domini CCCLXXXVIII. eidem anno eam tribuit Faustinus, & anno Theodosij quinto. Conueniunt etenim omnes Gratianum occisum fuisse ante annum dñi CCCLXXXIII, idque deducitur ex Paulo Diacono, obseruata diligenter ratione temporis ab urbe condita, & à Nativitate domini Iesu Christi, ex Eusebio, Hērico Glareano, Haloādro, & alijs, quanuis Nicēphorus libro.11. capit. vltim. plurimum ab alijs dissentiat in initio principatus Gratiani, & Theodosij, qui post Valentem Imperium obtinuerent; scribit enim Valentem occisum fuisse anno domini CCCLXXXVI.

Huic synodo, quæ secundum omnes sub Damaso Papa celebrata fuit, subscripsere centum quinquaginta Episcopi cap. sexta synodus. c. prima. 16. dist. ex Isidoro idē constat ex alijs aucto-ribus

# Libri quarti; Caput. X V.

917

ribus ecclesiasticis, qui huius synodi meminere: tametsi præter hos Episcopos catholicos, præsentes fuerint triginta Episcopi hæretici ex Macedoniani, quemadmodum Socrates, Sozomenes, & Nicephorus scripsere.

*In qua' Macedonius hæreticus debitam damnationem accepit.*) Macedonius quidam Constantino politanus Episcopus tempore Constantij Imperatoris, & Liberij Papæ, fidem catholicam, & Orthodoxos euertere conatus hæresi nefandissima spiritu sanctum impetivit affluerans spiritu sanctum esse minorem patre, & filio, & non esse eiusdem substantie cum patre, sed esse veram creaturam. ab hoc Macedoniana hæresis appellata est, eiusque sectatores Macedoniani, quorum impium dogma fuit in hac synodo Constantino politana omnino improbatum, recepta catholica assertione, secundum quam credimus in spiritu sanctam dominum, ac Deum patri, & filio consubstantialem, coæqualem, coæternū, coomnipotentem: quod & synodus Ephesina, synodus Chalcedonensis, & Innocentius Tertius in concilio generali docuerunt capitulo. i. de summa trinitate, & fide cath. Scripsere contra hæresim istam Didymus Alexandrinus à diuo Hieronymo latinitate donatur, Basilius aduersus Eunomium, & D. Ambrosius ad Gratianum imperatorem libros tres de spiritu sancto. de hac synodo D. Gregorius lib. sexto. 6. epistol. 195. scribit, ecclesiam Romanam eius canones, vel gesta non habere, nec accipere: reprobationem vero hæresis Macedonianæ, & aliarum probare, & admirare. id vero scripsit Gregorius propter primatum qui datus fuit in hac synodo Constantinopolitana ecclesiæ: præue etenim à quibusdam canon de hoc primatu intelligebatur. Nos equidem eius verum intellectum superius explicimus.

*Sanctam synodum Ephesinam.*) Hæc est tertia generalis synodus, quæ apud Ephesam Asiae minoris maritimam urbem congregata fuit Anno domini C C C C X X . secundum Faustinum Cretensem in Epitome. idem deducitur ex Acta C C C L X V I I I . qua hoc concilium celebrata fuisset in primo conciliaru Tomo legimus. huic opinioni patrocinatot indictione X I I I . quæ à Marcellino Comite huic synodo adscribitur, & conuenit Anno C C C C X X X . Hermanus Contractus in chronicis hanc synodum scribit celebratam fuisset Anno domini C C C C X X I . si obseruamus eius synodi mentionem scriptam esse à regione eiusdem anni, vt modo in vulgatis codicibus fertur apposita, & post electione Sixti

Papæ, qui Cælestino successit. Et tamen ipse Hermanus Contractus fatetur, eam contigisse sub Cælestino Papa: vt apud me non leuis sit conjectura, ordinem muratum fuisse chalcographorum errore: sitque hæc synodus ex Hermanni sententia tribuenda anno septimo Theodosij, & Domini Quadringentesimo trigesimo. His accedit, quod Marcellinus Comes huic synodo approbat consules Theodosium X I I . & Valentianum. I I I . idemque in primo conciliaru Tomo ad hanc synodum prenotatur, qui consules auctore Cassiodoro, atque item Haloandro conueniunt anno septimo Theodosij. rursus, vt lector satis intelligat quantum discrimen sit quacunque in re apud historicos in obseruanda exactè ratione temporis, erit obseruandum Prosperum Aquitanicum hanc synodum tribuisse anno octauo Theodosij lunioris, & Anno domini C C C C X X X I I I . consulibus Basilo, & Antiocho, qui bus consulibus hanc Synodum congregatam fuisse testis est Socrates libro. 7. capit. 34. & post eum Cassiodorus libr. 12. tripar. capit. 5. qui & in chronicis eosdem consules aptat anno octauo Theodosij: id obseruari poterit ex Haloandro, qui tamen his consulibus comparat annum Domini C C C C X X I I I . quo anno Ioan. Lodus hoc conciliu affluerat contigisse ex Prospéro Aquitanico: Psellus vero scribit, post quadraginta annos à secunda Synodo tertiam fuisse celebratam. Nicephorus libr. 14. cap. 34. à secunda ad tertiam Synodum quadraginta, & vñum connumerat. Verum apud omnes constat, hanc Synodum celebratam fuisse temporibus Cælestini Papæ, & Theodosij Iunioris: quemadmodum ex prædictatis auctoribus facilime lector poterit deducere, & ex Euagrio libr. 1. eccl. histor. idq; Gelasius hoc in capite de Cælestino testatur. & de Theodosio Iuniore. Isidorus capit. 1. 15. dist. de utroque idem Isidorus capit. prima autem synodus. 16. dist. vt planè sit manifestus error apud Bedam de temporibus. & cap. sexta. 16. dist. hanc synodum tribuere temporibus Theodosij Magni. Annos vero Theodosij Iunioris in hac computatione intelligo à morte Honorij, quæ contigit Asclepiodoro, & Mariano consulibus: auctoribus Socrate lib. 7. capit. 22. Cassiodoro, & Marcellino. Anno domini C C C C X X V . iuxta chronologiam Haloandri, qui parum hac in re à Prospéro, & alijs diffensile. Etenim tunc nempe ab anno C C C C X X V . i. incepit. Theodosij solitus Imperium: quanvis Nicephorus scripsit non multò post Arcadium perisse Honorium Tom. j. Var. Ref. M m m ; hydro

hydropo. Honorius vero consortem imperij fecerat Theodosium lunarem Anno domini Quadragesimo decimo. iuxta chronologiam Prospere, Aquitanici, Ioan. Lucidi, & Haloandri, qui bus ferē consentire videtur Hermanus Contractus, & ante ipsum Socrates in dict. lib. 7. c. 1. qui commenmorat, hoc aquam esse Basio, & Philippo consulibus, qui anno domini CCCCX. cōueniūt, addit Socrates, eo tempore mortem obiisse Arcadium patrem Theodosium, a eundem Theodosium reliquissim puerum octo annorum, anno secundo Olympiadis CCXCIVII. qui quidem annus respondet Anno domini CCCCXI. & tamen apud Nicephorut lib. 13. capi. vlti. Arcadius moritur anno domini CCCXVIII. cū Theodosius octennis esset. Ex his tandem auctoribus communī consensu receptum est, etiam si Nicephorus in hoc dissentiat, Theodosium lunarem cum Honorio XVI. annis regnasse, vt mirer, qua ratione Marcellinus Comes XXII. annos Honorio simul & Theodosio tribuat, & scripsit, Synodū istam anno Theodosij XXX. contigisse: nisi rationem habeamus eius temporis, quo Theodosius Iunior anno etatis secundo Cæsar creatus est, Arcadio. A. V. & Honorio. A. V. consulibus Anno domini CCCIIII. hæc etenim rationem temporis sequi videntur Marcellinus, & Haloander. Quamobrem consentit Marcellinus Prospero in Anno huius concili, vt sit à Nativitate dñi XXXIIII. post quadragesimum, nisi indictionis numerus repugnet.

*In qua Nestorius damnatus est.* ) Hic Nestorius Episcopus Constantiopolitanus in eam incidit heresim, vt asseueraret, purum hominem ex sancta virgine Maria natum fuisse, vt aliam personā carnis, aliam faceret deitatis. Cuius heresis damnata fuit in hoc cōcilio Tertio Ephesino, auctoritate Cælestini Papæ. conuenire autem in hanc Synodum ducenti Episcopi, auctoribus Prospere, Marcellino, & Isidoro in dict. cap. 1. dist. 15. tametsi Beda in lib. de temporibus. ca. sexta synodus. 16. dist. & Hermanus Contractus centū tantum meminerint. & Isidorus in ca. prima autē. 16. dist. tercentū Episcoporum mentionem fecerit, Nicephorus vero scripsit, circiter centū, & triginta Episcopos huic synodo presentes fuisse.

*Mediante Cyrillo Alexandrina sedis annis, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato.* ) Cyriulum hac in Synodo legatum fuisse sedis Apostolicæ, eiusque Vicarium ex commissione, ac delegatione Cælestini Papæ scribant Euagrius, Nicephorus, & Marcellinus Comes. Hi vero auctores Archa-

dij ab Italia destinati nequaquam meminere. Aduersus hanc Nestorij heresim scripsere præter arios & huius decreti auctor Gelasius, qui librum scriptit de duabus naturis in una persona. Et aliorum meminit Alfonsus Castro lib. de heresibus. verb. Christus. heresi. 3. cui adde Socratem lib. 7. Græce histor. Eccle cap. 32.

*Sanctam Synodum Chalcedonensem.* ) Conueniūt omnes, quotquot huius synodi meminere eam celebratam fuisse sub Leone Romano Pontifice, & Martiano Augusto † qui, si ratio temporis obseruanda sit ab anno, quo Theodosius Iunior mortem obiit, regnare cœpit Anno domini CCCLIII. ex Matthæo Palmerio. Annus vero, quo Theodosius mortuus est consules habuit Valentinianum. VII. & Abienum: auctoribus Cassiodoro Marcellino, & Haloandro, qui eos aptat Anno domini CCCLII. qua ratione quidam annos imperij Martiani ab anno primo post mortem Theodosij connumerant, & scripsere ipsum imperium obtinuisse anno domini CCCCLII. consulibus eodē Martiano Augusto, & Adelphio, qui primi consules fuere post mortem Theodosij. sic sanè Ioan. Lucidus ab anno domini CCCLIII. numerat annos imperij Martiani. Quod si Theodosius obiit Anno domini CCCCLII. & ab eo tempore statim anni Martiani numerentur, idem annus erit primus Martiani. At Hermanus Contractus, Theodosij morte aptat anno CCCXLIX. & primū Martiani numerat annum CCCCL. Paulus Diaconus Martiani primum annum tribuit anno ab urbe condita. M. CCCIII. qui iuxta Haloandrum est annus domini CCCCLIII. Hæc ideq adnotavi, vt iuxta frequentiorem, magisque receptam temporis rationem hæc synodus non potuerit adscribi anno, qui præcesserit annū. CCCCLII. vnde Palmerius hanc synodum tribuit Anno secundo Martiani, & domini CCCCLIII. Faustinus Creteſis in Epitome Anno Domini CCCCLVI. & XXVI. post tertiam synodum. Psellus vero, & Nicephorus anno XXX. post tertiam, & Ephesinam. Marianus Scotus anno Domini CCCCLII. consulibus Opilione, & Vincomalo. qui tamen conueniunt Anno domini CCCCLV. ex Haloandro. Marcellinus scribit, hanc synodum celebratam fuisse indictione. IIII. Martiano Aug. & Adelphio consulibus, qui consules, auctore Haloandro, respondet anno domini CCCCLIII. Indictio vero conuenit anno domini CCCCL. cuiusdemque indictionis mentio fit in actione pri-

# Libri quarti, Caput. XVI.

919

neprima huius concilij, cuius titulus refert ab  
Aera a gnum CCCC LXXXVIII. qui re-  
spondet anno CCCCLII. consules autem illic  
adscripti Valentinianus. VLI. & Abienus anno  
CCCC LII. conueniunt, ut modò obseruauimus: ex quibus satis constat, quanta sit tribuenda  
chronicis fides, his maxime, apud quæ ratio tēpo-  
ris scribitur numeri notis, in quibus facilim:us est  
lapsus, saltē facilius, quā si numerales dictiones  
integrit̄ ex omnibus literis scriberentur. Nam &  
Nicephorus lib. 14. c. vlt. scribit, Theodosium iu-  
niotē mortē obiisse anno Domini CCC LX.

In hac verò Synodo legati fuere sedis Aposto-  
licæ, eiusque Pontificis Leonis primi Paschasi-  
nus, & Lucetius Episcopi, & Bonifacius presby-  
ter: sicuti constat ex prima actione. & Euagrio li-  
br. 2. ca. 4. quanuis Nicephorus lib. 15. ca. 2. Boni-  
facium tacuerit. Conuenere autem sexcentum  
Episcopi ex Nathæo Palmerio, aut sexcentum  
triginta sex ex Nicephoro cap. 2. Sexcentum tri-  
ginta ex Isidoro cap. 16. lib. 6. Etymol. cap. 1. dist.  
15. ex Beda cap. sexta. 16. dist. & Isidoro in princi-  
pio conciliorum. c. prima. 16. dist. Damnata fuit  
iterum Nestoriana hæresis, & maximo conatu  
quersum est Eutychis Abbatis Constantinopoli-  
tani dogma. Qui asserebat, post verbi diuini in-  
carnationem, & carnis, ac diuinitatis unionem,  
statim carnem conuersam fuisse in deitatē: at-  
que inde cogebatur multa contra catholicani fi-  
dem nefanda & absurdā confiteri. de quibus legi-  
to Alfonsum à Castro libr. de hæresibus. dictio-  
ne: Christus, hæresi. 4.

Hæ sunt quatuor concilia vniuersalia, quæ  
primum celebrata fuere, & quæ in ecclesia catho-  
lica maximū nomen, & maiestatem temper-  
obtinuerunt: ut constat ex cap. sicuti sancti. & ca-  
pit. 1. 15. dist. 1. nos reddentes. §. suscipimns. C. de  
fam. trinit. & quicunque. C. de hæret. & in auth.  
de eccl. titu. in principio. Sed & Gelasium alia  
multa concilia p̄cesserunt, quæ ipse recipie-  
d̄ fore censet, quemadmodum & illa, & quæ ad  
hanc usque diem celebrata fuere, Christianæ re-  
ligionis professores recipere tenemur.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

1 Agiographi libri qui dicantur?

2 De beato Cypriano, quo tempore scriperit, & de bea-  
to Athanasio?

- 3 De Gregorio Nazianzeno, Basilio, & Chrysostomo.
- 4 De Theophilo, & Cyrillo Alexandrinis.
- 5 De Hilario, Ambrosto, Augustino, Hieronymo, &  
Prospero Aquitanico.
- 6 De epistola Leonis Pape, & de epistolis decretalibus
- 7 De Martyrum historys, & de vita Patrum.
- 8 Actus beati Sylvestri, quam auctoritatem habent,  
& de baptismo Constantini Magni.
- 9 De inventione Sancte crucis, & capit. Dini Ioannis Baptiste.
- 10 De Russi operibus, & de Origenis scriptis.
- 11 De Orosio, Sedulio, & Luneno.

De libris, qui ex Gelasio  
Agiographi dici iurepo-  
terunt.

## C A P. XVI.



A M N V N C S V B I I-  
ciendum est, inquit Gela-  
sius, de opusculis Sancto-  
rum patrum, quæ in Eccle-  
sia catholica recipiuntur.

Ex his Gelasij verbis & libenter ipse adnotauerim ad distinctionem canonorum librorū, de quibus in principio huius cap. actum fuit, & deinde Apocryphorum, de quibus in ultima eius parte tractabitur. Agiographos libros dici in eccl. Catholica eos quos eadem eccl. probavit, ut publice legerentur ad ædificationem fidei-  
lum, non tamē haberent canoniam auctoritatem ad probanda ea, quæ ad fidem pertinēt, irrefragabili probatione. Huiusmodi erant olim apud Hebreos ecclasiasticus, & Sapientia: deduciturque hæc librorum Agiographorum diffini-  
tio ex multis, potissimum ex Augustino libr. 18. de ciuita. Dei. cap. 38. qui eos diliguerens a cano-  
nicis inquit, ac sic illa: peregrinet ad vertutem cognitionis, hæc ad religionis auctoritatem: in  
qua autem custodire canon. Sed & Russinus in expositione Symboli ad hæc scribit de his  
agiographis scripturis: quæ omnia legi quidem  
in ecclesijs voluerant, non tamē proterri ad au-  
toritatem ex his fidet confirmandam, in hac si-  
gnificatione Agiographa Hieronymus accepit in p̄fationibus in Tobiam, & Iudith. scribens  
eos libros olin extra canonem sacramentum scriptu-

Tom. j. Var. Ref. M m m 4 rārum

ratur numerari inter Agiographa : tametsi idē Hieronymus in prologo Galeato in libros Regum, Agiographos libros dici existimet, eos qui canonici sunt, distinguuntur tamen à quinque libris Moysis, & ab octo Prophetarum : quasi canonici libri veteris testamenti olim distinguerentur in tres ordines, quorum primus quinque libros Moysi, secundus prophetas, tertius Agiographa posidiceret: qua ratione D. Hieronymus quo in loco usus est hac stricta significatione Apochryphos libros appellat omnes, qui sint extra canonem, quo vero in loco latiori utitur dictio nis sensu, Agiographos nominat eos libros, qui licet sint extra canonem, pertinēt tamen ad ubertatem cognitionis, legique in Ecclesia possunt, & poterant oīm apud Hebreos: quos tamen alibi Apocryphos dixit ex eo, quod extra canonem essent, obseruata quadam dictionis ampliori significatione: nā qui dicantur propriè libri Apocryphi sequenti cap. tractabimus. Sic sancte Hieronymi verba sunt intelligenda: quod & Ioā. Driedo admonet lib. 1. de dogmatib. Ecclesi. ca. 2. & ca. 4. Igitur Agiographi libri dicentur qui licet sint extra canone in, sine periculo fidei, & cum ædificatione fideliū leguntur publice in Ecclesia. quorum de numero sunt hi, qui à Gelasio in hac secunda huius capi. parte nominati referuntur.

*Opuſcula beati Cypriani Martyris, & Carthaginensis Episcopi.*) Primas inter scriptores ecclesiasticos, quo ad ordinem, & antiquitatem tribuit

2 Gelasius Cypriano, qui natione Afer primum gloriole Rheticam docuit: exinde suadente presbytero Cæcilio, a quo & cognumentum soritus est, Christianus, factus, ac paulò post in presbyterum electus, Episcopus Carthaginensis constitutus, ac demum præclarissimis scriptis operibus passus est sub Valeriano, & Galieno principibus octaua persecuzione eadem die, qua Roma Cornelius Papa: non tamen eodem anno. Hæc Hieronymus de scriptoribus ecclesiast. idē fecit scribit Eusebius in chronicis adjiciens, martyrio coronatus fuisse anno Domini CCLIX, annis quinque post Cornelij Martyrium. tametsi Nicephorus libro quinto. capitulo vigesimo-septimo. tradidicerit, Cyprianum passum fuisse sub Decio in Deciana persecuzione quæ septima fuit, quo in loco & de Cypriani conuersione Nicephorus quædam commemorat, quæ satis differunt ab his, quæ Hieronymus scripserat. Cæterum hic Martyr illustrissimus cum multis Africæ, Numidiæ, & Mauritanie Episcopis in illū incidit errorem, ut exultimaret, semel ab hereti-

cis baptizatos, iterum baptizados fore. Simplex fuit apud Cyprianum, error, non ex ambitione malitiave: sed odio in hereticos feruentissimo ipse vir sanctissimus concilio apud Africam hac de re celebrato, quod inter eius opera extat, diffiniuit, hereticos, cum ad communionem redierint, fore rebaptizandos: quia, ut ascribat, inter hereticos non potest conferri baptismus: paratus sanè propriam mutare sententiam, quam & ipsi Africani Episcopi mutauerunt à Cornelio, Lucio, & Stephano, summis Pontificibus edicti. Vnde Cyprianus, & alij, qui eidem accesserunt, propter hunc errorem non sunt heretici iudicati, quippe qui pertinaci animo illum non defenderint. Sic diuus Augustinus libro quinto. de baptismo. capitulo decimo-septimo. & sequen. & apud Gratianum capit. quo modo. de consecratio. distinctione quarta. aduersus heresim istam. scribens, licet in hunc errorem incidisse Cyprianum referat, eum potius laudat, quam heresis labo notet. idem Augustinus libro primo. de baptismo. capit. vltim. sed & Vincentius Lirnensis in libro. aduersus hereses de Cypriano inquit: Quis ille tam demens est, qui illud sanctorum omnium, & Episcoporum, & Martyrum lumen beatissimum Cyprianum cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo? aut quis contra tam sacrilegus, qui Donatistas, & cæteras pestes, quæ illius auctoritate concilij rebaptizare se iactitant in sempiternum neget arturos esse cum diabolo? Hæc Vincētius, qui palam asseuerat, Cyprianum ab errore omnino liberum, & catholice discessisse. Nam & D. Augustinus lib. 2. contra Donatistas capitul. 5. fatetur, Cyprianum prope mortis articulum errorem depositisse. Idem tradit, Beda. libr. 3. quæstio. quælit. 5. \*

*Opuſcula beati Athanasij Alexandrinii Episcopi.*) Athanasius Alexandrinus per ludum nondū Ephesus a pueris Episcopus creatus, postea Alexandri Episcopi Alexandrinus in Episcopatu successor, magnus, fortissimusque heresim expugnator, Arrianos ecclesijs exigit, eisque orthodoxos substituit: eaque ex causa ab eisdem Arrianis grauiter apud Constantium Magnum, dein de apud Constantium, & Constantem accusatus multis calumnijs afficitur: quas, & inulta sepiissime pericula diuinitus fugiens, maximè illustris, Antonio Heremita charissimus, claruit ad Valentinianum usq[ue], & Valentem Imperatores pro Nicæna Synodo, cui inter Diaconos Alexandri primarius, ipsique Episcopo Alexandro dilectissi.

# Libri quarti, Caput. XVI.

912

ctissimus, disputator grauis, & acutus præsens: fuerat, acerrime, & animosè pugnans: obiit tandem postquam Episcopatu quadragesima sex annis obtinuerat sub eisdem Cæsaribus Valentiano, & Valente consulibus Gratiano. I I. & Probo, authore Socrate lib. 4. capit. 220. qui quidem annus conuenit Anno Domini C C C L X X - IIII, iuxta chronologiam Haloandri. Trithemius mortem Athanasij adscribit Anno Dñi C C C - L X X I X. At ex Eusebio deducitur, eam contigisse, Anno C C C L X X V I I. ex Hermano Contraçto Anno C C C L X X. hi siquidem autores his annis scribunt, Petrum Athanasij successorem electum fuisse in Alexandria Episcopum: & constat ex ecclesiasticis scriptoribus, statim post Athanasij mortem, hanc electionem factam fuisse, reliqua de Athanasio poterit lector obseruare ex Socrate, Theodorito, Sozomeno, Nicephoro, Hieronymo, & Cassiodoro in tripartita, & ex alijs scriptoribus ecclesiasticis, qui res geltas sub Constantino Magno, vsque ad Valentem tradidere.

*Opuscula beati Gregorij Nazanzeni Episcopi.*)

Grægorius Nazanzi Cappadociæ patruæ vrbis natus, primum Sasimorum Episcopus, deinde patri in Nazanzi Episcopatu successor, ob insignem virtutem, præclarumque in Theologia eruditinem, Constantinopolitanus Episcopus constitutus eadem sedem depositus publicæ pacis gratia, & Nazanzum reuersus eadem Ecclesia alteri commissi monasticam in quodam agro vitam egit. Dixit est cognomento Magnus. authore Nicephoro libr. 12. capit. 11. arque postmodum Theologus, vt idem Nicephorus scribit, libr. II. capitul. 19. Fuit hic Grægorius Diui Hieronymi præceptor, eodem Hieronymo teste, qui eius opera commemorat, quorum Suidas, & Trithemius mentione. obiit sub Theodosio Magno, Anno eius Imperij tertio, & Domini C C C - L X X X I I I. ex Prospero Aquitanico. Suidas. vero scribit, cum mortem obiisse Anno X I I I. Theodosij: qua in re conuenire fermè videtur Hieronymo, si obseruemus que ipse Hieronymus tradidit in vita Grægorij, & in præfatione, & cap. vltim. de scriptor. eccl. ex eo etenim mors Grægorij poterit adscribi anno X I I. ferè Theodosij, qui ex chronologia Haloandri, & Marcellini, rationeque habita Consulum, qui fuerunt ultimo anno Theodosij, quorum præter alios & Socrates meminit lib. 5. cap. vlt. respondet anno Domini C C C X C I I I. aut X C I I.

*Item opuscula beati Basiliyi Cappadoceni. Episco-*

pi) Basilius Cæsareæ Cappadociæ quæ prius Mapzaca vocabatur, Episcopus, egregios, variisque libros, eloquentia, sanctitate, multaque eruditione insignes elaborauit. Quorum post alios Hieronymus, Suidas, & Trithemius memineſe. Fuit Basilius arctissima coniunctus amicitia Gregorio Nazanzeno, vt omnes historici, qui de rebus ecclesiasticis ius temporis tractavere, commemorant: & ex eius epistolis constat. Fratrem habuit præter alios Basilius nomine Grægoriu Nyssenum vrbis Nyssenæ Episcopum, doctrina, moribus, & sanctitate spectabilissimum, cuius & adhuc opera quædam extant, quanuis non omnia, quorum etiam Suidas, & alijs mentionem fecerunt. hunc Gregorium falso appellat Trithemius Episcopum Emissenum. Obiit Basilius sub Gratiano Cæsare, autore Hieronymo, cui adde quæ de eo, eiusque fratribus, & Gregorio Nazanzeno scripere Socrates lib. 4. ca. 26. & 27. & Nicephorus lib. II. capit. 18. & 19.

*Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitanæ Episcopi.*) Ioannes patria Antiochenus ob sapientiam eloquentiam, & eloquentissimam sapientiam ab ore aureo cognomento Chrysostomus, concionator insignis, Christique p.r.co indefatigabilis, criminu censor accertissimus, Theologorum omnium eloquentissimus, patrem habuit Secundum, matrem vero Anthusam. Hic vir præstabilissimus sub Siricio Papa, mortuo Nestorio in eius locum cleri, & populi consensu Episcopus Constantinopolitanus eligitur Cæsaribus Archadio, & Honorio, consulibus Honorio. A. I I I I. & Eutychiano, autore Socrate: qui quidem annus ex Haloandro, & prospéro Aquitanico in chronicis conuenit Anno dñi CCCC aut C C C C I. tandem ob lingue libertate, qua in omnes integrissimo zelo utebatur, ab ipso Principe Archadio, Augustæ Eudoxiæ priuata in dignatione in exilium vltimò mittitur, duciturq; Cucusum Armenie patruulum oppidum, atque inde Arabissum deportatus, postremò Episcoporum quorundam inuidia Pytiuntem, vbi fines sunt Ponti, regioq; crudelissimi barbaris, finitima, ex atrociori rescripto Principis deportari iubetur: atq; in itinere prope Comanam urbem in templo Basiliaci Martyris sumptis Ecclesiaz Sacramentis se ipsum consignans crucis signo expirauit X I I I. die Nouembris, consulibus Honorio. A. V I I. & Theodosio. I I. teste Socrate, qui annus responderet ex Haloandro, & Aquitanico anno dñi C C C C I. X. anno uno ante Arachadij morte. Hæc de Chrysostomo ex multis,

# Variarum Resolutionum

quæ scripsere Socrates libr. 6. Theodoritus lib. 5.  
a capit. 28. ad ultimum usque caput. Sozomenes  
libr. 8. cap. 2. & sequentib. Suidas, Trihemius, &  
Erasmus, ac longe Nicephorus libr. 13. cap. 2. &  
seq. qui ea penul. scribit. Chrysostomum obiisse  
mortem die X 1111. Septembbris, quo celebra-  
tur exaltatio Sanctæ crucis tertio anno ante Ar-  
chadij mortem, & iuxta ipsius Nicephori com-  
putationē Anno C C C C X V. de die X 1111.  
Septembbris idem scribit Cassiodo. in tripart. lib.  
10. cap. 18. ex Socrate, apud quem forsitan codex  
Græcus in mensis nomine viuum patiter.

*Item opuscula beati Theophili Alexandrini Episcopi.* ) Hic est ille Theophilus, cuius artibus Di-  
vus Chrysostomus † est in exilium actus: fuit  
etenim Divi Chrysostomi obtrectator, seruum &  
crudelem illum appellans, authore Nicephoro  
libr. 13. capit. 4. post Socrat. lib. 6. capit. 2. & seq.  
Theodoretum, & Sozomenem, atque Cassiodo-  
rum in triparti. libr. 10. Et tamen, crucem Hiero-  
graphicam Serapidis templi axis incitam ad re-  
ligionem nostram adcommodauit, pio in Chris-  
tianam religionē animo, quo & a principe im-  
petravit, ut templo Mithræ, & Serapidis in Æ-  
gypto euerterentur: tunc Socrate libr. 5. ca. 16. &  
seq. ac post eum Nicephoro libr. 12. capit. 26. fuit  
Theophilus hic Cyrilii patruus, & obiit diem  
summ Alexandriæ lethargico morbo de. X V.  
Octobris anno Quinto Theodosij lunioris, au-  
thore Nicephoro lib. 14. capi. 14. & sic anno Do-  
mini fere C C C C X X . fuit & alter Theophili-  
lus Antiochenus Episcopus hoc multo antiquior,  
cuius D. Hieronymus de scriptoribus ecclesie.  
Eusebius li. 4. cap. 20, & 24. Nicephorus li. 4. c. 9.  
& lib. 3. capit. 25. meminere eius scripta commi-  
morantes, & assuerantes, fuisse lexum Antio-  
chiaë Epum sub Imperatore Antonio. M. Vero-

*Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini Episco-  
pi.* ) Cyrillus mortuo patruo Theophilo Alexan-  
drinus Episcopus eligitur, vir insignis eruditio-  
nis, quiq; pro christiana religione aduersus Ne-  
storianum egregie pugnauerit. Eius extant præcla-  
ra opera, quorum meminerunt Nicephorus li-  
bro. 14. cap. 14 & Trihemius. claruit sub Theo-  
dosio luniore: sicuti ex eodem Nicephoro Euag-  
rio libro. 1. Prospero Aquitanico, & Hermano  
Contracto constat, ad immortalem transiit vi-  
tam anno XX XI I. eiusdem Pontificatus. ex  
Nicephoro libr. 14. capi. 47. Anno Domini fere  
C C C C L X I I. apud Gratianum nulla est me-  
tio Cyrilli, nec Theophili: tamen ex Epitola  
& Decreto Gelasij referantur in primo concilio

rum Tomo, & apud Burchardum:

*Opuscula beati Hilarii Pictaviensis Episcopi.* ) Hi-  
larius Pictavij, vrbis Galliae Aquitanie Episco-  
pus, tempore, quo & Diuus Martinus Turonen-  
sis Ecclesiæ Presul erat, de fide ad persuadendū  
valde appositos libros scribit: primumque in exi-  
lium misius, tandem ab eo reuocatus, Italos, &  
Gallos, quæ vel expetenda, vel fugienda dogma-  
ta essent, erudiens, multis editis libris Arrianam  
opinionem dissipatisse refellit. Ex Hierony-  
mo de scripto ecclesie. Socrate libr. 3. capit. 10. So-  
zomenelb. 5. cap. 13. & Nicephoro lib. 9. cap. 16.  
& lib. 10. cap. 17. obiit Pictavij sub Valentianino  
& Valente anno eius Imperij quinto, & a Nati-  
uitate Domini C C C X I I. ex Hieronymo  
in Chronicis. ex Hermano Contracto, & Tri-  
hemio annus Domini variat, parum tamen: nā  
apud Trihemium mors huius viti santissimi ad-  
scribitur Anno C C L X I. apud Contractū  
Anno Domini C C CLXIX.

*Opuscula beati Ambrosij Mediolanensis Episco-  
pi.* ) Ambrosius cum Mediolani sub Valentianino  
prefecturam geteret, & mortuo Augentio  
Episcopo, dissidium populi in Episcopo diligen-  
do sedasset, ex laico in Episcopum eius vrbis eli-  
gitur, eamque dignitatem primum reiiciens, li-  
bentissime tamen baptismo suscepit. Christia-  
nus efficitur, iusquæ Principis Episcopale se-  
dem accepit. qua equidem accepta, Episcopi of-  
ficio egregie fungitur: & multa aduerius hereti-  
cos præclarata edidit opera, scripsitque alia Chri-  
stianæ religioni admodum utilia: quorum men-  
tio fit a Trihemio, & alijs. Extatque eius vita ti-  
tulo Paulini ad Augustinum scripta, sed & de Am-  
broso multa Socrates libr. 4. cap. 30. Theodori-  
tus libr. 4. cap. 6. Nicephorus lib. 11. cap. 32. & li-  
bro. 12. cap. 41. Sozomenes lib. 7. c. 24. & Cassio-  
dorus in triparti. lib. 7. capit. 8. & libr. 9. capit. 30.  
obiit prope annum Domini C C C C .

*Item opuscula beati Augustini Hipponegrensis  
Episcopi.* ) Diuus Augustinus Ecclesiæ Doctor ce-  
lebratissimus, in quo opulentius ille spiritus, iux-  
ta ac degnitus dotes suas omnes uberrime effu-  
dit. ex prouincia Africana Tagastæ parentibus  
honestis, & Christianis progenitus, Diuus Am-  
brosij discipulus, multa in Christianæ religiosis  
patrociiniū edidit opera, in quibus veram Theo-  
logiam, mores integritatos, absolutamque pie-  
tatem docet. Eius vitam Poïsonius scripsit, qui  
lare tradit, qua ratione fuerit Hipponegrensis Epis-  
copus constitutus, cuius numeris officio san-  
ctissime functus obiit Anno Domini C C C C .  
XXX.

XXX. àetatis LXXVI. Episcopatus. X.L. auctoribus Hermanno Contracto, Mariano Scoto, & Trithemio, Quinto Calend. Septembbris. Prosper verò Aquitanicus de die conuenit annum autem numerat CCCCXXXIII. Sigibertus, & Lucidus annum CCCXL.

*Item opuscula beati Hieronymi Presbyteri.* ) Diinus Hieronymus patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod Dalmatiae, Pannoniaeque olim confinium fuit, sub Imperatore Constantino Anno domini CCCXXXI. Hebreæ, Græcæ, ac Latinæ lingue peritissimus, sub Gregorio Nazanzeno Sacras literas edocitus, multos scripsit libros adeò celebres, ut maximam illi famam, & autoritatem post vitæ integritatem pepererint. Obiit anno Domini CCCXXII. auctoribus Prospero Aquitanico, Ioanne Lucido, Trithemio, & Erasmo, qui eius vitam diligentissime scripsit. \* Nuper tamen post huius operis priorem editionem prodire in publicum eruditissimi Mariani Victorij in Hieronymi Epistolas Scholia, cum eiudem Sanctissimi virorum ab eodem diligenter scripta: qui probat Diuum Hieronymum sub Constantio Magni Constanti filio, nō sub eodē Constantino natū fuisse. \*

*Item opuscula Prospere Viri religiosissimi.* ) Hic est Prosper ille Aquitanicus, qui post Eusebium, & Hieronymum chronicon scripsit, cuius & nos in enarratione hanc capit: frequenter meminimus. Clariuit sub Leone primo Pontifice Maximo, cuius scriba fuisse creditur, à quo Regij Leodi Episcopus est inititatus, vbi cùm doctrina, tam iuris, & literarum floruit, in diuorumq; numerum suis meritissimis relatus est. Scripsit verò carmine multa: excellens enim in Poetica, ut ea serebant tempora, scripsit & alia pleraque soluta oratione, quorum magna pars extat. Hæc ex Gennadio, Beda, & Gregorio Gyraldo in Dialogo. 5, de poetis, & Trithemio. Qui scribit eius festum celebrari optimo Calendas Iulij. Ex quibus degenerit, eum clarissime prope annum Domini Quadragesimo Sexagesimo.

*Item Epistola beati Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum destinata.* ) Leo Papa Protogene, & Alterio consilibus, anno ex Haëdri chronologia & a Nativitate Domini CCCLI. anno equidem nono eius Pontificatus, omnibus numeris absolutam, maximiisque dignam laudibus ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum scripsit Epistolam contra Euthycheis perdidit, & errorem: in qua multis rationibus, & auctoritatibus Sacrae Scripturæ, Euthy-

chetis Abbatis heresim, catholicæ Sancitæ sedis Apostolicæ decreto, & illa in rebus fidei diffiniendis Sacrosancta, & irrefragabilimaeestate, ac certitudine infallibili, euertit, & damnat: quemadmodum & in Synodo vniuersali quarta apud Calcedonem eiudem Pontificis approbatione damnata fuit. Qua ratione mirum non erit, si à Gelasio hæc Leonis Papæ Epistola, quæ distinctiones sedis Apostolicæ de rebus fidei continet, sic laudetur, vt pronuntietur Anathema; qui non eam in omnibus omnino receperit, vel de ea ad unum iota disputauerit. Atque hæc de Leonis Papæ Epistola, quæ ex Aëra idem adscripta conuenit Anno CCCXLVIII. nos tamen rationem consulū obseruauimus. Verum hoc Gelasij testimonium, quod ipse præstat tantum Leonis Papæ Epistolæ ad Flavianum, ceteris Sanctorum virorum scriptis, quorum ab eo in hac secundū Decreti parte mentio facta est, itidem tribuere, mera est allucinatio, ac temeritas vici parum intelligentis quæ Gelasius de Sanctorū patrum scriptis docuerit. Approbat enim Gelasius Sanctorum virorum scripta, vt intelligamus ea ratione probari, quod catholicæ fidei minimè repugnant, vt tandem nihil in eorum scriptis reputatur, quod manifestè sit religioni Christianæ contrarium: non tamen sic, ut omnia illorum dicta pro lege salvi cienda sint, ac necessariò admittenda. Sunt etenim multa, quæ ab Augustino traduntur, quibus contraria placuerunt Hieronymio: & alia, quæ & si fidei non repugnant, non tamen ad ea credenda, ac tenenda catholicæ fides nos constringit. Rursus & alia, quæ & si ad religionem, ac fidem pertineant, possunt in controvèrsiam deduci, & examinari, an sint contraria veritati, quæ eo tempore latabant, postea verò in lucem prodierit Ecclesia catholicæ diffiniente. Nam & ipse Augustinus lib. 3. de trinitate in prologo inquit. Noli meis libris, quæ canonicas scripturis deseruire, sed in illis, & quæ non credebas cum inueneris, incunctanter credere: in istis autem quod certum non habebas, nisi certum intellexis, noli firmum tenere. cap. no. li meis. 9. dicitur, quo in loco glo. temere, ac falso scripsit, postea à Gelasio in hoc Decreto scripta Augustini, & aliorum Sanctorum patrum authenticæ certeri, ac pronuntiari, vt usque ad ultimum iota antecedariò recipiatur. Sic sahe Alfonso de Castro libr. 1. de heresib. c. 7. huius glo. interpretationem utrè optimo improbat, ac refellit: cuiusque optio q̄ probatur à Gratiano pluribus testimonij in dict. distinct. 9.

*Item Decretales Epistolas.*) Hoc in loco Gelasius inter Agiographa, & Sacerdotum patrum scripta connumerat Decretales Epistolas, quas admonet omni cum veneratione recipiendas esse. Eas etenim scripsere beatissimi Papae pro diuersorum patrum consolatione: eodem auctore Gelasio, cuius, & Innocentij primi testimonio vtitur Nicolaus Papa in capitu. si Romanorum. 19. distincte. Est tamen obiter examinandum quod Gratianus docet in vicesimæ distinctionis initio scribens, Decretales Epistolas Canonibus conciliorum pari iure exequandas: quam sententiam veluti manifestum Gratiani errorem omni conatu improbat Alfonso Castro libr. 1. de heresisibus cap. secundo. negans Epistolas Decretales, etiam si recipiendæ sint, & ab omnibus Catholicis probande, conciliorum vniuersalium Canonibus exequandas fore. Idem probare conatur Ioan. Arboreus libr. quarto. Theosophie. capit. ultimo. Nos vero arbitramur Gratiani opinionem veram esse dubio procul in causarum, & litionis distinctionibus, in quibus diiudicandis, ac discernendis non minor est Papæ potestas, quam Conciliorum vniuersalium: immo maior: sicuti tradidere glo. in capit. ad Apostolicæ de re iudica. in sexto. in princip. Innocent. & Iul. in capit. graue. de præbend. Cardina. à Turre Cremat. in tracta. de Eccles. libr. tertio. capit. trigesimo septimo. Antonius de Rosellis in tracta. de Concilijs. quæstio. duodecima. Egidius Bellamera consilio. 99. quæstione decimasexta. late Iacobati. in tracta. de concilio lib. quinto. articu. octauo. Ex quibus, & multis, quæ hi autores adducunt, constat, concilium, etiam vniuersale in litibus, & controuersijs decernendis, & diiudicandis non habere aliam iurisdictionem, quam eam quæ sibi fuerit expressim, vel tacite a summo Pontifice delegata. Quod si de rebus fidei tractemus, & Papa per Epistolam Decretalem maturo consilio, & prævia deliberatione aliquid responderit eo animo, vt ea responsio sit. Apostolicæ sedis de fide distinctione, constanter asseueramus, hoc responsum esse recipiendum omnino, ac tenendum ut certum de fide. Non enim potest summus Ecclesiæ Pontifex errare, si in his, quæ ad fidem pertinent; aliquid ut persona publica, & Ecclesiæ caput, Pontificis summi officio functus dissinierit: quod nos probauimus libr. primo. Variarum resolutionum. capit. decimo. numer. duodecimo. Adhuc tamen in pertinetibus ad fidem præstat, aliquid a concilio vniuersali legitime congregato dissiniri. Siquidem promptiori quodam ani-

mo recipiuntur absque illa controuersia distinctiones, quæ in rebus fidei datæ sunt a concilio legitime congregato, quibus ipse Papa, & reliqui Episcopi subscripti, quam illæ, quas solus Pontifex dissinierit: ex multis eidem rationibus, vel ex ea, quod de concilio nemo hactenus ex viris Catholicis scripsit, quod possit errare in his, quæ ad fidem pertinent: Papam vero errare posse, tametsi falso, impiè, & maximo cum errore, multi authores asseuerarunt: quemadmodum & idem Alfonso de Castro adnotauit. Sed & in his distinctionibus, quæ a conciliis vniuersalibus datæ sunt extra res ad fidem pertinentes, aliquid poterit maioris vinculi obseruari, quam in his, quæ a solo Pontifice decernuntur, quo ad derogationem, & dispensationem: Nam, vt alibi scripsimus, dispensatio aduersus concilij decreta, & canones sufficiens non censemur, nisi in specie fiat eorum derogatio his quidem verbis: non obstante aliqua lege, vel constitutione, etiam in concilio generali statuta, auctore Archid. in cap. 1. de constit. in. 6. text. in capi. ex parte. & in capit. vlti. de capel. monach. capit. eam te. de ætate & qualit. capit. nonnulli. de rescript. vbi quæstionem istam tractauere Iuris canonici interpretes, præsertim Felin. column. 4. Alexan. consilio 137. libr. quinto. Cardi. Iacoba. in dicto tracta. de concilio. libr. 5. artic. 18. & tamen in derogandis decretis, aut constitutionibus solius summorum Pontificis non est necessaria mentio ista per verba prædicta specialis, iuxta communem omnium resolutionem.

Præter hæc rursus apud Gratianum de decretalibus Epistolis legitur. 19. dist. ca. in canonis. eas esse scripturis diuinis adnumerandas, & in eorum ordinem referendas, ex autoritate Augustini male intellecta, corrupteque citata. Sic enim legitur apud Gratianum. In canonis scripturis Ecclesiistarum Catholicarum quam plurimum diuinatum scripturatum solertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas sancte illæ sunt, quas Apostolica sedes, & ab ea alii meruerunt accipere Epistolas. Hæc Gratianus. ex Augustino libr. 2. de doctrina christia. cap. 8. apud quem ita legitur. In canonis scripturis, Ecclesiistarum Catholicarum quæplurim authoritatē sequatur: inter quas sancte illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & Epistolas accipere meruerunt. Hæc Augustinus de libris canonis hanc regulam nobis tradens, ut illi libri pro canonis habeatur, qui a pluribus Catholicis Ecclesijs recipiuntur, inter quas Ecclesijs Augustinus credit, eas esse copiandas,

tandas, quæ Apostolicas sedes habuerunt, id est, quas Apostoli, velut earum Episcopi rexerunt: item illas esse præcipue Catholicas ecclesiæ censet Augustinus, quæ Epistolas ab Apostolis accipere meruerunt: ut Romana, Corinthia, Thessalonicensis, Colossensis, Ephesina, Hierosolymitana, Antiochena, & Alexandrina, quas omnes Apostoli aut verbis docuerunt, aut scripto, qua ratione sit, maxime absurdum esse quod Gratianus ex Diuo Augustino voluit deducere: cum & ex eo necessariò sequeretur: diuinis scripturis esse adnumerandas epistolas, quas Romani Pontifices ab Ecclesijs inferioribus receperint. Quod nemo usquam nec dixit, nec probauit: atq; ideo hunc Gratiani errorem meritò Alfonsus a Castro notat, & improbat in dict. lib. 2. de Hæresibus. cap. 2. quæm hac de re legit.

Decretales vero epistolæ, quæ à summis Pontificibus date sunt, vniuersalæ Ecclesiæ consensu probantur. Nâ præter Gelasij authoritatē, & aliorum cōmendationem, quæ in dict. 14. distinctione traditur, in concilio Constatiniensi Ses. 8. meritisimè damnatus fuit Ioan. V Viclephi error inter alios, quo asserebat, Epistolas decretales sum morum Pontificum Apocryphas esse.

**T E M** gesta Sanctorum martyrum, qui multiplicebus tormentorū cruciati-bus, & mirabilibus confessionum trium-phis irradiant: quis ita esse catholicorū dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpeccitos: nec suis viribus, sed Dei gratia, & adiutorio vniuersa tollerasse? Sed ideo, secundum authoritatem antiquam, vel consuetudinē singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia eorum, qui scripsere nomina penitus ignorantur: & ab infidelibus, aut dictis superflua, aut minus apta, quām rei ordo fuerit, scripta esse putantur. Sicut cuiusdā Quirici, & Iulitæ matris eius: sicut Georgij, aliorumque passiones huiusmodi, quæ ab hereticis probantur conscriptæ. Propter quod, vt dictū est, ne vel leuis subsannandi oriatur occasio, in Sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nostamē cuim prædicta Ecclesia omnes martyres, & eorū agones, qui Deo ma-

gis, quām hominibus notæ sunt, omnideuotione veneramur.

*Item gesta Sanctorum Martyrum.* ) Martyr Græca dicitio est, quæ Latine testem significat & quāvis authore Cypriano in libro de dupli martyrio ad Fortunatū: omnis piorum vita testimoniū reddat Deo, & de Deo: non quod Deus cuiusquam indigeat testimonio, qui est vera lux illuminans omnem hominem, sed quia ita visum æterno illius, diuinoque consilio, vt suam beatitudinem, sapientiam, potentiamque apud homines per homines voluerit illustrare: Ecclesiastica tamen consuetudo cognominis huius honorem propriè tribuere cœpit his, qui in tormentis, agonibus, & cruciatibus usque ad mortem perdurarunt constantissimè in professione nominis Iesu Christi & Euangelicū instrumentum sanguine suo velut obsignarunt apud incredulos. Sic sanè licet & ipsi Martyres propter veræ fideli, & Christianæ religionis constantissimam confessionem dici possint Confessores: quod Gelasius probat, Ecclesiastica tamen traditione obtentum est, vt ad Martyrum distinctionem Confessores dicantur illi, qui absque sanguinis martyrio, diem postremum obierunt, moribus, & religione, atque miraculis adeò illustres, vt iure optimo Ecclesia eos in Sanctorū numerum retulerit, ac referendos esse decreuerit. Hinc & negotatores dicti qui semel suscepto Christiano nomine tormentorum, ac mortis metu Christum abnegarunt: quum dubio procul tenerentur in persequitionibus potius Christum confiteri, vt Confessores, & Martyres dici meritò possent, quām illum spe inanis vita abnegare. Huic se temeritatis, sicut & illius insignis constantia, præcara mentio fit ab Eusebio libro quinto Ecclesiastica historiæ, capite primo, & Nicephoro libro quarto, capit. 17. His adde quæ tradit Claudio Speacæus in posteriorem Epistolam ad Timothæum capit. 2. numero. 5.

*Quia eorum, qui scripsere nomina penitus ignorantur.* ) Illorum igitur Martyrum historias Gelasius in Romana Ecclesia non legi asseuerat, quarum autores prorsus ignorantur. Atque ideo passim videmus in Ecclesijs, præsertim in officio Matutino legi multa de Martyribus, & sanctis ex autoritatē Doctorum Ecclesiæ, Hieronymi inquam, Augustini, Gregorij, Ambrosij, & aliorum, qui ob vitæ integritatē, ob insignem religionis Christianæ professionem digni sunt, vt illorum testimonio utamur: & præterea ex Ecclesiastica

clesiastica historia, maximē Eusebij, qui & de martyribus opus quoddam scripsit, ut is assuerat libro quarto, cap. 16, ex tripartita, ex Theodoro, Socrate, Sozomene, Euagrio, & his similibus. Sed & nuper in publicum prodiere Simeonis Metaphastæ Græci authoris, vitæ sanctorum patrum, & Martyrum opera, & diligentia Aloysii Lipomani Veronensis Episcopi è Græco in Latinum translatæ.

*Aut dicitis superflua.*) In primo Conciliorum tomo apud Gelasium legitur. Et ab infidelibus idiotis superflua ipse legerem. Et ab infidelibus, aut idiotis superflua.

*Quirici, & Iulite matris eius.*) Horum Martym cōmemoratio fit in Ecclesia Romana die decimo quinto Iulij. At in Ecclesia Toletana, & Granatensi die decima sexta Iunij. Sic & Diui Georgij festum celebratur vicesimateria die Aprilis in Ecclesia Romana, & in omnibus ferè Christiani orbis Ecclesijs. Extat in Iulitani martyrem concio quinta Diui Basilij Cæsariensis: at que utriusque martyris vita inter eas, quas Simeon Metaphastes scripsit: apud quem itidem & vita beati Georgij legitur.

*Quæ ab Hæreticis probantur conscriptæ.*) Apud Gelasium in primo Conciliorum tomo, & Burchardum rectius legitur. quæ ab Hæreticis perhibentur conscriptæ: sic & sexta Synodus, cap. 63. igni tradeundas esse censet Martyrum historias ab Hæreticis, & Infidelibus conscriptas.

*Omni deuotione veneramus.*) Quanuis Gelasius admonuerat, historias Martyrum, quatum autores ignorantur, in Ecclesia Romana non legi, ipsos tamen Martyres venerandos esse, testatur, ac docet. Vnde initium est, ex eo hæreticos Christianum populum auertere à veneratione Sanctorum, quod eorum historię, quę vulgo circunferuntur, ab Ecclesia Romana minime probentur. Ecclesia etenim Martyres quosdam, & alios viros, moribus, sanctitate, & miraculis illustres in Diuorum, ac Sanctorum numerum diligenter inquisitione prævia, maturoque consilio præmisso referendos esse decreuit: non tamen ex eo ipso probat, nec recipit historias, quę à quocunque fuerint de martyrū gestis conscripta: imò eas admonet maximo cum iudicio legendas esse. Tenemur igitur Sanctos ab Ecclesia in Diuorum numerum relatos omnino venerari: siquidem hac in re iuxta veriorem sententiam errare Ecclesia nō potest: sicut & nos scriptimus libro primo Variatum Resolutionū, cap. 10. Tametsi non cogamur adhibere fidē his,

quæ de Martyrū gestis fuerint passim scripta: nisi & hęc fuerint ex traditione Ecclesiastica planè recepta, aut Apostolicę Ecclesię decreto probata. Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quam statim vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni veneratione suscipimus.

Diuus Hieronymus in lib. de scriptoribus Eccles. assuerat, scripsisse ipsum vitas Pauli, Hylarionis, & Captiuī monachi. Atque ita inter eius opera tomo primo, hi tres libri vulgo circunferuntur. Antonij vitam scripsit Athanasius, sicuti tradidere Russinus lib. 10. histo. Eccles. cap. 8. Socrates lib. 1. capit. 21. & Hieronymus in Athanasio, qui in Euagrio scribit, Euagrium id opusculum è Græco in Larinum traduxisse de codē Antonio multa lector poterit legere lib. 1. tripartit. capit. 11. de Hilarione Sozomenes lib. 3. cap. 14. & cap. 10. qui & de Antonio, & alijs Eremitis tractat: de quibus tractauere Socrates lib. 4. cap. 23. idem Sozomenes libro primo, capit. 13. ac Nicceporus in historia Ecclesiastica. Sed & vitas monachorum, & Eremitarum præter alios scripsire Euagrius, eiusque discipulus Palladius, teste Socrate in dicto capitulo vigesimo tertio, & Timotheus, v. scribit Sozomenes libro sexto histo. Eccles. capitulo vigesimo nono.

Item actus Beati Sylvestri, Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui scripsit nomen ignoremus, à multis tamen in urbe Roma na catholicis lege cognouimus: & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.

Laudat hoc in loco Gelasius, & probat actus Beati Sylvestri: id est † historiam de rebus gestis à beato Sylvestro: tametsi assueret corum auctorem esse incertum. Laurētius Valla in eo libro, quem aduerlus Constantini donationem studio calumniandi potius, quam veritatis indagandæ, in sacrosanctā sedem Apostolicā debachatus scripsit. Blasphemō equidem animo assuerat, huius historię scriptorem furciferū, & nebulonem fuisse: cui ex aduerso respondens Augustinus Eugubinus libro hac de re edito, censet Eusebium Cæsarem actus Sylvestri scripsisse: quod mihi ægrē persuadebit: multa etenim sunt indicia ex his, quæ Eusebius de vita Constantini scripsit, quatuor ea de re librī editis ad mortem viq; ipsius Cæsarī, quibus ipse perpēsis facilimē crediderim, & conitanter assuerauerim, actus beati

beati Sylvestri, nequaquam ab Eusebio scriptos fuisse. Non enim tacuisset Eusebius vitam Constantini omni conatu scribens, ea, quæ præcipue hac in historia Sylvestri narrantur, & quæ potissimum ad Constantini gesta pertinent: quæ quidem tacuit: imò quandoque contraria a se uerauit: quod statim probabitur. Tametsi in codice vetustissimis characteribus scripto, ex Bibliotheca illustris admodum Didaci à Mendoça mihi commodato, legerim Græcè vitam beati Sylvestri, cuius titulus authorē Eusebium Cæsariensem significabat. Etenim quinto tomo vitarum, quas Aloysius Lipomanus ē Græco in latinum verti curauit, illud opus Simeoni Metaphraſte tribuitur. Sunt qui Damaso Pōtifici actus beati Sylvestri tribuant, qui Pontificum omnium à Petro exorditus vitas, & gesta peritrixnit in eo opere, quod Pontificale appellat: teste Alberto Pighio lib. 5. de Eccles. hierar. ca. vlt. & Trithemio in Damaso. Hęc tamen missa faciamus: quum teste Gelasio, actus beati Sylvestri Romæ à multis tunc probati, lexiq[ue] fuerint, atque ideo & apud alias Ecclesias eandem habuerint fidem. Inquiramus tamen quid veteres historici, & alij authores de his, quæ ex historia Sylvestri, & eius actib[us] solent videri controuersa, haec tenus senserint, & scriperint: quod à me breui quodam examinat tractabitur, vt Gelasij locus eam interpretatione habeat in huius historiæ mentione, quæ vel utilis, vel necessaria sit.

Primum etenim in controuersiam incidit Magni Constantini Baptismus ex gestis beati Sylvestri. Ex quibus constat, Magnum Constantinum Romæ à beato Sylvestro Baptizatum fuisse in eiusdem Principatus initio: quum idem Imperator lepra grauter infectus consilio impiorum medicorum decreuisset balneo vt sanguine infantum pleno, eiique nocte Petrus, & Paulus apparuerint tanq[ue] crudelitatis Decretum improbantes, ac consulentes, vt Cæsar ipse Sylvestrum ad se vocaret, qui eum lauacro Baptismi ad spiritualem, & corporalem salutem restitueret. Sic denique historia ista, præterquam quod à Damaso Papa in Pontificali refertur ex beati Sylvestri gestis, & à Simone Metaphraſte quinto Tomo ex editis cura, & diligentia Aloysij Lipomani Veronensis Episcopi: extat & in Constantini Magni edicto, & decreto: quod traditur in primo Conciliorum Tomo. ab Iuone Carnotensi libr. quart o. tit. de dignita. Roma. Eccles. à Gratiano 96. distinet. capitul. Constantinus Imperator. ab Alberic. in l. prima. §. in initio. ff. de off. præfect.

præt. vrb. ab Isidoro non Hispalensi, sed Iuniore in tracta. de Synodis titul. de Nicæna Synodo, à Castaldo in tracta. de imperatore. quæst. 51. numer. 25. & 27. eiusdem historiæ me minere Theophanes, & Zonaras Græci quidem historici non contemnendæ authoritatis. Sed & huius historiæ testimonio usus est Hadrianus Papa literis datis, ad Synodum septimam, quæ Constantino, & Irene imperantibus celebrata fuit aduersus imaginum oppugnatores: quemadmodum constat in actione 2. eiusdem synodi, quæ Nicæna item dicitur. Et quisquis is est, qui nomine Hieronymi usurpato ad Eustochium scripsit de vinculis beati Petri. inter Hieronymi opera. 4. tomo. Gregorius item Turonensis Episcopus, qui anno iexcentesimo tricesimo scripsit libr. secundo. capit. 31. Nicolaus Tertius Pontifex Maximus in capit. fundamenta. de electio. in sexto. Idem de Baptismo, & lepra Constantini diligerter narrat Georgius Cedrenus in eodem Constantino: & ante eum Nicephorus libr. 7. cap. 33. 34. & 35. huic opinioni adhaerens, & assuerans, eandem ab Ecclesia certò prædicari. idem libr. 8. capit. 34. scribit, iplum uniuersali Ecclesiæ hac in historia consentire, & credere, Constantinū Magnum Romæ à beato Sylvestro ante Synodum Nicænam Sacro Baptismi lauacro Christi fidem suscepisse. Eandem opinionem pluribus rationibus, & testimonij probare conatur Augustinus Eugubinus de donatione Constantini aduersus Vallam. numer. 77. & sequentibus. qui & Anselmi testimonio virtitur ad huius historiæ fidē probandam. Quam nos probamus ex Gelasij authoritate, qua & usus fuit Iuio Carnotensis. Dubia tamen ex eo videtur quibusdam, quod Eusebius Cæsariensis, qui eiusdem Imperatoris Constantini Magni familiaris fuit, quiq[ue] eius vitam usque ad obitum, quodam encomio, quatuor libris complexus est, scriperit, eum in suburbano vico Nicomedie à Christianis Episcopis in extrema ætate propè mortem Baptizatum fuisse: ipso Imperatore coram Pontificibus causam dilati Baptismi animo piissimo reddente: nempe quod in Iordanu fluuio Baptizari desiderasset. Hęc Eusebius libro quarto. Idem scripere Theodosius libr. 1. capit. 32. Socrates lib. 1. cap. penultimo. Sozomenes lib. 2. cap. vltimo. & Euagrius lib. 3. cap. 41. Sed & ipsius Sozomeni testimonio lib. 3. cap. 19. constat, Constantinum Magnum tempore Nicæna Synodi nondum Baptizatum fuisse, sed catechumenum: vt interim mirer, qua ratione Eugubinus scriperit, Baptismū Constan-

Constantini, cuius Eusebius meminerit, fuisse potius balneum calidarū aquarū, ad quas æger Constantinus sanitati cōculens accesserit: quām Sacrū Baptismi lauacrum: cū Eusebius, & qui eum sequuti sunt, apertissimè de Sacro Baptisma te fuerint loquuntur: atque ideo potius Eugubinus negare fidē historię, non tamen ei licuit quę à veteribus historicis scripta sunt, aduersus eorū mentem interpretari. Sed & hanc Eusebij de Baptismo Constantini historiā sequitur Diuus Ambrosius in oratione de obitu Theodosij. Et tamen Diuus Hieronymus, & Hermanus Contratius in Chronicis, quanvis penē idem sequatur, ausi fuere Christianissimo Principi hanc inurere notam, quod ab Eusebio Nicomediensi Episcopo Ariano Baptizatus in Arianum dogma declinauerit. Nos hac in re nihil esse certius cēlemus, quām quod fuerit communī consensu Ecclesiæ Catholice receptū: cuius diffinitioni controuer siam istam relinquimus. \* Historiā de beato Sylvestro Gelasij authoritatem sequuti secure accedentes. \* Obiter etenim ab aliquot summis Pōtificibus prior opinio recepta fuit. Quemadmodum & receptum quandoque fuit Constantini, edictum, in quo Baptismus illius iuxta eandem Historiā fidem expressim narratur. Atque ideo nobis satis fuerit hæc tetigisse. Nam & Platina in Marco, licet de lepra, & eius per Baptismum emundatione, de qua sanguine infantum ab alijs scripta, fabulam esse cœleat: credit tamen Constantinum Magnum pulsis ab vrbe tyrannis Romæ à beato Sylvestro cum Criſpo filio Baptizatum fuisse: nec sibi persuaderi posse assuerat Principem hunc, qui in signo Crucis tot hostes devicerat, qui tot templa in honorem Dei ædificaerat, qui Sacris Concilijs præsens fuerat, qui toutes cū sanctis patribus in mysterijs orauerat, Baptismi Sacri lauacro nondum fuisse contra hostem humani generis munitum: totque annis inter Catechumenos voluisse censeri.

Secundo loco eadem fere controuersia vertitur de Constantini eiusdem donatione, qua Pōtifici summo Sylvestro, eiusque successoribus urbem Romanam, Italiae vrbes, & totius occidentis, idem Imperator donasse fertur. Hæc etenim donatio probatur ex Constatini decreto, quod integrè traditur in primo Conciliorum Tomo, ab Iuone Carnotensi: ab Isidoro, Alberico, Eugubino, & Cattaldo, quorum paulo ante meminimus. Eiusdem decreti, & donationis meminit Nicolaus Tertius summus Ecclesiæ Pontifex in capit. fundamenta de elect. in. 6. idemque Con-

stantini edictum extat Græcè, & Latinè Romæ in Vaticana bibliotheca, & in alijs Italiae bibliothecis: adductumque olim fuisse à Constantino pollex bibliotheca Palatina eiusdem Decreti exemplar: quod simile fuit omnino his, quæ Romæ legebantur, probat Castaldus: ac demq; Eugubinus constanter assuerat, passim Græcè, & Latinè hoc edictum vbiq; seruari. \* Extat & editum istud Græcè apud Photium in Nomoca. nono titul. 8. cap. 1. Et Gennadium Patriarcham Constantinopolitanum in Apologia pro Concilio Florentino cap. 5. quanvis apud hos authores nulla fiat mentio in hoc edicto Baptismi, cuius paulò ante meminimus: sed donationis tantu, de qua modo disputamus. \* Ex multis tamē conieciuris, & rationibus dubium est, an vere hæc donatio facta fuerit à Constantino Magno, præsertim ex eo, quod Eusebij, & omnium historiorum consensu idem Constantinus in testamento, & ultima voluntate tribus filijs, quos Cætates iam constituerat, Romanum diuisit Imperium, & eorum eidem Italiam, & quæ fertur Ecclesiæ donasse reliquit. Quod profectò non fecisset, si vere eadē Sylvestro donasset. His accedit, quod huius donationis nec Gratianus, nec Damalus in gestis beati Sylvestri meminerint, Sed nec historici, qui Græcè, & Latinè Constantini Magni res scripsere, ullam hac de re fecere mentionem, procul dubio non omissuri; si vel ea donatio facta fuisse, vel ipsi sciuerint, factam esse: quod eos latere non poterat. Diligenter etenim indagarunt omnia Constantini Magni tempore gesta quod ad Ecclesiasticam historiā attinet Eusebius Cæfariensis, Socrate, Theodoritus, Sozomenes, & Cassiodorus. Sed & omnium scriptorum consensu constat, post Sylvestrum, & Constantinum quadragecentis annis. Pontifices Romanos ea donatione vlos non fuisse, nec urbis Romæ iurisdictionē temporalem habuisse: quibus, & alijs rationibus, donationem à Constantino Magno factam vere fuisse, negant. Äneas Sylvius postea Papa Pius in dialogo, quem ante Pontificatū in Germania edidit charta. 21. Georgius Merula Alexandrinus libr. 1. Vicecomitem. Hieronymus Balbus libr. de coronatione. pagi. 81. Feli. in cap. solitæ. de maior. & obed. col. vlti. Ioan. Igneus in l. donationes. nu. 22. C. de donat. inter virum & vxor. dubitant Barba. in rubri. ff. de verb. obli. col. 11. Cognolus in processio. ff. nu. 79. Andr. Alciat. libr. 7. parerg. c. 19. & plerique alij, quorum primas obtinuerent Lauren- tius Valla, qui integro libro probare conatur, donationem

nationem istam nunquam factam fuisse, eiusque formulam, quæ circunfertur, fictam, atque commentitiam esse, & hunc sequutus Carolus Molinæus vir sane nimis audax, parum i; modestus erga sacra sanctæ sedis Apostolicæ maiestatē is inquam in Alexandri consilio vigesimoquarto. libro quinto. columna vltima. & ad edictum Henrici Gallorum Regis num. t21. fabulam esse censet, quæ de donatione ista vulgo traduntur. Nos vero, etiam si videamus plures de fide huius donationis dubitasse, legimus tamen Romanos Pontifices eius meminisse, quanvis id obiter, & caute fecerint, cum res ad historiam pertineret, quæ quibusdam videtur incerta, atq; ideo censemus nemini licuisse, nec licere hac in re aduersus Romanam, & Apostolicam sedem impiè loqui, & oblatrare. Potuit enim donatio ista fieri, neq; ideo negāda est, quo' scriptores antiqui eius nō meminerint: præcertim cum sit cōmuni opinione hominum receptum, hanc donationem à Constantino factam fuisse: quem admodum asseuerat Andr. Alciat. & deducitur ex his, quæ modo scripsimus, & quæ longe tractauerunt Eugubinus, Cardinalis, Iacobatius in tract. de concilijs. li. 10. arti. 8. & Castaldus in dict. q. si. qui & alios referrunt hinc opinionem probantes: quæ probari videtur in Clement. i. de iure iuri. quo in loco glo. verò. Constantini. quærit, an hæc donatio, si vere facta fuerit, iure potuerit valere: in eaque perseverat sententia, ut existimet, valuisse hanc donationē: qua in re parum nos immorabitur: si quidem ex veteribus multi hoc argumentum tractauere: quorum communior est sententia, quæ asserit, eam valuisse: sicuti constat ex Abb. cons. 82. libro primo. Cardina. in Clemēn. vnica. de iure iuriand. §. Porrò: col. 3. Felin. in d.c. solite. Barto. in proximio Pandectarum, & ibi Cagno. lo. Abb. in capit. inter dilectos. de fide instrumē, colum. 9. & in capit. venerabilem. qui filii sunt legit. Gometio in. §. item seruiana. num. 44. Insti. de actioni. Castaldo in dict. quæst. si. Remundo Ruffo contra Molinæum pagina. 645. Florentino parte prima. histor. titu. 8. capit. secundo. §. 8. Augustino Anchona in libr. de potest. Ecclesi. q. 43. art. primo. & sequentibus. quam opinionem tenuerunt Accursius in. l. 3. verb. pertinere. ff. de off. præf. vrb. Speculat. & alij, qui à Iunioribus citantur: tametsi ideni Accursius in authenti. quo modo oport. Episcop. Alberic. in. l. bene à Zeno. C. de quadri. præscrip. num. 22. & quidam iuris civilis interpretes contrarium probare conētur. Quibus denique omissis opinaniur, summos

Ecclesiæ præsules præter hanc Constantini Magni donationē, multa iura habere, quibus iure optimo defendi possit iurisdictio vrbis Romæ, eiusque dominium, atque item aliarum vrbium, quas ecclesia Romana, sacrosancti q; fides Apo stolica possidet, ex his inquam Christianorum principum largitionibus, quarum meminere Al ciatus, Eugubius, Castaldus, Remundus, Rufus, contra Molinæum pagin. 614. Albertus Pighius lib. 5. de eccl. hierar. capitu. vlt. Blotidus, Georgius Merula, & Paulus Aemilius de gestis Francorum in Pipino, Carolo Magno, & Philippo primo.

His accedit, esse consentaneū ecclesiasticæ auctoritati, inter alias rerum temporalium do tes, & hac quoque insigniri, vt castra, & vrbes cū potestate vtriusque gladij sub eius habeat domini: sicuti quæstionem istam examinans probat multis rationibus Dominicus Sot. lib. 10. de iust. & iure. quæst. 4. art. 5.

Cæterum apud Gratianum. t2. quæst. i. in cap. futurani ex testimonio Melchiadis Papæ traditur, Constantium Magnum baptizatum Romanum fuisse, & donationē hanc Ecclesiæ Romanae fecisse, cuius in edicto eiusdem Constantini mētio fit, & de qua modo disputauimus. Probaui mus tamē in practicis quæstionibus capit. 3. nu mero secundo. illius cap. titum falso tribui Melchiadi Papæ ex eo, quod illic relata contigerint post ipsius Melchiadis obitum: & quia Melchiades occisus fuerit, & Martyrium passus est Maximini iussu, qui Constantium in Imperio p̄cessit. Quæ quidem ratio est omnino intelligenda vel de Maximino Galerio, qui Cesar fuit cū Constantino patre Constantini, & orientale imperiū obtinuerit: vel de Maximino, qui tyrānidē in oriente aduerius Licinium Constantini Magni cōsortem exercuerit, & ab eodem Licino victus est. Quod si Melchiadis Papa, & martyris passus est iussu Maximini Galerij, dicemus, hoc martyrium contigisse vltimo anno Imperij ipsius Maximini: quia Eusebius, & Hermanus Contractus mortem Melchiadis, & Maximini Galerij fere eisdem anno adscribūt. Et eadem ratione dicendū erit, Melchiadem passum fuisse sub Imperio Constantini Magni, qui auctore eodem Eusebio, mortuo patre Constantio, in Gallia, & Britania Imperium Romanum accepit anno Domini fere CCCX. & cum Gallerio Maximino Constantij patris cōsorte diuisum adhuc id habebat. Addit tamen Eutropius, Constantium contentum dignitate Augusti Italæ, atque Africæ administran-

# Variarum Resolutionum.

de solicitudinē recusasse, eamq̄ue Gallerio Maximino cessisse: atq; ita ex alijs auctōribus deducitur. Italiæ, atque Africæ curam habuisse Maximinum Galerium ad eius vsq; obitum. Nam in Italiam Seuerum Cæsarem misit, qui à Maxētio, aut eius dolo extinctus est. Hæc verò historia de martyrio Melchiadis sub Galerio Maximino, & eius iussu, mihi ex eo dubia videtur, quod ex eisdem Eusebio, & Contracto suspicer, prius morte obiisse Galerium Maximinum, quām Melchiadē & quia eo tempore, quo passus est Romæ Melchiades, Romam, & Italiam obtineret Tyrānus Maxentius filius Maximiani Herculij in christianos crudelissimus. qua ratione hoc ipsum Melchiadis martyrium abscribi non poterit alteri Maximino, qui in oriente Tyrannus erat, itidem in Christianos saeuissimus Galerij sororis filius: quum is in Italia, & occidente nullum imperiū haberet. Vt cunque sit, Melchiades ex chronologia Eusebij, & aliorum passus est priusquam Constantinus Magnus victo Maxentio Romam, & Italiam obtinuerit: quatenus in Britania, & Gallia tunc tribus, aut quatuor annis post patris morte imperauerat. Et quia facilimus fuit apud Platinā, & alios affinitate nominum error, ipse opinor, Melchiadem martyrio coronatum Maxentij, nō Maximini iussu. Similis prope constat mutatio nominum in diuī Catherinæ historia. Siquidem scriptum extat, eam martyriū passam fuisse Alexandria iussu Maxentij, coque præiente: quum Maxentius non Alexandriæ, nec orientis, sed Romæ, & Italie imperium per tyrānidem habuerit: eritq; fortassis in ea historia pro Maxentio substituendus Maximinus, qui apud orientem tyranus, in Christianos saeuissimus multos ex eis martyrio iussit occidi. Quibusdam tamē videtur, potuisse Melchiadem de Constantini rebus testificari: quum extet apud Eusebium libro. 10. hist. eccl. & Nicephorum libro septimo. capitulo quadragesimotertio. epistolæ Constantini Magni ad Melchiadē Papam, quas veras esse confirmat D. Augustinus in Epist. 162. ad Glorium, Eleusium, & Fœlicem, qui eandem controvēsiam tractat, quām epistolæ Græce retulerunt; appellatque Constantinum imperatorem Christianum tempore Melchiadis Papæ, & indicat tunc curam Africæ habuisse per proconsulem Anylinum: vt nō satis conuincat Eugubinus prædictas epistolas confitas fuisse. Quod si veræ sunt, vt ipse opinor, respondendum erit, quæstionem illam inter Cæsianum, & alios Africæ Episcopos cōtingit sub Melchiade, ab eoque diffinitam Ro-

mæ fuisse ex Constantini Magni sollicitudine ad huc Maxentio Romani occupante: Africam tamen per proconsulem regente Constantino, qui tunc apud Gallos commorabatur: ex eo, quod tot tyrānis prouincias occupātibus, & inuidentibus Galerius Maximinus non potuerit Africam obtinere, & regere, eamque Constantinus Magnus ex Gallia constanti animo acceperit sub eius protectione. Occiso verò Melchiade, & Maxentio postea victo, quum Constantinus R omam, & Italiam à tyrannide liberasset, rursum iudicium Melchiadis de Cæsianī causam in controvēsiā vertitur: quod Augustinus sensit, & scribit, apud quem Christianus dicitur ante Sylvestrum Constantinus, vel quia Cathecumenus esset, & Christianis impensissem faueret, vel nomine id tribuit Augustinus imperatori in cius historiæ narratio ne, non quod eo tempore Christianus baptismo susceptor foret, sed quia postea Christi fidem baptismi lauacro suscepit. Verū si dixeris, Cæsianī Episcopi Carthaginensis controvēsiam in ea tempora incidisse, & initium habuisse, quibus iam extinto Maxentio Italianam, & Africam obtineret Constantinus: Eusebius, & alij refragabuntur, ex quibus Melchiades priusquam Maxentius mortem obierit: & præterea tunc extinctis tyranis præter Licinium, qui orientem tegebat, si Romæ Melchiades post Maxentium fuit superstes, non est veritati consonum, cum martyrio coronatum fuisse: siquidem nullus esset tunc in occidente saltem in Italia tyranus, à quo potuerit occidi, cuiusve iussu ad martyrium duci possit. Omnia etenim quo ad Ecclesiam, & Christianism pacatissima fuere in occidente, occisis, & deuictis à Constantino Magno tyrānis, & paulo post in oriente mortuo Maximino tyrranno, & Litinio Constantini Magni consorte ab eodem victo, profligato, captioque, & occiso. \*Quod si ex mendosis ac depravatis Chronicorum Eusebii codicibus existimemus receptum fuisse, Melchiadem ante Maxentij obitum martyrio fuisse occisum, & ex Optato lib. primo. Aug. & Epistolis Constantini opinemur, Melchiadem post Maxentium morte obiisse, nullus profecto superest scrupulus. Sic etenim historiam istam explicat Franc. Balduinus in annotation. ad Optat. Sed & Onuphrius in Chronico, Melchiadis obitum anno ferè tertio post Maxentij mortem plane ascribit. \*

Item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione ca-

nec capitis beati Ioannis Baptiste, nouella quidem reuelationes sunt: & nonnulli catholici eas legunt: sed cum hac ad catholici corum manus peruenirent, beati Pauli Apostoli sententia procedat. Omnia probate, quod bonum est teneite.

*Item scripta de inuentione sancte Crucis.) Apud Gelasium, & Burchardum legitur. Nouelle qui dem relationes sunt. Et iane historia de inuentione Crucis Dominicæ à Gelasio nec refellitur, nec omnino recipitur inter Agiographa: admonet tamen summus ecclesiæ Pontifex, ut eam cum iudicio, & pië legamus. Etenim Eusebius Cæliensis libro tertio. de vita Constantini Magni: quum Helenæ meminisset, eaque commemorans set, quæ pietatis Christianæ zelo præclare in religionis, & diuinæ cultus, ac templorum ornamen- tum ab eadem diuina Helena facta sunt: nequaquam de inuentione Dominicæ Crucis meminit, profecto dignus culpa, si rem adeò seriam scieter omisserit, vel nimis negligenter ignorauerit, minime veri, ac iocitici historici officio sumpctus. Idem vero Eusebius in Chronico huius historiæ mentione fecit anno. 325. Cōmuni tamè Ecclesiæ consensu festum hoc intentionis sanctæ Crucis Dominicæ celebramus, ex Decreto Eusebij Papæ Epistola. 3. capitulo crucis. De consecra. dist. 3. in eiusque dislocationibus legimus, Helenam Constantini matrem nocturno vi. u. impulsaam Hierosolimam petisse, ut Dominicam quereret Crucem. Locus autem ubi ea defossa erat ab impijs Gentilibus constructio ibidem Veneris templo pollutus, ut memoria passionis Domini deleretur, ren dñsificile redebat, donec diuinis quibundam iudicij loco equidem cognito, & templo illo contaminato diruto, aggere que exportato, sacram illud resurrectionis antrum illuxit, reperte que fuere tres sparsum disiectæ crux, & tabula, in qua Pilatus Iesum Regem Iudeorum scripsit. Verū quia dñsificilis adnuc diuinis ligati cognitio erat, quod ordine confuso crucis disiectæ foret, dubia animi Imperatoris mater Detum obseveravit, vel ei indicium fieret. Tandem quum mulier quædam honesto loco nata graui oppressa morbo, extremo laboraret periculo, Macarius Hierosolymitanus Episcopus vna cum Helena ad agrotantem accersit, crucibusque duabus admotis, eadem in eodem discriminne maneret, tertiamque, & vere Dominicam Crucem illi admissit, ubi illa respexit, viribusque firmiter collectis, lectio statim exiluit: quo signo, & quod lig-*

num illud diuini sanguinis stillam defluente accepit, comperta veritas est, cognitumque lignum Dominicæ Crucis. Sacrique fuere reperti clavi, quibus Christi corpus transfixum fuerat. Sed & præter ecclesiæ catholicæ consensum, hiu- ius historiæ meminere Theodoritus libro primo capitulo decimo octavo. Socrates libro primo, capitulo decimo septimo. Sozomenes libro secundo. capitul. primo. Nicephorus libro octavo. capitulo vigesimonono. Ruffinus libro. 10. ecclesiæ histor. capit. septimo: & 8. Cassiodorus libro se- cundo. tripart. capitulo decimo octavo. Seuerus Sulpitius libro secundo sacre historiæ. Platina in Sylvestro. Virgilius Polidorius libr. secundo hist. Anglicæ. Diuus tamen Ambrosius in oratione de obitu Theodosij, industria, & iocitidine He- lenæ inuentam faire scribit Crucem Dominicam, cognitamque ex titulo eidem affixa, tacuit vero miraculum mulieris à morbo libertatem. Sed & Zonaras in Constantino Magno. Helenam ipso comite Sylvestro Dominicam Crucem inuenisse narrat, nulla miraculi mentione facta. Legi- to tamen quæ Eusebius Pontif. Maximus scribit epistola. 3. & refertur à Gratiano in capitulo. Lucius. de consecr. d. 3. Sed & Georgius Ce- drenus in Constantino scribit, Crucem ab He- lena in somno admonita inuentam fuisse anno. vicesimo Imperij Constantini: miraculū tamen tacuit.

*Et alia scripta de inuentione capit. beati Ioannis Baptiste.) Extat inter opera diuini Cypriani tractatus de reuelatione capit. beati Ioannis Baptiste, in quo longe describitur, ac depingitur tota hæc de reuelatione capit. Ioannis Baptiste histo- ria: conaturq. illius operis auctor probare, festū quod Ecclesia celebrat. III. Calend. Septembris, non esse dicēdū decollationis Ioannis, sed collec- tionis, aut inuentionis, vel reuelationis capit. Ioannis nominandum fore. Cæterū illud opus non esse Cypriani Fratris asseuerat, vel ex eo, quod illuc mentio facta sit Pipini Aquitanorum Regis. Nam si is est, in quem Stephanus Papa tra- stulit Imperij titulus, alius etenim ab historicis, quod ipse meminerim, non traditur, immensum est annorum inter uallum a Cypriano ad eundem Pipinum, qui regnauit Anno Domini. DCCL. quingentis ferè annis post Cyprianū. Huic ratio- ni & alia, quæ acerrime virget, accedit: siquidem in eo libello metio fit Theodosij principis, qui anni plus centum post Cypriani mortem imperiū obtinuit, etiam si de Theodosio seniore intelligamus quod illuc scriptū extat, quibus tandem eu- Tom.j.Var.Resol. Nnn 2 den-*

# Variarum Resolutionum.

denter probatur libellum istum, de quo modò agimus, Cypriano falso adscribi, & eius temere censeri. Historiam vero de inuentione capit is. Ioannis Baptiste, non fuisse primum scriptam ab auctore illius libelli, qui falso Cypriano adscribitur, satis constat ex auctoritate Gelasij, qui in hoc decreto apertissime meminit libelli, qui de inuentione capit is beati Ioannis Baptiste scriptus eo tempore vulgaris erat, vulgoque legebatur. Scripsit vero predictum libellum eius auctor quisquis fuerit, bis centum annis post Gelasium. Vnde ipse opinor tempore Gelasij editum fuisse opus aliquod in quo scripta erat inuentio capit is Ioannis Baptiste, que sub Martino Imperatore paulo ante contigerat, cuiusque meminit auctor is, qui libellum supra commemoratum scripsit, apud que vbi legitur: chronicam Marcelli principis legat, ipse legendum esse censeo: chronicam Mariani principis legat: aut fortassis: chronicon Marcellini comitis legat. Etenim Marcellinus comes in chronicō narrat, sub Martiano Augusto inuentio nem capit is Ioannis Baptiste contigisse eō fere modo, quo apud Cyprianum scribitur: die vero X X I I I. Februarij Vincomalo, & Opilione consulibus anno domini iuxta Haloandri chro nologiam. C C C L V. Sed & Sozomenes eccl. hist. auctor hoc multo vetustior libro septimo, capitul. vigesimoprimo. scribit, a monachis quibusdam sub Valente Hierosolymis caput Ioannis Baptiste repertum esse, atque inde illud allatum in Pantichium, quod est oppidum paruum non longe a Chalcedone, repositumque in vicino vi co, quem incolae Cosilauni vocabant, donec Theodosius Imperator illud in Constantinopolim attulit, septimoque ab urbe lapide, aut milario templo magnifice constructo, eidemq; diu Ioanni dicato, ibidem reposuit. Eadem historiā repetit Nicephorus libro duodecimo, capitulo quadragessi nono. Sed magis placet, in predictato libello mentionem fieri chronicā, quam Marcellus Monasterio prefectus, cui & reuelatio facta fuit, hac de rescriperit. Sub Julianō autem Imperatore in Sebaste Palaestina prouincia urbe diuī Ioannis Baptiste monumentum paganos in uassisse, ac demū collecta eius ossa, quæ prius dissipauerant, igne concremasse, cineremq; per planiciem campi proiecisse, monachosque quosdā Hierosolymitanos ex monasterio Philippi caute mixtos his, qui ossa colligebant, quidquid potuerunt ex oīsibus collegisse, tulisseque ad eorum patrem Philippum scribit Ruffinus li. eccl. hist. II. capitul. vigesimo octavo. idem fere lector po-

terit adnotare ex eo libello, quæ falso Cypriano adscribi diximus: vbi Iosephus, ut opinor corrupte, dicitur qui a Ruffino Philippus nominatur. His sane partim suffragatur Theodosius libro tertio. eccl. histo. capitul. 16. sub Julianō com memorans in Sebaste urbe paganos, aut gentiles ossa diuī Ioannis Baptiste igne tradidisse, pulueremque dissipasse: cetera tamen tacet. Hunc sequitur Nicephorus libr. 10. capitulo decimoterio. idem scribēs factum fuisse de oīsibus Helisci Prophetæ: qui & Sebastæ sepulchrū suū habebat. \* Nam & Sebastæ sepultos fuisse Hæliæum Abdiā prophetas, & Ioannem Baptistam scribit Diuus Hieronymus in Epitaphio Paulæ. Idem in Michæam. capitulo primo, & in primum Abdie caput. \* Prosper tandem Aquitanicus tradit, Anno Domini C C C X C I I I. Theodosium venerabile Ioannis Baptiste caput ex vico Coslao Constantinopolim deportasse, ac recondidisse in templo magnifice constructo in eius honore septimo ab urbe lapide. At Theophylatus in Matth. capitulo decimoquarto. scribit, corpus Diuī Ioannis Baptiste apud Sebastem urbem se pultum: caput vero depositum primum fuisse in Emesenorum oppido.

Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, non nullas etiā scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatissimus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ predictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus. Et non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis, quos vir sepius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit.

*Ruffinus. Aquileiensis Ecclesiae presbyter non minima apud veteres laudem est consequutus cum in diuinis scripturis interpretandis, tum in Græcæ, & Latina lingua eruditione non equidē vulgari. Habuit enim, teste Gennadio, elegans ingenium in Græcis operibus in Latinam linguā vertendis: claruit etate Hieronymi, cum quo graves exercuit similitates: quarum memor Gennadius nimium Ruffino tribuit, Hieronymo plurimum detrahens, non satis intelligens quantum à diuō Hieronymo Ruffinus absit: qui si Ecclesiastica historia Eusebij, & Iosephi opera, quæ nunc latinè circunferuntur ex Ruffini translatione, nō mentiuntur auctorem, eademque conferat lector cum Græcis codicibus, dubio procul in multa incidet*

# Libri quarti, Caput X VI.

933

ta incidet loca, ex quibus comperiet, Ruffinum nec Græcæ, nec Latinæ linguæ exactam cognitionem habuisse. quæ vero Hieronymus in Ruffino notauerit, deduci possunt ex his libris, qui aduersus Ruffinum ab eodem Hieronymo editi sunt, & in secundo Tomo habentur: ad quorum intellectum legenda sunt quæ Ruffinus aduersus Hieronymum scripsit, & fuere typis excussa in quarta operū Hieronymi parte. Cæterum quod Gelasius scribit de Hieronymi censura obliteranda in alios ecclesiasticos autores, ita, ni fallor, est accipiendum, ut si quid Hieronymus notauerit, illud sit caute legendū, & maximo cum iudicio, ne qua ex parte offendat catholicas de fide assertiones non tamen statim hæreticum erit censendum, nisi id ecclesia diffinierit, aut iam fuerit disfinitum, vel sit adeò diuinis scripturis cōtrarium vt manifestus sit in rebus fidei error. Aliquot enim displicerunt Hieronymo, quæ ab Augustino, & alijs probantur: nec præter Ecclesiā catholicam, & summum totius christiani orbis Pontificem, quiquam habet auctoritatem pronuntiā di aliquid hæreticū esse: tametsi docere posset id refragari diuinis scripturis, atque ideo dignum quod ab Ecclesia hæreticum iudicetur: nisi foret adeò manifestus error, vt nulla posset de ea re apud verè catholicos esse controuersia.

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiatur, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum suo auctore dicimus esse re-  
nuenda.

*Origenes, qui & Adamantius presbyter, natione Alexandrinus Clementis Alexandrini discipulus, magni, & excellentis ingenij vir, Leonidae Martyris filius, claruit sub Alexandro Imperatore Mammææ filio: obiit sub Gallo Cæsare post Decium imperante anno ferè etatis septuagesimo, auctore Nicephoro libro quinto. capitul. 33. Anno domini CCLVI. vt Hermanus Contratus scribit de Origene, eiusque libris tractant Eusebius Eccl. histor. libro sexto. Socrates libro sexto. capitulo duodecimo. & 13. Nicephorus libro quinto. ex quibus Eusebius, & Socrates in eius laudes erumpunt animose: idemque Eusebius, quod Gelasius hoc in capite commemorat librum vñ in Origenis laudem edidit, aut sane apologiam pro Origene in sex libros distinctam quemadmodum Hieronymus, & alij trādidere, & Eusebius ipse assuerat libro sexto. eccl. hist. cap. 36. Fuit verò olim non leuis controuersia in*

ter christiani orbis Episcopos de libris Origenis recipiendis, aut reprobandis. qua de re Socrates & Nicephorus Græci auctores tractauere non se mel, sed maxime Nicephorus libro decimotertio. tandem Constantiopolitana synodus, quæ quinta est inter vniuersales, eius impia dogmata nominatum, & auctorem ipsum ea ratione damnauit sub Iustiniano Principe: sicuti idem Nicephorus scribit libro decimo septimo. capitulo vi gesimooctavo. & constat ex eiusdem synodi actionibus in secundo conciliorum Tomo. Etenim cū Origenes nihil non in sacris literis expōneret velle, se ipsum in errorem coniecit: vnde multa nefanda, & exitiosa protulit verbā, ex quibus Arius, eiusque sectatores suorum dogmatū materiam sumperunt: quod Suidas, & idem Nicephorus fatetur in dicto libro decimo septimo capitulo vigesimo septimo. ipse autem Origenes Martyrij timore intani quod pati reculauit, abiurata fide Satana instigante à diuina sententia: & gratia, quæ primū illi faatrix aderat, omnino delapsus, alienas à religione Christiana opiniones induxit, per quas multis à semita recta discedēti bus, lōgo post tempore damnationem Ecclesiæ dignissimè passus est, infelixq; tunc obiit, ac miser: teste Nicephoro libro quinto. capitulo trigésimo secundo. & 33. Proscriptus ianè ab Ecclesia, ignominiam istam non ferens Alexandria relēta in Iudeam profectus mortem obiit, Tyriique sepultus est, auctore Suida, qua ratione intelliges Lector candide, Originem à Gelasio schismatum appellari. De Origene multa Cedrenus in Epitome. vbi de Seuero, & Iustiniano Imperatoribus agit. Hieronymus vero eiusdem Origenis opus in Cantica Canticorum laudat, & in latīnam linguam vertit: sed & librum edidit: & scripsit ad Auitum, in quo docet, quid cauendum sit in libris Origenis *peri ἀρχὰς*, id est, de principijs. Epistolam etiam ad Pammachium, & Oceanum de erroribus Origenis, de quibus adhuc disserit in Apologijs aduersus Ruffinum: & hæc reperiet lector in secundo Tomo. Extant & de eadem re Ruffini quædam scripta, partim ab eo ē Græco in Latinum traducta in quarto Tomo operum Hieronymi, quæ quidem lector diligenter examinabit ad Origenis errores validos, & ad intellectum huius capitū. Nam Hieronymus, Ruffinus, & Gelasius ante quintam Synodum, in qua dānati fuere Origenis opiniones, scriptere. Sed & Vincētius Lirinensis in libro aduersus hæreticis plurimum dolet, Origenis libros, vel ab hæreticis corruptos, vel ab ipso auctore ita scriptos

Tom.j. Var. Resol. Nnn 3 multis

multis blasphemiarum vulneribus scatentes ad errores periuadendos multum olim valuisse. Cæterum de historia Eusebii, de qua Gelasius hoc in capitulo, meminit, tractabimus in capitulo sequenti. ubi de Apocryphis libris agetur. Opinor tamē Gelasium, dum Eusebium notat, quod librum unum de laudibus Origenis conscripsit, fortassis de libro sexto ecclesiastice historie intellexisse: quod si quis malit, ut nos paulo ante adnotauimus, de *Apologia ab eodem Eusebio scripta*, in sexque volumina distincta intelligere, non ad modum refragabor. Imò post primā huius quarti libri editionem sic intelligendum esse censeo locum istum Gelasij. Nam & septima Synodus, actione quinta, eiusdem *Apologiae* meminit, & improbat: tametsi hac in re parum diligens videatur Rhenanus in epistola nūcupatoria ecclesiastice historię.

Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinavit historiam, miraque breuitate contextit.

Orosius presbyter +Hispani generis vir eloquens, & eruditione insignis scripsit aduersus querulus Christiani nominis, qui asserabant, Romanum imperium ex eo defecisse, quod Christi fidem, & religionem Romani, eisque subditi suscepissent: idque opus in septenivolumina distinxit, sed & ab Augustino missus ad Hieronymum pro discenda animi ratione, rediēs reliquias beati Stephani Martyris primi tunc nuper inuentas primus intulit occidenti. Hæc Gennadius, Marcellinus Comes, & Trithemius. Claruit prope annum Domini CCC. Prosper Aquitanicus, & Hermanus Contractus in Chronicis. Denique Orosius Elogio Hieronymi, & Augustini commendatur, fuit vero Tarragonensis auctore Volelaterrano. Cæterum de reliquijs beati Stephani aliter scribit Nicephorus libro. 14. capitulo. 9. ex Theodoro lectore. & Simeon Metaphrastes vita rum Tomo sexto.

Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus insignilaude præferimus.

Quanuis Petrus Critinus olim, & nuper Gregorius Gyraldus de poetis diligentissime historiam scripserint, nondum apud eos huius poetæ mentionem comprecio factam fuisse: nisi eorum scripta oscitantur legerim. Verum Trithemius ex Sigiberto scribit, Sedulium presbyterum

Scotum natione fuisse, qui opus insigne iuxta rem euangelij carmine scripsit: quod vulgo legitur: & incipit. Paschales quicunque dapes conuua requiris. Sed & alia scripsit, quorum idem auctor meminit, & floruit sub Theodosio Seniore Anno sermè Domini CCCXX.

Irem Iuuenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Ita locum istum ipse legendum esse censeo ex Burchardo, & eodem Gelasio in primo conciliorum tomo. Nam quum Gelasius Sedulij meminisset, par est & statim ipsum Iuuenci mentionem facturum propter operis, materię, & scriptoris similitudinem. Quanvis apud Gratianum non Iuuenci, sed Vincentij legatur. Quæ quidem lectio etiam sit admittenda sit, non est intelligenda de Vincentio, qui opus, aut speculum historiae scripsit: non enim potuit eius meminisse Gelasius, qui multis annis eum præcesserit. Fuere tandem ante Gelasium duo Vincentij, quorum Trithemius mentionem facit: sed ipse Gelasium intelligo de Iuuenco presbytero, qui Hispanus fuit & nobilissimi generis, qui quatuor euangelia Hexametris versibus pene ad verbum transiens scripsit, nonnullaque alia de sacramentis, floruitque sub Constantino Magno, & filiis eius propre annum Domini CCCXX. auctoriis Hieronymo de viris illustribus, & scriptoribus eccles. & in chronicis. Petro Crinito lib. quinto de poetis latinis Gregorio Gyraldo dialogo. 5. Trithemio, & Ioanne Vassæo.

## Ex Capite Sequenti.

### S V M M A R I V M.

- 1 Apocryphi libri, qui dicantur.
- 2 Synodus Ariminensis, & Itinerarium Petri.
- 3 De quibusdam actibus, & Euangelijs Apostolorum Apocryphis, & de Pastoris libro.
- 4 De parva Genesi, de Centimetro: & de quibusdam revelationibus, quæ apocalypses dicuntur.
- 5 De libro qui dicitur transitus sancte Marie.
- 6 De canonibus Apostolorum, an sint Apocryphi.
- 7 De Historia Eusebii Pamphili Cæsariensis.
- 8 Tertulliani, & Lactanti Firmiani opera.
- 9 Clementis Alexandrini opera. Africani, & Comodiani.
- 10 Cæsiani, Arnobij, Tyconij, Victorini, & Faustini.
- 11 Epistola Iesu ad Abazarum, & Abagari ad Iesum.

¶ Hæretici quæ dicuntur, & quæ reprobentur.

¶ De historia tripartita Castodori censura.

anotisiorum libri de libro apocryphi de libro apocryphi

De libris Apocryphis, &

an hilegi publice, vel priuatim

possint ex Gelasio.

## CAPUT XVII.

 AETERVM QVAE ab hæreticis, & schismatice conscripta, vel prædicta sunt, nullatenus recipit Catholica, & apostoli-  
ca Romana Ecclesia. E quibus pauca, quæ ad memoriam venirent, & à Catholicis vi-  
tandas sunt, credimus esse subdenda.

Hæc Gelasius. Nos vero ad ea, quæ hoc in capite traduntur, facilis intelligenda opinamur, libros hæreticorum, quæ omnino damnati sunt, ab aliis, qui adhuc dicti possunt Apocryphi, fecerit nendos fore. Et enim hæreticorum libri, qui damnati fuerint, omnino sunt vitandi, nec legi possunt, immo sunt comburendi, nisi communis consensus Ecclesie permisit, aliquid opus ab hæretico scriptum legi quidem ex eo, quod prævio diligenter examine, nihil habet, quod piuum offendat lectorem. Quod de autissime permittendum est, maxime in libris hæreticorum, qui non tantum hæretici fuerint, et erroresque aduersis catholicam fidem probaverint, sed & ab Ecclesia modi-  
nisti animo contumac in erroribus persistierant, quorum libri nequam legendi sunt: nec id per-  
mitti debet, etiam si litteratus sint ab auctoris er-  
roribus, nisi id maxima ex causa, & cautissime  
sit, quia de re legitio Alfonsum a Castro in libro  
secundo, de ista hæreti, punit capitulo decimo  
quinto, r. 8. & 17. Et quæ nos obiter scriptissimus li-  
bris secundo Vatian. fol. capitulo. 10. columnam  
penultimam. Sic tamen intelligo quæ nota Panor-  
mita in capitulo. Fraternalis de hæreticis. & in  
capitulo damnatus. super glo. verb. Florentino. de  
summa Trinitate. contra ipsius glossopositionem  
scribens, non esse damnandos, nec vitandos om-  
nes hæreticorum libros, sed eos tantum, qui de he-  
resib[us] scripti fuerint, posseque legi illos, qui ni-  
hi habent, quod sit catholicæ fidei aduersum, ip-

se vero hæreticorum libros omnes absque ullo delectu, prorsus vitandos fore, consultius ex-  
stimatorum.

Apocryphi vero libri non sunt omnino in hæreticorum ordinem numerandi: siquidem po-  
test liber aliquis Apocryphus dici, cuius auctor nec fuerit hæreticus, nec aliquid catholicæ fidei  
contrarium scripsit: saltem iuxta quasdam hu-  
iis distinctiones, de quibus acturi le-  
ctorem admonemus, Apocryphum quandoque  
dici librū, cuius est auctor incognitus, aut cuius  
auctorem ignoramus: quia incertus est. gloss. in  
sunimia. 16. distinct. Licet illic in distinctionis dedi-  
ctione errauerit ex Graecæ linguae ignorantia. Hu-  
ius vero significationis modo nulla nobis est ha-  
benda ratio: potest enim aliquis liber incertum  
habere auctorem, & tamē ab Ecclesia no[n] solum  
non repudiatur, verum & inter canonicos recipi-  
tur: vt historia Job, & Sapientia quæ dicitur Salo-  
monis: atq; ideo multi libri, quorum auctor in-  
certus est, inter Agiographos saltē potuerunt nu-  
merari. At hisce calamitosis temporibus tot hæ-  
retibus christianam religionem oppugnantibus,  
totque libris ab hæreticis sine auctoris nomine,  
vt minimè repudientur, in publicum editis, san-  
ctissimè Tridentina Synodus, vt tot mali obui-  
ret, statuit, & prohibuit, ne quis imprimat, impri-  
mi faciat, aut in futurum vendat, vel apud se reti-  
neat, quoivis de rebus sacris libros sine nomine  
auctoris editos, nisi primū ex examinati, probari-  
que fuerint ab ordinario. Dicuntur quādōque  
libri Apocryphi libri omnes, qui sunt extra ca-  
nonem, & ideo qui nō sunt canonici: quia significa-  
tione usus est Diuus Hieronymus in protogoin  
libros Regum: qui Galertur dicitur. Sed nec de-  
hac significatione modō agendū erit: siquidem  
plures sunt libri de rebus sacris, & ecclesiasticis,  
qui dubio procul sunt extra canonem, & tamen  
inter Agiographos consummantesur: nec dici pro-  
prie possunt Apocryphi: de quibus in capitulo pro-  
ximo tractauimus. Igitur Gelasius Apocryphos  
libros, de quibus in hoc decreto agit, primū eos  
appellat, qui ab hæreticis aduersus fidem catholicam  
scripti fuerint, eosque omnino damnat, &  
improbat decessentes legendos non esse a catholicis:  
quos quidem proprius dicere quis possit, libri  
hæreticos: vt patulo ante obseruimus: &  
quoniam huius conditionis plures hoc in capite  
Gelasius referat: ac nominet, aliorum tamen me-  
minit, qui proprie dici possunt, & dicitur Apo-  
cryphi: qui nec hæretici sunt, nec auctorem incer-  
tum habent, nec inter Agiographos consumme-  
tantur.

rantur: est tamē eorum auctoritas leuis, minime  
que ab Ecclesia, sanctisq; Patribus probata, pro-  
pterea, quod falsa quædam in eis veris quando-  
que misceantur, peregrina quædam, aut portento-  
sa narrentur, quæ nec pie, nec commode credi  
possunt, vel ex eo deniq;, quod eorum auctores  
quædam veterum dogmata fuerint sequuti, quic  
postea testimonio sacrarum scripturarum cōui-  
cta sint. Atque ideo hi libri Apocryphi dicuntur,  
quod non sint publice in templis legendi: licet  
priuatim, caute tamē legi possint. Sic & Apocry-  
phi libri dicuntur, qui ementito titulo nō censem-  
tur editi ab his, quorum nomine designantur. Ex  
quibus plures hic à Gelasio notantur. Ergo libri  
Apocryphi iuxta has posteriores significationes  
quas D. Augustinus explicat libro decimo quin-  
to capitulo vigesimotertio. & libro decimoctauo.  
capitulo trigesimoctauo. de ciuit. Dei. & li-  
bro. xi. contra Faustum Manichæū columna se-  
cunda. & libro. 22. capitul. 79. licet in Ecclesijs le-  
gi non debeat publice, possunt tamen priuatim  
legi, & caute, quia eorum auctoritas in obscuro,  
& abscondito est. Quod adnotarunt Rhenanus  
in præfatione ad Tertullianum, Erasmus in Hie-  
ronymi epistola ad Lætam. Ludou. Vives in di-  
cto capitulo, vigesimotertio. super Augustinum.  
Sed & Apocryphos libros, de quibus modo agi-  
mus, legi priuatim posse, satis probatur ex Hiero-  
nymo in dict. epistola ad Lætam. Caveant omnia  
Apocrypha, inquit, & si quando ea non ad dog-  
matum veritatem, sed ad signorum reuerentiam,  
legere voluerit: sciat non eorum esse, quorum ti-  
tulis prænotantur, multaque is admixta virtus, &  
& grādis esse prudentiæ, aurum in luto querere.  
Hæc Hieronymus. Ruffinus in symbolo. Cum  
canonicorū, & Agiographorum librorū memori-  
nisset, addit: Cæteras vero scripturas Apocry-  
phas nominarūt, quas in Ecclesijs legi noluerūt.  
Hoc ipsum passim apud Augustinum lector ob-  
seruare poterit: nam & se Apocrypha legisse idē  
Augustinus testatur sermone. 22. de verbis Domini.  
Quin & Iudas Apostolus in epistola citat li-  
brum Enoch, & eius ytitur testimonio: & tamen  
hic liber Apocryphus censetur auctore Augusti-  
no in dicto capitulo vigesimotertio. & Hierony-  
mo de scriptoribus ecclesiasticis in Iuda. Rursus  
Augustino libro. 18. de ciuit. Dei, cap. 38. Tametsi  
Tertullianus refragetur in libr. de habitu mulie-  
bri. Sed & à Gelasio plures libri Apocryphi cen-  
sentur, quos tamen scimus legisse veteres Theo-  
logos, viros quidem eruditiores, ac sanctitate insi-  
gnes, eorumque testimonio ipsi fuisse: quin &

Ecclesia catholica, aut communis Episcoporum  
ac prælatorum cōsensus permittit, etiam nostra  
ætate legi: quemadmodum in interpretatione  
huius decreti admonebimus. De his verò Apo-  
cryphis libris multa Dicitur. libro primo de dog-  
matibus. ca. 4. & lib. 4. c. 1. congerit, quæ tem ista  
explicant, & intellectu faciliorem efficiunt.

In primis Ariminieſem synodum a  
Constantino Cæſare Conſtatini filio con-  
gregatam mediante Tauro præfecto ex  
tuc, & in æternū confitemur esse dānatā.

2. Legendum esse, à Constantino Cæſare: pla-  
nè constat: siquidem Ariminensis synodus con-  
gregata fuit Anno ferme. XXIIII. imperij Con-  
stantij & tempore, quo vita functis Constantino  
& Conſante fratribus solus Romanum obtine-  
bat imperium. idque præmittunt Ecclesiastici hi-  
storici, qui huius synodi mentionem fecerunt.  
Etenim cum grauis esset contentio inter catholi-  
cos, & Arianos super Nicæni concilij symbolo  
de filio patri consubstantiali, foretque necessa-  
rium concilium vniuersale iterum congregari  
ad eam controversiam sedandam, essetque diffi-  
cilem, Constantius Imperator iussit occide-  
tales Episcopos Arimini in Italia conuenire, orie-  
tales vero Seleuciæ Isauriæ; quibus tandem syno-  
dis congregatis Seleuciæ nihil actum est propter  
varias Episcoporum opiniones. Ariminivero pri-  
mum obtinuere catholici Nicænam Synodum  
recepientis refragantibus Uſlacio, & Valente A-  
rianis; miseruntq; Constantinopolim decem le-  
gatos ad Imperatorem, ad quæm & alios dece, ut  
ab initio conuenerat, Synodus Seleuciensis misc-  
rat. Demum dolo, industria Acacij, & violentia  
propè à Cæſare illata vtriusque Synodi legati fi-  
dem à Sirmensi concilio datam receperunt, co-  
ſentientes tolli de symbolo Nicæni concilij ver-  
ba, illa, quibus filius ascribitur consubstantialis pa-  
tri, & eorum loco scribi, æqualis patri. Quod pa-  
lam Arianius dogma præſe fert, & profitetur.  
Hæc breuiter adnotauimus ex Socrate libro se-  
cundo præsertim capitulo trigesimo septimo. 38.  
& sequentibus Theodorito libro secundo capi-  
tulo decimoctauo. Sozomene libr. quarto, a ca-  
pitul. decimo septimo. Hieronymo in chronicis  
& in dialogo aduersus Luciferianos. Ruffino li-  
bro eccles. histor. 10. capitulo. 21. Cæſidoro li-  
bro quinto. tripartit, cap. 22. & 34. Nicephoro  
lib. 9. cap. 39. & seq. Taurum autem præfectum  
prætorio ex iussu imperatoris huius Synodo Ari-  
minensi adiunisse, testis est Hieronymus. in p̄p̄  
citato

citato dialo<sup>go</sup> aduersus Luciferianos. Sed Romane Ecclesie Pontifex, ac summus totius christiani orbis præsul Damasus synodo Romæ congregata, Nicenam fidem recepit, & Arimiensem synodum damnauit, autore Nicephoro lib. II. cap. 31. post Theodoritum lib. 2. ca. 22. & Sozomenum lib. 6. ca. 22. & 23.

Item itinerarij nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libri octo Apocryphi.

Ita legendus est hic locus ex Burchardo: & sane præter auctoritatem Gelasij: extat Eusebij libro. 3. de eccl. histo. cap. 37. & 38. & Hieronymi in lib. de scriptoribus eccles. iudicium de Clementis. Papæ operibus, nec vlla ibi sit huius operis mentio: immo Eusebius apertissime fatetur, & sensit Hieronymus aliquot libros vulgo legi huius auctoris titulo, qui falso illi fuerint suppositi. Quanuis ea opera, quæ Clementina dicuntur, existimet Nicephorus lib. 3. c. 18. diu Clementis esse, ab eoque scripta fuisse. Sed refragatur Gelasius saltem quo ad itinerarium. Et rursus apud Gratianum Leo Pontifex in capi. Clementis. 16. dist. & lib. 1. Panarij cōtra. 30. Hæresim Ebionitarum, Epiphanius, & Rufinus in Apologia Originis. Et quāvis recognitiōnē lib̄os, quos ille circuītiones Petri, hic tandem recognitiones non rinat, idem esse opus ipse existimauerim, veterque tamen censet, eos libros à prauis ac peruersis hominibus sic corruptos fuisse, vt eis dogmata falsa prouersus, & à sanctis patribus aliena inserta, esse manifeste probet. Vt tandem Nicephorus clementina dixerit alia diuī Clementis opera, quæ vere eius titulo fuere olim à sanctis, doctisq; viris recepta. Idem vero Clementis in vlt. capit. Apostolorum: mēminit duarum ipsius Clementis Epistolarum: atque item institutionum, quas in octo libros distinctis Episcopis nuncupauerat: eas tamen scribit, non oportere in omnibus publicare propter eorum quædam arcana mysteria. Sed & sexta Synodus in Trullo capitulo se cuncto. has Clementis institutiones ex eo refellit, quod adulterina quædam, & à Christiana pietate aliena fuerint ipsis ad Ecclesiae perniciem ab hereticis inserta. Cuius canonis & Zonaras meminit in capitul. Apost. 66. & capitul. vlti. multa tamen hic constitutionum liber continet, quæ digna lectu sunt, & plurimum conferre possunt ad ecclesiastice reipublicæ salubrem institutionem.

Actus nomine Andreæ apostoli Apo-

cryphus. Actus nomine Thomæ Apostoli Apocryphus. Actus alijs nomine Petri Apostoli Apocryphus. Actus nomine Philippi apostoli Apocryphus.

Sancta Romana Ecclesia Spiritu sancto ducēte ab initio religionis Christianæ, tantum actus Apostolorū à dño Luīa scriptos receperit, ac probauit: reliquos Apocryphos esse decernens. Quæ quidem historiæ non tantum Apocryphæ censentur, vt publice in ecclesijs non legantur, sed vt ipse opinor, vt nec priuatim legi possint ex eo, quod fortassis multa illie reperiātur ab hereticis, & gentilibus conficta in Christiana fidei detrimentum. De his, & de similibus Leo Papa epistola. 91. capitul. 15. ad Toribium Astoricensem Episcopum ita scribit. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum huius tarum habent ieminarium falsitatum, non solū interdicenda, sed etiam penitus auferendæ sunt, atque ignibus concremande. Quanuis enim sint in illis quædam, quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam timen vacua sunt venenis, & per fabularum illecebras hoc latenter operātur, vt mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunq; erroris involuant. Hæc Leo. Quibus conueniunt quæ scribit August. lib. 15. de ciuitate Dei. capi. 23. & libr. 22. contra Faustum Manichæum. ca. 79. de Apocryphis scripturis, quæ sub Apostolorum nominibus ab hereticis proferuntur. Et de Historia Thymarib: uno aduersus Admantum. capitul. 17. & libro primo. de Sermone Domini. in Monte cap. 38. Et in specie de Actibus Andreæ Apostoli à quibusdant hereticis confictis tradidere hoc ipsum innocentem. Ad Exuperium Philaster de Harpiis cap. 48. Rursus Diuus Aug. in libro de fide contra Manichæos cap. 38. Et de alijs Apostolorū actibus idem scribit Epiphanius. libro. I. aduersus Hæreses Tom. 2. in festam. 30. Tametsi hic auctor de Actis à Diuio Luca scriptis, ab hereticis vero Ebionitis depravatis, & falsa doctrina infectis agere videatur. Ex quibus satis constat, nec actus, nec euāgelia, nec alias scripturas nominibus Apostolorum editas publice, aut priuatim legēdas sunt præter eas, quæ ab Ecclesia catholica fuere receptæ. Id ipsum docet Eusebius lib. 3. eccl. histo. ca. 23. & post eum Nicephorus lib. 2. ca. vlti. à quibus simul euna alijs Apocryphi censentur: actus Petri Apostoli, actus Pauli, actus Andreæ, actus Iohannis, & omnes alij Apostolorū nominibus editi, præter Lucæ Euāgelistæ actus. Scribit Trithemius in Clemente à Gelasio Apo-

cryphum censeri opus, quod editū est inter opere Clementis Papæ, & dicitur Petri, & Appionis dialogus, quem librum Eusebius lib. 3. cap. 38. & Hieronymus in Clemente, ut Apocryphum repudiari scripsere. Et tamen non video qua huius decreti parte à Gelasio Apocryphus iudicetur, nisi hoc in loco sub nomine Auctorum Petri.

**Evangelia Thaddæi nomine Apocrypha.** **Evangelia nomine Thomæ Apostoli,** quibus Manichæi videntur, Apocrypha. **Evangelia nomine Barnabæ apostoli Apocrypha.** **Evangelia nomine Bartholomæi Apostoli Apocrypha.** **Evangelia nomine Andree apostoli Apocrypha.** **Evangelia,** quæ falsavit Lucianus Apocrypha. **Evangelia quæ falsavit Hirtius Apocrypha.**

Apud Burchardum, & in primo conciliorum tomo apud Gelasium his adduntur euāgeliæ nomine Petri Apostoli Apocrypha. Rursus apud Gelasium: euāgeliæ nomine Matthæi Apocrypha. Euāgeliæ nomine Iacobi minoris Apocrypha. Sed & Euāgeliū Petri, & euāgeliū Matthæi, & euāgeliū Thomæ, & omnia euāgeliæ præter quatuor à catholicis repudiari, velut ab hæreticis conficta, assuerant Eusebius lib. 3. cap. 25. Nicephorus lib. 2. capitulo 45. & 46. Clemens vero Alexandrinus in Stromate libr. 2. vtitur testimonio euāgeliij secundum Hebreos, quod à quatuor iā receptis diuersum est, & à catholicis repudiatur auctoribus Eusebio, & Nicephoro, qui & lib. 3. cap. 13. post Eusebium lib. 3. capit. 27. scribit, hoc euāgeliō tantum vīos fuisse Eusebionitas hæreticos reliquis imp̄ robagis. idem Eusebius in dict. ca. 25. tradit. Hebreos, iā Christifidem suscepserant, hoc euāgeliū imp̄ potissimum, ac p̄z cæteris admissē. Quod & Nicephorus r̄c. apertit, lib. 2. ca. 46. Quin & Hieronymus illi Iacobō luto huius euāgeliij meminīt, & quedam ex eo adducit assuerans, à seipso versum fuisse in Græcam, & Latinam linguam. Origenemque eius testimonio usum esse. Rursus Clemens Alexandrinus lib. 31. Stromate vtitur euāgeliō secundū Ægyptios non semel, sed aliorum nomine, & ita quidē, vt minime videatur probare quē ex eo adducuntur. Hæc sane, & omnia alia euāgeliæ, quæ præter quatuor ab Ecclesia recepti, nomine cuiusquam Apostoli vulgata fuerint, sunt omnino in tenebris rei scienda, acc publice, nec priuati legenda, quād igni concremāda ex Leonis Papæ auctoritate, Gelasi decreto, & diuī Augustini.

& aliorum, qui existimarent, haec ab hæreticis fuisse conficta, & falso supposita. Manichæos autem vīos fuisse euāgelijs Thomæ Apostoli ante Gelasium tradit D. Augustinus in sermone 2.2. de verbis Domini. Imo Cyrillus Hierosolymitanus Cathechesi. 4. scribit, ipsos Manichæos hoc euāgeliū scripsisse, idem Cathechesi sexta, explicat apertius assuerans, hoc euāgeliū scriptum fuisse non à Diuo Thoma Apostolo, sed à Thoma quodam Manetis discipulo. Quis vero fuerit Lucianus, qui euāgeliā falsauit, quorum Gelasius mēminit, dñibium est: sed cum hic agamus de re hæreticis admodum conuenienti, existimo, hunc Lucianum fuisse ex sorore nepotem Eunomij hæretici, & Episcopum Constantinopolitanum, qui sub Arcadio, & Honorio in Episcopatu Eudoxio succēsit, quiq̄ hæreticus fuit quemadmodū scribit Nicephorus libro tertio. capitulo. 1..

**Evangelia quæ falsavit Hirtius.**) Apud Burchardum, & Gelasius in primo conciliorum Tomo legitur. Ysicius: aut Isicius, vel Esicius:

**Liber de infantia Saluatoris Apocryphus.** **Liber de nativitate Saluatoris, & de Sancta Maria,** & de obſtrice Saluatoris Apocryphus. **Liber qui appellatur Pastor Apocryphus.** Libri omnes, quos fecit Leuticius discipulus diaboli, Apocryphi. **Liber, qui appellatur fundamentum, Apocryphus.** **Liber, qui appellatur Thesaurus, Apocryphus.**

**Liber, qui appellatur Pastor.**) Hunc librum ab ecclesiasticis scriptoribus, & catholicis extra canonem censeri, & repudiari, scripsere Eusebius libro tertio, de histo. eccl. capitulo. 25. & Nicephorus libro secundo, capitulo ultimo. Idem assuerat Cyprianus, aut Ruffinus in expositione Symboli scribens, ex nouo Testamēto extra Canonem censeri, ecclesiasticum vero appellari Libellum Pastoris, sive Hermatis, qui appellatur: **Dua Vix.** vel iudicium secundum Petrum. Eius tamen testimonio vīus est Irenaeus, auctoribus codem Eusebio libro quinto, capitulo. octauo, & Nicephoro libro quarto, capitulo. decimoquarto, ex hoc libro Arrianos locum quendam ad eorū hæresim probandum adduxisse textis est Athanasius apud Theodoritum libro primo, capitulo octauo. Eiusdem libri auctorem fuisse Hermān, cuius

cuius meminit Paulus ad Romanos cap. vii. ex multis opinione existimant. Origenes in libris *peri archōi* & Hieronymus de scripturibus eccl. in *Hermia*. qua ratione opinor, hunc librum citari nomine reuelationis, aut visionis, quae Hermæ appartuit, à Clemente Alexandrino libro secundo *Stromatum*, atque alibi non semel in eodem opere. Idq[ue] palam fecit Pius Pontifex huius nominis Primus in primo *Tuarū Decretalium* & apud *Gratianum* cap. *Nosse vos volumus*. de consecratio. distinctio. 3. Sed & Hermæ hunc librum quodammodo adscribere testis est Nicophorus in dict. cap. viii. scribens ex antiquis non paucos eo usus fuisse. Huius item libri nimirum Calisia nus in collatione. 8. cap. 17. luo Carnotensis parte. 8. capit. 243. & Gratianus in capl. Ego dixi Pastorij. 34. quæst. 2.

*Linitio discipuli diabolus.*) Apud Burchardum legitur. Lentinus. apud Gelasium in primo conciliorum tomo Lucius. qui fortassis est Lucius ille Arianus Alexandriæ Episcopus Athanasio refra gante electus: cuius ecclesiastici historici memini nere. \*Quod si quis legerit Leucius, non contem dám cum eo: nam & huius heretici meminit Di uus August. in lib. de fide contra Manichæos, capitulo. 38.\*

Liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel Genesis Apocryphus. Liber, qui appelleatur Pentametrum de Christo Virgili anis compaginatu versibus, Apocryphus. Liber, qui appellatur actus Teclæ, & Pauli Apocryphus. Liber, qui appellatur Le potius, Apocryphus. Liber Proverbiorū ad hereticis transcriptus, & sancti Sixti nomine signatus Apocryphus.

*Liber qui appellatur de filiabus Ade, vel Genesis.*)

4 Ita enim legitur apud Gratianum, & in primo conciliorum tomo. apud Burchardum vero falso, & corruptè legitur. de filiabus Adelgen sis. Fortassis hic liber est illa parua Genesis, quæ citatur à Ioanne Zonara in primo Annalium tomo. Vbi scribit, hoc opus non esse à diuinis patri bus inter approbata relatū: citatur & hic liber non semel à Georgio Cedreno in Annalium epitome.

*Liber qui appellatur Pentametrum.*) Apud Burchardum, & in primo conciliorum tomo rectius legitur. Centimetrum de Christo. Hexametris enim versibus Virgilius usus est, non Pentame tris. Centimetrum vero hoc in loco non intelligi

tur poema centū compositum carminibus; sed ex multis, alienisque hinc inde compositus versibus in vnum coagnitatum, & confectū: quod centōrem appellamus à veste vili, & rusticā varijs, & versicoloribus segmentis, filisve consuta. Est igitur, qua ex parte poetas attinet, cento varijs de locis, sensibusque diuersis quedam carmi num structa, in vniū versū ut cocat aut cæsi duo, aut vñus, & sequens cum medio. Nā duos iunctim locare, heptū est, & tres vna seriae me ræ nugæ. Agitur etenim ab autore centonis, vt sensus diuersi congruant, & adoptiuā quæ sunt, cognata videantur, aliena ne interlinquant, accer sita ne vim redarguant, densa ne stupra modum protuberet, hiulca ne pateant. Hæc graphicè Au sonius ad Paulinum in epistola nūcupatoria nuptialis centonis. Cui conueniunt Tertullianus in lib. de præscriptionibus aduersus hereticos, & illic Rhenanus. Hieronymus in epistola ad Paulinum, quæ prima est tertij tomi. & in annotationibus Eralmus. Gregorius Gyraldus de poetis. dia logo primo. Hinc apud Tertullianum Homero centones, & apud Hieronymum Homero centones, & Virgiliocentones opera ad hunc modum more centonario ex multis hinc inde Homerij, aut Virgilij versibus composita. Quæ Suidas ὁ μιροκέντρα vocat in dictione, centron. Ve teres quodam imitata Proba Falconia matrona Romana Adelphi viri proconsularis vxor temporibus Theodosij Iunioris miro artificio hoc genere scribendi tititur. Nam ex Virgilianis versibus omnem Christi seruatoris vitam edito hac de re centone explicauit. Sed & ipsius Theodosij Iunioris vxor Eudocia carminum & poetices admodum studiosa, sicuti constat ex Euagrio libro primo. eccl. histo. capitulo. 20. & sequenti. Socrate libro septim. capitulo. 21. & 47. & Nice phoro libro. 14. capitulo. 22. & 23. qui eam mirè laudant ingenij dexteritate, & humanarum literarum cognitione. Hæc inquam insignis fœmina centonem ex Homeris carminibus de Christo confecit, auctoribus Trithenio de scriptoribus ecclesiasticis, & Gregorio Gyraldo de poetis dia logo quinto, & Ioanne Zonara, qui in Theodosio Iuniore scribit, hoc opus à patricio quodam imperfectum, & indigestum relictum fuisse, & tamen Eudociam imperatricē illud absoluisse: ut inscriptio versibus hereticis præfixa declarat. Vt trinque poemata vulgo circunfertur Græce, & Latinè, legitimq[ue] priuatini, quanuis latinum à Gelasio inter Apocrypha referatur. Huiusmodi poemata non admodum probare videtur Tertullianus,

# Variarum Resolutionum.

nus, eaque aperte improbat. Diuus Hieronymus, quia vitiosissimum sit deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem, quasi inquit, non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas, ac non sic, etiam Maronem sine Christo possumus dicere Christianum, quia scripsit. Iam redit, & virgo, redunt Saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto, & patrem loquentem ad filium, Nata meæ vires, mea magna potentia solis. Et post uerba Saluatoris in cruce. Talia perstabant memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia docere quod ignores, lmò, ut cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias. Hæc Hieronymus. Ex quibus verbis adnotarunt quidam ante Probam, & Eudociam huiusmodi poemata, etiā de Christo fuisse conscripta. Quod fortassis verū est, potuit enim contingere. Ipse vero existimo ante Hieronymum ex Homero, & Virgilio centones etiā de rebus prophanis editos fuisse, quod Tertullianus palam assertit scribens Ouidiu Tragoediam quandā ex Virgilio plenissimè exprefisse. Ex eodemque Virgilio propinquum quendam ipsius Tertulliani pinacem, & sic tabulam Cebetis explicuisse.

Sunt tamen, qui censent, Tertulliani locum non de Ouidio illustri Poeta: sed de Osidio quodam Geta esse intelligendum; & eadem ratione emendandum: quod & mihi probatur: nam Ouidium celeberrimum poetam Medeam Tragoidiam, quæ à Fabio Quintiliano summopere laudatur, ex Virgilianis versibus contexuisse, vero non consonat. Atque ideo apud Tertullianum ipse legerem: Osidius Scytha: ubi fallō legitur: Ouidius citra. Quæ quidem opera, & alia huiusmodi legerē potuit Hieronymus, qui, ni fallor, dū improbat Virgilium sine Christo Christianum facere, Eusebium notare videtur, à quo in oratione de Constantino Magno, quæ post quatuor libros de eius vita ab eodem scriptos, nuper græce prodijt in lucem, tota ferè Virgilij ecloga, quæ in cipit: Sicelides Musæ: ad Christi saluatoris aduentum deducitur pia quadā interpretatione ad ea omnia exprimenda, quæ apud gentiles olim de Christo prædixerat Erithœa Sibylla, cuius hæc de re carmina in eadem oratione refert ipse Eusebius Græcè, & idem plures auctores fecere, præsertim ex Iunioribus Grægorius Gyraldus dialogo. 2. de poetis. Latinè vero D. Augustinus libro 18. de ciuit. Dei. ca. 23. scribens, ea carmina è græca lingua in latinam traducta fuisse à quodam la-

tino: cuius nomen tacuit, tamen nunc interpretem fuisse Ciceronem ex Eusebio constat. Quod est adnotandum ad diuini Augustini locum. Id enim ante nos à nemine obseruafū legimus. Sed & ipse Cicero lib. 2. de diuinatione scribit: Sibyllas multa per versuum initia significare consueuisse: quo in loco fortassis de Sibyllinis carminibus iensit, quorum Eusebius, & D. Augustinus meminere, ex acrostiche quadam prætextis.

*Liber, qui appellatur Lepotius Apocryphus.* Apud Burchardum & in primo conciliorum tomo apud Gelasium verè legitur. Liber, qui appellatur Nepotis Apocryphus. Fuit enim olim Nepos quidam apud Ægyptios Episcopus, a quo dicti Nepotiani hæretici, qui librum eiusdem Nepotis proferentes, eius auctoritate ostendere, ac probare nitebantur, regnum Christi in terris futurum, designatam quandam mille annorum vietam referentes. Quem equidem librum, & Iudiccam auctoris opinionem duobus de promissionibus libris compositis Dionysius Alexandrinus Episcopus euertit: sicuti scripsere Eusebius lib. 7. ecclesiastico. cap. 23. & 24. & Nicephorus lib. 6. c. 21. Hic igitur Nepotis liber dubio procul est, qui à Gelsio inter Apocryphos numeratur, quinq; nec priuatim, nec publicè legi debet.

*Reuelatio, quæ appellatur Pauli Apocrypha.* Reuelatio, quæ appellatur Thomæ Apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani Apocrypha. Liber, qui appellatur transitus sanctæ Mariæ Apocryphus.

Præter Apocalypsim Ioannis Apostoli, & Euangelistarum, nullam aliam Ecclesia recipit: quanuis olim nomine Apostolorum plures Apocalypses fuerint vulgo æditæ. Nam & inter illegitima, & adulterina scripta Apocalypsim Petri referunt Eusebius libro tertio. capitul. 25. & Nicephorus libro secundo. capitulo ultimo. Qui lib. 12. c. 34. post Sozomenē lib. 7. ca. 19. asseuerat, Petri Apocalypsim subdititiam & illegitimam à veteribus iudicatain, apud Palestinos semel quotānis in ecclesijs quibusdam in die paresceues legi solitam fuisse: & Pauli Apocalypsim, quam ex priscis hominibus nemo vidit, monachos plures ætate Sozomeni cum veneratione admirari referentes, Theodosij Magni tempore, librum istum diuina reuelatione repertum fuisse intra marmoreā arcam Tarsi Cilitiæ in domo ipsius diuini Pauli: quod falsum esse Cilix presbyter Ecclesiæ Tarsensis, grandevus homo, & canicie veneradus confessus est ipsi Sozomeni cum hac de re interrogati, qui

et qui admiratus est, si non ab hereticis fama ea confusa esset, id quod in multis alijs libris factū esse p̄dē Sozomenos, & Nicephorus fatentur. Ex quibus admonemur, quām periculōsum sit alios libros de rebus diuinis scriptos legere, quām eos qui fuerint ab Ecclesia, & ecclesiastica traditione probati, & recepti.

*Liber quæ appellatur transitus sancte Mariae, Apocryphus.*) Opinor à Gelasio Apocryphum censeri libruin olim editum de morte Mariæ virginis, & de his, quæ tunc in eius obitu, funere, & ex eius contigere. Verum licet in euangelijs, & actibus, epistolisque Apostolorum nihil scriptum sit de morte diuīe Mariæ virginis, receptum tamen est, eam subiisse mortem corporalem: quod Hieronymus, Augustinus, & alij ecclesiastici doctores dicere nō reformidant. Tempus vero huius obitus Eusebius in chronicis adscribit ahno domini XLVII. & sexto Claudij Imperatoris. Nicephorus lib. 2. capit. 21. anno quinto Claudij Caesaris hoc tribuit. Demum corpore, & anima in cœlum virginem sacratissimam adsumptam fuisse, licet Hieronymus in sermone de adsumptione, affirmare nō fuerit ausus, & primum hec statuerit Sermo. 35. de Sanctis. Augustinus, tandem hic Ecclesiæ doctor celebratissimus scribit, consentaneum esse credere, Mariam secundum corpus, & animam in cœlum adsumptam fuisse. Et ex eodem Augustino probat Sancti Thom. part. quæst. 27. art. 1. & q. 83 art. 5. idem Iudeus Hierosolymorum Episcopus vir magnus fons, & diuino afflatus spiritu scriptis suis cum fide confirmat, auctore Nicephoro lib. 2. eccles. hist. ca. 23. scribente, hinc famam esse, non ita pridem adsumptionem sanctissimæ virginis celebrari coepit fuisse. Hoc solenne festum catholica Ecclesia X V. die Augusti magna cum religione celebrauit, totiusque Christianæ plebis ingenti alacritate adeoveneratur, & colit. Dei genitricis adsumptionem, ut plane impium sit, ac temerariū hac de re dubitare, in graue pientissimorum scandala. Sed & Eusebius inquit, Maria virgo Iesu Christi mater ad filium in cœlum adsumitur, ut quidam fuisse sibi revelatum scribunt. Liber autem de hoc transitu diuīe virginis etiam à diuīo Hieronymo in dicto sermone, aut epistola de adsumptione Mariæ ad Paulam, & Eustochium Apocryphus cœletur, sicuti & à Gelasio & Beda in retractationibus Apostolicorum Actuum. ex eo forratis, quod in eo libro multa commemoriatur eo tempore accidisse, quæ absque vlo certo testimonio assuerantur. & ne dubia pro certis

in re adeò graui passim, & publicè legantur. Tametsi ex eo libro aliqua retulerit Nicephorus Græcus, eccles. hist. auctor. Et Ioan. Damascenus, atque Andreas Cretensis in his orationibus, quas de hac re scriptas in Tomum sextum retulit magno cum studio Aloisius Lippomanus, & nostra estate referant Ioannes Eckius, & alij viri catholici, qui super euangelia, & de solemnibus Ecclesiæ festis sacras conciones scripsere. à quibus etiam aliquot loci sacrae scripturæ post Augustinum, & alios adducuntur ad probandum diuīe Mariæ resurrectionem, assumptionemque in cœlum secundum corpus, & adimam, postquam sacratissima virgo mortem obierat corporalem. ideo probat Petrus Galatinus li. 7. c. 10. \* Ioan. Damasc. & Andreas Cretensis Archiepiscopus Hierosolymit. in his orationibus, quas de hac solennitate scripsere: & extant Thomo. 6. Vitarum, quæ magno cum studio ab Aloisio Lippomano collectæ fuerunt. \* In primo cōciliorum tomo legitur hic locus. Liber, qui appellatur trāitus, id est, adsumptio sanctæ Mariæ Apocryphus. \* Hic vero liber à Trithenio Meltoni Sardesi tribuitur. Quod duum esse videtur, & probari poterit ex eo quod Hieronymus inter opera huius authoris plane hac prætermiserit. \*

Liber, qui appellatur Pœnitentia Adæ, Apocryphus. Liber, qui appellatur Diogenes nomine gigantis, qui post Diluuiū cum Dracone ab hereticis pugnasse prohibetur, Apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iob, alias Iacob, Apocryphus. Liber, qui appellatur de pœnitentia Origenis, Apocryphus. Liber de pœnitentia Cypriani, Apocryphus. Liber, qui appellatur Iammæ, & Mābræ Apocryphus.

Hæc apud Gratianum, apud Burchardum, & in primo conciliorum tomo verius legitur. Liber, Qui appellatur de Ogiæ nomine Gigantis. Et fortassis erat hic liber scriptus de Og rege Basan, cuius mentio fit numeri. 21. & Deuteronomio. capitulu. tertio. & in Psalmo centesimotrigesimo-quarto. &. 135. & paulo post, Liber, qui appellatur testamentum Iob. Deinde in primo cōciliorum tomo legitur, Liber, qui appellatur pœnitentia Iammes, & Mābræ Apocryphus. Iammes vero, & Mambres restituerunt Moysi, quemadmodum & impij, ac proterui resistunt veritati, teste Paulo secundo ad Timotheum. capitulu tertio. quo in loco Chrysostomus scribit, hoī fuisse magos

# Variarum Resolutionum

magos Pharaonis, qui resistentes Moysi, & veritati, sagna in Ægypto fecisse leguntur Exodi capitulo septimo. quanvis horum nomina in vete si testamēto suisq; reperiāntur, sed illa Paulus spiritu didicerit. Horum mēthinerē Numerius Pythagoricus libro tertio. & Euſebius de præparat. euangēlica, libro nono. capitul. 3. Meminit & huius libri, qui dicitur Iatines, & Manib; Origenes tractat. 35. in Matthæum meminit & horum Magorum Pharaonis, Georgius Cedrenus in Annalium epitome, & D. Augustinus epist. 119. ad Ianuarium.

Liber, qui appellatur Sors Apostolorū, Apocryphus. Liber Lusanæ Apocryphus. Liber canonum Apostolorum. Apocryphus. Liber Physologus ab hereticis conscriptus, sed beati Anibrosij nominēpræsignatus, Apocryphus. Historia Eusebij Pamphili Apocrypha.

Hæc apud Gratianum. In primo conciliorum tomo apud Gelasium legitur. Liber, qui appellatur sortes Apostolorum, Apocryphus. Liber, qui appellatur latis Apostolorum, Apocryphus. Et paulo post, Liber Physiologus Apocryphus. Librum autē Physiologum interpretor eum, qui de rerum naturis tractat. Apud Burchardum legitur. Liber, qui appellatur Lu:a Apostoli Apocryphus. Sed corrupte, fideliorq; extat lectio in principio conciliorum tomo. Resert tamen Eusebius in dicto lib. 3. cap. 25. librum quendam inter Apocryphos, cui titulus erat. Doctrina Apostolorum. idem tradit Nicephoras libr. 2. cap. vlti. \* Et Athanas. in Synopsi, & de libro, qui appellatur Sors Apostolorum. Idem repetit ex Augustino Gratianus in cap. Nō obseruetis. 26. quæst. 7. \*

De canonibus Apostolorum varie ab historiis, & veteribus Theologis tractatur; sed Nicephorus libr. 3. ca. 18. de Clemente primo scribens ait. Hunc autem, & Apostolicarum constitutio-  
num, & sacrōrum quoque Canonum auctorem esse credimus. Gratianus vero in principio. 16. distin-  
tissim; existimat, eos translatos fuisse à diuo Clemēte: nā Græca lingua primū fuere editi Apostolorum canones, sicuti & nūc circumferuntur cū vulgari, ac veteri: atque item noua Gregorij Haloadri latina traductione. Ex quorum ultimo capite deducitur quod Nicephorus scripsit. Præter Gelasium, hos canones inter Apocryphos cōnumerari apud veteres, testatur Isidorus in principio conciliorū apud Gratianū. c. 1. dist. 16. quo

in loco Gratianus ex eodē Isidoro ca. placuit. fert, canones Apostolorū à plurib; receptos fuisse, & a sanctis Patribus Synodali auctoritate approbaratos esse. Ex eisdem canonibus summos pontifices Victorum, Damalum, & Anacletum in epistolis testimonia mutuo accepisse, constat. Vnde mirum sit, cur à Gelasio hi canones inter Apocryphos libros referantur. Sed & Zepherinus Papa ex eis recepit sexaginta in epistola ad emolum Siciliae fideles: c. sexaginta. 16. dist. in ipso epistola in primo conciliorum tomo. septuaginta legitur. apud eūdem Gratianum cap. Clementis, ab Apocryphis eximuntur canones Apostolorum numero tantum quinquaginta, reliquis inter Apocryphos relatis. Ex testimonio Leonis Papæ noni contra epistolam Nicetæ Abbatis, idem tradit Iuo Carnotensis lib. 2. decretorū. c. 124. Extat epistola hæc scripta ad Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum, & Leonem Acridanum Archiepiscopum Vulg. Extat & Vmberti Episcopi, & Cardinalis, qui fuit legatus Leonis Papæ noni ad Constantinopolitanos, liber aduersus Nicetani scriptus. Probatur etiā canonū istorum auctoritas, saltē octuaginta quinq; qui vulgo træduntur, ex Canone secundo sextæ Synodi generalis, quæ apud Constantinopolim in Trullo fuit congregata: qui quidem canon octuaginta quinque canones Apostolorum recepit, & probabili. Quam Synodus ab Adriano Papa primo, & a septima generali Synodo in primo Canone receptam esse, apparet, ca. sextam. 16. dist. quibus, & alijs rationibus Gelasij decretum hac in parte dubium redditur: dum canones Apostolorū inter Apocryphos libros commemorat. Eius tamon sententiā defendere conatur Franciscus Torrensis in eo libro, quem de actis sextæ synodi, deque canonibus, qui eiusdem synodi falsò esse feruntur ad Salviatim Cardinalem scripsit. Eum legit, qui hac de relate, ac longe differit.

*Historia Eusebij Pamphili Apocrypha.* Rhenanus in epistola & nuncupatoria, quam historicæ ecclesiasticæ præfixit, existimat, vel Gelasium sibi ipsi contrarium esse, vel hæc verba ab aliquo anno adiecta fuisse. Quorū prius falsò, posterius impudenter, ac temere dici, constat ex eo, quod in primo conciliorum tomo in epistola Gelasij, & apud Burchardum virum diligētissimū, & cuius fidem idem Rhenanus non semel probauit, hæc eadem verba reperiātur scripta, quæ à Gratiano ex auctoritate summi, & vigilatissimi Pontificis referuntur. Nec Gelasius sibi ipsi aduersatur: siquidem in secunda huius decreti parte priusquam de-

Apo-

Apocryphis ageret, ita scriperit. Item chronica Eusebij Cæsariensis, atque ciuidem ecclesiasticæ historiæ libros, quanuis in primo narrationis suæ libro repuerit, & post in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici vnum cōscriperit librum. Propter rerum tamen singularem notitiā, quæ ad instructionem pertinet, vsquequaq; non dicimus renuendos. Quibus sane verbis nec omnino Gelasius probat horum librorum lectio nem, nec omnino improbat: imo admonere videtur, eos caute legēdos fore. At in hac tertia huius decreti parte, et si inter Apocrypha cōnumeret ecclesiasticam Eusebij Pamphili Cæsariensis historiam, nihil contrarium tradit his, quæ prius docuerat, si Apocrypha interpretentur ea, quæ publice in Ecclesijs lege non debent, priuatim tamen legi possunt: quemadmodū & quo ad plures libros in hoc loco nominatim relatos hęc significatio est prorsus admittenda. Igitur ex Gelasij decreto legi poterit priuatini ecclesiastica Eusebij historia propter rerum singularem notitiā: quam pulchre textam clamat Hieronymus. Ex tant vero Eusebij de ecclesiastica historia libri decem ab ipso græce scripti, & nuper typis tradi ti opera Roberti Stephani insignis apud Gallos Typographi, si à Lutheranis quibusdam hæresibus typo cūdēdis abstinuisset: Latine vero unde cim: quorū nouem in latinam linguam à Rufino non satis diligenter, ex totidem Græcis traduci fuere: reliqui duo ab ipiomet. Rufino ex varijs auctoribus collecti eandem seriem rerum gestarum obseruant. Caute tamen, & cum iudicio legendus erit hic liber vel ex eo, quod eius auctor in primo narrationis suæ libro repuerit, teste Gelasio. Ioannis etenim Zonaras in. 3. annalium tomo, in Constantino Magno, ex primo libro capitulo primo secundo, & quarto loca quatuor adnotauit, in quibus Eusebius, filium minorē patie, nec ei cōsubstantiale esse, atque ita Arrianam hæc sensim profiteri, & assuerare videtur: tametsi addiderit, secundum quorundam opinionem, Eusebiūm pœnitentia ductum ab Arrianorum secta discedisse, & Historiam ecclesiasticam eo scripsisse tempore, quo nondum pœnituerat. Nicephorus lib. 1. cap. 1. etiam Gelasio suffragatur: cōmemorans etenim ea, quæ de scriptoribus ecclesiasticæ historiæ videbantur ad notanda fore, Memorique Eusebij, eiusque ecclesiasticæ historiæ addit. in qua historia Cacóethes hæreses eius apparet, quanuis quibusdam recte sentire videatur, ex eo id assuerantibus, quod & ipse primæ synodo interfuerit, & iō om̄n̄s, hoc

est, consubstantiali cōsenserit, quodq; conuictijs reprehendens incescerit eos, qui filium Dei creaturam esse opinantur. Sic sane licet suspectū Arrianæ hæreseos Eusebium Cæsariensem fuisse scriperit Socrates lib. 1. cap. 23. & 8. item lib. 2. c. 20. & Theodoritus lib. 1. cap. 5. Ipse tamen Socrates impensisimè contendit Eusebium ab hac hęreseos nota eximere vbiq; assuerans, Arrianum non fuisse, imo nititur probare Nicænæ fidei & subscripsisse, & aduersus Arianos tandem accessisse. idem Theodoritus scribit in dicto lib. 1. cap. 12. His accedit Sozomenes libro. 1. capitulo. 21. scribens Eusebium Cæsariensem Nicænæ fidei, licet dubium, subscripsisse. His verò præterim Socrati Nicephorus refragatur libro. 6. capitulo vlti. probare conatus, Eusebium in multis Arrij sententiam comprobasse: idque ex eius scriptis dijudicat. idem libro nono. capitu. 13. ab eodem Socrate, quem Nouatianum fuisse, afferit, his e quidem verbis dissident, hęc, & alia Socrates afferens, sinceritatē doctrinę Eusebii adscribere contendit: ego quidem talem potius virum eum fuisse velim: ecclesia autem catholica non talem fortasse iudicat, quam potius sequi par est. An vero ille certò in pietatis sinceritate sit, sicuti iste, qui quidē Nouatianus est, dicit, id accurate, certoque occulta omnia perspicienti Deo relinquē dum. Hęc Nicephorus. qui & lib. 8. capitu. 18. & capit. 22. fatetur, Eusebium Nicænæ fidei non ad modum voluntarie, sed dubitante subscripsisse. Diuus Hieronymus ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos, memor Eusebij Cæsariensis inquit, quem fuisse Arrianū, nemo est, qui nesciat. Idem in Apologia prima aduersus Russinū: Eusebius, ait, Cæsariensis Episcopus, Arrianæ quondam signifer factionis. Suidas etiam scribit. cum Arrianæ sectæ addictum fuisse. quod & septima Synodus assuerare videtur actione. 5. & 6. Tomo. 3. & iterum Tomo. 5. Quibusdam tamen placet, Eusebium Arrianum quondam fuisse, postea vero ab Arriana opinione deliciuisse, & à sanctis patribus ad communionem receptū. Quod Ioannes Zonaras in Constantino Magno tradit existimans, ea scripta, in quibus Eusebius Arriani sectam probare videtur, ante eius conuersionem edita fuisse. Huic opinioni accedit, quod Arriani quidam proditionem Eusebii obiecerint: nec iniuria: auctoribus Theodorito libro primo. capit. vndecimo. & Nicephoro libr. octauo. capit. vicesimo secundo. Ex quibus, quæ ad huius loci interpretationem adduximus, lectorem admonemus, Eusebij Cæsariensis opera cautele.

tē legenda fore:nam & ea priuatim legi ad singularem rerum notitiam,& eruditionem adquirēdam,nondum Ecclesia catholica prohibuit.

**Opuscula Tertulliani,sive Africani Apocrypha.** Opuscula Iouiniani , & Galli Apocrypha. Opuscula Montani , & Priscillæ , & Maximilla Apocrypha. Omnia Opuscula Fausti Manichæi Apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini Apocrypha.

*Opuscula Tertulliani,sive Africani Apocrypha.)* Eadem lectio est apud Burchardum : at in primo conciliorum tomo legitur. Opuscula Tertulliani Apocrypha. Opuscula Lactantij Apocrypha. Opuscula Posthumiani , & Galli Apocrypha. Hæc Gelasius ex veriore,ni fallor lectione. Tertulliani opuscula ideo Apocrypha censentur in hoc Gelasij decreto,quod is auctor nouæ prophetæ meminerit , & in libro de Monogamia vim fecerit verbis Apostolicis,& in Montani hæresim iecundas nuptias detestādis prolapsus fuerit:quemadmodum Diuus Hieronymus , & alijs scripserie , ac præter alias Vincentius Lirinensis in libro aduersus hæreses. Sunt etiam & apud hunc auctorem opiniones quædam, quæ hodie prorsus ab orthodoxis improbatæ,damnatæque sunt. Atquæ ideo inter Apocrypha huius auctoris opera censentur hac quidem significatione, vt legi in Ecclesijs publice minime permittatur, priuatim tamen legi pōsint caute,& cum ea cœfura,quæ omnia dirigat in catholicæ Ecclesiæ defensionem,vt quæ diffinita ab eadē Ecclesia fuerint,& scriptis huius auctoris refragentur obseruanda omnino exactissime sint à lectoribus , ne quid pium animum offendat. Laudatur sanc hic auctor à Diuo Hieronymo,ab Eusebio,Nicephoro , & in alijs veteribus de rebus ecclesiasticis icriptoribus: quorum quidam, maxime Diuus Hieronymus , insignem Diui Cypriani encomium Tertulliani referunt,qui magistrum Tertullianū vocabat, nullamque diem abisque eius lectione prætermittebat. Floruit Tertullianus Anno ferme Domini CC. sub Seuero,& Antonino Caracalla principibus.

Idem ferme iudicium erit de Lactantio Firmiano,cuius eloquentiam,insignemq; eruditio nem in euertendis gentilium erroribus Diuus Hieronymus , & veteres Théologi miris effugerunt laudibus,& mirantur. Multa tamē is auctor scripsit,& apud eum Antonius Raudensis notauit,

quæ aliena sunt ab his,quæ catholica Ecclesia difiniuit , vel sancti Doctores communī consensu scripsere,aut planè post tot conciliorum, & sanctorum Patrum decreta minime dici , aut scribi abisque temeritate possunt. Quamobrem & hic auctor caute legendus erit priuatim , legiturque propter eius elegantiam,animi sinceritatem,cadoremque,quibus aduersus Ethnicorum præstigias, & in deorum cultu varia potentia mire vtitur christianam religionē professus. Publice autem in Ecclesijs legi non debet atq; ideo, & quia eius scripta multis erroribus illius temporis referata sunt,inter Apocryphos censemur, minime verò ab Ecclesia damnatur. Floruit sub Constantino Magno anno Domini fere CCCXX.

*Opuscula Iouiniani.)* Hic Iouinianus monachus fuit Romæ tempore beati Hieronymi , aduersus quem & ipse Hieronymus scripsit eius errores,& hæreses impugnans. Etenim inter hæreticos a diu Augusti.libr.de hæresibus,ad Quod vult Deum.cap.82.& ab alijs,qui de hæreticis tractauere connumeratur. Ideo eius scripta iure dānantur,eaque significatione Apocrypha sunt,vt nullam auctoritatem habeant, omninoque legi priuatim,& publice sint prohibita.

*Opuscula Montani,Priscilla, & Maximilla Apocrypha.)* Inter hæreticos à Diuo Augustino, Philastro , & alijs passim referuntur Cataphryges,ex eo dicti, quod ex Phrygia prouincia originem duxerint:horum auctores fuere Montanus,qui dixit,se paracletū fuisse, & duę eius prophetissę Priscilla,& Maximilla , quas ipse Montanus.tāquam ex eius inspiratione factas iactabat. Horum ineminit Augustinus de hæresibus ad Quod vult Deum.capitulo vigesimo sexto.ante ipsum longius Eusebius libro quarto. eccl. histo.capitulo decimoquarto,& sequētibus,& Nicēphorus libro quarto.capitul.vndecim. &.22.apud quos hæc minæ dicuntur Priscilla,& Maximilla, apud Augustinum, & Hieronymum in epistola ad Marcellam aduersus Montanum.Prisca,& Maximilla. Hi hæretici ab initio dicti fuere Phryges,& quia eorum hæresis dicta est secundum Phrygas, & Græce, cataphryges postea dicti sunt Cataphryges.

*Omnia opuscula Fausti Manichei Apocrypha.)* Faustus quidam fuit gente Afer, ciuitate Mileutianus,secta Manichæus, qui quoddam volumen edidit aduersus rectam Christianam fidem,& catholicam veritatem,auctore Augustino,qui contra hunc hæreticum triginta tres scripsit libros. Dicitus est Manichæus à principe huius,hæresis Manete

Manore quodam Persa, cuius idem Augustinus meminit in dicto libr. de hæresib. c. 46. Eusebius lib. 7. Ecclesi. histot. ca. 31. Nicephorus lib. 6. ca. 31. Iudas, & alij cuiusdem meminere. Huius ergo auctoris libri, cum is hæreticus fuerit, nec publice, nec priuatim legi debent.

*Opuscula alterius Clementis Alexandrinini Apocrypha.* Clemens Alexandrinus Panthæmi martyris discipulus, & † Origenis preceptor, quiq; post Panthænum Alexandræ scholam Ecclesiasticam tenuit, & institutionum Christianæ religiosis magister fuit, insignia volumina, plenaque & eruditio, & eloquentia tam de scripturis diuinis, quam de humanis edidit, atque in publicum emisit, auctore Hieronymo de scriptoribus Ecclesi. Cui consentire videntur Eusebius libr. 5. ecclesi. hist. ca. 11. & lib. 6. ca. 13. Nicephorus libro. 4. ca. 33. Claruit anno fere domini C C. sub Seuero, & alijs principibus. Huius auctoris aliquot libri nuper in publicū prodiere e græco in latinū versi à Gentiano Herueto, eorumque lectio non potest non esse adinodum utilis & diuinarū scripturarum studiosis, & his, qui rerum humanarū, & antiquitatum cognitionem adquirere desiderant. Ceterum Gelasius eius opera existimat Apocrypha esse in hunc, ut opinor, sensum, ut cautelegantur priuatim, publicè etenim in Ecclesijs legi non debent. Nam & ab hoc auctore non latius fuit cognitum peccatum originale libr. 3. Stromat. & li. 6. minime ad equum est veram rationem, qua salutem consequi potuerint, qui ante aduentum domini exceperunt.

Quanuis & eius sententiam probare videatur Joan. Damascenus in Sermone de defunctis. Vterque etenim probare nititur, eos, qui ante aduentum Christi e viuis excelsissent, qui pīc alioqui ac sancte vixerant in hoc mundo, tamen absq; cognitione, & fidei professione, saluos factos fuisse prædicatione Christi descendenter ad inferos. Scribit siquidem diuus Petrus epist. 1. cap. 3. de Christo Iesu, in quo, scilicet, spiritu, & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit, qui increduli aliquando fuerāt. Quibus Petri verbis probari videtur Christum descendenter ad inferos prædicatione legis Euangelicæ, eos liberasse, qui in eius futurum aduentum nō crediderant, eoq; in statu mortem obierant, tunc tamen eius prædicatione credentes. Quod dubius licet tentauit assertere Gregorius Nazianzenus oratione. 2. in Paich. Id vero quantum conueniat his regulis, quas de fide iustificant tradit Ecclesia post diuum Paulum satis constat. Nam & eos, qui an-

te Christi aduentum, mortem obierunt in credibili, & in alio inferorum loco, quam in limbo patrum erant, minime per Christum ad inferos descendenter tiberatos suisse, docet S. Tho. 3. par. q. 52. art. 6. post veteres Ecclesiæ catholice patres: Diuum inquam Augustinum epist. 99. & lib. de Hæresib. Hæresi. 79, & lib. 20. de ciuitate Dei. c. 25. & sermone de tempore. 137. Hierony. in c. 4. ad Ephes. & Epiphani. in Hæresi. Tatiani. 46. Quod si locus diuini Petri de Christi descensu ad inferos possit intelligi: sicuti eum videntur intellexisse diuus Athanasius in Epist. ad Epictetum: Cyrillus de recta in Deum fide ad Theodosium: & rursus ad Reginas: Nazianzenus, & Clemens Alexandrinus in eum sentum accipiendo erit, vt D.N. Iesus Christus his, qui in vita crediderunt, & incredulis prædicauerit apud inferos, incredulis ad pudorem & impropterum, his vero, qui crediderunt ad consolationem: qui quidem sensus ex cœcumenio constat ad exemplum, quod tradit Petrus de Noe prædicante, cui innumeri non crediderunt, pauci vero credentes salvi facti sunt. Unde de descensu Christi ad locum damnatorum erit intelligendus per effectum supra dictum ad expobandum: ad locum vero iustorum descendit anima Christi per essentiam. Quod explicat S. Thomas in dict. q. 52. art. 2. Quo in loco S. Doctor post diuum Augustinum in dict. epistol. 99. Petri sententiam nō de descensu Christi ad inferos, sed de operatione intelligit Iesu Christi, quā ipse exercuit ab initio mundi in eos, qui viuētes conclusi erant in carcere animæ, nempe corpori mortali, quibus per internas inspirationes in ipsi ritu diuinitatis prædicauit. Cui sensu optime accedit exemplū de Noe prædicante. Sed etsi de descensu Christi ad inferos Petri locus intelligatur post Athanasium, & alios: poterit & aliū admittre sensum, ut semper intelligamus, fidem Christi explicitam, vel implicitam necessariam fuisse ab initio mundi ad iustificationem: explicitam quidem post legem Euangelicam. Diuus namq; Petrus non asserit, prædicatum fuisse omnino incredulim, sed his, qui aliquando fuerunt increduli, & ad Dei verbum redierunt nonnulli ex ipsis, & ob dormierunt in domino cum pijs ad inferos delati vñq; ad Christi descendū, quo translati sunt in cœlum. ita enim Petri locum interpretantur Nicolaus de Lyra, Dionysius Carthusi. Caetanus. Ioann. Heselius, & Claudius Guillandus illic. Thomas Becket: in libr. de Symbolo, & Claudius de Sancte de Eucharistia repet. 4. cap. 11. Atq; hæc de loco Diuui Petri, qui cum difficilis, a Diuino Tom. j. Var. Refol. Ooo gustino

gustino in dicta Epistola diligentissime tractatur. Fidem autem explicitam esse ad salutem necessariam omnino post legem euangelicam constat ex traditis a Dilio Augustino libr. 19. contra Faustum. c. 14. S. Thom. 1. 2. q. 13. art. 4. & 2. 2. q. 10. art. 4. ad. 3. & ad Romam. c. 10. lect. 3. ad Hebreos. c. 10. lectio 4. & c. 11. lectio. 2. ad interpretationem Dicitur Marci ca. vlt. & Dicitur Paul. ad Galatas. c. 3. Quibus synodus Tridentina mire accedit sensio nes. c. de iustificatione. cap. 6. \* Scripsit autem Damascenus sub Imperatore Leone II. aurico anno fere DCCCL. ut constat ex Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, qui eius vitam scripsit. ut tandem si de hoc Damasceno Trithemius sit intelligendus, parum illi fidendum sit, qui eum clarus se tradidit tempore Theodosij, qui multis ante annis ut idem Trithemius scribit, imperium obtinuit. qua ratione mirum non est, ab eodem Damasco no in eodem sermone Diuum Gregorium sumum Pontificem in testimonium adduci. \*

In primo conciliorum Tomo apud Gelasium legitur. Opuscula Africani Apocrypha. Opuscula Cōmodiani Apocrypha.) Iulus vero Africanus claruit eodem tempore, quo Origenes, quinque de temporibus scripsit volumina, & alia opuscula, quae rūm meminere Hieronymus, & Trithemius de scriptoribus ecclesia. Eusebius lib. 1. ca. 6. & 7. rursus lib. 6. ca. 31. Nicephorus lib. 1. c. 9. & 11. item lib. 5. cap. 21. Hic sub Imperatore. M. Antonino Heliogabalo legationem suscepit pro instaurazione viris Emmaus in Palestina, quae postea dicta est Nicopolis, auctoriis Eusebio in chronicis, & Hieronymo de scriptoribus Ecclesie. Huius opera censentur fortassis a Gelasio Apocrypha ex eo, quod Susanna historiam contenderit a libris Danielis eximere, & a Canone sacrarum scripturarum abiecere in epistola quadam ad Originem scripta, contra quem hac in re rescripsit docte & eleganter idem Origenes. vel ex eo, quod hic auctor scripsit libros qui inscribuntur Cestii. Quorum meminere Eusebius in d. c. 31. Nicephorus in d. ca. 21. & Suidas in dictione, Africanus astuerans, Africanum libris vigintiquatuor Cestios scripsisse, in quibus tradiderit naturalia veluti quedam remedia ex verbis, incantationibus, & pictis quibuidam characteribus ad medelam ægritudinem, aliasve efficaces operationes. atq. hæc de Africano. De Cōmodiano vero Gennadius scribit, aduersus gentes opus quoddam edidisse: in quo, quia parum nostras attigerat literas, magis illorum dogmata de-

struere potuit, quam nostra firmare, & de divinis promissionibus vili satis, & crasso sensu differuit. illis stuporem, nobis desperationem incutiens. Hæc ex Gennadio, ut merito huius auctoris opera fuerint a Gelasio inter Apocrypha relata.

Opuscula Calsiani presbyteri Galliarum Apocrypha. Opuscula Pictauiensis Victoris Apocrypha. Opuscula Faustini Reginensis Galliarum Apocrypha. Opuscula Frumentici Apocrypha.

*Opuscula Calsiani presbyteri Galliarum Apocrypha.)* In principio conciliorum Tomo apud Genesium ante opera Calsiani ita legitur. Opuscula Tatij Cypriani Apocrypha. Opuscula Arnobij Apocrypha. Opuscula Tyconij Apocrypha. Opuscula Calsiani presbyteri Galliarum Apocrypha. Ipse vero legendum esse censeo. Opuscula Tatiani Apocrypha. ut intelligamus de illo Tatiano qui inflatus eloquentiae tumore noua condidit haeresim, quæ Encratitarum dicitur, quam postea Severus auxit, a quo eiusdem partis haereticus Severianus vique hodie appellantur ex Hieronymo de scriptoribus ecclesi. : usebio lib. 4. cap. 26. & 27. Nicephoro lib. 4. ca. 4. & Augustino de haereticis. Clartuit sub M. Antonino philosopho prope annum domini CLXX. Eusebius in chronicis.

*Opuscula Arnobij Apocrypha.)* Arnobius sub Diocletiano principe Sicca apud Africam flore tissime rhetorica docuit, scripsitque aduersus gentes quæ vulgo extant volumina: teste Hieronymo de scriptoribus Ecclesie. Qui in chronicis positi Eusebium idem scribit sub Constantino Magno. Qua vero ratione huius auctoris opera Apocrypha censeantur a Gelasio, mihi nondum est compertum: huius etenim auctoris libros, & si legerim aduersus gentes scriptos, nondum mihi per occupationem licuit examinare quid in eis scriptum fuerit, quod ad Apocrypha pertineat. Fortassis tamen ex eo Apocrypha consentur Arnobij opera, quod in his libris, quos aduersus gentes scripsit, Deorum Gentilium fabulas nimis inculcauerit: & de animæ immortalitate, de que Angelorum natura quedam tradiderit, quæ forent apertius, ac diligentius explicanda: denique primum libro de l'urificatione non satis cautèrē videtur.

*Opuscula Tyconij Apocrypha.)* Tyconius quidam, qui contra Donatistas inuestigasse scripsit cum fuerit Donatista, & illic inuenitur absurdissimi cordis, vbi eos non omni ex parte relinquere voluit,

voluit, facit librum, quem regularum vocavit. **Hec Augustinus**, lib. 3. de doctrina christiana cap. 30. qui huius specti auctoris doctrinā diligenter examinat, ab eoque in pluribus dissentit. Ex quibus lector poterit expendere, & satis percipere, iure optimo eius scripta Apocrypha censeri. Floruit sub Theodosio, & liberis eius, prope annum Domini CCCCXC, auctore Trithemio, & Gennadio.

**Cassianus** vero presbyter apud Gallos, aliquo edidit opūcula, quæ Gelasius non satis placueré, atque ideo ea inter Apocrypha cōnumerat, fuit natione Scytha, apud Malsiliam presbyter, ubi vivendi finem fecit, Theodosio, & Valentiniano regnatis: auctore Gennadio, qui varia eius opūcula cōnumerat, & laudat. Trithemius vero scribit. cum in multis reprehendi à beato Prospero de libertate arbitrii: & ideo eius opera Apocrypha censeri.

**Opūcula Pictaviensis Victoris Apocrypha.**) Apud Gelasium in primo conciliorum tomo, & Burchardum legitur. Victorini Pictaviensis, hic teste Hieronymo, fuit Episcopus Pictaviensis, qui multa scripsit opera grandia quidem sensibus, vihora tamen compositione verborum, quod magis Græce sciret, quam Latine. Tandem martyrio coronatus est, temporibus Valeriani, & Galieni, auctore Trithemio. Eius opera inter Apocrypha censentur ex eo fortassis, quod de rebus grauiissimis vili verborum compositione fuerint edita.

**Opūcula Faustini Reginiensis Apocrypha.**) Faustinus presbyter apud Gallos varia scripsit opūcula, temporibus Valentiniani, Theodosij, & Arcadij. Luciferianæ tamē heresis visus est confessisse, auctore Gennadio. Et ideo eius opera iure inter Apocrypha censentur, quod & Trithe-  
mius satet sit scribens, eum merito reprehendi.

**Epistola Iesu ad Abagarū Apocrypha.** **Passio Gregorij Apocrypha.** **Passio Quirici, & Iulii Apocrypha.** Scriptura, qua appellatur Salomonis contradictione, Apocrypha. Philacteria omnia, quæ noti ab Angelo, ut illi configunt, sed magis a demone conscripta sunt, Apocrypha.

Apud Burchardum, & in primo conciliorum tomo legitur. **Epistola Iesu ad Abagarū Regē, Apocrypha.** Extat utraque epistola Iesu ad Abagarum Edessæ ciuitatis ultra Euphratitem Regem & ipsius regis ad Ielum: apud Euilebium libr. primo, eccles. histor. cap. 13. & Nicephorum libr. se-

cundo capit. 7. Euagrium lib. 4. cap. 27. quos prius lector legere poterit, & christiana sinceritate obseruare quæ illic ab his historicis commēmentur, vt existimet, vere potuisse cōtingere, tametsi non cogatur illis omnino credere. Etenim ab Euagrio, & Nicephoro atque Constantino porphyro genneta in peculiari hac de re commēatio, & Damasceno li. 4. de fide orthodoxa, ca. 17. traditur, Iesum petiisse textum linteum, in eoq; prius loto suam expreßisse faciem, & ad Abagrum misisse. Addit Euagrius. Chosroe obsidebat Edessam urbem, & ingenti aggere eam infestante, vt facilis caperetur, deiectum omnino aggerem fuisse subterraneo quodam cuniculo facto, vt ignis subiiceretur, & lignorum materia consumpta, ager pessum iret, opusque totum corruperet. Attamen igne primum omisso, cœptum consilium ciues secesserat, quod flamma exitum non haberet, quam aerem concipere, atque ita materiam comprehendere, sicuti cōstieuit, oportebat, eo vero consilio destitui ad sacram anchoram confugientes, acceptamque diuinitus imaginem ad cuniculum producētes aqua conspersam contra pyram miserū: subitoque diuina virtute ligna ignem conceperunt, & quam celerime combusta imminentि statim materię ignem omnia consumentem inmisserunt, donec ager omnis in fossa cuniculis considens in cineres est redactus. Hæc Euagrius ex Procopio de bello Persico: & post eos, Nicephotus libro 17. capitulo. 16. Meminit huius linteī, & imaginis Ioā. Zonaras Annalium tomo. 3. in Romano Lacerpē scribens, eiusdem Imperatoris ætate ex Edessâ imaginem istam Constantiopolim fuisse translataim.

**Passio Gregorij Apocrypha. Passio Quirici, & Iulii Apocrypha.**) Harum scripturarum meminerait Gelasius in secunda huius decreti parte, ibi q; assueverauit, non legi in Romana Ecclesia hocce libros ex ea ratione, quam illic tradidit: atq; nūc Apocryphos ideo retulit.

**Phylacteri. omnia.**) Pharisei olim apud Iudeos Decalogum in membranulis scribere cōstituerunt, & in fronte ligare, vt religionis intintę speciem præberent: dicebanturque haec membranulae Philacteria: quasi cui odientia, in memoriam sane quod præcepta illa custodire tenebantur, & veluti in custodiā, & monumentum sui habent sicuti in Matthæum capitul. 23. explicarunt Hieronymus, Chrysostomus, & alij, Iustinius itē martyr in dialogo cum Triphosie aduersus Iudeos pagina. 34. Idq; faciebant Pharisei prae Tom. j. Varia. Reio. Ooò 2 intel-

## Variarum Resolutionum.

intelligentes mandata legis à domino data per Mosen Deuteronomij.c.6. Hæc igitur dicebantur Phylacteria:id est conservatoria.ad quorum similitudinem,& exemplū Arioli,& excantatores ad seducēdos simplices animos quasdam mē branulas scriptas potius à dēmone,quād ab Angelis exhibebant christianis,quasi hæc Phylacteria forent illis admodum utilia in tutelam corporis,& animæ. Quæ quidem præter Gelasium omnino prohibet Gregorius tertius.c.12. suorū decretorum,& conciliū Laodicentē.c.30. apud Gratianum in cap.si quis Ariolos.&c.non oportet.26. quæstione.5.

Denique Gelasius in ultima parte huius tractatus de libris Apocryphis damnat,& pronuntiat,damnata esse omnia, quæcunque hereticorum scripta cum suis auctoribus,quorum catalogum subiicit,meminitque multorum,qui in hæresim ante ipsius pontificatum inciderūt: plures tamen omittit,quos generali quadam dānatione cōpletebitur.Hic vero locus poterit facilime explicari quo ad hæreticorum nomina,& eorū impia dogmata ex diuo Hieronymo,Augustino Philastro,& alijs,qui de heræsibus,& hæreticis tractauere:id etenim non est nostri instituti. Admoneo tamen lectorem,apud Gratianum falso legi.Teruidus.Cum legendum sit.Cerinthus.ex primo cōciliarum tomo,Burchardo,& alijs. Valentinus,sive Manichæus,vbique legitur,quod Valentinus etiam si alium errorem a Manichæis distinctum excitauerit,Manichæi tamen cognomine dignus est,qui in similimū illis errorem inciderit ex Irenæo lib.3.capi.4.Dum legitur apud Gratianum,Iubianus.apud Burchardum.Nibianus.apud Gelasium in primo cōciliarum tomo rectius.Iouinianus.Item vbi legitur apud Gratianum.Iulianus,& Latinensis.legitur in primo cōciliarum tomo Julianus Celanensis.apud Burchardum.Iulianus Edanensis.in Prospero Aquitanico:Iulianus Athelenensis.Fuit Episcopus Capuanus ex Gennadio,& Trithemio.Dē nouatio vbique extat integra mētio:nisi quod quidā codices primam literam mutauerunt.

*Priscillianus ab Hispania.*) Hic,auctore Hieronymo de scriptorib.Eccles.fuit Episcopus Abilæ,quæ ciuitas est in Hispania satis insignis:vt tandem Erasmus insigniter fuerit hallucinatus: quippe qui existimauerit,Priscillianum Episcopum fuisse Abylæ,quæ sit ciuitas Phœnices in Syria.Cuius errorē docte improbatloānes Vaslus in priori parte Chronicorum Hispaniæ.Sed & præter testimonia ab eo citata aduersus Erasinū extat

Gelasius in hoc decreto. Leo Papa in Epistola 91. ad Turibium Astoricensem Episcopum. Seuerus Sulpitius lib.2.Sacrae historiæ qui scribit,Priscillianum in Hispania hæretes excitasse,& Abulensem Episcopum fuisse,qua ratione apud Prospere Aquitanicum in chronico falso legitur: Priscillianus Episcopus de Gallatia: cum legendum sit: Priscillianus Episcopus de Gallicia:nam etiam si Abyla vrbs ad Gallicę prouinciam non pertineat iuxta eam prouinciarum diuisionem,qua frequētius vñ fuere Hispani,Episcopatus tam etiam hīce temporibus ad Compostellanā prouinciam,cuius Metropolis in Gallicia extat,dubio procul pertinet.Fortassis Prosper Galletiā Gallatiā dixit.

*Lapedius.*) In primo conciliorum tomo:Lampedius. in Burchardo Lapedius. nos legimus: Lamperius,à quo Lamperiani hæretici: teste Alfonso Castro de hæresibus verbo.votum.

*Sabbatius.* Legendum Sabbatius ex Burchardo,& Gelasio in primo conciliorum tomo. Socrate li.5.Eccles.hist.c.21.Cassiodoro in Tripar. lib.9.cap.37.& Nicephoro lib.12.ca.31. qui huius hæretici meminere,& idem Nicephorus lib.14.ca.31.Alterius Sabbatij apud Gallos meminit Trithemius.

His hæreticis Burchardus ex Gelasio addit Photinum,qui & cum his scriptus est in primo conciliorum tomo in Gelasij decreto,vbi etiam nominantur.Africanus.Nestorius Constantopolitanus.Maximus,& Vnicus.Nestorij,Photini,& Maximiani,aut Maximini mentio frequens est apud diuum Augustinum,& alios. qui de hæreticis scripsere.Maximi verò,& Vnici non ita frequēter mentio facta est ab scriptoribus.Nicephorus etenim lib.12.cap.11.meminit Maximi cuiusdam Cynici philosophi,quem Timotheus Alexandrinus pastorem:& Episcopum Constantinopolitani confecravit,etiam Apollinaris labore maxime infectum.Qui postea exautoratus est in synodo Constantinopolitana,vt idem Nicephorus scribit cap.13.& idem prius actum fuisse commemorat cap.11.post Sozomenem lib.7.ca.9. qui asseuerat,hīc maximum Nicenæ fidei studiolum,& sequacem fuisse.Sed quæ prius de Maximo retulimus ex Nicephoro,etiam scribit Theodoritus libro quinto.capitul.octauo.Ceterum contra Maximum Arriarum Episcopum extant Augustini libri tres in sexto eius auctoris operum tomo.

Postremo de historia tripartita,quæ de rebus ecclesiasticis tractat,obscrupandum erit,centonē illum

illum ex tribus græcis auctòribus, Theodorito Cyri Episcopo, Socrate Constantinopolitano, & Hermio Sozomeno, concinnatum fuisse opera, & studio Cassiodori ex translatione cuiusdam Epiphanius utriusque linguae haud satis periti, qui in plerisque suam diuinationem, nō auctòrum illorum sententiam pro germana lectione lectori supposuit. Sed & hi auctores adeò minutatim concisi, & trùcatim commixti à Cassiodoro fuerunt in continuum historiæ compendium, ut in plerisque ob concisionem, truncationemque eiusmodi merito dubitari possit, quæ nam fuerit citati auctoris certa sententia, quæ vere apparuit ex præcedentibus, sequentibusque verbis à Cassiodoro, dum breuitati studet, refectis. Hæc fere de hac historia Albertus Pighius libro secundo de Ecclesiastico capitulo octauo. nuper vero in publicū prodire tres prænominati auctores integri, & Græca lingua, qua ipsi vñi fuere, ex quibus plane percipiet lector vera esse, quæ Pighius de tripartite centone scripsérat, poterit que verum historiæ ordinem, autorisque sensum omissa cōcisióne Cassiodori, & prava Epiphanius versione ipsis græcis scriptoribus diligēter lectis deprehendere.

Cæterum de auctòribus ipsis Nicephorus in præfatione historiæ Ecclesiastico libro primo. capitulo primo. scribitur, breuiter tractans, dubitat profecto an vera fuerint, quæ scripsérint: & præterea Socratem animo fuisse minus purum tradit: ex eo quidem, quod Nouatianus fuerit, auctore eodem Nicephoro libro sexto. capitulo trigesimo septimo. & libro nono. capitulo decimotertio. & libro decimoquarto. capitulo quadragesimotertio. Idque constare videtur ex eiusdem Socratis historia libro octauo. capitul. vige simoprimo. Sed & Sozomenum, atque Socratē in quibusdam mentitos fuisse docet Franciscus Torrensis in libro de sexta synodo super canone 13. diuus Gregorius libro sexto epistolarum, epistola. 195. de historia Sozonienita scribit. Ipsam quoque historiā sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mētitur. Hæc Gregorius, qui & alias rationes adscribit, quæ sunt omnino examinandæ ex græcis de rebus ecclesiasticis scriptoribus: nempe Theodorito, Socrate, & Nicephoro. Qui & ipsius Theodoriti fidem rursus demittere contendit ex eo, quod tertiani synodus conatus fuerit impugnare, fueritque ea ratione proscriptus, & excommunicatus: ut idem Nicephorus tradit libro 14. c. 34. qui cap. 30. illum maximè laudauerat.

Quem vero librum Gelasius intellexerit assuerans contradictionem Salomonis Apocryphā esse, nondum ipse intellexi, vt quidquā certi possum scribere: nam de eo libro, qui pœnitentia Salomonis inscribitur, & nomine Ambrosij falsò euulgatus est, fortassis quispiam cohabitatur Gelasium interpretari ex eo, quod Salomon licet alii quando fuerit in gratia Dei. 3. Reg. c. 3. & 11. c. 2. Paralip. c. 7. tandem reprobus fuerit, à Deique gratia ceciderit, atque ideo damnatione æterna punitus: quemadmodum consentire videntur Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 81. & 88. Cyprianus li. 1. epistola. 5. Hieronymus in epistola ad Vitalem. 3. Epistolarum tomo. & Ecclesiastico. c. 47. rursus Augustinus in enarratione psalmi centesimi vigesimiseptimi. Chrysostomus in sermone de pœnitentia. Beda, Esaiæ. cap. 2. Idem Beda in lib. Regum. q. 29. Cyrillus lib. 7. contra Julianum. Gregorius lib. 2. moral. ca. 2. Lyranus 2. Reg. cap. 7. quo in loco Burgensis à Lyrano discedit. & Hieronymus Ezechiel. ca. 43. assuerat Salomonem pœnitentiam egisse. Idem in Ecclesiasten, capit. primo. cui suffragari videtur Ambrosius in libro de Cain, & Abel cap. 2. Quamobrem Arboreus lib. 17. Theosophicus cap. 10 probare conjecturis quibusdam conatur Salomonem æterna damnatione minimè fuisse punitur, licet quādiu vitijs, & criminibus adhæsit, fuerit ad tempus reprobatus. Res est tamen dubia, & in qua nihil certum adhuc ex Theologis assuerare possumus. Nam & alicubi Ambrosius priorem opinionem sensisse videtur.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M . \*

- 1 Anni solaris ex Romanorum institutione.
- 2 Anni ab initio mundi secundum Hebraicam Veritatem, & septuaginta interpretes.
- 3 Anni à diluvio, & uniuersali cataclysmo.
- 4 Anni initium quo tempore apud Hebreos.
- 5 Anni à Nabuchodonosor, & Magno Philippo.
- 6 Anni ab Alexandre Magno, & a Cæsare.
- 7 Anni Arabum à Mahometo.

**Expenditur ratio temporis, & Chronologia, quæ in procēdio Partitarum traditur.**

## CAPVT. XVIII.

**N E A P R Ā F A T I O-**  
ne, quæ legibus huius regni Ca-  
stellani adscripta est ab inui-  
ctissimo, sapietissimoque Al-  
fonso Rege huius nominis de-  
cimo exacta quædam ratio tē-  
poris obseruata fuit, ut planè omnibus foret per  
spicuum, quo tempore præstantissimum illud  
septempartitum opus editum esse: ea vero vel in  
iuria temporum, aut scriptorum errore adeo a-  
liena à vera ratione temporum circunfertur, ut  
operæ pretium me facturum existimem, si de ip-  
sis emendatione aliqua brevi quadam obserua-  
tione adnotauerim. Illud est prætermittendum  
veluti huius examinis basis, ac constitutissimum  
fundamentum, opus illud editum fuisse à Rege  
Alfonso decimo, filio Fernandi Tertij, Coeptum  
autem anno quarto iam integro ipsius principa-  
tus, & consummatum, aut perfectum anno se-  
ptimo ab eius initio, atque ita principatus Regis  
Alfonsi anno vndecimo: quemadmodum ex  
ipfa præfatione constat: ex qua & hoc dubio pro-  
cul deducitur, Regem Alfonsum regni regimen  
post patris mortem accepisse anno ab incarna-  
tione Domini. M. CCL. & post quinque de-  
cursis, & elapsis mensibus. Nam ut ex chronicis  
constat, Fernandus Tertius pater Alfonsi mor-  
tem obiit die Iouis, Maij. xxx. anno à nativitate  
Domini M. CCL. Vnde fit, ut anno Do-  
mini ab eius nativitate. M. CCL. ultimo  
die Maij Alfonsus regnare in Castella cœperit.  
Etenim licet in historia Regis Fernandi, & in di-  
cta præfatione anni computari videantur ab in-  
carnatione, quæ computatio diuersa est ea, quæ  
fit à nativitate: quod & nos scripsimus libro pri-  
mo Variarum Resolutionum. capitulo duode-  
cimo. tamen vtranque computationem &  
historiæ & præfationis à nativitate domini ex mul-  
tis intelligendam esse arbitramur. Primum ex au-  
toritate Alfonsi Burgensis Episcopi in Anace-  
phaleosi: deinde ex consuetudine, quæ apud Hi-  
spanos obtinuit, ut anni ab eis à nativitate domi-  
ni connumerentur: & ex eo, quod si annus in præ-  
fatione ab incarnatione sit accipiendus, post an-  
num quinquagesimum primum, non possunt  
tot dies ad diem Maij tricesimam anno sequen-  
ti adscribit, quod in eadem præfatione adscribi-  
tur: & ille numerus omnino conueniat computa-  
tioni à nativitate: siquidem ab initio anni quin-

quagesimi secundi ad diem. xxx. Majj numeratur  
dies centum quinquaginta duo. Ex quo & illud  
constat in eadem præfatione probari illam con-  
suetudinem, qua annus Natiuitatis à primo Ianua-  
rij die computari, & signari solet. Dies vero, quæ  
ab historicis, morti, & funeri Regis Fernandi  
Tertij adscripti fuere iuxta numerum ex mense  
Maio; etiam conueniunt anno Domini M. C  
CLII. à nativitate, obseruata diligenter litera,  
quæ in illo anno Dominico diei competebat.

Cæterum in eadem præfatione assuerat Rex  
Alfoncus, annū primū sui principatus esse, & cō-  
putatio ab anno mūdi. V.M.XXI. & diebus CC  
LXXXVII. atq; hoc in loco intelligit annos He-  
breos: cum in omnibus eiusdem præfationis cō-  
putationib; de Romanis annis loquatur expres-  
sim. Annus vero Romanus dubio procul cōstat  
duodecim mensibus, quibus & modo vtimur, &  
vīa est resp. Romanorum ab Imperio Iulij Cesa-  
ris, qui imitatus Ægyptios ad certum dierum  
numerum solis redigit annum intercalatio anti-  
quo mense sublato, ut vñus dies quarto quoq;  
anno intercalaretur, qui & hodie quoque inter-  
calatur propter vñscuiusq; anni quadrantem,  
qui ad perfectū solis cursum post C C CL X V.  
dies deerat, auctoribus Macrobio libro primo  
Satur. capitulo decimoquarto. Plinio libro deci-  
mooctauo. capitulo vigesimoquinto. Suetonio  
& Plutarcho in Cæsare. Prius etenim Romulus  
ex decem mensibus constituerat annū solarem:  
Numnia vero ex duodecim, sed ratione quadā  
adeo confusa, & imperfecta, vt necesse fuerit, eā à  
Iulio Cæsare immutari: quemadmodū idem Ma-  
crobius capitulo. 12. & 13. docet. Hoc denique  
anno solari vīa est semper Christi Ecclesia, atque  
totus ferè ad hanc usque diem terrarū orbis:  
tamen si varia fuerit apud plerasq; gentes olim  
annorum ratio: quod scripsere Llinius libro septi-  
mo. capitulo quadragesimo octauo. Macrobius  
in dict. libro primo. capitulo. 8. Alex. ab Alexan-  
dris. li. 3. dier. genial. c. 24. Anselmus. li. 2. de ima-  
gine mundi. c. 10. ex nostris Andre. Tiraque. lib.  
1. de retract. §. primo. glo. 10. Constat igitur  
annus hic Romanus ex CC CL X V. diebūs. I.  
cū hæres. §. Stichus si hæredi. ff. de stat. libe. eius-  
que initium sumitur à Calendis Ianuarijs. Sed &  
apud H̄breos annus solaris erat in vsu: diuersa  
tamen mensium obseruatione: siquidem duode-  
cim lunations apud eos simul additis vndecim  
diebus faciūt annum solarem, qua de causa ipsi  
moti tertio quoque anno tredecim menses ad-  
scribunt, aut octauo quoq; anno tres mēses adij-  
ciunt:

ciunt: quia solaris annus lunarem excedit vnde-  
cim diebus & quarta parte, ut scribit Africanus a-  
pud Eusebium libro octavo. de demonstrat.euā-  
gelica.capitulo secundo. Et Damascenus libro  
secundo. de fide Orthodoxa capitulo septimo.  
**Nam & Plinius lib. 18. ca. 25.** in unoquoque bien-  
nio viginti quinq; lunationes adnumerat. Huius  
vero anni initium duplex adnotari potest ab æ-  
quinoctio inquam vernali, & ab æquinoctio au-  
tumnali, licet ordō mensium incipiat ab æquino-  
ctio vernali. Exodi capit. 12. Vnde Nisan primus  
mensis Hæbræorum ab æquinoctio verno con-  
uenit quandoque mensi Martio, quandoque **A-**  
**prili** propter rationū lunationum, quam modō  
**adduximus**, & qua Hæbræ omnino vtuntur, pri-  
mum mensē computantes à prima lunatione,  
quæ sit proximior æquinoctio verno: quæ quidē  
lector poterit obseruare ex his, quæ hac de re scri-  
piente Paulus Floro Sempronienfis, Ioānes Stofle-  
rinus, Ioānes Lucidus, Petrus Ciruelus Darocē-  
sis, Ioānes de Monte Regio, & alij de emenda-  
tione Calendarij, & de recta Paschæ celebratio-  
ne tractantes. Ex quibus deducitur, Hæbræos suis  
se vios anno iolari duodecim mensiū, non mino-  
ri, sed ferè pari solari anno, quo modo vtimur,  
& quo totus penè orbis vius fuerit. Quod con-  
stat ex capit. septimo, & octavo. Genes. Diuo Au-  
gustino libro decimoquinto. de ciuitate Dei ca-  
pitulo decimoquarto. Iosepho libro primo. anti-  
quit. capitul. quinto. Laetantio Firmiano libro  
secundo. capitul. decimotertio. Beda in libro. de  
temporib. Ioāne Driedonio libro tertio. capitu-  
“ quarto. in eius quarta parte. \* Qua de re multa  
“ diligenter tradit Benedictus Arias Montan.  
“ in Apparatu ad Biblia Sacra in Volumine de Sœ  
“ culis: quem omnino legitio ad Annorum nume-  
“ rum ab initio anni constituendum. \* Fortassis in  
hac Æra ab Adam, ex hac præfatione tollenda  
ex dictio. Hebraicos. Nam ea nō vtitur in his an-  
nis ad numerandis Historia huius Regis: sed in se-  
quenti Æra i diluvio scribitur. **E la Æra de los**  
**Hebraicos del diluvio en cuatro mil y trezientos y cin-**  
**cuenta y tres años Romanos.** Est & in hac temporum  
ratione obseruandum, non esse eandem anno-  
rum iuppitationem † iuxta veritatem Hebraicam,  
atque eam, quæ vulgo dicitur septuaginta  
interpretum: sicuti compertum erit lectori ex di-  
uo Hieronymo in Hebraicis traditionibus super  
Genesim. Diuo Augustino libro. 15. de ciuitate  
Dei capitulo decimo. & capitulo decimotertio.  
Driedonio in dicto capitulo quarto, aut capitu-  
lo quinto. libri tertij. idem ubique obseruant Eu-

gubinus, & passim Theologi, qui de quæstione i-  
sta tractauerunt. Sed iuppitationē septuaginta  
sequuti sunt Eusebius, Origenes, Chrysostomus,  
Isidorus libro quinto etymolog. capit. trigesimo  
nono. At iuppitationē alteram iuxtam veritatē  
Hebraicam sequuntur Hieronymus, Augustinus,  
de ciuitate Dei lib. 15. capit. 13. Beda de tempo-  
rib. Philon Hebræus, Dried. Ioan. Lucidus, & Ni-  
colaus Cælius Lusitanus in diligentissima veteris  
testamenti chronologia. Discremen autē hoc  
contingit in annumerandis annis ab Adamo ad  
Abraam: siquidē in assignāda temporis ratione  
post Abraam ad Iesum Christum redemptorem  
nostrum, parum, aut nihil distat iuppitatio Græ-  
corum ab Hæbræorum chronologia, quam ubi-  
que Augustinus Eugubinus adnotauit, & obser-  
uandam esse censem, ne in eum errorem incida-  
mus, in quem incidit vniuersa Græcia, & Italia,  
quæ Græcos, aut septuaginta Interpretum editio-  
nem sequebatur, nondum ad Hebraicam verita-  
tem Hieronymi editione vulgata, & recepta,  
quæ nos ab hoc errore vindicauit. Igitur ab Ada-  
mo ad diluvium anni sunt mille sexcenti & quin-  
quaginta sex iuxta veritatem Hebraicam, & co-  
dices Latinos, quibus modo vtimur. cap. 5. & 7.  
Genes. Iuxta septuaginta vero Interpretes suppu-  
tantur anni bis mille ducenti quadraginta duo.  
Huius numeri rationem poterit expendere le-  
ctor diligens ex Hieronymo, Driedonio, & alijs  
quorum modo meminimus. Ex quibus & illud  
constat, à diluvio ad ortum Abrahæ secundum  
Hæbræos computari annos nonaginta duos su-  
pra ducentos: ex editione verò septuaginta inter-  
pretum annos numerari mille septuaginta duo.  
teste Augustino. libro decimosexto. de ciuitate  
Dei cap. 10. qua ratione fit, vt in annorum nume-  
ro ab Adamo ad ortum Abrahæ excedat septua-  
ginta interpretum computatio verā ex Hæbræis  
codicibus rationem annis ferè mille tercentum  
sexaginta sex. Hinc sane suboritur maxima diffe-  
rentia inter Græcos, & Latinos, qui vulgarem se-  
ptuaginta editionē sequuti sūt: atq; ex alia parte  
grauiissimos doctissimosq; Theologos, qui hanc  
rē ex Hæbræis conati fuere deducere ad verā co-  
gnitionē, in iuppitādis annis ab Adamo ad Cri-  
sti nativitatem. Etenim secundum Hebraicā ve-  
ritatem, quanuis qui eam sequantur, non conue-  
niant omnino in certo annorum numero, imo  
differant aliquātulum, paucis equidem in annis,  
ab Adamo ad Christum tunc anni ter mille no-  
genti sexagintanouem: auctore Driedonio, qui  
exactissimē, ac diligenter annorum numerū

## Variarum Resolutionum.

obseruat. Beda vero adscribit Christi nativitatem anno ab Adamo ter millesimo nongentesimo quinquagesimosecundo. Ioannes Lucidus anno ter millesimo nongentesimo sexagesimo: vltima anno Olympiados cētesimā nonagesimē quartē. Henricus Glareanus, & Holoander anno tertio eiusdem Olympiadis. Græci autem, & qui sequunti sunt leptuaginta Interpretates: nempe Eusebius, Origines, Isidorus, & alij Christi nativitatem adscripsere anno ab Adamo quintum millesimo cētesimo, nonagesimo nono. Vnde numerus annorum ex Græcorum supputatione maior est fere mille ducentis ac triginta annis illo numero, qui ex veritate Hebraica deducitur. Ipse vero Eusebius in principio chronicorum, etiam si fuerit se quutus leptuaginta Interpretates, fatetur tamē iuxta Hebraicam literā ab Adamo ad diluuium tantum supputari annos mille sexcentos quinquaginta sex.

Rex sanè Alfonsus decimus, de quo & in hoc capite agimus, in chronicis, ab Adamo ad Christi aduentum connumerat annos quinque mille nonaginta nouem. Apud quem opinor ipse codicem corruptum esse, scribendum fore annos quinque mille centum nonaginta nouem: eaque suspicione ducor, quod existimem regem sapientissimum voluisse in chronicis sequi Eusebium, & alios, qui ex septuaginta interpretibus hanc temporis rationem obseruare conantur.

Rurius idem Rex, quod mirum est, in tabulis Astronomicis supputat ab Adamo ad Christum annos sex mille nongentos octuaginta quatuor, & dies bis centum, vnum & viginti: ab Adamo ad diluuium annos ter mille octingentos octuaginta duos, & dies centum sexaginta septē. Quia in re Alfonsus ipse parum sibi constat, quū apud eum sit tanta in sacris annis connumerandis varietas, & dissensio.

Hæc tandem adduximus longè quidem repetita, ut facilius possimus examinare rationem temporis ab Adamo ab initium principatus ipsius Regis Alfonsi, qua in dicta præfatione idem usus est. Nam ex præmissis apparet, eam non conuenire veritati Hebraicæ, & illi supputationi, quæ ex ea deducitur. Quod facilimè poterit quis deprehendere ex eo, quod iuxta Hebræorū supputationem principatus Alfonsi initium habuerit anno ab Adamo ferè quintum millesimo ducentesimo vigesimo. Ex Driedonio, aut quintum millesimo ducentesimo tertio. Ex Beda, vel quintum millesimo ducentesimo undeci-

mo iuxta Ioann. Lucidi opinionem. Multo minus conuenit Chronologia dictæ præfationis supputationi Eusebij, & aliorum, qui septuaginta Interpretates sequuntur: esset enim primus annus principatus regis Alfonsi ab Adamo sextum millesimus quadrungentesimus quin quagesimus. Quod si præfationem istam velimus intelligere iuxta rationem temporis, qua idem Rex Alfonsus in tabulis Astronomicis vtitur, erit profecto multo maior differentia: nam ex ea computatione annus primus principatus regis Alfonsi erit octauum millesimus ducentesimus tricesimus quintus. Quibus omnibus obseruatis poterit in hac prima supputatione præfationis numerus verus restituī secundum opinionem illam, quam Regem Alfonsum sequutum fuisse, sit rationi magis consentaneum. Ego sanè opinor, in hac præfatione Regem veritatem Hebraicam sequutum fuisse, atque ideo ex Driedonij supputatione suspicor, scriptorum errore factum esse, vt bis centum anni fuerint prope omitti.

Est & in eadem præfatione maximus error in chronologia deducta à diluicio, & vniuersali Cataclysmo: etenim nec conuenit veritati Hebraicæ, nec Græcorum supputationi: quum secundum priorem ab Adamo ad diluuiū fuerint anni mille sexcenti quinquaginta sex: secundum posteriorem bis mille ducēti quadraginta duo: & iuxta præfationem istam tantum sexcenti sexaginta octo, quod nullus vñquam scripsit. Qua ratione iuxta veritatem Hebraicam erit in hac præfatione locus de diluicio tempore emendandus, ita quidem, vt à diluicio ad principatum Alfonsi Regis adnumerentur ter mille quingenti sexaginta quinque anni, si primam temporis rationem ex traditione Driedonij additis ducentis annis emendauerimus: aut paucis ab hoc numero detractis annis ex Bedæ, aut Ioann. Lucidi supputationibus. Quod si quis dixerit, Regem Alfonsum sequutū fuisse in hac præfatione Eusebium, & sequaces, quod falsum mihi videtur, adhuc error est in annorum numero à diluicio ad principatum Alfonsi, qui tot nunc poterit si numerentur à diluicio anni quatuor mille ducēti & octo.

In his vero duabus supputationibus ab Adamo, & diluicio ex diebus, quos post annos integros addit Rex Alfonsus, nisi & hoc in loco subsit scriptorum vitium, deducitur, apud Hebræos annum incipere à die decimaoctaua Augusti quo ad rationem temporis ab Adamo confiderandam.

randa. Nam ab hac die usque ad ultimum diē Maij, qui fuit primus principatus, & regni Alfon si adnumerantur ducenti octoginta septem dies quorum in hac præfatione fit mentio. Eadem propè ratione constat apud Hebræos annū quo ad diluuij tempus describendum initium capere à die decimæ sextæ Februarij: à qua ad diem ultimam Maij sunt dies centum & quinq; quos hoc in loco supputat Rex Alfonsus.

Qua in re omnino est adnotandum, apud Hebræos duplex obseruari anni initium, quod paulò antè obiter adnotauimus: nam ante exitum Iudeorum ab Ægypto annus incipiebat ab æquinoctio Autunnali: postea verò initium annus adsumpsit ab æquinoctio verno: nempe à luna, quæ huic æquinoctio, vel alteri proximior erat. Quemadmodum nullo ad hoc citato auctore scribit Guilielmus Postellus in libro. de Etruriæ Regionis institutis, & ante ipsum adnotarunt Nicolaus Lyranus in Genesim capitulo septimo. idem Lyranus, & Burgensis Exodi capitulo duodecimo. Id vero mihi probat Iosephus libro primo antiquit. capitulo quinto, ubi de diluicio tractans inquit. Contigit autem hæc paſſio sexcentesimo anno nativitatis Noe mense secundo, qui à Macedonibus Dius nuncupatur, ab Hebreis autem Marachat, seu Amar suane. Sic enim in Ægypto annum constituerunt. Moses autem Nilum mensim, qui est Xanthicus, primum in festiuitatibus definiuit, in quo ex Ægypto Hebræos eduxit. Hic autem apud eum etiam in cunctis muneribus diuinis valde pollebat. in venditionibus autem, & emptionibus, & alia gubernatione prioris seculi decreta seruavit. Hæc Iosephus. Apud quem Dius mensim eum intelligo, qui apud nos est Nouember ex Euæbio lib. octauo. eccles. hist. ex Greco Codice folio. 92. Anselmo lib. secundo. de imagine mundi capitulo sexto. & Suida, qui scribit, hunc mensim esse primum apud Macedones, & constat Octobrem esse ultimum. Quod & nos obseruauimus superius capi. 14. numero. 12. quo fit, ut græcus Plutarchi Codex in Arato sit emendandus, ubi Dæsius mensis Macedonum confertur Nouembri Atheniensium, est crenim scribendum, Dius mensis, non Dæsius, qui Iunio respondit, non Nouembri ex eodem Suida, & Eusebio in loco proxime citato. Quanuis idē Platarchus in Alexandro mensim, qui à Macedonibus Lous dicitur, & Augusto conuenit, ex Euagrio libr. 4. capit. 9. Suida, & Denosthene in oratione de corona, ubi illū contulit bocdromion Atheniensium,

conferat è catombiō, id est Iunio. Ut tandem Plutarchus in hac mensium collatione ab alijs dis sentiat, vel codicis sit vitium, quod magis applaudit. Xanthicus verò mensis apud Macedones respondet nostro Aprili ex eodem Eusebio in dicto libro octauo. fol. 91. & 94. & libro tertio. capitulo octauo. Socrate libro quinto. capitol. 22. Euagrio libro quarto. capitol. nono. Anselmo in dicto capitulo sexto. ex Iosepho Greco libro sexto. capitulo. 31. & Latino libr. septimo. De bello Iudaico capitol. 12. Idemque Suidas adnotauit. Secundo equidē mense diluuium contigisse plane probatur Genes. capitu. septimo. & 8. At Iosephus secundum mensem illum fuisse assuerat, quem Macedones Diū appellant, quem nos Nouembrem dicimus: erat igitur tunc primus anni mensis October, id est lunatio illa, quæ proximior eo tempore fuit æquinoctio Autunnali, quod licet hodie propter anticipationē contingat mense Septembri, olim tamen Octobri nostro respondebat: sicuti Ioann. Lucidus, & alij do cere conantur: etiam eadem ratione docētes olim æquinoctium vernum nostro Aprili conuenisse, modo verò Martio conuenire. Hinc aperi tissime deducitur, Regem Alfonsum in hac præfatione minime obseruasse initium anni Hebraici ab æquinoctio verno, nec ab æquinoctio Autunnali: fortassis ex eo, q; apud Hebræos quanuis quo ad res sacras, & conuentiones, ac contractus essent certa cuiusque anni principia, tamen quo ad numerum dierum quidam anni maiores, quidam vero minores erant: & præterea propter mutationes lunationum, anticipationem æquinoctiorum, & varia mensium initia, non poterant non esse & annorum primi dies incerti. Adhuc tamē non potest defendi huius præfationis dierū supputatio, qua in adnumerādis annis ab Adamo, & à diluicio usus est sapientissimus Rex Alfonsus: nisi premittamus, Regem Alfonsum initium anni ab æquinoctio verno, quod Astronomis est in usu, obseruasse, annosq; constituisse paulò minoris Romanis, ita quidem, ut Mille, & quingen tis annis, dies fere quindecim supersint ex Iulij Cesaris obseruatione. Fortassis in supputatione, quæ fit ab Adamo in hac præfatione, dictio illa: *Dozientos*, fuit mutata e suo loco ab scriptore: atque ideo erit legendum. *La A Era de Adam en cinco mil e dozientos y veinte y un años Hebraicos, y ochenta y siete días.*

Subsequitur in eadem præfatione numerus annorum ab Imperio Magni Nabuchodonosor ad principatum Regis Alfonsi, & connumeran-

tur anni mille non genti nonaginta octo, quibus  
dam additis diebus: & sane iuxta supputationem  
Driedonij adnumerantur anni mille octingenti  
sexaginta sex. Vnde nec in hac chronologia fuit  
vera temporis ratio in eadem præfatione obser-  
uata: nam ex Eusebio, Beda, Ioann. Lucido, &  
alijs minor aliquantulum annorum numerus de-  
ducitur, quā fuerit à Ioann. Driedonio supputa-  
tus. Est igitur error in hac adnumeratione ex cē-  
tum triginta annis.

Ex Philippo deinde Macedonum Rege ab co-  
dem Alfonso ratio temporis sumitur ad nume-  
rum mille quingentorum lxxaginta quatuor an-  
norum: in qua & error est: nam auctoribus Euse-  
bio & Iequacibus, Philippus regnare cœpit an-  
no tertio centesimæ quartæ Olympiados: aut se-  
cundum Diodorum Siculum, & Laertium in vi-  
ta Xenophontis anno primo centesimæ quintæ  
Olympiadis, regnauitque viginti sex annis. At re-  
demptor noster Iesus Christus natus est anno  
quarto centesimæ nonagesimæ quartæ Olympia-  
dis, auctore Lucido, aut anno tertio, auctoribus  
Eusebio, Glareano, & Haloadro. qua ratione ab  
initio principatus Philippi ad Christum sunt anni  
fere tercentum sexaginta: & ab eodem Philip-  
po ad Regem Alfonsum mille sexcenti, & vnde-  
cim anni. Huic errori accedit & alter, ex quo duo  
tantum anni adscribuntur imperio Philippi an-  
te eius filium Alexadrum, quod est ab omnibus  
historicis alienum. Non me latet, in historia hu-  
ius Regis Alfonsi, & in historia Ferdinandi quarti,  
& Sanctij itidem quarti rationem temporis ita  
describi, ut anni vndecim tantum tribuatur Phi-  
lippo Alexandri Magni patri, qua ratione foret  
legendum in hac præfatione: *En la Åera de Philip-  
po el gran Rey de Grecia en mil e quinientos y setenta y  
tres años Romanos.*

Sed & in Alexandri Magni principatu subest  
error in ratione temporis, quæ in eadem præfa-  
tione traditur: siquidem Alexander cœpit regna-  
re ante Christi aduentum anno tricentesimo tri-  
cesimoquinto, & ante principatum Alfonsi Re-  
gis anno millesimo quingentesimo octuagesi-  
moquinto: vnde Åera ab Alexandro Magno  
hac in præfatione adnumerata ex annis mille  
quingentis sexaginta duobus erit iuxta præscri-  
ptum numerum corrigenda. Annos vero Ale-  
xandri Magni idem Rex Alfonius in tabulis  
ab Octobri ex Græcorum more incipientes ad-  
numerat.

Åera verò Cæsaris ex annis mille bis centum  
octuaginta nouem, optimè conuenit anno Do-

mini millesimo ducētesimo quinquagesimo pri-  
mo: quod & nos obseruauimus lib. primo. Varia-  
rum Resolut. cap. 12. atque ideo nullus subest er-  
ror in hac supputatione, quæ ab Åera Cæsaris  
in eadem præfatione fit. Åera etenim Cæsaris tri-  
ginta octo annis præcedit Christi nativitatem: se-  
cundū omnes. imo ipso Rege Alfonso auctore  
in tabulis additur his triginta & octo annis dies  
vnus. Ex quo intelliges, qua nam ratione in hac  
præfatione ab Åera nativitatis adnumerentur  
centum quinquaginta duo dies ad initium Re-  
gni Alfonsi, & ab Åera Cæsaris centum & quin-  
quaginta tantum.

Cæterum in supputatione, quæ fit in eadem  
præfatione ab Åera Arabum, & Mahumeti, an  
subsit error aliquis inquirendum erit prius con-  
stituto tempore, à quo Arabū anni incooperint:  
Nam si Arabum initū deducitur ab anno Do-  
mini sexcentesimo vicesimo sexto: quemadmodum  
ex Sabellico in eadem præfatione obserua-  
uit Gregorius, error subest in cōputatione, quia  
non conueniūt anni Domini mille ducēti quin-  
quaginta & vnus, annis Arabum sexcentūm vi-  
ginti nouē, aut fere triginta. Ego sane arbitror  
nullum subesse errorē hac in parte in dicta præ-  
fatione, quod probabitur, si constituerimus, ini-  
tium Arabum anno Domini sexcentesimo vice-  
finio secundo, ita vt annus vicesimus secundus  
post sexcentesimum sit primus in Arabum chro-  
nologia: quod Ioānes Lucidus expressim adno-  
tavit in chronicis. Et probatur auctoritate Ro-  
derici Archiepiscopi Toletani libr. 3. capit. 8.  
& 19. Vbi annus Arabum nonagesimus primus  
adscribitur anno Cæsaris septingentesimo quin-  
quagesimo: & annus Arabum nonagesimus se-  
cundus anno Cæsaris septingentesimo quinqua-  
gesimoprimo: & rursus annus Arabum nona-  
gesimus tertius, anno Cæsaris septingentesimo  
quinquagesimo secundo. Ex quibus ad veram  
adnumerationem deductus constat Arabū Åera  
incœpisse anno Domini sexcentesimo vice-  
fimo iecūdo. Cui opinioni accedit historia eius-  
dem regis Alfonsi decimi, & Sanctij eius filij, qua-  
rum ca. 1. anni Arabum iuxta eandem rationem  
adnumerātur: sicuti & in hac præfatione, in qua  
anni Arabuni sexcenti viginti nouem, denique  
triginta, conueniūt anno Domini millesimo du-  
centesimo quinquagesimoprimo, ac fere secun-  
do. Sic sane aptid Rodericum Toletanum in lib.  
tertio. capit. 17. dum legitur. Arabum vero nona-  
gesimoprimo, Åera septingentesima quadrage-  
simanona. Est omnino legendum. Arabum ve-  
ro nona-

## C A P V T . X I X .

rö nonagesimo, & era septingentesima quadraginta nonona. Alphonsus Episcopus Burgenis capitulo quadragesimoquarto, & Matthæus Palmerius Arabum Æram adnumerant ab anno Domini sexcentesimo vicesimotertio. Isidorus Pacensis ab anno Domini sexcentesimo decimoseptimo. Florentinus ab anno sexcentesimo quadragesimo. Antonius Beuter ab anno Domini quingentesimo nonagesimotertio.

Verum in huius Regni Castellani Chronicis, in quibus similis fere huic chronologia traditur pastim diligens lector errores in ratione temporum obseruanda deprehendet, vel scriptorum viatio, aut ignorantia eorum, qui absq; exactissima temporum cognitione easdem historias in publicum emisere. In omnibus etenim, quas ipse legi, huius regni chronicis, memoria teneo, huiuscmodi errata non semel obseruasse.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M .

- 1 *Festorum dierum celebritas iure diuino veteris testamēti instituta fuit.*
- 2 *Præceptum decalogi de Sabbathis sanctificandis partim est mortale, partim ceremoniale.*
- 3 *Præceptum hoc qua ex parte morale censetur, est iuris naturalis.*
- 4 *Festorum obseruatio etiam est iure diuino euangelico instituta.*
- 5 *Qui vero dies sint à Christianis religionis causa obseruandi, ad ius pontificum humanum pertinet.*
- 6 *An diei dominicae celebratio sit iure diuino, an pontificio humano instituta?*
- 7 *Quibns diebus prohibita sit genuflexio in precibus Deo exhibendis.*
- 8 *De origine aliquarum festiuitatum, que christianis solennes sunt & olim fuere.*
- 9 *In his festarum dierum celebrationibus, quanunc ratione dies consideretur.*
- 10 *De peruvigationibus, & nocturnis sacrificijs.*
- 11 *Hoc sanctificationis dierum præcepto, externus cultus, non internus præcipitur.*

De festorum dierum apud Christianos celebratione, deque eorum origine.



**E**STI DIES OLIM apud gentiles dicebantur, in quibus vel sacrificia diis offerre gentes coniueuerent, vel ludi in honorem deorum sivebant, vel feriae obseruabantur: aut sane alicuius publicae lætitiae bonive euentus causa diurnis epulationibus celebrabantur solennitates quædam more maiorum instituta. Verum apud Christianos dies festi dicuntur, in quibus feriari oportet, quod & gentilibus solenniter idem erat, vt veri Dei agnitione, animoque interiori cultu instituto, quod mente complexi sumus, exteriorum cultum Deo exhibendo sancte & pie præstems. Est igitur hac in re, vt in plerisque, maximum inter nos, & gentes discrimen: quod illæ animorum insipientia tenebrisque illusæ, festa quædam agere solebant, superstitiosa quadam religione convictæ in deorum quorundam celebritatem, quos ante veram Christi lucem finxerat sibi quisque, dæmonie semper humanum genus, vt eius officio, & impio munere fungeretur, mitis præstigijs infestante. Nos vero, qui Christi fidem profitemur, festa quidem agimus in hoc unum intenti, vt Deo vero, quem unum in Trinitate patris, filii & patre geniti, & spiritus sancti ab utroque procedentis, pio, ac sanctorum christianorum consensu tota mente, & anima prædicamus, verum vultum internum inquit, & externum exhibemus: cuius institutioni antiquitatem, & originem libuit ex sacra scriptura, & Ecclesiasticis traditionibus breui quadam obseruatione adnotare ad veram iuris Pontificij interpretationem, vt ratione ipsam perscrutentur, qua in his festis, ac celebritatibus instituendis usi fuere olim, & nunc sancte, & pie utuntur Ecclesiae catholicæ prælati, Romanum pontificem qui primatum obtinet sequuti.

I Prima conclusio. Festorum dierum celebritas religionis causa iure, ac lege veteris testamēti instituta est diuina institutione, ex tertio Decalogi præcepto. Hæc probatur. ca. 5. Deuter. Exo. 21. & 30. Ezechiel. 20. quibus in locis constat, ex lege veteri præceptum esse, vt Sabbathi sanctificantur. Sabbathum enim apud Hebræos requiem significat aut ab opere cessationem: atque ideo dies septimus Hebdomadæ dictus est Sabbathum, quod fuerit in requiem destinatus. Septimus dies inquit

quit dominus, erit vobis sanctus, sabbatum, & requies domini. Sed & sabbatum, latius accepta dictione totam hebdomadam postea significauit. Sic etenim Lucæ caput. 18. scriptum est. Ieiuno bis in Sabbato, vt illic interpretes adnotarunt, tametsi propriè hebdomada constabat ex Sabbatho, & Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, & Sexta Sabbati, authore Hieronymo. quæstione quarta ad Hedibiam. Vnde illud apud Ioannem capit. 20. Vna autem Sabbati, & Lucæ 24. atque item Marci. 16. & valde mane una Sabbatorum, & apud Matthæum capitul. vigesimo octavo. prima Sabbati, Diem, quæ nunc dominica est, & tunc erat prima post Sabbathum, significat: vt ibidem post alios Caïetanus interpretatur. Eadem ratione dicimus & nunc Secundam feriam, Tertiam feriam, Quartam feriam, Quintam feriam, Sextam feriam: à prima, quæ dies dominicus est, numerum deducentes: sabbatum vero, quod est septima feria nomine veteri appellamus: ex inslitione beatí Sylvestri auctore Beda lib. de temporibus capitulo octavo. Thoma Vvaldensi de sacramentalibus capit. 140. Et constat ex vita eiusdem Sylvestri è Græco in Latinum traducta, & typis tradita opera, & cura Aloisij Lipomani, quinto vitarum tomo. Iudæi sane omne festum sabbatum nuncupabant ex eo, quod sabbath requiem sonat: quemadmodum adnotarū Theophilactus, & alij Lucæ ca. 6. ex quibus Theophylactus. Sabbathū secundo primum, hoc est, *deitērō trōtōn* intellexit, quando quies, atq; ociū duplex erat tam Sabbati domini, quam solennitatis alterius præcedentis: quia plerunque incidebat festū in parascuen, & tunc parascue vocabatur, sabbatum propter festum: & quod propriè sabbatum erat nominabatur secundo primum, quod secundum esset ab altero festo, & Sabbatho, quod præcesserat. Tametsi Caïetanus locum illum aliter, & fortassis recte interpretatus fuerit. Scribens Sabbathum secundo primum dici ultimum diem festiuitatis constantis ex multis Sabbathis. \* Sed Euthimi. in cap. 14. super. 6. Lucæ. Et Suidas dictione: Sabbathum: assuerant, sabbatum istud fuisse primam diem Azimorum, ex eo quod prima esset ab Azimis, secunda vero Paichæ, quæ in ceperit decimaquarta Luna. Prima vero dies Azymorū decimaquinta. Rectius profecto Christo. in dict. homi. 40. in Matth. scribit sabbatum secundo primum esse diem, in quo quies, & ociū duplex erat, tam videlicet Sabbati proprij, quæ solennitatis in eo incidentis: nempe quando in sabbatum proprie dictū alia incidebat solennitas\*

Tertio igitur decalogi præcepto affirmatio exterior præcipitur Dei cultus, nempe corporalis requies, & cessatio ab operibus seruilibus ad famulādum Deo, & vt liberi ab operibus profanis mente Deo intenti cultum illi exhibeamus exteriorem inquam, sub quo nobis, qui sensibiles sumus, proponitur interior cultus, vt meditatio, mentalisq; oratio: exterarū rerū similitudinibus. Sic per exteriorē thuriferationē instruimur, quæ anmodum orantis mens in Deum sit eleuanda.

Secunda conclusio. Præceptum Decalogi de sabbatis sanctificandis partim est morale, partim cærimoniale. Hac conclusionē asseuerat. S. Th. 1.2.q.100.art.3.ad.2.& 2.2.q.122.art.4. quem omnes Theologi sequuti sunt. + Est etenim hoc præceptum morale, vt omnes homines, cum iure天然ur vnu Deū colere, tempus aliquod debeat secernere, atq; ab alijs profanis actibus eximere, Deoque colendo dicare, vt illi cultum exhibeat illumque venerentur. Nam & Psaltes inquit psalm. 45. Vacate, & videte quoniā ego sum Deus. Eadem cōclusio probatur ex eo, quod præcepta decalogi omnia non tantū moralia sunt, sed ad illa decem omnia præcepta moralia veteris legis reducantur, auctore diuo Thoma in dict. q. 100. art. 3. cuius rationes expendit diligenter Dominicus Soto lib. 2. de iusti. & iur. q. 3. arti. 3. idem probauerat Thom. q. 99. art. 2. & q. 100. art. 2. Hoc tandem morale præceptū in eo situm est, vt homo, qui corpore cōstat, & anima, aliquo saltem destinato tempore, & corpore, & animo fertur, atque interquiescat: intentus sane laudi contemplationi, ac venerationi Dei omnipotentis, vt corpus labore fatigatū alterna requie non carreat, & ipsa mens ab externis laboribus immunit, & libera diuine legis meditatione, rerumque diuinarū memoria, & recordatione refecta, gratias agat Deo optimo maximo, a quo tanta, & tot beneficia gratuito accepit. Est vero hoc præceptum cærimoniale quantum ad certum tempus, quo feriari nos oporteat, & cultui diuino vacare, atque indulgere: sic sane quod vel hoc die, vel illo celebretur festum, ad ceremonialem legem pertinet: & ea ratione apud Iudæos sabbati quod erat septima dies, requies, & ab omni opere cessatio præcepta erat ex lege ceremoniali varijs ex causis, quis sancti Doctores passim expllicant, & nobis tradidere, vt veteris legis rationem minime ignoremus, quanuis ad eius obseruationem nequaquam teneamur.

Tertia conclusio. Præceptum hoc de festis diebus celebrandis, qua ex parte morale censetur, est iuris

est iuris naturalis. Hęc probatur, quia omnia precepta moralia sunt iuris, & legis naturalis, aucto-re sancto Thoma. 1. 2. quæstione. 100. articulo primo, ex Paulo ad Roman. capitulo secundo, vbi inquit gentes naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt: explicat Dominicus Soto libr. 2. de iustitia & iure. quæstione. 3. artic. 1. Hoc vero præceptum partim est morale: consequitur ergo, ea ex parte iuris naturalis esse, & ad legem naturalem pertinere. Huic rationi & illa accedit, quod omnes gentes solo lumine naturali, solisque viribus naturalibus potuerunt verum Deum cognoscere, ea quidem cognitione, quae tendit in finem naturalem: non inquam totam Dei virtutem, & essentiam cognoscere, sed per hęc visibilia apprehendere, quod sit Deus, & unus, & prima rerum omnium causa, & supremus omnium finis. Sic diuus Paulus ad Rom. 1. obiurgat philosophos, quia quod notum est Dei, id est acumine naturale Deo est cognoscibile, manifestum est illis. id ipsum veteres Theologi probarunt, præsertim Lactantius Firmianus libro primo. Diu. inst. capitulo quarto. cum sequentibus, ex testimonio veterum philosophorum, quorum diligenter meminit Augustinus Eugubidus libro tertio. de perenni philosophia. Ac rursus idem institutum prosequitur libro. 4. 5. & 6. sed & diuus Thomas hoc ipsum probat prima part. quæstio. 12. articulo. 12. Cūm verò, inquit Lactantius, ipsos deorum cultores sèpè videamus Deum summum, & cōfitemi, & prædicare, quam sibi veniam sperare possint impietatis suæ, qui non agnoscunt cultum eius, quem prorsus ignorari ab homine nefas est? Quod si lumine naturali unus, & verus Deus cognosci poterat, eodem iure qui Deum verum, & unum cognouere, tenebatur dubio procul eidē cultum aliquem exteriorem exhibere, ut mente, & animo illi essent intenti, quem per actus extei-riores religiose venerabantur. docet enim lex naturæ, religionem colendā, & cæmonias obseruandas fore. Hac ratione gentes, quae dæmonū illusionibus deceptæ, prauisque moribus institutæ, & ea ex causa obsecratae Dei optimi maximi permissione, minimè Deum unum, & verum cognoverunt, ab illo naturali lumine deficients, quo illum cognoscere poterat, dijsque illis, quos falso sibi sinxerunt, quosque veros esse censebāt, cultum exteriorem exhibentes, dies quodā sacrauerunt, ac festa quædam quolibet anno celebranda instituentes, superstitiose nimis obsecrabant non alio iure, quam vt Deos, quos veros esse existimabant, cultu exteriori aliquo tempore

ab operibus seruilibus liberi colerent, ac venerarentur: qua de re multa ex varijs auctoribus diligentissime Gregorius Gyraldus scripsit in eo libro, quem de dijs gētium nuper elaborauit. Sed & columella lib. 2. cap. vlt. tradit quę veteres gētium pontifices diebus festis fieri prohiberent, & permetterent.

<sup>4</sup> Quarta conclusio. Fectorum obseruatio non tantum iure naturali, ac diuino veteris testamēti, sed & diuino legis euangelicæ instituta est, & vim obligationis obtinet. Hęc probatur ex præcedentibus. Nam si hoc præceptum est iuris naturalis, & morale veteris legis, optimè consequitur, & esse diuinum legis euangelicæ: siquidem lex euangelica continet, tātum ea præcepta, quae naturalia, vel moralia sunt, & quę ad sacramenta pertinent: quod deducitur ex his, quae tradit S. Thom. 1. 2. quæstione. 108. articulo primo. & 2. idem quodlibeto. 4. articulo decimotertio. Etenim licet cæmonialia, & legalia veteris legis cessauerint lege noua euangelica, eiusque institutione, ac promulgatione: moralia tamen, & naturalia minimè cessarunt: imo ea ex parte, quae præcepta veteris legis moralia erant, & iuris naturalis, etiam si lex vetus data non fuisset, à Christo Iesu confirmata fuere non ex vi veteris legis, sed ex vi naturalis, ac moralis instituti: scriptum est enim Matth. 19. si vis ad vitam ingredi serua mādata idem Marci. 10. & Lucæ capitulo decimo-octavo. Hinc deducitur vera interpretatio concilij Trullanensis, à quo responsum est, veteris, & noui testamēti pagina septimum diem ad humnam quietem speciali lege deputatū fuisse, capitul. licet. de sc̄rijs. Nam veteri legi, qua ex parte cæmonialis erat, dies septima præcipitur obseruari vti sacra, & cultui diuino deputata: qua verò ex parte moralia lex vetus continebat, sub diei septimæ præcepto intelligitur, ac significatur, tempus aliquod cessatione operum seruiliū signandum esse, quo cultui diuino fideles, & Christiani operam dare tenebatur. Sic sanè lex diuina veteris testamenti quo ad cæmonialia diem septimam deputauit quieti, & cultui diuino: quo ad moralia tempus aliquod arbitrio Pontificum definiendum significabat sub septimæ diei nomine: & licet cæmonialia cessauerint, moralia tamen non cessant, imo lege diuina euāgelica cōprobantur: atque ideo dies septima sacra censetur lege veteris testamēti diuina quo ad literam, & cæmonias, lege verò diuina noui testamenti quo ad moralem significationem: quę nusquam cessauit, nec cessat: quia naturalis est institutio,

Qua de re nos tractauimus lib. i. Varia. Resol. c.  
17. num. 1. & 2.

**Quinta conclusio.** + Quanvis huic præcepto de diebus aliquot religionis causa Deo sacrâdis, cultuique diuino constituendis, iure humano, etiam pontificio derogari non posuit: qui tamen dies, & quot sint huic muneri, & ex ea causa quieti, otioque ab operibus seruilibus præsignandi, vere ad legem humanam pontificiam pertinet. Huius assertionis prior pars ex eo constat, quod hoc præceptum ea ex parte sit morale, iuris naturalis, legisque diuinæ euangelicæ, quibus lege humana derogari non potest. §. sed naturalia Inst. de iure natur. gent. & ciuili. adnotauit Gratianus in principio. s. dist. S. Thomas. 1. 2. quæstion. 54. articulo. 5. Fortuni. in. l. veluti. ff. de iustitia & iure. columnæ septima. nos idem probauimus in quartum decretalium. 1. 2. part. capitulo. 6. §. 9. numero secundo. Et præterea Decalogi præcepta, qua ex parte moralia, & naturalia sunt, nullâ patiuntur dispensationem: quemadmodum docet S. Thomas. 1. 2. quæstio. 100. artic. 8. quem optime interpretatur Dominicanus Soto lib. 2. de iustitia & iure. quæst. 3. artic. 8. ergo cum hoc præceptu iuxta sensum huius conclusionis in priori eius parte, sit morale, & naturale, nullâ poterit pati dispensatione, saltem ad hoc, quin homo teneatur tempus aliquot, seu dies, seu horas diuino vacare cultui, & religioni. Vnde quo ad istum effectum non exigimus necessario dies integros, quanvis conclusio dierum meminerit ad seruandam legis veteris literam, quæ sensim tempus aliquod, quo Dei vacemus cultui significat. Posterior conclusionis pars satis probatur ea ratione, quod in ea parte lex fuerit cærimonialis, & ideo cessauerit legis euangelicæ institutione: Iege vero Euangelica, & naturali nulli fuerunt dies oculo deputati ad vacandum religioni, & cultui diuino quod fatus constat ex ipsa euangeliorum lectiōne. Quo fit, vt quibusdam vixit fieri, iure humano pontificio dies festos, quos nunc ex Ecclesiæ institutione celebramus, mutari omnino posse, aut denique tolli; modo tempus aliquod comode constituantur, quo ab operibus seruilibus vacantes feriemar, & Deo cultum exteriorem exhibeamus: quia dies festi, quibus christiani religionis causa feriamur, iure humano pontificio sunt instituti: quod probant sanctus Thomas. 2. 2. quæst. 112. artic. 4. Florentinus. 2. parte. titulo. 9. capit. 7. Archidi. & Cardi. S. Sixti in cap. r. de consecrat. dist. 3. Ioan. Maiorlin. 3. sen. dist. 37. quæsti. 27. Imo ipse Thomas expressim assuerat, dicim

dominicū iure humano, & ab Ecclesia institutum esse ad hoc, vt diuinis officijs, & religioni vacemus, qua in re Anchæ Antonius, & Abb. in capitulo tertio. de ferijs. existimant, dici dominicæ festum iure diuino institutum fuisse. Idem probant Angelus verb. feriç. §. tertio. & Sylvest. verbis dominica. qui hanc opinionem communem esse testatur. Cuius probationi illud potissimum suffragatur, quod à seculo usque Apostolorum dies dominica fuerit ab Ecclesia catholica in honore Dei celebrata: ex Paulo primo ad Corinthios capitulo primo. Nam de collectis, inquit, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiæ Galatij ita & vos facite per unam Sabbati. Quo in loco Chrysostomus, Ambrosius, Remigius, & alii, vsnam Sabbati dominicam diem interpretantur. Imo & illic Primasius commemorat dici dominicæ celebritatem ab Apostolis descendisse ex testimoniis diuini Ignatij epistola. 2. qui fere tempore Apostolorum floruit sanctitate, & doctrina illustris. Idem sensit Augustinus epistola. 119. ad Ianuarij quæstiones capitulo decimo tertio. scribens. Dies tamen dominicus non Iudeis, sed christiani resurrectione domini declaratus est, & ex illo habere copit festinitatem suam. Hæc Augustinus ex quo obseruari poterit ratio, quare Sabbathum in diem dominicum mutantum fuerit. Nā ratio illa commemorandi beneficium creationis in festinitate eius diei, in qua Deus ab illa requieuit, mutata est in beneficium recreationis, quæ facta est a Christo per gratiam, & absoluta fuit die dominico per eius resurrectionem: fuitque illa lux in statu gratiae prima, multo præstantior illa, de qua tune dictum est: fiat lux. Et præter ea olim in lege veteri tradita fuit celebratio Sabbathi, quod erat requies mortuorum: resurrectione autem nullius erat, que ad Christum dominum qui die dominico resurgens fecit, vt dies hic olim octavius, nunc in lege euangelica sit primus, & Sabbatho in festinitate succedit. idem Augustinus in epistola octuagesima sexta, ad Castulanum. Preponitur, inquit, dies dominicus Sabbatho fide resurrectionis. Hæc & Isidorus scribit libro primo. de officijs. capitulo vigesimo quarto. multa Thomas Valdensis de sacramentalibus, titulo decimo sexto. capitulo 140. qui probare conatur, dici dominicæ festinitatem ab Apostolis institutam fuisse. Tertullianus aduer. us gentes. capitulo decimo sexto. proxime his accedit dicens, A quesumus diem solis lætitiae indulgemus, alia longe ratione, quam religione solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem saturni ocio & vicui decernunt,

Hunt exorbitantes & ipsi à Iudaico more, quem ignorat. Dicit solis Tertullianus intellexit diem dominicū: ut & Imperator. in. l. omnes iudices. Quid serius: Quo in loco & Theodosius Cæsar in homines dies. id evidentius explicat. adnotauit Angelus Politianus. lib. miscell. capitulo octauo. et Dionis libr. trigesimo septimo. id ipsum obseruari poterit ex Eusebii libro quarto. de vita Cōstantini Magni. Sozomene. libro primo. capitulo octauo. Calsiodoro libr. primo tripart. capitulo decimo. Nicephoro libro septimo. capitulo qua dragesimosextō. Quibus minime citatis Ludouici Cæsarius idem tradit libro septimo. capitulo quadragesimoprimo, & quadragesimosecundo. Sic & hoc ipsum traditur in vita beati Sylvestri Gratiæ quidem scripta, in latinum vero traducta opera Aloysi Lipomani. quinto tomo. Dominum vero diem hoc nomine primam sabbati, primam inquam hebdomadis diem significat. Dicus Ioannes Apocalypsis capitulo primo. Sed & diem Saturni sabbatu esse constat ex Dionis. Reliqui vero dies adhuc apud nos planetarum nomina rotinent. idem fere constat ex Iustino martyre in secunda oratione pro christianis. ultima pagina. qui diem solis à Christianis celebrari ex eo tradit, quod in illo die Deus mundum efficeret, & eodem Iesus Christus à mortuis resurrexit: & addit pridie Saturni Christum cruci affixū fuisse, & postridie Saturni, quil dies solis est, surrexisse. Nec quidquam obseruit, quod auctoribus Eusebii, Sozomene, & alijs Constantinus Magne lege lata diffinierit diei Dominicæ celebritatem. Etonimam legem illam tulit Constantinus generalē, & vniuerso Romano orbi huius diei festiuitatem indixit, Apostolicas traditiones imitatus non quod tunc apud christianos cœperit hic dies celebrari, sed quod ante Constantinū celebrabatur ex institutione apostolorum a christianis: nō ex lege Cæsarea, quæ tunc utilis, ac necessaria fuit, ut subditi Romano Imperio ex edicto Cæsaria diem illum colerent diligenter, & cautiū, ne Cæsari foret rebellis, sed ex lege Apostolica, cui plures refragari non verebantur. Leo etiam Tribunicius Imperator auctore Theodoro lector, multo post Constantinum Magnum eandem legem denuo repetitam, Romanis: eorumque præsencij dedit, non equidem nouam, sed veteris memoriam renouantem. Huic rationi accedit, quod Origenes contra Celsum sentiuitatis diei dominica meminit. Tertullianus de corona militis, rursus in libr. secundo. ad uxorem. Hieronymus aduerfus Vigilantium, & Iustinus Martyr

in quæstionibus à Christianis positis: quæstione. 115. ex Irenæo referens, diem hunc ab apostolorum temporibus celebrari quodam aliorum die ram discrimine, quod hic dies sit nostra resurrectionis significatio, qua Christi benignitate, & a peccatis, & a morte, quæ ab illo interfecta est, liberati sumus, per Christi resurrectionem. Vnde sempiterna memoria, inquit Iustinus, recolere debemus, & casum nostrum in peccatum & Christi in nos charitatem, qua ex causa surreximus: idcirco genus flexio, quam sex diebus adhibemus, calum nostrum in peccatum significat: nō flectere autem genu die dominico resurrectionis nostræ est significatio. Hæc autem consuetudo ab Apostolorum temporibus cœpit, quemadmodum ait beatus Irenæus Martyr & Lugdunensis Pontifex in libro de pascha, in quo mentionem Pentecostes facit, in qua genu non fletimus, quod eodem loco habenda sit, quo dominicus dies, ob eam causam, quam de eo diximus. Hæc Iustinus. Obiter tamen admoneo lectorem, me maximè dubitare, an opus illud fuerit à Iustino Martyre scriptum: qui etenim fieri potest, Iustum citare Irenæum: qui, vt ipse ex Eusebii, Hieronymo, Nicephoro, & alijs cœsto, post morteni ipsius Iustini floruit, & scripsit, faltem martyrio coronatus est: atque ideo à fide historiæ alienū est, quod Iustinus Irenæi iam martyris, & mortui meminerit. Ipse vero Irenæus in quinto aduersus hæreses Iustini meminit, & eius operis, quod contra Martionem hæreticum scripsit, teste Hieronymo. Sed & Eusebius in Chronico multo ante Irenæi martyrium ipsius Iustini mortem, & agonem pro religione christiana contigisse tradit. Præter hæc in eodem opere citatur Origenes. capitulo. 82. & capitulo. 85. qui dubio procul post Iustini martyrium claruit. Imo & natus est. Quod ex Hieronymo, Eusebii, Hermano, Contracto, & Nicephoro cœstat, nec istius operis meminere Hieronymus, Eusebius, Nicæphorus, &c. Photius, & alij qui Iustini scripta, & libros adnumerauerūt. Idem vero Iustinus in dialogo cū Triphone de die dominico in quo dominus noster Iesus Christus surexit à mortuis, quæ vnum Sabbatorū nominat scribit. Vnus enim Sabbatorū dies, cum primus maneat dierum omnium, omnium rursus dierū, qui in orbem reuoluuntur, enumeratione octauus vocatur, idemque primus manet. Hæc Iustinus aduersus Iudeos. His denique, veluti per transennam, digressione quadā obseruatis, diem dominicum rursus repetentes libentissime adducimus

mos insignis, Iustinoque aptrissime conueniens  
diu Basilij testimonium, is inquam in lib. de Spi-  
ritu sancto. capi. 27. traditiones Ecclesiasticas, &  
Apostolicas mire commendatas, inquit, & recte  
perficiimus preces in una Sabbathi: id est die domi-  
nico: ratione non omnnes nouimus. Non  
enim solum, ut qui resurreximus cum Christo, &  
qui superna querere debeamus, in resurrectione  
die date nobis gratias, per hoc quod sumus in  
precando, hos ipsos commonefaciamus: sed quod  
etiam venturi seculi is dies quodanmodo ima-  
go esse videatur. Quia propter, etiam cum princi-  
pium sit dierum, non prima a Mose, sed una ap-  
pellata est. Factum est enim, inquit, vespere, &  
mane dies una, velut eadem saepe reueluatur. Una  
itaque eadem est octaua, una re vera ac veram  
octauam, cuius Psalmographus in quibusdam  
Psalmorum inscriptionibus meminit, per se ip-  
sam demonstrans, statum videlicet post hoc tem-  
pus, diem non desituras, vesperam non haben-  
tem, & successionem non admittentem, etiam  
illud nonquam finiendum, ac seni expers. Ne-  
cessario igitur Ecclesia erudit alumnos suos, ut  
stantes preces absolvant, quo per assiduam com-  
monefactionem vite non de futura, viaticorum  
ad illam transmigrationem parandorum non ne-  
gligentes simus. Sed & totus quinquaginta dierum  
numerus, Pentecoste, appellata, resurrectionis,  
quam in illo seculo expectamus, monumentum  
est, una enim illa, & prima dies septies septem-  
cara, septem sacrae Pentecostes hebdomadas ef-  
ficit. Ex prima enim initium sumens, in princi-  
pium definit per similes intermedios quinquag-  
ties euoluta. Vnde & eum similitudine refert,  
velut in circulari motu ab iisdem signis initium  
sumens: & in eadem desinens. In qua eratam si-  
guram in adoratione praeferre Ecclesie leges nos  
erudierunt, ex manifesta commonefactione ve-  
luti transferentes mentem nostram a praetentiis  
ad futura. Quin & quoties genua flectimus,  
& rursus erigimus, te ipsa ostendimus, quod pro  
pter peccatum in terra delapsi sumus, & per be-  
nignitatem eius, qui condidit nos, ad coelum re-  
uocati sumus. Haec Basilius. & his similia Augu-  
stinus ad Ianuarium epistola, 119. capitulo. 15.  
Diuus item Ignatius in epist. 3. ad Magnesios, diem  
Dominicam, diem resurrectionis appellat, ac re-  
galem, omniumque supremam: ac de ea Psal-  
mista cecinisse scribit: in Finem pro octaua.  
Ex quibus plane intelligitur diffinitio Concilij  
Nicenii canone, 20. & capitulo. quoniam, de co-  
seccr. distin. 3. ubi fidelibus christianis iniungitur,

ut diebus dominicis, & in diebus Pentecostes fa-  
tes ad orationem vota domino reddat. Item fit  
ri debere in omnibus festiuitatibus, quae iure pri-  
cipua censentur, docet Alexander. Pontifex in ca-  
pitulo secundo. de ferijs, quo in loco interpretet  
idem adnotarunt: & Cardina. S. Sixti in dicto ca-  
pitul. quoniam. Qui equidem canon. & diu. Ba-  
silio, conuenit Martinus Bracharensis Episcopus  
ex synodis Græcorum. capitulo quinquagesimo  
septimo. & capitulo. ultimo 30. distin. Diuus Aeg-  
brosius in sermone. 61. capitulo. scic. 76. distin.  
concilium Turonense. capitulo trigesimo septi-  
mo. & Burchardus libro tertio. capitulo. 23. s. 27  
pud quem libro decimosertio. capitulo decimo  
tertio. ex synodo Aurelianensi. capitulo decimo  
quarto. idem obseruauimus, quod modo ex Ale-  
xandro Pontifice adduximus. Verum & diel do-  
minicae solennitatem, ac celebrationem mire co-  
mendat synodus Matisonensis. 2. capitulo pri-  
mo. & retulit Martinus Bracarensis in dicto capi-  
tulo ultimo. canonibus Apostolorum institutu-  
sse, quod dominicis diebus, & a Pascha ad Pen-  
tecosten minime genuflectamus, sed & diem  
dominicam Platonem diuinasse in decimo de  
Republica, testes sunt Clemens Alexandrinus in  
quinto lib. Stromatum. & Eusebius in. 13. de pre-  
parat. euangelica. capitulo septimo, quibus om-  
nibus diligenter obseruatis non tenere opinabi-  
mur. hanc diei dominicae festiuitatem ab Aposto-  
lis diuina institutione edictis, constitutam fuisse  
eam etenim legimus traditione ecclesiastica  
semper in Ecclesia catholica sanctificatam fuisse  
ut tamdem, licet ab humano instituto Apostolorum  
processerit, & originem duxerit, quod quibusdam  
placuit, nimis indecorum esset, eam ab Ecclesia  
mutari, vel tolli, nec id permitteret Spiritus san-  
ctus, cuius inspiratione quæ tot seculis, a tot san-  
ctis patribus, & Pontificibus sunt exactissime ob-  
seruata circa religionis cultum, decorum, & mi-  
sterium, instituta, ac decreta fuisse, satis appetet  
quemadmodum probari poterit ex his, quæ di-  
uis Basilius in dicto capitulo vigesimo septimo.  
& alij veteres Theologi de traditionibus ecclæ-  
siasticis scripere. Idem erit respondendum de  
festo Pasche resurrectionis, & Pentecostes. De  
die natalis domini: ac redemptoris nostri Iesu  
Christi, deque alijs festiuitatibus his sunilibus,  
quas ab initio legis euangelicæ, ab ipsaque ætate  
Apostolorum celebratas fuisse constat ex veteri  
lectione, qui obiter plurium festiuitatum memi-  
nere, asseuerantes, eas ab Apostolis institutas fuisse.  
Id etenim de feto. Pasche afferunt Hilarius in  
prologo

prologo psalmorum, Clemens in epistola. 3. Hieronymus super Matthaeum cap. 25. & Tertullianus in libro 2. ad uxorem. parsus idem Hieronymus aduersus Vigilantium extat & octauus apostolorum canon. De Pentecoste dini Pauli extat locus prima ad Corinth. capi. 16. & Acto. ca. 20. vbi Beda, Ambrosius super Lucam. & Origenes contra Celsum. De festo Parasceues hoc est passionis, Resurrectionis, Ascensionis, & missionis Spiritus sancti Diuus Augustinus ad Ianuarium, & de Cena Domini ex. 1. ad Corinth. ca. 11. illic Remigius, Isidorus libro 1. de officijs. capitul. 28. de his omnibus Thomas VValdensis libr. de sacramentalibus. cap. 41. atque etiam de festo parasceues Origenes paulo ante citatus, & Sozomenes lib. 2. histor. eccles. capitulo. 11. de Epiphaniæ festo Ammianus Marcellinus sub Constantio Cæsare lib. 21. qui ita eius celebritatis meminit, ut plane sentiat, multo ante id temporis à Christianis celebratam eam diem fuisse: eiusdem meminit Clemens in constitutionibus Apostolicis libro. 5. capit. 13. Ambrosius in Sermonibus. Isidorus, & alij post Augustinum. Sed & eius celebrationis, quæ Purificatio Virginis Mariae dicitur, meminit Sigibertus eius Institutionem tribuens Anno Domini. D. XLII. Georgius vero Cedrenus anno nono Iustini Magni, cui succedit Iustinianus eam adscribit, appellans festum Hypantes, id est, occursum, aut processionis: quasi tunc in occursum prodeamus Christo à Virgine matre in templo sistendo: aut presentando, ut vulgo loquimur: sicuti quidam interpretantur ex Martini Polli Chronicis. libr. 17. capit. 28. Conuenit autem Georgij Cedreni computatio Anno ab Incarnatione Domini. D. XXVI. Meminit & huius Festi autor Micrologi cap. 48. scribens id appellari Hypantem ex eo, quod Symeon, & Anna eo die obviauerunt Domino dum presentaretur in templo, extatque elegans poemata de hoc festo Chosme Graci Poeta a Theodori scholijs quibusdam enarratum. Extant & de hoc occursum Domini, de beatissima Virgine, & de iusto Simeone orationes quinque Patrum, nempe Greg. Nysseni, Amphirochij, Chrisostomi, Cyrilli Hierosolimitani, & Timothei presbyteri: ut fortassis huius celebritatis origo antiquior sit quam Cedrenus, & Sigibertus existimatuerint.

Præter has festorum dierum solennitates, summi ecclesia pontifices & alias constituerunt, qua summissio sicut in capitul. 1. de consecratio. distinctione. 3. capitul. 2. & capitulo ultimo. de ferijs.

quibus decisionibus probatur, episcopos posse religionis causa in memoriam alicuius Martyris, vel viri Apostolica sede in Sanctorum numerum relati dierum celebrationem instituere: quod semper ab initio ecclesiæ Episcopi fecere: easque festivitatem celebrandas à Christianis fore aduersus haereticos probat Thomas VValdensis in dicto libr. de sacramentalib. capit. 142. probant & omnes qui contra haereticos hac de re scripere olim, & nostra ætate: sufficitque ipsius Ecclesiæ vniuersalis auctoritas, quæ dies festos in veneratione Sanctorum quotannis celebrat, & à toto populo Christiano celebrari præcipit. Est & apud Christianos in ecclesia Catholica, & fuit vetusta nimis, & obseruata consuetudo ut in veneratione Sanctorum aliqui fuerint semper dies festi celebrati. Nemo etenim leget Ambrosium, Augustinium, Basiliū & alios Græcos, ac Latinos veteres Theologos, qui plane non percipiat ex eorum concionibus eo tempore Sanctorum quotundam celebritates obseruatas sic, aut religiose fuisse. Sub Athanasio primo Pontifice maximo vir quidam Festus nomine senator Romanus Comitatem Constantinopolim profectus propter reipublicæ Romanæ utilitates quasdam, vbi ex animi sententia negotium cum Anastasio Imperatore confecit, etiam ei supplicauit, ut ibi Petri, & Pauli Apostolorum memoria maiori reverentia, & cultu, sicuti Romæ fieri soleret, celebraretur, ea enim nulla cura, atque sicuti sors tulisset culta antea fuerat à Constantinopolitanis, cui petitioni Cæsar Anastasius non grauatae conuentis, constitutione promulgata sanxit, ut magnificè ab omnibus conuentus ecclesiasticus in apostolorum eorum honorem ageretur. Ab eo etenim tempore conuentus eius celebritas apud Græcos magna cœpit incrementa, atque ingenti cum latitia est frequentata, auctore Theodoro lectore Bizantio, ex quo quidem scribit Nicephorus ecclesiasti histo. libro decimo-sesto. capitulo. trigesimoquinto. & hæc propè annum Domini quingentesimum. Qua ratione deducitur, multo ante id tempis Romæ solenner, apud Græcos non ita, nec tanta cum celebritate Apostolorum Petri & Pauli festum actum fuisse.

De festo omnium sanctorum, cuius meminere pontificalia decreta in capitulo primo. de consecratio. distinctione tertia. & capitul. ultim. de ferijs. scribit Matthæus Palmerius in Chronicis, Gregorium quartum pontificem Romanum iulisse, atque induxisse Gallis, & Germanis, ut omnium-

sancctorum commemorationem colerent; & obseruarent, idque contigit Anno domini octingentesimo tricesimosexto: cum & ante id tempus ab Ecclesia catholica hoc festum celebraretur: sicuti constat ex sermone domini Augusti. 37. tomo. decimo. Tametsi Platina originem huius festinitatis videatur tribuere Bonifacio Quarto, qui multo post Augustini tempora electus est in summum Ecclesie Pontificem anno domini fere sex centesimo octavo. Sed & Platina locus id tantum probat a Bonifacio Quarto, templum, quod Romae Pantheon ab Ethniciis vocabatur, Beatisimae Virgini, & Martyribus consecratum fuisse: non quod tunc originem habuerit hic omnium sanctorum celebrationi dicatus dies: sed ut fortassis in eo templo ea solennitas peragetur que multo ante alibi celebrabatur. Ceterum, ut paulo ante admonuimus, præter has festorum dierum solemnitates & quārum ex testimonio sanctorum patrum meminimus, quarumque plures & otustissimam originem habuere, dics celebres frequentes ex Pontificum decreto agunt pro diuersis a Christo, & sanctis nobis præstatis beneficijs, & in memoriam sanctorum Martynum, qui pro Christi fide sanguinem suum fuderunt: ut his diebus suis grati Deo, & sanctis ob beneficia in nos collata, & ut sanctorum exempla ad imitationem nos propitocent, eorumque imploremus patrocinia. Nam & Hebrai præter Sabbathum, & festum Paschæ a Deo eis constituta, habuerunt & Neomenias per singulos mensos, Pentecosten, festum tabernaculorum, Encænia, festum etiam pro victoria Iudith, pro liberatione populi per Hester, & alii his similia, quæ lector ex veteri testamento poterit obseruare, & colligere. Finint vero a Christianis martyrum, & sanctorum memoria die quo mortem obiere: quia illò die nascuntur sancti viri ad gloriam +, & ueritatem aeternam: quod glo. adnotauit in cap. in qua dragesima. 33. quæstione quarta. cuius meminire & anormit. in capitul. 3. de ferijs. Quod & Origenes obseruauit libro 3. in Iob. & in Psalm. 38. & Corsetus in singularibus verb. Festum gloss. in L. cum quidam. ff. de annuis legat Roma. in singula. 33. gloss. in §. cum autem. verb. natalibus. Insti de ingemmis. & illic Angelus. Hinc dies, qui bus sancti viri vel occiduntur martyrium passi, vel moriuntur, natalia frequentissime appellantur capitulo tertio. de ferijs. Scribit etenim Eusebius libro 4. Ecclesiast. historiæ. capitulo decimo quinto. de martyrio Polycarpi Smyrnensis Epî-

scopi epistolam Smyrnensium referens: ita nos postmodum pretiosissimis gemmis plurimæ stimanda, & supra omne aurum, præstantissima collegimus, & tibi decus erat, confidimus. Quo in loco etiam mince præstante domino solenniter agimus, celebresque conuentus, maximo quidem cum gaudio, & exultatione diem passionis eius natalium celebrantes in eorum, qui martyrio coronati sunt, memoriam insignem, & yrquentium animi ad prædecessorum viam exemplis huiusmodi inuitentur. Hæc Eusebius, qui græce diem martyrij sanctissimi Polycarpi genethlion, idest, natalitium dixit, quod eo die inclitus ille martyr ad perpetuam beatitudinem, & gloriam natu fuerit.

Dies vero quo ad cœlēbrationem, qua religio-  
nis causa fit a vespera incipit, & in vespera finit.  
capitulo 1. de consecrat. distinctione 3. cap. 1.  
& 2. de ferijs. Clementi 1. de reliq. & venerat san-  
ctor. gloss. in capit. alma. §. adiçimus de senten-  
excommunicatio in. & Leuitici capit. 23. scri-  
bitur, a vespera in vesperam celebrabitis Sabba-  
ta vestra. Hebrai etenim autore Beda hunc v-  
sum obseruabant in diebus discernendis, atque  
hie dies dicitur Ecclesiasticus: tametsi quo ad  
alios effectus varie dies consideretis ex Iuriscon-  
sulto in. l. more Romano. ff. de ferijs. vbi late  
hoc tractant Paul. Castrensis, Iason, & alij &  
diligenter Andr. Titaquellus de retract. lib. 1. §. 1.  
gloss. 11. Panormit. tamen in dicto capitulo. 1.  
de ferijs. verba illius decisionis interpretatus in-  
telligit, a vespera in vesperam, id est, ab ortu so-  
lis usque ad occasum. Cui annotationi forma-  
nis latini significatio palam refragatur: nam se-  
rnum diei dicitur vesper, sicut eius principium di-  
citur mane, & prima diei pars: teste Plinio libro  
2. capitulo 8. qui de Veneris stella: præueniens  
quippe, inquit, & ante matutinum exoriens, lu-  
ciferi nomen accipit, ut sol alter, diem manu-  
rans: cōtra ab occasu resulgens, nūficiupans es-  
per, vt prorogans lucem; vice inque lucem redi-  
dens. Hæc Plinius, & his similia Macrobius lib.  
bro. 1. Saturnal. capitul. 3. Quandoque vesper  
accipiat pro nocte; Genes. capitulo 1. vbi legi-  
mus: factum est vesper; & mane dies unus.  
Quod illic diurni Chrysostomus obseruauit, &  
explicat Eugubinus in Cosmopœia. Sic Matth.  
capit. 28. scriptum est, vesper autem Sabbathus  
quæ lucescit in prima Sabbati: & intelligitur his  
verbis nox ipsa Sabbathum subsequens, quæ tam-  
en lucescere coepisset in una Sabbati, hoc est,  
in die dominicō, in cuius luce matutina domi-  
nus a

missa mortis refurit exīscē. Quibus sane probatur, non esse Panormitanū interpretationem admittendam, uno plane intelligendum responsum pontificium, vt a vespere diei præcedentis ad vesperam diei sequentis diem festum obseruēmus quo ad publicam diuinorū officiorū celebrationem: quemadmodum Ecclesia Catholica religiosē obseruat: & notat S. Thomas quodlibeto. s. articulo. 28. glo. in dict. capiul. i. Felinus in cap. consuluit. de offi. delegat. colum. 3. Calder. in tractat. de Eccles. inter. 6. membro. Idem erit respondendum quo ad priuatam cuiusque die obseruationem, qui uti debet quilibet in sacris ordinibus constitutis ex iuris canonici decreto in persoluendis horarijs precibus, psalmisque Deo in ministerium publicum offerendis. Nam publicam celebrationē intelligimus eam, quæ ex officio, ac ministerio publico fit. Illud tamen erit obseruandum clericū posse, ubi priuatim soluit preces ab Ecclesia sibi iniunctas, diem à vespere diei præcedentis ad medianam usq; noctem diem diei sequentis obseruare. Quod asseverat Florentinus. 3. par. titu. 13. cap. 4. §. quarto. Angelus verbo. hora. §. 21. Sylvester. verb. hora. quæst. 19. Caietan. verb. horarum. §. quo ad quartum, modò ante medianam noctem diei præcedentis matutinum tantum officium dicatur, eodem Caetano auctore, & Florentino. 2. part. titul. 9. c. p. 12. §. tertio. colum. 5. Sed quo ad eum carnium dies incipit more Romano à media nocte, & finitur in media nocte. glo. in cap. 1. de consecrat dist. 3. optimè Panorm. in cap. 2. de ferijs. qui docte interpretatur Leonis Papæ responsum in cap. de esu carnium. de consecrat. distin. 3. Eadem ratio diei moribus recepta est ad obseruandos dies festos cessatione operum ieruiliū: nam ad eum effectum dies incipit a media nocte, & in media nocte finitur: qua in re plurimi valēt consuetudo.

De vigilijs extat Diui Ambrosij locus in sermone. 70. de festo Pentecostes. apud Gratianū. 76. dist. capit. nosſe. Nosſe, inquit, credo vos fratres non minori latitia celebramus diem Pentecostes, quam diem sanctum Pascha celebrare cū ratiōnibus. Tunc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus, Sabbatho vigilias celebrauimus, orationibus pernoctantes instituimus. Hec Ambrosius. Et Hieronymus super Matthe. capitu. 25. inquit; Traditione Iudeorum est, Christum media nocte ventrum in similitudinem Ægyptij temptoris quando Pascha celebratum est, & examinatores venie, & dominus super tabernacula transiit, &

sanguine agni postes nostrarum frontium conse crati sunt. Vnde reor, & traditionem apostolicā permanuisse: vt in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non licet expectantes aduentum Christi: & postquam illud tempus transierit, securitate presumpta, festum cunctis agentibus diem. Vnde & Psalmista dicebat. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuae. Psalm. 17. 8. Hæc Hieronymus. Lactantius libro. 7. capi. 19. inquit, hæc est nox, quæ à nobis propter aduentum regis, ac Dei nostri priuilegio celebratur. Qui noctis est ratio, quod in ea vitam tunc recepit, cū paſſius est. Hæc ille, qui maxime errat in alijs rationibus, quas adducit. Memini & earundem vigiliarum Tertullianus libr. 2. ad uxorem. Quis enim, inquit, sinat coniugem suam visitandorum fratrum gratia, vicatim aliena, & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, a late re suo eximi libenter feret? Quis denique iolen nibus paschæ abnoctantem securus iustinebit? Quis ad coniuvium dominicum illud, quod infra māt, sine sua suspitione dimitteret? Hæc & alia Tertullianus, qui & stationum christianorum meminuit. Tractum enim vt illuc doceat Rhenanus, & viurpatum vocabulum istud à Romana militia hæsit in sensu christianorum. Faciebant stationem milites præsidium certo loco agitantes, vnde & stationarij dicti. Christiani nunc in hac basilica, nunc in alia conuenientes nonnumquam apud martyria, hoc est, martyrum sepulchra. Deinde stantes, & attenti preceabantur. Id præcipue fierbat die dominico. Sic Tertullianus ident. de corona militis de milite christiano loquens, iam inquit, & stationes, aut alij magis faciet, quam Christo, aut & dominico die, quando nec Christo. Stationis vocabulum in hoc sensu non ignotum vebi Romanæ ex antiquitate reliquum, ipsa enim obseruatione veteri per manus tradita, ac retenta. Hactenus Rhenanus. de eiusdem stationibus diuus Ambrosius sermone. 25. inquit. Deindeque stationes vocantur, quod stantes, & commorantes in eis, inimicos insidiantes repellamus, verum pernoctationes illas, & vigilias apud ecclesiastas, non ita facile admittunt Episcopi, & ratione, quod experimento cognouerint, frequentissime vigilantes templis abuti, eaque tenere, ac passim multis sceleribus, crapulis, & ingurgitationibus polluere in maximum Christianæ religionis dispergium, & grauem ignominiam; atque ideo vigilia, quæ olim apud Christianos.

erant in' vsu in solennitate paschæ, & ad martyrium sepulchra, sublatæ sunt Episcoporum, & pontificum auctoritate, nomine duntaxat superstite. Sic Libertina Synodus capi. 3. prohibuit, ne foeminae in cœmiterio peruigilent, eo quod sœpe sub obtenti orationis scelerata latenter committant. Nam & Romulus cum suis cines sapientia cœnire vellet religionis causa, & hos conuentus virorum, ac foeminarum eascos esse optaret, nocturnas virorum, & mulierum in templis peruigilationes, & arcarias Bacchi imitationes summovit, teste Dionysio Halicarnaso libro secundo, nec id suis legibus omisit Cicero, qui liber se cundo ita statuit. Nocturna mulierum iacitia, quæ ne tanto, præter illa, que pro populo rite fiat, & iubet. Quid autem multi dilexunt in nocturnis, poetæ indicant comici. Quæ licentia Romæ data, quid nam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem oculorum adjiceret fas fuit? Hoc ille, & alii, quæ ad hanc rem maxime pertinere videntur. Comicos autem Poetas indicare, quid in iacitionib[us] illis displiceat, scribit, præpter supra, & libidines, quæ a comedis, & tragediis referuntur in nocturnis sacris contigit, ut a Plauto in Aulularia, Euripide in Bacchis, Eupolidi in baptis: sicuti adnotauit Brani. Balduinus super Romuli legē 8. Notat & Cicero Clodiam, qui libidine sua iacera Bonitatis contaminare conatus est, cuius rei inter alios Plutarchus in Cæsare, & in Cicerone meminit. Subludicrat Senatus consultum ad Cicero, quo anno ab urbe codicis CCCCCLXVIII. consulibus Sp. Posthumio Albino, & Q. Martio Philippo, sacra nocturna, nefandaque illa bachanalia, quæ in urbem irrepierant, referentes sapientissimo consule Sp. Posthumio, sublata omnino fuere. Cuius rei extortum insignis apud Liuium quartæ Decadis lib. 9. Nocturnaque omaia sacra, & peruigilations vetat Aristophanes facetissimus veteris comedie poeta, eaque in media Gracia Diagondas Thebanus lege perpetua substatuit. Nec mirum erit, easdem peruigilations, quæ à christianis olim fieri solebant, sublatas ex eo fuisse, quod non semper fuerint castæ. At dixi Hieronymus aduerius Vigiliantium, & in epistola ad Riparium presbyterum has peruigilations, quæ tunc apud martyrium sepulchra, & in paschæ solennitate a Christianis fieri solebat, pie profecto, sancte & eleganter defendit. Quis enim posset absque grauiissime calumnias, & harceos nos, sanctissimos christianorum religionis cauila conuentus improbare?

Potius etenim summis laudibus extollenda est virorum, ac foeminarum in Deum, & in martyres, Sacratissimamq[ue] Virginem Dei genitricem pietas, vt si fieri posset religiose, & caute, omni submota libidinis suspicione, pernoctationes istæ permittendæ sint a Pontificibus, & Episcopis: error tamen, 'culpa iuuenum', vilissimarumque mulierum, qui per noctem sapientissime in his peruigilationibus deprehensus est, effecit equidem, vt omnino fuerint haec pernoctationes sublatae, idque sancte factum esse, nemo, qui præsentis seculi mores noverit, audaciam que delinquendi exerceat peripexit, poterit non fateri, & dubio procul Pontificum, & Episcoporum diligentiam in praecauendis sceleribus non laudare. Iure tamen Vigilantius a Hieronymo incursum, quod is per uigilations Christianorum ad martyrum sepulchra improbauerat, non tam propter crimina adulteria, & scelerata vitanda, quam propter sanctorum Martyrum venerationem, & cultum animo heretico a priori intentibus submouendum. Eadem ratione a Gentilibus tempore Tertulliani sanctissimi Christianorū conuentus bachanalibus conferebantur, quod Ethnici existimarent, Christianis in his conuentibus sedea illa excitare crimina, quæ olim ab ipsis gentilibus impie in tembris religionis prætextu committebantur. Exstant & de nocturnis sacris Constantij Imperatoris constitutio libr. 16. codicis Theodosiani, quæ quinta est ad Cerealem. P. V. his verbis. Aboleantur sacrificia nocturna Magnentio auctore permitta, & nefaria deinceps licetia repellatur. Dat. V. 111. Calend. Decemb. Constantio. A. V. I. & Cœsia. II. confi. Quam constitutionem ipse intellexerim non de nocturnis Christianorum sacris, & peruigilationibus, nam illæ tunc, & post permisæ fuerunt, & licite fiebant, teste Hieronymo: sed de nocturnis, sed dissimisque Paganorum sacrificijs, quæ permiserat Magnentius ille impius tyrannus, qui tandem victimis a Constantij ducibus, primum eius matrem, deinde fratrem, postremo Scipium occiderat eodem anno, quo data est lex prædicta: nempe ipso Constantio. VI. & Gallo Cæsare. II. consulibus auctore Socrate libro secundo. capitul. 32. Sozomene libro 14. capitul. 7. & Nizephoro libro nono. capitul. 32. huius opinioni accedit ipsius tituli rubrica, quæ de paganiis, sacrificijs, & templis inscribitur, & tandem lex septima ciuidem tituli, quæ paganiorum sacrificia diurna, nocturnaque grauiissimis prohibetur penis. Præter hanc cōmemorare liber quæ de pernigilatio-

glossis Eusebius libr. 2. Eccles. histor. capit. 17. scribit post Philonem, qui proximus Apostolorum temporibus, imo qui ad colloquiū Petri Romæ diuinum verbum concionantis, ut plerique testantur, peruenit, de monarchis Christianis in Aegypto librum edidit, cui titulus est, de vita contemplatrice, aut de supplicibus, vel auctore Suida, de vita christianorum: inquit enim Eusebius, qui autem his addere oportet horum in vnum conueritus? Seorsim quidem mulierum, seorsim etiam virorum frequentatas conuersationes, solitaque, & stara exercitia, quae etiam nunc nos soli, & maximè vnā cum inedia, cibijs abstinentia cum precibis, & cum diuinorum oraculorum meditatione in peruvigilijs, & orationibus salutiferè passionis ferijs, & magnæ solennitatis pernoctationibus celebrare constueimus. Idem de alijs ferijs, & de his tradit Nicephorus libro: 2. capit. 17. rursus de peruvigilationibus ad martyrum sepulchra, eas commendans meminit Theodoritus lib. 2. Eccles. histor. capit. 24. quæ si mōdō fierent ea pietate, qua tunc fiebant, iure optimo possent à summis Pontificibus, & Episcopis permitti, imo essent permittendæ.

**Sexta conclusio.** Hoc sanctificationis dierum præceptor exterior tantum Dei cultus, puta corporalis requies ad famulandum + Deo præcipitur, non autem interna dilectio, aut contritio, nec interior operatio. Hanc conclusionem deducimus ex S. Thom. 2.2. quæst. 122. arti. 4. Cuius sensu: m. diligenter scrutatur, & probat Dominicus Soto libr. 2. de iust. & iure. quæstio. 4. arti. 4. & probatur hæc opinio ex eo, quod sub præcepto legis diuinæ vel humanae, quanvis cadat, & contineatur actus virtutis, finis vero legislatoris, aut modus virtutis non continetur, nec est sub legi ipsius vinculo, & obligatione, quemadmodū docuere idem S. Thom. 1.2. quæst. 100. articul. 9. & quæst. 9. 10. articul. 3. & 11. & quæst. 44. articul. 1. & 4. & 8. Cale. Vbiq. Palud. in 3. sentent. d. 37. q. 1. col. 3. & ibi Ioan. Maior. quæst. 3. nos item hac de re multa scripsimus in capit. Alma mater, de senten. ex omnino. in sexto in priori partis. §. quinto. Iḡn̄t. Internus cultus, quod ad contritionem pertinet, & ad dilectionem Dei, quo vñit in finibus tenet legislatoris mens, non est sub ipsius legis vinculo. Ad hæc accedit, quod Ecclesia iudicium institutum, quo cultus hoc præcepto ius latus per hoc determinatur, quod est missarum solemnia audire cum decenti reverentia, & attentione, ut sit actus humanus. cap. missas. cap. om-

nes fideles, de consecr. distinct. 1. ad eulisti nostrum extēnum obligat, & arstat: ergo palam est, in præcepto diuino non esse aliū actū comprehendens: cum alioqui, nisi illum explicaret, non esset Ecclesia fida diuini iuris interpres. Est & alia huius assertionis ratio: quod huiusmodi præcepta, quibus aliquid iniungitur, non obligant ad charitatis modum, sed posunt quantum ad substantiam operum extra charitatem impleri ita, ut cuicunque peccatum: ergo præceptum hoc quo ad substantiam operum seruatur, & adimpletur, vt & alia præcepta extra charitatem, nec ex eo tenetur quis in die festo se ad gratiam p̄parare. Et præterea præceptum dilectionis Dei non est in decalogo inclusum, sed extra in fronte prefixum tanquam omnium præceptorum finis: si modum charitatis consideremus, non vt est singularis obiecti, sed vt est universalis conditio omnium virtutum. Hac etenim ratione considerata dilectio Dei, licet si finis omnium præceptorum. 1. ad Timothe. 5. finis præcepti charitatis non includitur in quolibet præcepto Decalogi, quanvis in omnibus vt finis præmittatur S. Thomas. 1.2. quæstione. 100. articulo. 4. & 2. 2. quæstione. 44. articul. 4. & quæstione. 79. artic. 2. & Caiet. 2.2. quæstione. 64. articul. 8. nec tenetur quis parentes honorare ex Dei charitate, sed sat is illi erit, vt adimplat præceptum quo ad substantiam operum si parentes honorauerit exteriori reverentia, nec transgreditur præceptum de honorandis parentibus, licet eam reverentia præstiterit in peccato mortali. Verum si consideremus dilectionem Dei, vt est singularis actus peculiaris virtutis amandi, sicut est alius actus sperandi, aliis actus credendi, nempe cuius contrarium est formaliter odisse: tunc actus charitatis cadit sub singulari præcepto, nempe sub hoc. Diliges dominum Deum tuum, & proximum sicut te ipsum: sicuti docet S. Thomas. 1.2. quæst. 100. artic. 10. illumque sequutus Dominicus Soto de iustitia & iuri. libr. 2. quæstion. 3. artic. 10. Fit igitur, vt hoc præceptum decalogi minimè transgreditur quis ex eo, quod in diebus festis peccatum aliquod mortale commiserit. Vnde illud evidenter consequitur, non teneri quem in confessione sacramentali confiteri tempus dicti festi, quod crimen aliquod commisit, sed illi satis erit peccatum ipsum confiteri, quod nos probare conati sumus in dict. §. quinto, quo in loco meminimus plurimum auctorum, qui hanc sextam conclusionem improbarunt. Qui vero actus possint licite in diebus festis fieri, diligenter Tom. j. Varia. Reso. pp 3 ter exc-

ter explicant Sylvester, Caietanus, & alijs in verbo. Festum. Dominicus Soto in dicta quæstione. 4. artic. quarto. à quo pluribus rationibus adducitis hæc fuit tractata controversia, quæ agit de interiori cultu festorum. Erit etenim summa huiusc disputacionis, hoc præceptum habere duo membra, alterum negatiū, quod est cessare à seruili opere, alterum affirmatiuum, quod est cultus ab Ecclesia præscriptus. Primum vero membrum intelligendum est, vt & omnia moralia præcepta, iuxta plantum, & literalem sensum; non secundum translatitium: siquidem in moribus instituendis nō oportet ut translatio aut metaphorico stylo, & ideo cum peccata in sensu plano, & literali non sint, nec dicantur opera seruilia, & in festis iubeamur cessare ab operibus seruilibus, consequitur necessario, peccata hoc speciali præcepto minime prohiberi. Secundum autem membra, tantum obligat ad actum exteriorem, & ad interiorem, qui propter exteriorem est omnino necessarius: nempe audire missarum solennia ea attentione, quæ illum actum exteriorem humanum efficiat, & religionis opus. Quod in specie adnotarunt Angelus verb. feria. §. quarto. & Caiet. verb. Festorum violatio, qui hanc sextam conclusionem optime probat in secunda secundæ quæstione. 122. articulo quarto. Cui parum oberit quod illic Sanctus Thomas scripsit asseverans, peccata vere aduersari obseruantæ festorum: quia ea opinio est intelligenda non quo ad substantiam præcepti, sed quantum ad eius finem. Vere etenim peccatum aduersatur fini huius præcepti, & aliorum. Nam, vt de hoc tractemus, præceptum istud institutum est ad vacandum Deo, & rebus diuinis, cui equidem fini magis pugnat peccatum, quam opus seruile: & tamen substantia præcepti magis pugnat opus seruile, quam peccatum. Qua ratione quod idem Sanctus Thomas iubet, a christianis sabbatum seruandum esse spiritualiter, est omnino accipendum quo ad intentionem præcipientis, & finem ab eo significatum, non quod ea obseruatio sit de substantia præcepti, vt qui sic non seruauerit, transgressor sit illius.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> Ieiunium ecclesiasticum maxime differt à communione Christi & exercitio moralis abstinentie.

- 2 Ieiunium, an sit iure naturali, divino ve institutum?
- 3 Ieiunium, qua ratione sit iure humano indicum?
- 4 De ieiunio quadragesima, & eius institutione.
- 5 Socrates historicus locus expenditur.
- 6 Sexta Synode canon inelegitur.
- 7 Interpretatio cap. quadragesima, de consecrat. distis Elion. 5.
- 8 De ieiunio quartæ serie sexæ, & sabbati.
- 9 De ieiunio quatuor temporum.
- 10 Præceptum de ieiunio obligat eius transgressores ad mortalem culpam.
- 11 Unicum tantum prandium licetum est in diebus ieiuniij: & an eius quæstas ieiunij legibus aduersetur?
- 12 Finis legis an includatur, & continetur sub præcepto?
- 13 An tertium, vel quartum prandii non transgressionis reatum inducat in eodem die, quo ieiunium præcipitur?
- 14 De hora prandij & de distinctione horarum dici.
- 15 De cibis, quibus ieiunantes interdicuntur.
- 16 De ieiunio Rogationum, & de illo triduo.

De ieiuniorum, quæ catholicæ Ecclesia Christianis indixit, obseruatione, & origine.

## C A P V T. XX.



VANVIS EX SOLA naturalis rationis cognitione, absque ullo diuini, vel humani, iuris præscripto ieiunium quæ ex parte ad abstinentiam moralem pertinet, fuerit olim, & nunc Ethnici philosophis plane cognitum, vt quilibet iuxta rectam prudentię rationē ad tuendam bonam valetudinem, ad sensum, & intellectum illustrandum, saltē ne nimia ciborum induluie temere quis in morbum corporis, vel animi incidat, teneatur temperantia, & mediocritate prudenter vt: præstantius tamen multo christianis, & his, qui veram Dei cognitionem habent, ieiunium est legibus institutum, multis titulis, & nominibus maxime commendandum; etiam si heretici, qui nunquam Ecclesiam infestare cessant, & hoc sanctissimum opus euertere fuerint conati: quorum impijs conatus viri sanctitate, & doctrina insignes restiterant olim, & aduer-

aduersus impudentissimam, sceleratissimamque Lutheranorum pestem nūc resistere Deo duce satagunt, omniq; studio moliuntur. Horum scriptator locis ex Sacra Scriptura selectis, tot Sanctorum patrum testimonijs adductis, vberem adeò huiusc rei tractatum continent, vt hoc in loco ad illorum lectionem Christiane Theologiae studiosum alegantes pauca quædam obseruare constituerimus in eorum utilitatem, qui iuri Pōtificio, & Cæsareo tantū operam dederint.

I Prima conclusio. Ieiunium, quo Christiani vti-  
1 mur, quoque usi fuere † sancti patres, maximè  
differt a communī virtutis temperantia exerci-  
tio, moralique abstinētia: tametsi vere sit actus  
abstinētiae virtutis. Hanc conclusionem ex mul-  
tis deducimus, primum quod moralis abstinen-  
tia hoc ipsum continet, quod propter aliquam  
rectam rationē ad valetudinem animi, vel cor-  
poris, ad morbum aliquem vitandum, ad aliqua  
opera corporalia expeditius agenda, minus cibi  
sumimus, quam nobis fas esset secundum com-  
munem statum, seclusa speciali ratione, qua pru-  
denter considerata, morali abstinentia utimur. Si  
eius & moralis temperantia dictat, non esse exce-  
ndendum ab eo, quod recta ratio, & naturalis p̄r-  
scribit debitum circumstantijs pensatis, vt bonam  
corporis valetudinē, & animi sensum tueamur  
quemadmodum. S. Thomas docere conatur. 2.  
2. questione. 146. articulo primo. ad. 2. & quæst.  
147. articulo. 1. ad. 2. Generaliter etenim tem-  
perantia, auctore Cicero. libr. 2. veteris rhetorices,  
est rationis in libidinem, atque alios non rectos  
impetus animi firma, & moderata dominatio.  
Vel secundum Macrobium lib. 1. de somnio Sci-  
pionis. ca. 8. Est nihil appetere p̄enitendum, in  
nullo moderationis legem excedere, sub iugum  
rationis cupiditatem domare. quæ & Aristoteles  
tradit. 2. & 4. Ethicæ docet S. Tho. 2. 2. quæst. 141.  
quo fit, vt latet conitetur, quæ sit moralis temperan-  
tia, quæ item moralis abstinētia, quibus etiam  
veteres, ethnicique philosophi vñi fuere ad cor-  
poris, & animi integritatem, valetudinemque  
tuendam, ac conseruandam, vel ad opera corpo-  
ralia expeditius agenda: aut p̄pter communem  
vitam ad morbum aliquem vitandum: & quando-  
que in hoc intenti, vt abstinētia ciborum animi  
intellectum promptiore habent ad ea facili-  
tas agenda, & percipienda, quæ vel morale, vel  
naturale philosophiam, mathematicalaque di-  
sciplinas attinebant.

Secundo, communis usus temperantia virtus  
in hoc tendit: quatuor ad cibum, & potum, vt

tantum quis ex eis sumat, quantum sibi sit neces-  
sarium, aut competit iuxta illam mediocritatē  
quæ prudenter in virtutibus seruanda est: non in  
puncto: sed in latitudine quadam secundū com-  
muni statum, ita quod nullus sit excessus.

Tertio, quia sicut laus fortitudinis consistit in  
quodam excessu, & ab eo omnes eius partes no-  
men accipiunt: ita & temperantiae laus in quodam  
defectu versatur: atque ideo abstinentia tem-  
perantiae pars à defectu nomen habet, & nihilominus  
medium tenet in illa latitudine, quæ à recta  
ratione dicitur.

Quartò, sicut moralis quædam recta ratio pa-  
titur, ac dictat, quod propter aliquam specialem  
causam temporalem sumat quis minus cibi, aut  
potus, quam communī quadam circumspecchio-  
ne iuxta communem statum sibi competet, &  
quod paulo ante adnotauimus: ita & multò ma-  
gis recta ratio, prudensq; id ipsum dictat ad spiri-  
tualia mala vitanda, bona vero consequenda, ser-  
uata semper & vbiq; illa rectitudine, quæ ita ab-  
stinentia istam intra virtutis limites continet, vt  
tantū cibi sumatur, quod natura conseruari pos-  
sit: cum alioqui vere dici non possit abstinentia.  
Hæc ex eodē diuo Thoma in locis paulo ante ci-  
tatis, & in 4. senten. distin. 15. quæst. 3. ad. 1. & 2.

Quintum planè ex his deducitur, posse quæm  
intra temperantiae virtutis limites obseruata phi-  
losophica latitudine, certam cibi, & potus quāti-  
tatem sumere absque aliquo excessu secundum  
rectam rationem, & eundem posse minorem ci-  
bi, ac potus partem sumere absque eo, quod vñ-  
la lœsio naturæ fiat quo ad ipsius sustentationē.

Sexto, illud dubio procul assertionem primā  
confirmat, quod ieiunium Ecclesiasticum nō so-  
lū in hoc versatur, vt à superfluis cibis, & poti-  
bus abstineamus: hoc enim pertinet ad necessita-  
tem virtutis ex communī eius viu, sed & in hoc,  
vt ab illis etiā abstineamus, quæ salua virtute nō  
bis licent: quod vbiq; S. Tho. expressim docet.

Septimo ex eo, quod ieiunium Christianum  
tria potissimum inducat, & operetur. Primum  
ad carnis concupiscentiam reprimendā, cuiusque  
sedādos illicitos motus. Paulus Apostolus. 1. ad  
Corint. c. 9. Castigo, inquit, corpus meum, & in  
seruitatem redigo, ne cum alijs prædicat, ip-  
se reprobis efficiar. Vas igitur electionis aduer-  
sus corpus depugnat, illudque subigere conatur  
ieiunis, & vigilis: ne violenta quadam tyranni-  
de animæ aduersetur, & in morem serui contu-  
niacis lasciuat. Etenim remedium est salutare ie-  
junium ad domandam corporis lascivie, & eius  
T. 1. j. Var. Reso. Ppp 4 pruri

pruritus reuincendos: parsimonia siquidem, gulaq; continentia corpus hominis castigatur, in ordinemque redigitur, ne lasciuens nimis, & effræne rationis metam transiliat. Ieiunijs deniq; ceu gubernaculo, corporis nauicula regitur, ex haec sentina ventris, petulâcia carnis marcescit, crudelissimus hostis pallet, ac terretur. atque hæc de primo. Secundum, quod mens liberius eleuetur ad sublimia contemplanda. Sic Daniel post ieiunium trium hebdomadarū vedit visionem, & revelationem à Deo accepit: Danielis cap. 10. Tertiò, ieiunium prodest ad satisfactionē pro peccatis. Iohel. ca. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & plâctu. quæ ratione D. Augustinus in sermonе de oratione, & ieiunio scribit, ieiunium purgat animam, mentem subleuat, & propriam carnem spiritui subiicit, et facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardore extinguit, castitatis verò lumen accèdit. Quæ quidem S. Thomas tradit in dict. quest. 147. artic. 1. Abstinentia verò, quam philosophi docuerunt, quaque vñ cōmuniter fuere, hos effectus iniuste consequitur: imò potius recta corporis valitudine existentes, quæ per communem temperantiam ad quietit, & conseruatur, validior redditur natura nostra: sicuti experimento constat. Quod si aliquando ethnici vñ sunt inedia, & morali libertate, ac temporantia intra limites eius, maiori tamen, quām ea, quæ communis erat: id fecere in fine omnino temporalē minimē cogitantes de his, quæ spiritualia sūt, nec in id intenti, in quod Christiani ieiunantes intendimus, aut iuxta ipsius legis mentem intendere debemus. Igitur satis probatur prior conclusionis pars, & ex ea, ieiunium Christianum maxime differre à ieiunio, quod dicere possumus philosophi cum ab abstinentia morali, qua veteres ethnici quandoq; vñ fuere. Posterior conclusionis pars ex eo deducitur, quod cum ieiunium ordinetur ad aliquod bonum, & honestum, necessariò sequitur virtutem esse: quod S. Thom. in dict. arti. 1. probat. Abstinentia verò virtutis temperantiae pars subiectiva: inno virtus specialis pertinet ad medium constituendum in cibis, & potibus, in quibus & ieiuniū constituitur: & ideo ieiuniū est virtus, & abstinentiæ auctor, auctore codem Thoma art. 2. qui in vtraq; questione satis docet, abstinentiæ esse in cibis, & potibus temperantiam: post Macrobium lib. 1. de somnio Scipionis cap. 8.

Secunda conclusio. Ieiunium vbi est necessarium ad reprimēdos carnis & illicitos motus, vel

ad elevationem mentis ad spiritualia, est iuris naturæ præceptum. Probatur ex eo, quod sicut tenetur quis abstinere ab illicitis carnis operationibus, quæ dubio procul contingunt à violēta quadam corporis tyrānde: ita vtiq; tenetur vti medijs necessarijs ad carnis illicitos motus sedādos. Deinde quemadmodum tenetur quis aliquo tempore diuina, & spiritualia cōtemplari, eadem ratione tenetur se ipsum medijs necessarijs ad illā contemplationem præparare. Ergo ieiuniū, vbi ad hæc fuerit necessarium morali quadam consideratione, erit profectò iure naturali præceptum quod S. Thom. scribit. 2.2. q. 147. art. 3. & q. 147. art. 1. idem in 4. sent. dist. 15. q. 3. ad. 4. idē de oratione respondēdum erit, eam scilicet esse ex præcepto iuris naturalis, vbi est necessaria ad reprimendas carnis tentationes, illicitosq; motus, vel ad salutem spiritualem consequendam ex diuino auxilio: quemadmodum idem Thomas, & alij senserunt, adnotante Martino Azpilcueta in ca. quando. de consecrat. dist. 1. notab. 3. num. 13. & in Manuali cap. 13. num. 17.

Tertia conclusio. Ieiunium quæ ex parte necessarium est ad sedandos, & reprimendos illicitos animi motus, vel ad spiritualia cōtemplāda, sicut est iure naturali præceptum, ita & lege diuina Euāgelica. Hęc constat ex his, quæ scripsimus in ca. præcedenti. num. 4. Nam quæ iure naturali præcepta sunt, eadē & lege diuina Euāgelica præcipiuntur: quod illic probauimus. Et præterea lex noua Euāgelica nobis præcepit, vt animi motus componeremus, auctore Chrysostomo Matth. c. 5. idque S. Thom. explicat. 1.2. quest. 107. arti. 4. ergo & omne illud præcepisse videtur, quod necessarium ad hanc animi interiorem compositionem, vt iustè operemur animi promptitudine & alacritate: repressis illicitis animi motibus, qui nos facilimē & obruent ac pessum dabunt, nisi medijs illis vtamur, quæ ad hanc extirpandam calamitatem sunt necessaria. Id ipsum sensit Thomas. 2.2. q. 147. art. 4. ad primum.

Quarta conclusio. Potuit Ecclesia ieiunium ex præcepto & quibusdam dieb⁹ Christianis indicere: idque fuit maximē vtile. Hęc est assertio S. Thomæ in dict. questio. 147. articul. 3. ad. 1. & in dict. quest. 3. ad. 4. Etenim quemadmodū ad seculares Principes, ciuilemque rem publicā pertinet, præcepta tradere de his, quæ in rebus temporalibus cōmuni utilitati cōueniunt, ea quæ generalia sunt iuris naturalis iuxta rationem politicā in specie diffiniēdo: ita & apud Ecclesiā, & Ecclesiasticos Principes ius est, & potestas præcipiēdi ea pe

ea peculiaribus statutis, quæ juxta communem rationem utilia sunt, & quandoq; necessaria quo ad bona spiritualia supernaturalemque felicitatem consequēdam. Nam & hoc esse munus prudenter legislatoris nemo profectō negabit, qui politicam disciplinam vel mediocriter intellexerit. Ieiunium autem esse plerūq; necessariū, & communiter utile ad spiritualia bona obtinēda, constat ex his, quæ paulo antē adnotauimus: & quia in multis oīines offendimus. Iacobi. 3. & caro aduersus spiritum concupiscit, testē Pau lo ad Galatas. 5. Ergo in Ecclesiastica Republica oportet Christiana, & Catholica institutione aliquot diebus, & temporibus constitui ex præcepto ieiunium, & hanc à cibis abstinentiam: non quod opus supererogationis præcipiatur, sed potius opus illud, quod maxime est necessarium in communione hominum statu, & dubio procul omnibus, qui salutem spiritualem adsequi conantur, admodum utile, præstantissimumq; aduersus carnis contumacem, rebellemque cōtra spiritualia conatum: quod ex multis constat, quæ passim in veteri, & novo testamento in laudem, & ieiuniū commendationem scripta sunt: & quæ in unum fere locum congererunt D. Hierony. lib. 2. contra Iouinianum. Ambrosius in libr. de Heliā, & ieiunio. Augustinus in Epistola ad Casu launū Presbyterū. Ex iunioribus Iodocus Clithoucus in propugnaculo Eccl. contra Lutheranos. Alfonsus Castro in libr. de hæresib, verb. Ie iunium. Ioan. Arboreus in Theosophia libr. 9. ca pit. 18. &c. 19. diligentissimè Martinus Ayala Episcopus Guadixensis de traditioni. Eccles. 3. part. in consideratione de traditione ieiuniorū. Hac igitur quarta conclusione refellitur error, & hæresis illorum, qui licet ieiunia omnino nom improbauerint, in eam tamen dementiam incidērunt, vt existimauerint, non esse obseruāda ieiunia solenniter ab Ecclesia instituta: sed ieiundum esse, quam quisq; ex eius libero arbitrio voluerit, nullo pacto admittentes, Ecclesiam posse ad ieiunium obligare: quem errorem damnavit Synodus Gangrensis capit. 19.

Quinta conclusio. Ecclesia Catholica ab initio legis Euāgelicæ quibusdam diebus ieiunia Christianis præcepit, & legata indixit. Hec etiam ab omnibus Theologis recipitur: præsterim a S. Thoma in dict. q. 147. art. 3. & in. 4. sent. dist. 15. q. 3. Eandemq; communem opinionem communi consensu probant omnes iuris Pontificij professores. Sunt eterim Pontificij constitutionibus ieiunia diebus quibusdam instituta,

quorum quedam ab Apostolorum temporibus præscripta fuisse, & adeo constat, vt veteris ac pro pè diuinī instituti maiestatem referant. Nam & de ieiunio quadragesimæ extat Canō Apostolo ruin. ca. 68. quo quidem Canone admonentur, & vt ipse opinor, præcepto adstringiuntur, Sacru quadragesimæ ieiunium obseruare, veluti iam prius institutum. Vnde plures maximæ authoritatis viri, quadragesimæ ieiuniū à Christo fuisse institutum, constanter assertuerunt, vt obligatio ad illud non tantū ex humano præcepto pèdeat, sed & ex diuino: quotū de numero fuere Maximus Episcopus Taurinensis Hom. 2. de Pentecoste. Ambrosius in quodam sermone de quadragesima. 23. & rursus sermone. 34. Augustinus in Epistola. 119. capi. 15. ad Ianuarium. & in sermone. 1. feria quartæ post Dominicam secundam quadragesimæ. Telesphorus Papa in capi. statuimus. distinctione. 4. Leo papa in sermone. 1. de quadragesima. Beda in sermone de Ascensione. Theophilus Alexandrinus libr. tertio. de Pascha. Hierony. contra Montanum Epistola ad Marcellam. idē & ex Ignatio deduci videtur in Epist. 4. atque Epiphanio contra Arianos. Meminit & huius ieiuniū Sozomenes libr. 1. Eccl. hist. ca. 11. sed & Conciliū Bracharēle primū adeo hoc quadragesimæ ieiuniū obseruari præcipit, vt nullo pacto permittat, id solui feria quinta hebdomada sanctæ, quæ vocatur cœna domini. idē statutū est in Concilio Toletano. 8. c. 8. & Laodicensi c. 50. apud Burchardum libr. 13. c. 8. & Gratianum. de conse. dist. 3. ca. non oportet. & rursus illuc in cap. non licet. ex synodi Græcorum. cap. 50. Ex quibus, licet quādoq; hoc fuerit controversum, est obseruandum, hoc quadragesimæ ieiunium ab initio Ecclesiæ Sacratissimum, ab Apostolis institutum fuisse, ad Christi tamē exemplum, qui quadraginta diebus ieiunans, vt inquit Augustinus, hoc ieiunium consecravit. Atque ideo hæc vna poterit esse ratio, cur vetustissimi quidam Theologi scriperint, hoc ieiunium ex diuina institutione processisse: id est Apostolis ad exemplum dominici ieiuniū, & hoc fuisse institutum: quod Ignatius in prædicta Epistola sensit. Est etenim frequentiori opinione receptum, nec hoc ieiuniū fuisse præcepto diuino indicitū. Tametsi vt modò admonebam, fuerit aliquando ex sanctorum patrum testimonio probatū, quadragesimæ ieiuniū obligationē inducere à lege diuina Euāgelica. Poterit sane & hæc controversia alter dissolui, authore Augustino ad Casulanū Presbyterū, qui scribit, lege Euāgelica à domino,

# Variarum Resolutionum

& redemptore nostro Iesu præceptum esse ieiunium generali quodam præcepto, non tamen qui bus, & quot diebus ieiuniare teneamus. Vnde Di nus Augustinus illic planè probat conclusionem tertiam, quam iuperius tradidimus: atque iuxta illius sententiam intellexit, ieiunium lege diuina Euangelica esse preceptum. Quod est in hoc tractatu omnino meti tenendum ad multa, & forsitan difficultia intelligenda. D. Basilius in concione. 2. dogma pietatis appellat quadragesimam, ad cuius ieiuniū omnes inuitat, & exhortatur. Sed & hoc quadragesimam ieiuniū magnum appellavit Nicephō. lib. 3. hist. eccl. c. 47. qui lib. 12. c. 34. post Socratem lib. 5. e. 22. de hoc ieiunio ita scribit. Et priū de obseruatione Paschalis festi dicendū. Quæ enim eas præcedunt ferias ieiunia, varie a. pud quoque ab initio seruata comperimus. Romani namq; tres continuas hebdomadas, sabbatis, & dñicis diebus exceptis, ieiunarunt. Illyrici autē, & cuncta Græcia, præterea Alexandria, & Libya omnis, Aegyptus, & Palæstina sex hebdomadibus ante festum Paschæ ieiuniū continua runt, quadragesimam tempus id nominantes. Alij rursus ante septem hebdomadas ieiunare coepereunt: sicuti Constantinopoli, & circumcirca ad Phæniciam usque, tribus tantum hebdomadibus qui nos dies ex interuallo, binis septimanis inter missis à cibis te abstinentes, itidem quadragesimam tempus tale vocarunt. Montanistæ vero duabus. Quos mihi demirari in mente venit, quomodo omnes isti in dierū numero sic variantes, quadragesimam tñ ieiuniū tempus vocarunt. Quanuis alij aliam rationem texentes, nomini ei honestū prætextū obtendant. Hæc Nicephorus post Socratē, cui Epiphanius conuenire viderur aduersus Massalianos varios ritus commemorās circa tēpora ieiuniorū. Ceterū apud Socratēn Græcē ita legitur ἀλλοι πρότερα τῆς ἡρῷας ἐλαύνων τῆς οὐσίας ἀρχόμενοι καὶ τρεῖς μονας πενθεμέρους ἐκ παλαιμάτων οὐσίαν στέψασθαι χρόνον τοῦτον καλούσι. vt ipse latine interpretor. Alij rursus septima hebdomada ante Paschæ festū ieiunare incepereunt, & tribus hebdomadi bus tñ ex interuallo quinis diebus ieiunantes, nihilominus tempus hoc quadragesimam vocarunt. Quorum verborū, ni fallor, est verus sensus quodam esse significans, qui septima hebdomada ante Paschæ festum ieiuniū hoc ritu, & modo incipiunt, & prosequuntur: vt prima hebdomada, tertia, & quinta ieiunent, quinis tñ diebus: excipiunt enim sabbata, & dies dominicos: septima vero hebdomada, quæ ultima est, &

dñico diei Paschæ proximiōt, etiā sabbato ieiunent. Igittur qui titū istum obseruat, septem hebdomadas ex interuallo ieiunio celebrare conantur, intermissa semper vna hebdomada, in qua cessant à ieiunio, Prima, Tertia, Quinta, & Septima ieiunantes. Nam quod ex Socrate Epiphanius libr. 9. tripart. c. 38. & diligentissimus Nicephori interpres de duabus septimanis intermit tendis tradiderūt, præterquā quod ex Socrate id mihi non constat, Nicephori etenim Græcum codicem nondū legi, non satis congruit: Siquidem ex septem hebdomadibus, si tres tantum ieiunio celebratae fuerint, quatuor, non duæ tantū, erunt intermittendæ. His accedere videtur non admodū inconcinne quod scribit Ambro. in sermo. 34. Hoc enim, inquit, dico, quia audio complures, quod grauitis est, fideles, alternius in quadragesima hebdomadis abstinere, & consecratū illum dierum numerū gula intemperanti violare, hoc est, prandere septem dierum curriculo, & septem dierum spacio ieiunare. Hæc Ambrosius. Quod si dixeris, iuxta nostram interpretationē quatuor hebdomadibus ieiuniū obseruari, non tribus, quod Socrates voluit, respondeo, Socrate in tres tantū hebdomadas adnumerasse πενθεμέρους: id est, quartū quælibet quinq; ieiuniū dies haberet: quartam vero, quæ sancta à nobis dicitur, omisisse, & ea dubio procul ab omnibus ieiunio sit destinata non ex quinque, sed ex diebus sex. Nam licet Græci olim sabbata, etiā quadragesimam à ieiunio exciperent, prohibētes sabbatis ieiunare: uno tamē sabbato quadragesimam, quod est ante dñicam Paschæ diem omnino ieiunabant: quemadmodum constat ex Umberto & Innocentio, quorum hac de re sententiam diligenter retulit Franciscus Torrensis in lib. de canonibus sextæ synodi. canone. 55. existimat tamen, canonem illum, qui ex ea synodo prohibet in sabbato quilibet ieiunium, adulterinum esse & contra Romanæ Ecclesiæ consuetudinem: atque ideo respondere conatur canonī. 65. Apostolorum. vbi statutum fuit. Siquis dominicum diem, aut sabbatum, uno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor: sin laicus à communione ejcitor. Conuenit vero cum hoc canone canon ille sextæ Synodi quinquagesimus quintus: conueniunt itidem Socrates, ac Nicephorus ab omnibus sabbati: vnum excipientes, nempe magnum illud, quod diem dominicū resurrectionis præcedit. Sed & D. Ignatius in epistola. 4. inquit. Quicunq; dominica, aut sabbatū ieiunauerit, præter vnum sabbatum Paschæ, ipse est Christi

est Christi interfector. Ex quibus, & alijs, quæ paulo post tradentur, apparet apud Græcos, & in Orientali Ecclesia olim, ieiunium sabbati, etiam in quadragesima prohibitum fuisse, & a præcepto ieiunij exceptum atque ideo existimo, canonem sextæ synodi quinquagesimum quintum adulterinum non esse: cuius opinioni & Diuus Ambrosius suffragatur in li. de Helia. cap. 10. scribens. quadragesima totis præter sabbatum, & dominicum ieiunatur diebus. Hoc ieiunium domini Pascha concludit. Hæc Ambrosius. Hoc ipsum & ex Diuo Basilio constat in Homilia prima & secunda de ieiunio. Quanuis Romæ, & fere in occidentalí Ecclesia ieiunium diebus sabbati licitum erat, & quandoque præceptum: quemadmodum statim probauimus, & synodus Agathensis probat cap. duodecimo. & apud Gratiannum de consecrat. distinct. 3. ex eodem scribitur. Placuit, vt omnes Ecclesiæ exceptis diebus Dominicis in quadragesima, etiam in die Sabbathi, sacerdotali oratione, & discretionis communione ieiunent. Quod vero idem Socrates, & Nicæphorus scripsisse assuerantes, Romanos tres tantum hebdomadas, dominicis diebus, & sabbatis exceptis ieiunare: existimat idem Franciscus Torrensis super cano. 13. mendacium esse, assuerans quadragesimam integrum apud Romanos ieiunio obseruatam fuisse: idem ipse verissimum esse contendam: modo illud obseruemus, olim, etiam apud Romanos quadragesimæ ieiunium a secunda feria post Dominicam quadragesimæ incepisse. Quod insinuat Telephorus, septimus à Petro Pontifex, qui decreto proprio disfinituit, ac præcepit, clericos omnes septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha ieiunare, & à carnibus abstinere: quia discreta debet esse vita clericorum, & laicorum: addidit enim septimam hebdomadam: quo ad clericos, quæ dicitur quinquagesima sentiens, laicos sex quadragesimæ hebdomadas indictas fuisse: sicuti apud Gratiannum constat capitulo, statutum. & frequentibus distinctione quarta. Aliibi vero, saltem in Orientali Ecclesia. varie ieiunium quadragesimæ fuit obseruatum: siquidem Irenæus ictibit apud Eusebium libr. quinto. Ecclesiast. histor. capitul. vicesimo sexto. & Nicephorium libr. quarto. capitul. tricesimum nono. non modo de die Paschæ, verum etiam de ieiunij specie questionem fuisse.. Quidam namque existimabant, vnum ipsos oportere diem ieiunare: quidam duos, alii etiam plures, nonnulli autem quadraginta horis diurnis, & nocturnis di-

corum metiuntur, horam pro die ieiunantes. At quæ hæc Irenæus ex codice Græco, vt obiter lectorum admoneam in latinis Eusebij codicibus libr. quinto. capit. vigesimo quarto, quod Rhenus in præfatione adnotauit, hunc locum aliter legi: imo & apud Nicephorum non sic plane è Græco in latinum versum fuisse. Meminit & Diuus Basilius in Homelia contra ebrietatem, ieiunij septem Hebdomadarum ante diem resurrectionis. Ieiunium autem quadragesimæ multis ex causis fuit ab initio institutum, quarum illa est omnium potissima, vt eas hoc tempore utilitates consequamur, quas ex ieiunio deduci superioris probauimus. Deinde, vt scribit Leo in sermone. 3. de quadragesima. Christianam fortitudinem nulli magis, quam præsentes exigunt, & conferunt dies, quibus dum obseruantia spirituallis impeditur, consuetudo, in qua perseveratur, acquiritur. Notum enim est, hoc esse tempus, quo per totum mundum sequente diabolo acies debet christiana configere: vt si quos desidia temporis, aut sollicitudo habuit occupatos, nunc oportet armis spiritualibus instrui, & cælesti tuba ad ineundem certamen accendi. Est & alia huius ieiunij ratio, vt passionem Christi, & admirabilem Resurrectionem eius, sanctum hoc ieiunium præcederet, & capiti nostro per carnis afflictionem assimilati sanctius, & purius a reliquis peccatorum putgati mysteria redemptionis, & resurrectionis nostræ recolamus: quum resurrectio illustrissima sit, & antiquissima festivitatum omnium, quas Ecclesia catholica celebrat. Quam rationem Diuus Hieronymus tradit in sermone de quadragesima. Nam & gentiles religionis causa, vt sanctius sacrificia celebrarent, aut sacris initarentur, ieiunia quædam obseruasse, constat ex Plutarcho in Demosthene, & his, quæ de diis gentium tradit Gregorius Geraldus Syntagma. 17. pagin. 715. ac rursus pagina. 704. refert Ægyptiorum ritum, qui pridié celebritatis, aut festi, en procerio, vt Græci dicunt, ieiunabant. idem Syntagma. 12. scribit, in Cereris celebritate in eius Deo honorem ieiunia quædam ab Ethniciis instituta fuisse: quo magis Christianorum mirabimur audaciam, sordiam, & in rebus diuinis multis nominibus exprobandam segnitiem, qui ieiunia tot huius de causis ab Ecclesia in nostram utilitatem nobis indicta vel omittamus facilime, vel ea obseruemus ita licenter, vt nulla in cibo, & potu abstinentia vere deprehendi, vel minima ex parte poscit. Obseruarunt & Hebrei olim ieiunia

nia quædam, quorum mentio fit Zachariæ capi. octauo. vbi Diuus Hieronymus de eis tractat, & traduntur à Gratiano in capitu. huius. & capitul. iejunium. 76. distinctione. à Diuo Thoma. 2. 2. quæst. 147. artic. 5. qui huius magni ieunij, & aliorum prædictam rationem reddit.

Cæterum Diutus Gregorius in homilia decimasexta. super euangelia †, apud Gratianum in cap. quadragesima. de consecratione distinctione quinta. & Burchardum lib. 13. capit. 1. numeri dierum, quibus in quadragesima ieunamus, duplicum rationem exponit: primam quidem, ut redemptorem nostrum imitemur, qui quadraginta diebus ieunauit: secundam, ut in hoc ieunio decimam dierum singulis annis domino sancta obseruatione offeramus. Annus etenim constat ex C C L X V. diebus, quorum decima pars deducitur, & numeratur ex triginta sex, quadragesima vero incipit à die Dominica, quæ quadragesima vulgo dicitur à ministris ecclesiasticis, & est sexta hebdomada ante Pascha, & festum Resurrectionis: quo tempore intermedio computantur quadraginta duo dies, & quibus sex dominicæ dducuntur, atque supersunt triginta sex dies, quibus necessario ad quadrigenarium numerum complendum additi fueré quatuor ante quadragesimam: nempe quarta feria Cinerum, quinta, sexta, & sabbatum. Hæc Gregorius. Cui Speculator in Rationali diuinorum officiorum. lib. 6. capit. de dominica prima quadragesimæ. Addit, quadragesimam dici à dominica prima post Cineres usque ad feriam quintam, quæ nominatur à Cœna domini ex eo; usque die Christus pascha celebruerit: eaque ratione, ut quadraginta diebus integris ieunemus, addi feriam sextam die veneris, & sabbatum sanctum. Sic tamen poteris interpretari diuī Gregorij responsū: lieet id sit fatis intellectu facile: quod & Dominicus maxime commendat in consil. trigesimo septimo.

Fuit & in dicto canone Apostolorum ab initio Ecclesiæ, & legis euangelicæ præceptum ieunium quartæ †, & sextæ feriæ cuiuslibet hebdomadæ. Quo testimonio & contra Afrianos Epiphanius vtitur: excipiens tempus Pentecostes: quo nullum ieunium christianis indicetur. Sexta feria ea quidem ratione, quod Christus Iesus in ea puto humani generis salute fuerit mortem passus: ignominiam: quarto vero, quia in ea fuit Christus venditus; & a secessimo Iuda proditus: ut testatur idem Epiphanius: tametsi Iustinus martyr in questionibus a gentibus chri-

tianis propositis. quæstione sexagesimaquinta probare conetur, Christum Iesum à Iuda proditum fuisse quinta feria, non quarta. Qui vero in canone Apostolorum, vbi Græce legitur *tetradas*, quatuor temporum ieunium interpretantur, falluntur plane: cum de quarta ferir, sit locus ille dubio procul intelligendus, auctoribus Epiphanius, & Holoandro. Nam etsi *tetradas* potius significet quaternarium numerum, quam quartam diem: significantissime tamen diem mercurij, quæ quarta feria vulgo dicitur, in canonibus Apostolorum significare videntur. Hæc etenim in re dictione ista vtitur non semel iuxta eandem significationem Simeon Metaphrastes Græcus auctor: præsertim in vita sancti Nicolai & in vita sancti auxentij, atque diem istam hoc nomine appellatam fuisse veteri sublato a beato Sylvestro, in eius vita asserit idem auctor cura, & diligentia Aloysii Lipomani latine typis traditus. Idem ipse legi in eiusdem Sylvestri vita Græce scripta auctore Eusebio Cæsariensi nondum typis tradita: quam tamen legere mihi contingit ex bibliotheca illuîris viri Didaci a Mendoça olim apud Venetos, & summum Ecclesiæ Pontificis Caroli Cæsaris legati. Hæc vero nominis muratio antiquior sane mihi videtur Sylvestro, saltem apud Ecclesiasticos canones. licet non me lateat, Suydam *tetradas*. interpretari, *tetradis caroīs*. id est, de quatuor temporibus. Hoc etenim ieunium quartæ feriæ, & Paralœches legitimum esse in qualibet hebdomada, nec soluendum fore, nisi ex graui causa, tradidere Iuo Carnotensis libro 2. ex Apollonio sancto. Et Gratianus de consecratione distinctione tertia. capitulo. ieunia: a quibus eadem redditur ratio, quam ex Epiphanius paulo ante tradidimus. Idem vetustissima, non improbanda traditione apud Romanam Ecclesiam obtinuisse, asseuerat Leo Papa Quartus in capitulo. de esu carnipm. de consecratione distinctione tertia. Quam ob rem pluribus in locis apud Hispanos quidam adhuc religionis quarta causa feria ab esu carnium abstinentem solent. Sed & Clemens Alexandrinus lib. 5. Strom. scribit a quibusdam tunc ieunium dici Mercurij & Veneris receptionem & seruatum fuisse. Hunc deinde quattuor feriæ ieunio, & sabbati ieuniuni additum fuisse, constat ex diuō Augustino in Epistola ad Hieronymum, quæ est. 19. saltem apud Ecclesiam Occidentalem. Idem insinuat Innocentius Primus in epistola prima ad Decentium. cap. & abbato. de consecrat. dist. 3. iicit Hieronymus ad Lætinum. & Gregorius Papa Septimus in. ejus quia

quia dies sabbati de conse. distin. 5. quod de R. o. manis fatetur Nicephorus libr. 12. Eccl. hist. cap. 34. scribens Romanis mos est sabbato quousic ieiunare. Rursus Diuis Augustinus in epistola ad Casulanum presbyterum. 86. contendens aduersus Vrbicum quendam non esse damnandos cuiusque provinciae mores ac ritus diversos, yarioſq; in diebus ieiunandis, nec esse improbadam consuetudinem, ex qua ieiunium sabbati minime sit preceptum, sed sit cuique voluntarium. Scribit, Romanam Ecclesiam, & eam quasdam, paucatamen sequutas sabbatum ieiunare ex ea causa, qua ab eodem Augustino commemoratur: deinde fatetur, Ecclesiam quartam, & sextam hebdomadę die ieiunare: quarta ex eo, quod ex die consilium Iudei fecerint ad occidēdum Iesum. sexta, quia ea die fuerit crucifixus, tradit etiam plerosque ex Romana plebe frequenter quartam, & sexta feria, atq; ipso sabbato ieiunare. Vnde non temere opinabimur, ex hoc veteri instituto, quāvis ieiunij obligatio fuerit sublata, adhuc iam, & prohibitionis vinculum manere quo ad eū carnium, ut iuxta feria, & sabbato prohibeantur subseceleris grauiſſimi poena carnibus vici, quod de sexta feria planè fatentur gloſ. Archidi. & Cardi. in dict. cap. de eū carnium de sabbato vero illud est obſeruandum, obtinetum esse, quod cuiusque provinciae consuetudo seruanda sit. sicuti summus Ecclesiarum Pontifex admonet in capit. consilium de obſeruat. ieiunio. Optima diuī Augustini responsio in Epistola ad Casulanum presbyterum in capit. de illa. 12. distin. Vnde Galli carnibus vescuntur sabbatis à Natali domini ad Purificationem, teste Paludano in. 4. sent. dist. 15. q. 4. colu. 5. Hispani omnibus sabbatis vescinur, nisi praeceptum ieiunij immineat, animantium extremitatibus, & intestinis, ac visceribus. Eritque hac in re seruanda consuetudo loci; non originis illius qui velicitur, aut abstinerere tenetur à carnibus, sed ubijs commoratur, etiam abique domicilio iter facies: quod probatur in dict. cap. de illa, & ex Intola, Bonifacio, & Cardin. in Clemē. 2. q. 5. de celebrat. Missa. aduersus Paluda. quem in dict. distin. 15. q. 5. Ioannes Maior iure optimo refellit. sensit hanc conclusionem Panormi. in capit. consilium. de obſeruat. ieiun. in fine, & idem assertit Christophorus Porcius in. §. sed & quod principiu. 26. Insti. de iure natur. gent. & cūm licet præposi. in dict. capit. de illa. idem, quod Paluda. probare conetur.

Hinc etiam deducitur interpretatio texti. in e. presbyter. 82. distin. & cap. 22. q. 5. vbi quibusdam

ex causis indicatur ieiuniū legitimis ferijs. Nam gloſ. ybiq; trés legitimas ferias interpretatur. Secundam, Quartam, & Sextam, quod ex dict. cap. presbyter. optime probatur. & multo melius ex Burchardo ca. 9. & 10. lib. 19. qui omni non legendus erit ad multa intelligenda, quæ breviter, & obscurè in aliquot canoribus tractantur.

Item Burchardus lib. 13. cap. 16. ex conciliis Aurelianensi ita scribit. Presbyteri, cum sacras festivitates populo annuntiant, etiam ieiunium vigiliarum, eos omnibus modis seruare moneant. Ex quo illud ipse adnotauerim, olim quoties vigilie in Ecclesijs ex conuentu christianorum in honorem martyrum, vel aliculus festivitatis erant celebrande, etiam illum diem festum praecedentem ieiunio solennem fuisse: & ideo quanvis Christiani à vigiljs cessauerint ut in capit. proximo scripsimus, adhuc ipsum diem ieiunij, quē in honorem festivitatis obseruanus, & quo ab eū carnium abstinentus, ac ieiunamus, vigiliam dicimus. quod & specula. libr. 6. rationalis. rubr. de alijs ieiunij, adnotauit.

De ieiunio, quod olim soleinne erat, & absoluuebatur in hebdomada ipsa post Pentecostē, meninit Athanasius in Apostolico libro de fuga, authoribus Socrate libr. 2. capit. 29. Theodorito libr. 2. c. 14. & Nicephoro lib. 9. c. 39. Sed ante Athanasij tempora Galixtus Papa primus in Epistola ad Benedictum Episcopum anno a Nativitate Domini iuxta Holoandri chronologiam, C C X I I L. quatuor temporum ieiunium instituit, quod primitus in anno celebrari apud Romanos asseruerat his verbis. Ieiunium; quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri, decernimus, vescut anniis per quatuor voluitur tempora, sic. & nos quaternum soleinne agamus ieiunium per anni quatuor tempora. Hæc apud Gratianum in ca. 1.76. dist. in ipsa vero epistola traditur ab ipso Calixto ratio ex veteris testamenti ieiunio. Zachariae capit. 8. quod ex Hieronymo ab eodem Gratiano explicatur, eiusdem distinctio. ca. Ieiunium, quo in loco quatuor ieiunia Hebraeorum, de quibus Zacharias scripsit, quorūq; tempora verbo Domini præfinita fuisse tradit, mensibus scilicet. Quarto, Quinto, Septimo, & Decimo ad mensum, quibus modo vtrinque rationem ita exponuntur, ut ieiunium quarti conueniat Julio mensi, quinti Augusto, septimi Octobri, decimi Iunio, idem illic Gratianus obseruat in capl. huius obseruantæ, adiunxiturq; secundum hanc deductionem anni initū a mensi Aprili,

# Variarum Resolutionum.

se Aprilis, qui primus mensis est apud Hebreos, ut idem Gratianus asseuerat: quod olim verum extat de eo, qd luna proximior æquinoctio veri primum constituebat Hebreorum mensem; ac postea propter mutationem æquinoctij verni est omnino obseruandum, mensem Martii frequenter, & sane frequentius conuenire primo Hebreorum mensi. Quemadmodum explicuimus, & nos in huius operis capit. 18. n. 1. qua ratione forsitan perspecta, & considerato anni initio iuxta Hebreorum obseruationem, eademq; inducta ad initium anni, qua nunc vtimur auctore codem Gratiano ex Hieronymi annotatione, primus mensis ad haec quatuor ieunia obseruanda erit Januarius, quartus erit Aprilis. & ideo in dict. ca. Ieiunium. Gratianus scripsit, non posse quarti mēsis ieunia celebrari ante diem Pentecostes: quia à resurrectione ad eam diem nullum ab Ecclesia inducitur ieunium: vtiturque is autor hac inductione, qua plane intellexit, non posse aliter conuenire quatuor temporum ieunio quod ex veteri testamento a Calixto Pontifice iuxta anagogē tradi videtur. Sed nec hic sensus vlo modo Gratiano aptari poterit, nec secundum cum ieunia, quibus vtimur, Hebreorum ieunijs, vel minima ex parte respondere possant. Idcirco vera interpretatio eorum, quæ Gratianus exponit, inde accipienda erit, quod ipse anni primum mensem Martiū intellexerit, vel quia olim apud Romanos is mensis primus omnium erat, & quanvis Januarius postea principium anno dederit, nihilominus quo ad quādam mensium nomina, Martij mensis vt primi adhuc habetur ratio: quod Ioan. Fasticius, Archidi. & alij ad Gratianum adnotarunt: vel quia licet olim apud Hebreos Aprili responderit primus eorum mensis, nunc tamen, & Gratiam etate, & Gelasij Papæ temporibus propter æquinoctij verni mutationem potius aut denique frequentius primus Hebreorum mensis conuenienter nostro Martio, quam Aprili. Siquidem anno Domini CCCXXX. tempore Nicenæ synodi æquinoctium vernum contingebat XXI. die Martij; nunc vero contingit undecima die eiusdem mensis. Vnde quartus mensis erit Iunius, septimus September, decimus December: diciturque ab Ecclesia quinti mensis ieunium, & mutatur in ieunium primi mensis: id est Martij: quod constat ex Concilio Maguntiaco. capit. trigesimo quarto. quod celebratum fuit anno Domini DCCCXII. meminere ciuidem Gratianus in distinct. 76. capit. secundo & Barchas-

dus libro 13. cap. 2: qui diligentius illius canonis verba sic retulit, vt aliquid a Gratiano sive omisso constet, & tamen nec ipse integrum canone in expoluit. Qui in conciliorum libris his verbis extat. Constitutus, vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieunio obseruetur, id est, mense Martio hebdomada prima: & Feria Quarta, & Sexta, & Sabbato veniant omnes ad Ecclesiam cum Litanis ad Missatum soleunia. Similiter in mense Iunio hebdomada secunda, Feria Quarta, Sexta, & Sabbato ieunetur usque ad horam nonam, & a carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembri hebdomada tertia, & in mense Decembri hebdomada, quæ fuerit plena ante vigiliam natalis Domini: sicut est in Romana Ecclesia traditum. Hęc in dicto canone. His similima Iuo Carnotensis tradit ex Concilio Salegustæ libr. 2. de ieiunio; & Gratianus capitul. 3. distinct. 76. quo in loco illud est obseruatum: quod si quando ieunium mensis Iunij in Vigiliam Pentecostes inciderit, non tunc celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes: & ideo idem Gratianus in capit. ieiunium dixit, non posse celebrari ieunia quarti mensis ante diem Pentecostes: quia inter Resurrectionem & Pentecostenie ieunia minime indicuntur ab Ecclesia. Ex quibus si conjecturis vti licet, Calixti Papæ Decretum addidit ieunium quartum: nempe mensis Martij, cum prius tria tantum obseruaretur ieunia. Tandem quia prima duo ieunia frequentissime in quadragesimam, & hebdomadam Pentecostes incidebat, vlus obtinuit, & ita constitutum est ab Urbano Papa in capit. statuimus. 76. distinct. vt primum ieunium quatuor temporum celebretur in initio quadragesimæ: secundum in hebdomada Pentecostes: tertium in Septembri: quartum in Decembri. idem probatus in capit. huius obseruatione. 76. distinct. quo iure Ecclesia vtitur, & tertium ieunium in Septembri post festum Exaltationis sancte Crucis celebratur.

Ex his item adsumunt interpretatio responsi, quo Gelasius vtitur in Epistola ad Episcopos per Luciam constitutos capit. 13. apud Gratianum in cap. vlt. 76. distinct. de ordinatione temporibus. Scribit enim Gelasius, ordinationes presbyterorum, & diaconum nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent: id est quarti mensis ieunio, & septimi, & decimi: sed etiam quadragesimalis initij, ac Mediæ hebdomadæ, & sabbato circa vesperas ipsas ordinationes nouerint celebrandas. Quibus verbis probatur, ordines factos

extra tempora iure diffinita non esse concedendos tempora vero esse quatuor anni ieuium, que modo tradidimus, & hebdomadam quartam quadragesimam, quae præcedit Dominicam in passione, & Sabbatum ante Resurrectionis diem, sicuti summus Pontifex Alexander Tertius respondit in causa de eo de tempo ordine. Appellat autem Genesius ieuium quarti mensis, quod obseruatur post Pentecosten, & ab alijs dicitur mensis Iunij ieuium: quenadmodum & sub initio quadragesima complexus est ieuium mensis Martij, quod licet possit extra quadragesimam contingere, frequentius tamen in eam incidebat. Constat ratiōne ex Damaso, & Platina olim ante Genesium ordinationes celebratas fuisse solenniter mense Decembri.

Atque haec de ieuiis, quae videntur ex vetustissimis institutis a catholicis obseruata fuisse, quibus & alia addita fuere, quae commemorantur in cap. 1. & 2. de obseruat. ieuior.

Sexta conclusio. Ieiunia canonicis legibus instituta, ita ex præcepto scripturarum sunt, ut mortalis peccati reus sit omnino censendus, qui absq; iusta causa eadem & seruare omiserit. Hanc conclusionem ideo his verbis conceptam exponimus, ut ab eius disputatione secernamus cum, qui ex contemptu ieuium diebus ab Ecclesia presertim ostulerit. Hic enim dubio procul mortalis crimini, & culpare reus censetur, secundum omnes, ut Caius fatetur in 2. 2. q. 147. arti. 3. de contemptu vero, ex quo mortalis oriatur culpa, nos scripsimus in cap. Alma mater de sent. excom. in 6. in priori selectionis parte. §. 7. nū. 6. Est igitur conclusio in hunc sensum adsumenda, ut secluso contemptu si quis non obseruerit ieuium ab Ecclesia indistum, in mortalem incedat culpam regulariter, nisi iuxta causa ex his, que iuste in hoc tractatu censentur, eum ab ea culpa excusauerit: secundum Archid. Preposi. & Cardin. S. Sixti in cap. ytinam 76; dist. Probatur vero ex eo; q; canones, & constitutiones ieuiia instituentes in hoc videntur sensu institute, ut vel verbis & quipollen tibus præceptum inducant cap. non licet de cōsecre, dist. 3. c. 1. non oportet ead. dist. c. quadragesima, de cōsecre, dist. 5. idem probatur ex Clem. exiū de verb. signis. ubi summus Pontifex assertat monachos propter ieuiia ex instituto ordinis sibi instituta, non esse liberos a ieuiis Ecclesiasticis, que Christiani obseruare obligantur. His accedit text. in Clem. ad nostram. de heret. que errorem illum dñm dñm, quo assueratur, ieuiia Ecclesiæ non esse necessario seruanda ab his;

qui perfecti sunt. Sic D. Thomas hanc assertionē aperte sine agnoscit. in 2. 2. q. 147. arti. 3. & in 4. sent. dist. 15. q. 3. ad. 4. q. Palud. q. 4. glo. in c. vnu horarum. §. Alias. 25. dist. quam sequi videtur. Patorum in rubr. de obseruat. ieuior. col. vlti. & probat Joan. a Medina de poenitent. tracta. 4. capi. dc necessit. ieuij, tametsi Cardi. in capi. 2. cod. tir. eam negaverit, nisi fiat transgressio ex contemptu. & licet Caius. in d. arti. 3. existimet nullibi ex iure Pontificio probari posse præceptum ieuij eo in sensu, ut secluso contemptu obliget ad mortalem culpam: fatetur tamen, hanc obligationē excommuni Ecclesiæ interpretatione receptam esse, & id sufficere. Nos vero & ex ipsis canoniciis constitutionibus conclusionem probari, constanter asseueramus. quod & D. Hieronymus in epistola ad Lucinium sensisse videtur. & in c. v. tit. nam. 76. distin. qui præcepti nomine vtitur, illud uti venerandū, & obseruandū maxime commendas. Idem ipse colligo ex canone A postolorum 68. a quo illæ poenæ frangenti ieuium iure instituta indicuntur, que non solent, nisi peccati mortalis causa, & ob eius culpā delinquentibus infligi.

Non Oberit huic conclusioni quod Palud. scribit in 4. distin. 25. q. 5. probare conatus, q; ybi ipsi humānum prohibet id, quod per se malum non est, nisi quia eodem iure prohibetur: non potest contingere, nec contingit alium peccatum, quā inobedientia. Et ideo cum Ecclesia temporibus quib; idem prohibeat estum carnium, & leges quādam præscribat in his, que ad cibos attinet, quibus legibus seclusis, nihil suberat in cibis adsumendis per se malū: ydēq; aduersus leges istas tantum posse commiti peccatum inobedientia ex contemptu si transgressio contingat. Nam haec opinio Paludani fallax est, nec potest recta ratione defendi. Ecclesia etenim dum abstinentiam quadragesimalem indixit, ieuium illud constituit in virtute abstinentiæ: & ideo non solum ille contra abstinentiam peccaret, qui ieuium ex contemptu frangeret: sed & ille contra abstinentiam, qui non ex contemptu, sed prægula id faceret. quod aduersus Paludam tradit. D. Om. doto. l. 9. de iusti. & iur. q. 5. art. vlt. idem p̄mittit Caieta. in d. arti. 3. dum probat in obseruatione ieuij Ecclesiastici duplēm contineri virtutē: obedientiam inquam, & abstinentiam: & ideo vi peccatur contra hoc Ecclesiæ institutum, posse contingere peccatum inobedientiæ, & gulæ:

Septima conclusio. In ieuiio a iure Pontificio indicto, non licet, nisi serucl prandere: & Probatur huc omnium consensu ex Gregorio in causa quadragesima.

## Variarum Resolutionum.

gesima de consecra distin. 5. qui dies dominicos quadragesimæ ab alijs distinxit, nec distinctio cōtingit in delectu ciborū, quia par est in hoc prohibito, nec potest in alio discrimen constitui, quād quod dominicis diebus quadragesimæ licet bis, vel ter prædere: ergo id alijs diebus non licet, nisi semel: quæ quidem inductio non admodum vrgct. Nec enim sequitur, in die dominico ad aliorum discrimen licet bis, vel ter ciborum refectione vti: ergo in alijs non licet, nisi semel. Siquidem potest esse in hoc vera differentia, quod libere die dominico liceat, quoties libi tum fuerit prandere, in alijs vero diebus non sit, nisi bis, iure permisum. Et nihilominus ex Gregorij responso conclusio ista frequentissime deducitur maxime à Panor. in rubr. de obseruat. iejun. & Caiet. 2. 2: quæst. 14. 7. artic. 6. qui eandem alijs rationibus, & communi totius christiani orbis consensu probare nititur eamque illic sanct. Thomas vti ab Ecclesia diffinitam, & a populo Christiano receptam exponit. & interpretatur. De illo vero ientaculo, quod fieri solet fero à iejunantibus, parum hoc in loco tractabitur: quū de ea quæstione Caiet. in dict. artic. 6. & idem ac Sylvest. in summa longe tractauerint: & ante ipsos Innoc. & Panor. in dict. rub. de obier. ieju. ex quibus summa disputationis in hoc deducitur, vt liceat vespere, iuxta prouinciae coniuetudinem aliquid, etiā citra sitiū comedere: modo id fiat moderate neque frans iejunij legibus irrogetur.

Cæterum christiane Lectori in hanc conclusionem quæstio incidit insignis, quæ vtiā necessaria non esset, an hi seruentie iejunia iure instituta, & præcepto Ecclesie satisfaciant qui semel comedendo tantum cibi accipiunt, tot cibarijs, condimentis vtuntur, ad ingluuiem vsq; vt nullam catnis afflent. onem sentiant, imo gulam impensisime irritent, libidinem excitent, tantum cibi sumentes vnicō prandio, quantum sit tribus hominibus satis ad congruam eorum sustentationem? Etenim multis rationibus non temere poterit asseuerari hōcē homines iejunij præcepto minime satisfecisse.

Primo, Ecclesia catholica, quæ iejunia indixit, in hoc vere tendit, atque hunc finem præ oculis habuit, vt christiani diebus iejunij per abstinentiam certis legibus præscriptam corpora castigent, ad illicitos carnis motus reprimendos: vtque mens aptior sit ad sublimia, & diuina contemplanda: quod superius euidenter probauimus, & patentur pauci omnes, qui de iejunis tractauere. Hic vero finis nequaquam sequitur,

quod non esset iejunati sobrie, ac temperate imputandum: sed & ab ipso iejunante manifeste obiicitur huic fini impedimentum media illa tollendo, quæ ab Ecclesia ab abstinentiæ vsum fuerunt ad præscriptum finem instituta. Ergo non potest vere dici, hos, de quibus quæstio agit iejunio satisfecisse.

Secundò, materia huius præcepti non solum videtur esse iemel in die prandere, sed ita semel cibum sumere: vt quantum ad cibos attinet, corpus affligatur, & castigetur: saltem, vt abstinentia vtamur, qua soler corpus affligi, & castigari, iuxta prudentis viri arbitrium. Quemadmodum constat ex obseruatione iejuniorum, qua sancti patres, & reliqui christianani religionē professi ab initio legis euangelicæ vni fuere. Ergo non seruat præceptum: imo eidem refragatur, qui semel in die abique vlla temperantia, & abstinentia comedit: tantum non ad ingluuiem, vsque immoderate nimis in comedendo limites rationis transgreditur.

Tertio, lex humana hac in re nihil aliud facit, quād diem certam, aut tempus certum diffinire, & modum quendam præscribere, quibus legem naturalem, ac diuinam exequamur: quod paulo ante adnotauimus. ita quidem quod tempore ab Ecclesia præscriptio, & modo per eam diffinito lex de iejunio naturalis, & diuina seruitur. Sed qui sic iejunant, vt in quæstionis titulo exposuimus, palam legi naturali, & diuinæ de iejunio adueriantur: ergo & humanæ. His accedit quo Ecclesia in materia temperantiae certis diebus iejunia præcepit reliquo autem temporis anno moderate comedere legis naturalis instituto reliquit.

Quarto, eodem modo vnicā ex cibo refectio, si ea sit immoderata, humanæ legis proximo fini contraria est, sicut plures, sed qui pluribus vtitur dubio procul contra legem humanam de iejunio facit ergo & qui semel, immoderate tamē comedit.

Quinto ab absurdio vitando argumentamur: nam si eo modo, quo caput quæstionis exponit, satisficeret iejunij præcepto: sequeretur, quod virtutis præceptum adimpleretur per contrarium eius quod percipitur. Quod nemo doctus affirmabit. Exercet enim qui se ingurgitat, gulam appetissime contrariam abstinentiæ, quæ lege latâ de iejunio præcipitur. Quâ ratione ad probandam hac in quæstione opinionem istam vtitur Martinus Ayala Episcopus Guadixiensis. libr. 3. de traditio eccl. capi. de iejunio. Eidem sententia adst-

ritus disipulare videtur D. Thomas in. 2.2. quæ libroac. 147. articulo 3. ad. 2. qui de transgrediente præceptum ieiunij inquit. Cuius auctoritatem huius transgrediendo statutum contemnat, vel hoc modo transgrediatur, quod impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter talis transgressor. Scribit & ad hæc Ioā. Maior in. 4. sen. dist. 15. quæst. 3. nullo modo ratione quantitatis cibi ieiunium frangi, nisi quis intertemperate comedat. sed & Innoc. in rub. de obser. ieiun. num. 3. refert, quodam tenere nusquam esse ieiunium, nisi & ibi sit virtus abstinentia.

Contrariam opinionem veriorem esse, probare conantur Catec. 2.2. quæstione. 147. arti. 3. & Ioan. Medina in. 4. sen. in tracta de ieiunio. cap. de numero refectionum. & ca. de his per quæ ecclesiasticum ieiunium solvit: ex nostris Innoc. in dict. rub. num. 3. qui præmittere videntur, hoc ab hominibus frequentiori consensu receptum esse. Ecclesia etenim in his legibus, quas de ieiunio instituit, licet disfinerit, semel tantum an die ieiunij comedendū esse, cibi tamen & prandii quantitatem nec diffiniuit, nec cōmode diffinire potuit propter varias hominū conditiones, & corporum qualitates: secundum quas, quod vni est immoderatum, alteri fortassis non sufficit, aut sane ita illi conuenit, ut nullus sit in ea re excessus. Hæc verò ratio non est adeo efficax, quod possit priorem opinionem omnino euertere. Nam licet S. Thomas ea vtatur in dict. arti. 6. ad. 1. & verum sit, ac ecclesia non esse quantitatem cibi diffiniam ieiunantibus siquidem in legibus de ieiunio latissima prandij, & vnici tantum præscribitur quod & idem Thomas tradit art. 7. non negatur ex hoc, ab Ecclesia sensum diffinitum esse, ac ieiunantibus præceptum esse, ut abstinentia vntatur. Atque ideo teneatur qui ieiunat ex præcepto Ecclesiæ abstinentia vti, ac semel tantum comedere temperate iuxta boni viri arbitrium, ne circunspœcta, quadam ex latitudine, propria conditio, limites temperantiae, aut abstinentiae virtutis excedat. Nec id periculosum est, imò cuique facilium iuxta illam latitudinem, quæ cognosci, ac duci licari absque ullo graui examine poterit. At præceptam esse ab Ecclesia ieiunantibus abstinentiam, ubique nifallor, Sanctus Thomas præmittit, & docet. Idem superius nos probauimus. sicut igitur rationi cōsonum. tunc ieiunij præceptum minime seruari, imò violari plane, quoties abstinentiae limites, etiam semel comedendo, vnicove prandio qui ieiunat egreditur, quippe qui nequaquam abstinentia vntatur, nec eius

virtutis actu, qui iure Pontificio præcipitur: imò abstinentiae virtutis actus est ieiunij substantia: quod omnes ferme fatentur: & ideo absque actu abstinentiae virtutis, nec ieiunium vere dici potest, nec præceptum Ecclesiæ adimpletur, quo actus abstinentia præcipitur.

Secundò opinioni Caletani accedit, ac suffragatur, quod finis præcepti minime cadat, aut comprehendatur sub præcepto ad hoc, ut finis ipsi se itidem præceptus censematur: sicuti ex diuino Thoma, & alijs in capitu. præcedenti obseruauimus. Sed finis præcepti de ieiunio instituti est ipsa castigatio corporis, & afflictio carnis ad eius illicitus conatus reprimendos, & ut mens aptior sit rontemplationi diuinorum rerum: ergo non teneatur qui ieiunat ex præcepto castigare, aut affigere corpus, sed illi fatis erit, si seruet media, quæ fuerint à lege præfinita ad illum finem consequendum. Verum & hæc ratio non admodum vrget, si distinguamus finem præcepti cuiuslibet speciem à fine omnium præceptorū communis qui charitas est. Et quidem finis hic posterior non continetur sub præcepto quolibet, quanvis omnium sit finis, & sub eorum quolibet præmitatur, ut modus omnium virtutum: quia licet earum omnium actus ordinentur ad charitatem: hic tamen finis non comprehenditur in quolibet speciali præcepto nec legis diuinæ, nec humanæ. Etenim nec ab homine, nec à Deo punitur tanquam præcepti transgressor qui parentibus debitum honorem impedit, licet id fecerit absque charitate, & ullo pietatis habitu. Quod S. Thomas non semel adnotavit, sed signanter. in. 1.2. quæstione. 109. artic. 9. finis verò præcepti specialis sub præcepto contineatur, & præceptus intelligitur quemadmodum de præcepto peculiari, & speciali diligendi. Deinde explicat S. Thomas in dict. quæst. 100. artic. 10. ergo finis hujus præcepti de ieiunio specialis sub præcepto comprehendetur, & præscriptus à lege certetur ea ex parte, qua illum christiani obseruare possint. His patruncinatur, quod in idem fere incidit, nempe, præceptum continere finem proximum, quanvis finem remotum non contineat, nec sub præcepti vinculo comprehenderit. Sicuti ex rationibus à diuino Thoma traditis manifeste deducitur. Sed & id ipsum probatur ex eodem Tho. in. 2. quæstione. 44. artic. 4. ad. 1. qui ita scribit: sub præcepto, quod datur de actu alicuius virtutis non cadit modus, quem habet ille actus ex alia superiori virtute: cadit tamen sub præcepto modus ille: qui pertinet ad rationem propriæ virtutis. Hæc hoTmas,

quē illic Caiet. sequitur, & interpretatur. ad h̄ec conducit plurimum eiusdem Thomae quādam distinctio in. i. 2. quæst. 96. artic. 3. Aliquis, inquit actus potest esse virtutis dupliciter, uno modo ex eo, quod homo operatur virtuoſa: sicut actus fortitudinis facere fortia: & sic lex præcipit aliquos actus virtutis. Alio modo dicitur actus virtutis, quia aliquis operatur virtuoſa eo modo, quo virtuosus operatur. Et talis actus semper procedit a virtute, nec cadit sub præcepto legis, sed est fitis ad quem legislator ducere intendit. Hactenus Thomas. Quibus adamussim obſeruatis erit respondendum, huius præcepti de ieui-  
nio finēm remotū ex alia superiori virtute, qui-  
que sit omnium præceptorum finis, nō compre-  
hendi hoc ſpeciali præcepto, & ideo non poſte  
verē dici trāſgredorem huius præcepti cum qui  
ſic ieuiuauerit, ut illud opus ieuij minime fu-  
rit meritorium, nec ſatisfactorium, nec ad men-  
tis in Deum eleuationem vtile, ex defectu chari-  
tatis. Nam etiā finis ieuij ſit per corporis exte-  
nuatione n. animam ad ſupernorū cōtemplationem erigere: illa tamen contemplatio non ca-  
dit ſub præcepto ieuij. Et ideo non tenetur  
quiſ ratione huius præcepti ita ſe diſponere ab-  
ſtinendo à peccato mortali, ut poſit mentem in  
diuinarum rerum contēplationem erigere: quiſ nec tenetur ex eodem præcepto diuina contem-  
plati, & animum in Deum erigere. Finem verō  
proximum, & ſpecialem huius præcepti, nempe 13  
caſtigationem corporis & per abſtinentiam e-  
mundationem eius, atque purgationem ſub eo  
den comprehendit, quatenus attinet ieui-  
nantis falcatatem. Tenetur ergo ex hac le-  
ge corporis caſtigare, atque à ciborum ſentina  
mundare per abſtinentiam, denique ad finem  
iſtum proximum, & immediatum, ſpecialem  
que huius legis, quæ de ieuij ab Ecclesia inſtitu-  
ta eſt: præſertim, quod eadem lege tenetur ad  
abſtinentiam virtutem, & ad modum, qui per-  
nit ad rationem propriam, ac peculiarem cuius-  
dem virtutis: non ut hic actus procedit à virtute:  
ſed qua ex parte actus eſt virtutis ſiquidē eo mo-  
do ſub præcepto includitur, & verē præcipit:  
ſaltem tenetur minime obuiam ire medijs ab  
Ecclesia ad hanc proximum finem inſtitutis.

Postremo ad hanc opinionem Caietani acce-  
dere videntur verba S. Thomæ in. 2. 2. quæſ. 147.  
art. 6. ad. 2. qui de ieuiantibus ita ſcribit. Si au-  
tem qui immoderatē potuſtatur, potest pecca-  
re, & meritum ieuij perdere, ſicut etiam si im-  
moderatē cibum in vna comeſtione adſumat.

Hac Thomas. ſenſit enim hunc excessum immo-  
derati cibi meritum ieuij tollere: ſicut & im-  
moderati potus, non tamen ieuij præcepto re-  
fragari: ſicut, nec eidem refragatur potus etiam  
vnius prandij immoderatus.

Non me latet, posteriorem ſententiam, quæ ē  
Caietano probat, pluribus placuisse, & fortas-  
ſis veriorem: eſſe: mihi tamen dubia eſt, quanuis  
nolim in re adeò graui quenquam damnare: fa-  
cilius ab hac dubitatione diſceſſurus, niſi vidif-  
ſe in tot sanctorum patrum testimonia, tot veter-  
um Canonum decreta, quibus ieuij ex mul-  
tis cauſis ac rationibus commendatum: potiſſi-  
mam laudem ab abſtinentia ſibi vindicare. Sed  
& S. Thomas. ſecunda ſecunda. quæſ. 147. arti.  
primo ad. 2. & arti. 3. ad. 1. profecto ſentit, ſub ieui-  
nio contineri abſtinentiam, quæ communis re-  
gula ſuperrogationis eſt: & diſert à communi  
vſu virtutis neceſſario ut ab illis etiam abſtine-  
amus, quæ ſalua virtute nobis licent: ſicut in ſex  
ta illatione primæ conclusionis diximus.

Quod ſi quis bis, ter, vel quater in die ieuij  
cibum ſumat, & comedat, ita quidem ut adhuc  
verē fuerit vſus abſtinentia: nihilominus legi de  
ieuij Ecclesiastico latē aduersatur. quia illa  
lex non tantum abſtinentiam indixit, ſed & ab-  
ſtinentiae modum, ac limitem præſcribit: quod  
omnes ſatentur.

Hinc etiam ſubſequitur, cum peccare contra  
legem, & præceptum ieuij †, qui iam violato  
ieuij ea in die per ſecundum prādium, tertio,  
aut quartō cibū adſumperit: deniq; toties pec-  
care nouo peccato, quoties poſt primum a iure  
perniſſum prandium comederit. Cui opinioni  
accedit Ioan. Medina in codice de pœnitentia.  
tract. 4 c. de numero refectionum, poſt Ioan. de  
Neapoli in quodlibet. Etenim qui bis coimedet  
contra legem ieuij, adhuc obligatur iuxta  
vires proprias eandem legem obſeruare, & à ci-  
bo eadē die abſinere: ergo peccabit aduersus  
legem ieuij, qui violata ſemel eadē lege, ter-  
tio cibum adſumperit. Nam qualibet die, qua  
ieuium indictum eſt, tenetur quiſ abſinere à  
cibis, & abſtinentia virtute vti: à quo præcepto ne  
quaquam eximitur ex eo, quod illa die non poſ-  
ſit ieuiare ſemel violata ieuij lege. Quia licet  
ieuiare perfeſte non poſit propter eius culpā,  
ſupererit adhuc diei pars, in qua tenetur abſin-  
ere cùm verē abſinere poſſit. Nec quidquā obe-  
rit, quod is abſtinentia vti nō poſſit, quæ ad ieui-  
um requiritur: quum ieuium nihil aliud ſit,  
quam abſtinentia certis, ac quibusdam limiti-  
bus lu-

bus iure præscripta. Nam quanuis scilicet violata. ieiunij lege, non possit illo die abstinentia perfecta vti, poterit tamen ea vti nihilominus quo ad reliquam diei partem atque ideo partim legi satisfacere, nec video qua ratione qui non possit, præsertim eius culpa totam seruare legem sit exemptus ex hoc ab eiusdem legis vinculo quo ad eam partem, in qua legem adimplere cōmodē valeat. Ex quo mihi hæc opinio potius placet: quanuis contrariam præter alios constanter assuerauerint Durandus, & Paluda. in. 4. dist. 5. quæst. 4. artic. 5. Caiet. verb. Ieiunium. Angelus. §. 22. & Sylvest. quæst. 8. versi. 4. rursus idem Caiet. 2. 2. q. 147. artic. 8. qui testatur, hanc opinionem communem esse.

De hora prandij est adnotandum, in diebus ieiunij horam prandendi diffinitam esse nonam die. Quod probatur ex Athanasio in lib. de virginitate. Epiphanio contra Massalianos, qui quarta, & pro sabato ieiunium ex traditione Apostolorū statutum esse usque ad horam nonam, scribit. idem constat ex concilio Maguntia eo canone. 34. cuius iuperius mentione tecimus, quo ad ieiunium quatuor temporum. De ieiunio quadragesimæ extat apud Gratianum ex concilio Cabiliensi canon. solent de cōsecra. dist. 1. ex Iuone Carnotensi. lib. 2. de ieiunio, quem canonem tribuit concilio Chalcedonensi. S. Thomas. 2. 2. quæst. 147. art. 7. Burchardus vero ex decretis Sylvestri Papæ eum retulit lib. 13. capit. 12. Inter quæ nondum ipse legi canonomitum, nec itidem extat inter canones concilij Cabilonensis, nec concilij Chalcedonensis. Sed ex eo deducitur, in quadragesima ad horam usque nonam differendum esse prandium illud vnicum, quod ab Ecclesiâ in diebus ieiunij præscribitur: & deinde adiicitur: nullatenus ieiunare credendi sunt, qui ante manducauerint, quam vespertinum officium celebretur. Concurrentum est enim ad Missas, & auditis Missarum solennibus, & vespertinis officijs, & largitis elemoynis ad cibum accedendum est. Hæc ille canon. Ex quo S. Thomas, & ceteri Theologi communi omnium consensu existimatunt, & vere existimant, horam prandij vniuersi ieiunantibus nonam fuisse præscriptam: tametsi Panor. in rub. de obseru. i. iii. existimet, nullibi à iure canonico statutam esse horam nonam ad prandium ieiunantibus in alio tempore, quā in quadragesima, quo post vespertas permittitur prandium vnicum, licet communis consuetudo etiam in alijs ieiunis horam nonam præscriperit. Quia in re obliterandum erit,

quanam ratione sit dierum horæ continuantes: siquidem variè solent ex varijs causis discessi. Et sane illud ad huiusc tractatus intellectum obtinuit quod Andre. Alei. diligenter adnotauit. in. l. 2. ff. de verbo. signifi. cui Antonius Augustinus accedit in lib. 4. emendationum. cap. 13. Vt teres quidem in duodecim horas diem divisisse, totidemque noctes, eaque de causa sextam diei horam meridiem fuisse, sextam vero noctis, medium noctem. Qua ratione aestate diei horæ maiores erant, & noctis minores: brumæ autem tempore noctis horæ maiores erant, diei vero minores. Crescebant enim, & minuebantur, ut dies ipsi, & noctes. Quæ & ex iuris consultis probantur. in. l. prima. ff. de manumiss. l. 2. qua aestate. qui testam. facer. possit. in vñcapionibus. & l. 1. idemque ff. de vñcap. l. 2. ff. de annuis legat. vbi. & in. l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & postrumiss. l. 3. ff. de oper. liber. & in dicta. l. 2. de verb. signifi. aperiūs quæ præmisimus constant: immo ex his loci Juris consultorum. prius adduci commodius intelliguntur: & ex Harmenopulo lib. vlti. titu. de verb. signi. Aulo Gellio. lib. 3. cap. 2. Macrobius libr. primo. Satur. cap. 3. Alciato libr. primo. parerg. cap. 48. Alexan. ab Alexandris. lib. 4. cap. 20. Ludouico Cælio. libr. 7. lect. antiqu. cap. 9. Vnde fit, ut horæ bifariae distinguantur: quedam enim dicuntur æquinoctiales, quas Græci ἡμέραι. id est æquales appellant: & haec semper æqua spatha continent sive in noctibus, sive in diebus: hisque nunc vtimur vulgo: & ideo vulgares modo nuncupare possumus. Dictæ sunt æquinoctiales, quod in ariete, & libra, atque ita in utroque æquinoctio singuli dies, noctesque contineantur horis duodecimi, eidemque æquilibus, nec est maior noctis hora quam diei. sunt & horæ ab his dissimiles, quæ inæquales dicuntur, & temporales, quas Græci dixerunt καιροις. quod quilibet tempore nox in duodecim, & in totidem dies, horas dividatur. Erit que necessariò tunc hora diei maior in aestate, quam in bruma: & eadem ratione noctis horæ minores erunt in aestate. maiores vero in bruma. Hic Plinius lib. 2. capit. 25. Augusti verba referens de sydere erinito inquit. Id orientebatur circa undecimam horam diei clarumque & omnibus terris conspicuum fuit. Et apud Matth. eum cap. 20. Vinea dominus his, qui undecima hora conduci fuerat, tantam mercedem soluit, quantum his, qui a tercia, sexta hora opus fecerant, paresque fecit eos, qui vnam tantum horam in vinea fuissebant his, qui totius diei calorem, & pondus sustinuerint. Apud Plutarchum Tom. j. Var. Ret. Qqq. 2 in

in Crasso duodecima hora dicitur diei vltima. Etenim. M. Crassus iam senex, cum Deiotarum Regem eadem ætate offendisset, urbem ædificantem: quid tu, inquit, Deiotare? duodecima hora ædificare cœpisti? cui Rex, nec tu quidem respondit, Crasse matutino tēpore Parthos oppugnas. Sic & in l. non minorem. C. de transact. Secunda hora noctis intelligitur, quæ secunda est ex duodecim, in quas nox ipsa diuiditur. Eadem ratione Iurisconsultus in l. 2. ff. de verbis. significat: erit interpretandus dum scribit. Cuicunque diei maior pars est horarum septem primarum diei, non suprarum: id est maior pars est ab hora duodecima noctis ad octauam diei: non à quinta duodecimam. De his etenim horis Iurisconsulti passim, ut probatum est tractauerit, & ideo de eiusdem & hic locus dubio procul est accipiendus. Duodecimam autem horam noctis intelligo vltimam ipsius noctis, ut matutino crepusculo statim dies incipiat, post \* Duodecimam noctis horam. Sunt etenim septem primæ horæ diei à Duodecima hora noctis usque ad octauam incipientem finita Septima: Septem vero postremæ à Quinta incipienti ad duodecimam iam finitam: atque ita non simpliciter ab horarum numero. \* Nam & Iurisconsulti Ratio cuiuscunq; diei partibus, eiusdem duodecim necessario erit aptanda, ut siue hieme, siue estate aliove quocunq; anni tempore diuisio diei, in duodecim equalis partes quas horas appellare conuenit maior censeri debeat pars diei, quæ amatutino Crepusculo. Septem ex duodecim continuas partes complectitur id est ad horam primam post meridiem, quam illarum septem partium, siue horarum quæ ex eidem duodecim ab hora una ante meridiem ad noctis Crepusculum constant. \* maior pars dicitur: sed à diei parte octauaginta: nempe ante meridiem, ac paulo post. Siquidem veteres matutinas horas, & antemeridianas ieijs negotijs occupabant. Adsumentis vero est numerus Septem horarum ex duodecim non ratione quinque horarum, quæ supersunt, ut quo ad eas sit maior pars diei, sed ad significandum, primas Septem horas diei ex duodecim, in quas dies distinguitur, ut comparantur cum totidem postremis diei horis ex eodem horarum numero. Ex quibus in hoc tractatu de ieiunio hora nona erit ita inquirenda, ut diem in duodecim horas omni tempore distinguamus, siveque in ipsa meridie hora sexta, & ab ea hora nona deducatur, reliqua diei parte in alias sex horas diuisa qua ratione hora nona in-

cipiet post tertiam diei partem, ipso diei in quatuor equalis portiones distincto. Vnde in æquinoctio hora nona dicetur tercia post meridiem iuxta horarum rationem, qua modò vtimur ex æquinoctialibus horis. In ætate, & diebus longissimis hora nona erit prope quartam post meridianam, in brevissimis prope secundum quod est ad hanc rationem exactè præscriptam diligenter obseruandum, ut veteres canones, & eorum interpres intelligamus. Sic D. Thomas indicat. quæst. 147. articul. 7. scribit, communis usus: omnibus diebus fere prope horam sextam cibū adsumi, id est, ut ipse intelligo, prope meridiem, & ideo congrue in diebus ieiunij horam nonam esse unico prandio præscriptam, idem ipse Thomas in quarta. dist. 15. quæst. 3. ad. 3. Quam ob re non leuis adest coniectura, imò profecto maxima, tempore diui Thomæ in diebus ieiunij veteres canones adhuc seruari, & hora nona à ieiunantibus cibum assumpsum unico prandio usus, non prius. Hæc tamen iure humano instituta sunt, moribusque vtentium, & consuetudine tolli possunt: idcirco potuit consuetudo in ieiunis aliam horam unico prandio diffinire, etiam nonam præueniendo: qua ratione qui modò in his diebus hora sexta, & in meridie, aut prope meridiem prandemis, nihilominus ieiunij legē seruamus. canonibusque, ac constitutionibus de ieiunio latissime absque ullo crimine transgressio- nis obsequimur. quod Caie. optimè adnotabit in dict. articul. 7. & ante ipsum Florentin. 4. part. titulo quarto. capitulo quarto. & Sylvestro verb. Ieiunium. quæstionæ. 4. codem fermè consuetudinis iure obtentum est, quod in quadragesima vespertinum officium dicatur ante prandium prope meridiem hora undecima ex his quibus modò vtimur, ita quidem, ut duodecima hora, quæ sexta olim dicebatur, in omnibus Ecclesijs vel vespere sint finitæ, vel paulo post finiantur, ea ex causa, quod in quadragesima non licet olim prandere, nisi vespertino finito officio: tametsi in alijs ieiunis licitum esset unicum prandium hora nona. Atque hæc ratio, quæ à consuetudine iuri humano derogante deducitur, mihi potius placet, quam quod hac in re adnotari, & responderi solet ex Paluda. in. 4. dist. 15. quæst. 4. artic. 4. Florentino. 2. part. titul. 6. capitul. 2. §. 10. & Sylvestro verb. Ieiunium. §. 4. scribit enim Paulus in ieiunio quadragesimæ prandium licitum esse post officium vespertinum ante horam vespertinam iana hora nona finira, in alijs vero ieiunis post nonæ horæ officium finita hora sexta,

etiam

# Libri quarti, Caput. X X.

981

etiam ante horam verè nonam. Addit Sylvestre ecclesiastico tres primas horas diei inæquales, appellari Tertiam, deinde subsequentes tres, quæ finiuntur in meridiē, dici Sextam: ac deinde tres iequantes dici Nonam: & tres postremas Vesperas. quod maximè conductit ad Paludani opinionem, quam probare viderut Florentinus. Sed hæc nisi consuetudine constent, nullo iure, aut nullibi, quod ipse sciam, apud ius Pontificium probantur: tametsi ad officia ecclesiastica celebranda & ad canonicas horas publicè in ecclesia dicendas, receptum sit tempora distinguere diuisionem artificialis diei, ut prima dicatur hora ab ortu solis duo decima diei pars: Tertia item eadem ratione, sicut & Sexta, quæ ab eodem solis ortu in meridie obseruanda est omnino, deinde Nona eodem discrimine constituto: quæ de re legenda erunt quæ docte, & diligenter tradit Martinus Azpilcueta in capit. quando. de consecrat. dist. 1. notab. 3. nu. 33. qui verò niunis præuenit horam à iure, vel coniuetudine prædio præfinitam, reus erit mortalis culpe: quippe qui ieuium non seruauerit. gl. in ca. vnum horarium. §. alias. 25. dist. Palud. in. 4. dist. 15. q. 4. art. 4. Cateca. 2. 2. q. 147. artic. 7. quanuis contrarium teneat Angel. verb. ieuium. §. 2 & sentiat Innoc. in rubr. de obseruat. ieuiu. num. 3.

De delectu ciborum, qui non parum conduit ad veram pietatem augendam quique maxime utilis est ad effrenatam & libidinem coercendam, si ab his abstineamus escis, quæ ad libidinem inflammant, non est cur hoc in loco longius tractemus: siquidem aduersus Iouinianum, Vualdēfei, & Lutherum multa scripta sunt, quæ poterit lector diligentius tradita legere apud Iodocum Clichoueuam in propugnaculo ecclesiæ, quod contra Lutheranos scripsit, & rursus apud Alfonsum de Castrō in libr. de hæresibus. dictione. Cibus. Ioan. Bunderium in compendio aduersus Lutheranos edito. titul. 35. Martinum ab Ayala Guadixensem Episcopum libr. 3. de traditio. ecclesi. capi. de delectu ciborum. Etenim, quod ad nostrum attinet institutum, illud est adnotandum, in quadragesima, & in omnibus diebus, quibus ex Institutione ecclesiæ ieuniare tenetur ab eslū carnium esse omnino abstinentem. quod de quadragesima constat ex decreto Telephiおり Papæ cap. statuimus. dist. 4. & canone. 56. sextæ synodi generalis. concilio Toletano. 4. capit. 10. & concilio Tolentino. 8. capit. 9. qua in re. S. Thomas in 2. 2. quæst. 147. art. 8. & omnes iuris vtriusque interpres plenè conueniunt. de alijs ieuniis ex-

tra quadragesimam idem probatur ex capit. de eslū carnium. de consecr. dist. 3. & concilio Gerulensi cap. 3. concilio item Maguntiaco capi. 34. apud Gratianum in capit. 2. 76. dist. quanvis non integro, vt obiter superius adnotauimus: idque ab Ecclesia catholica receptum extat. De lacte verò, butyro, caseo, & ouis controvèrtitur: hæc enim prohibita esse in quadragesima, fatentur omnes, & plane deducitur ex Gratiano in ca. de niue. 4. dist. Par autem est inquit vt nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ fermentinam trahunt originem carnis, ieuniemus, à lacte videlicet caseo, & ouis. Hæc Gratianus ex D. Gregorio, apud quem id nondum potuit reperire. Nihilominus S. Tho. in dict. arti. 8. Archid. in cap. rogationes. de cons. dist. 3. Innoc. & Panor. in rub. de obser. ieuiu. nu. 5. Et eo teste omnes alij assuerant, iure pontificio in ieuiuio quadragesimæ prohiberi. oua, lac, caseum, & his similia. quod expressim probat canon sextæ synodi, à nemine hac in questione citoatus. In alijs autem ieunijs non esse hæc vetita, sed tantum esum carnium. Vnde nisi aliud fuerit consuetudine obtentum, in alijs ieunijs præter quadragesimam licebit ouis, caseo, & lacte vesci. Quia ratione obseruanda erit cuiusque prouinciae consuetudo. tametsi Panormit. non satis ex mente Thomas huius questionis resolutionem deduxerit. Etenim D. Thomas, & qui cum sequuntur, assuerant, in alijs ieunijs præter quadragesimam, non esse caseum, oua, & lac prohibita: & ideo consuetudinem fore obseruandam atque adeò sentiunt, posse ieunantes his cibis vti, nisi consuetudine prohibitio eorum fuerit inducta. Quæ quidem conclusio ab ea differt, quæ Panor. deduxit, scribens, in alijs ieunijs posse ieunantes his vesci cibis, si id fuerit obtentum consuetudine. Quid etenim si nulla sit ac de re consuetudo? & in hoc Panormita. omissit quod Thomas egregie sensit, & qui eum sequuti sunt. Ego verò existimo, oua, caseum, & lac, atque his similia verita esse iure in his diebus, quibus ieuij causa caro fucrit prohibita: idque mihi probari viderit ex ea ratione, qua D. Gregorius apud Gratianum in dist. capit. denique. vñus est, & quæ à synodo sexta traditur in dist. can. 36. Vñus est ergo, inquit, vt omnis Dei Ecclesia quæ est in vniuersorum terrarum orbe, vnum ordinem sequens, ieuium perficiat, & abstineat, sicut ab omni inæstibili, sic & ab ouis, & caseo, quæ quidem sunt fructus & foetus eorum à quibus abstinemus. Haecenus ille canon.

Tom.j.Var.Res.      Q q q 3      qua

qua ratione & S. Thomas in dict. art. 8. vtitur. at que ideo prohibito esu carniū ieunij causa, & oua, & lac, casculque, & his similia vetita cōsentur.

De rogationibus extat Aurelianensis synodi primae Canon. 26. apud Gratianum de consec.

- 16 distin. 3. capitulo rogationes. quo + institutum est litanias, id est, supplicationes diuinæ, aut Rogationes, ante Ascensionem Domini triduo celebrari: ieuniumque indictum est illis tribus diebus: cuius celebritatis, quæ fere in toto Christiano orbe recepta vbiq[ue] videatur, origo deducitur ab historia, cuius ex Gregorio Turonensi libro secundo capit. 34. meminit And. Alciatus lib. 9. parerg. capit. 11. Gregorius etenim ex Aucti Homilia + quæ extat in thomo septimo Sacrae Bibliotecæ + refert, à Mamerco Vienensi Episcopo primum has litanias institutas fuisse ad expiada prodigia: cum terra mouisset, cum Lupi, aliisque feræ per vrbes oberrarent, damnoque & terrori mortalibus essent. Cuius rei dispersa per Provincias fama cæteros antistites inuitauit, vt exemplum sequerentur: adeò vt in Italia quoq[ue] celebrentur, & religiose quidem. \* Idem constat ex Adonis Archipisci Vienensis Chronicis. Qui huius instituti originem tribuit anno Domini. 452. \* Præter hæc Burchardus libr. 13. ca. 7. ex concilio Aurelianensi. ca. 6. ita terbit. Cum exi gentibus peccatis Galliarum populi luporum rabiæ acriter interimerentur, nec huius flagelli aliquod remedium inueniri posset, congregati traduntur Galliarum Episcopi apud Vienam vrbe, atque in commune statuerunt, vt triduanum ieunium faceret. Cunq[ue] dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinē annua celebritatis venerunt, vt per Galliarum Provincias ante Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus & nos hos dies cum summa reverentia, & deuotione, cum abstinentia carnis, & humilitate cordis, non vt viibulum luporu[m] rabiem cuadamus, sed vt iniubilium, id est, ipirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur: quia in sacco, & cinere lugere debemus: prohibeantur ebrietates, & comedationes, quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præsumat, sed discalciatis pedibus omnes incendant. Nequaquam mulierculæ choros ducant, sed omnes in communione Kyrie Eleison decantent, & cum contritione cordis Dei misericordiam exorent, pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugū, & pro cæteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentiæ, non luxuriæ. Hæc apud Bur-

chardum, quæ apud Gratianum, & in libro conciliorum breuiter nimis referuntur, tametsi illic concilij Aurelianensis diffinitio explicitur, quæ memoria veteris instituti hanc celebritatem renouauit, cuius origo Mamerco Viennensi præsumi, etiam à Guaguino tribuitur libr. 1. de gestis Fratrum paulò ante Clodouci Regis primi obitum, anno Domini fere quingentesimo decimoquarto. Sed & autor eius libelli, qui Michiologus de observationibus Ecclesiasticis inscribitur, aſſuerat. Minores litanias, easdēque Triduanas à Mamerco Viennensi Episcopo institutas fuisse: Maiorem vero litaniam à beato Gregorio Pontifex Max. pro eius temporis pestilentia: atque vtitur testimonio ipsius Gregorii in Epistola ad Ioannem Rauenatem Episcopum. \* Idem tradit Rupertus Abbas lib. 9 de diuinis offi. capi. 3. quibus adde eundem diuinum Gregorium. libr. 11. Epistola. capi. 2. & libr. 4. Epistola. 45. & lib. 2. in principio. & Ioan. Diaconum in eius vita, cap. 42. & sequentibus lib. primo. \* Hoc vero ieunium moribus suolatum est, quanuis his diebus ab esu carnium abstineamus, saltem feria secunda, & quarta, iuxta cuiuslibet Provinciæ consuetudinem. \* De his vero litanis actum est in Conci. Tolestan. 4. capitulo quando presbyteri. 38. dist. & in concil. Maguntino. 1. capitu. 33. & in Colonensi. titul. de consti. & contue. capitulo. 7. \*

De his vero Rogationibus legèdus erit Lapus allegat. 90. An tūc iudicia exerceri possint. & de alia quæst. Feli. in. c. dilectus. col. vlt. de offi. ord.

Erit igitur, vt tractatum istum absoluamus in summa, ieunium Ecclesiasticum, abstinentia quibusdam legibus salutis spiritualis, & religiosis causa iure Pontificio præscripta.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R E V M.

- 1 *Filius naturalis, aut illegitimus, qui habet ex principiis concessione ius succedendi ex testamento, & ab intestato, poterit agere contra pairu[m] testamentum, secundum quodam.*
- 2 *Tria hæc, ius succedendi ex testamento, ius succedendi ab intestato ius agendi contra testamentum, diversa, ac distincta esse probatur.*
- 3 *Rurjus probatur, ex propria verborum significacione, non dari ius agendi contra testamentum patriæ ex sola concessione succedendi ex testamento, & ab intestato.*

Ius succedendi ex testamento, & ab intestato, quod plerunque filii illegitimis a Principe conceditur an includat ius succedendi contra testamentum.

## C A P      X X I.

**R**E Q V E N T E R . IN his rescriptis, quibus filii illegitimis à Principe aliquot priuilegia concedunt, hæc clausula scribitur: tibiique concedimus ius succedendi patri tuo ex testamento, & ab intestato. soletq; controuerti, an ex hac concessione, si pater fecerit testamentum, in quo filius legitimatus verbis præscriptis, fuerit præteritus, aut legitima honorum parte priuatus, aliquove onere quo ad eam grauatus, possit contra testamentum agere. Et fortassis videbitur quibusdam quæstio ista vel inutilis, vel disputatione indigna ex eo, quod filius legitimatus rescripto Principis possit iure ipsius legitimationis agere contra patris testamentum: quod equidem verum est regulariter: sicut & in quartum decretalium vbi de legitimationibus tractauimus traditum: & nobis est: idque modò concedimus iure probari: & tamen de eo queritur, an filius legitimatus, qui alioqui agere non potest contra patris testamentum, vel quia legitimatio perfecta non est, vel ex eo, quod ob aliā causam iure ordinatio ea actio ei non competit, posset ex interpretatione verborum, quæ sub prædicta clausula continentur, & ex eorum vi, ac potestate aduersus patris testamentum extionem in iudicium deducere. Qua in quæstione famur planè ex ea clausula hoc ius agendi minimè tolli +, si id alioqui competit filio. Sed & ex vi significationis per ea verba hoc ius filio cōcedi à Princepe, & concessum censerit existimat fortassis Gregorius Lopex vir eruditio, ac moribus in signis in l. nona, titulo decimo octavo. part. 3. sed Bal. in cap. de causis. nume. 34. de officio de leg. glos. Acurij, Bart. & alij ab eo citati minime quæstionem istam explicarunt, sed de iure responderunt generaliter, filio legitimato competere ius agendi contra patris testamentū,

ex iuriis quidem distinctione, non exprædictæ clausulae significatione, sed ex ea clausula idem esse respondendum aliquot rationib; probari videtur. Et primò, iure ceterum cuiuslibet nullū. aliud successionis genitū constitutum. q̄i quam ex testamento, vel ab intestato. l. Imperialis. v. prædicti. C. de nuptijs. notatur in l. i. ff. d. testa. in l. cū antiquioribus. C. de iure delib. & successione ab intestato: sicuti deducitur ex iuri consueto. in l. i. ff. de bon. pos. contra tabul. rursus eadem comprehendit, ac dicitur esse ex testamento. q̄. iunct autem. Insti. de bonorum possessionibus. Igitur quum filius legitimatur ad succedendum patri ex testamento: & ab intestato, ex propria horum verborum significatione, etiam si aliounde nihil petamus, poterit patri succedere ex testamento, ab intestato, & contra eius testamentum. ad omnem enim successionem legitimus censerit debet, quæ iure cuiuslibet filii datur. Secundò, eadem intentio plurimum coadiuuat ex text. in authen. quibus modis nat. effici. sui §. & quoniam varie. & in dicta. l. Imperialis. §. prædicti. l. cū quis. C. de naturalib. lib. in auth. de nuptijs incel. §. dubitatum. &. §. quibus. Institut. de hæreditate ab intestato. defert. Quibus in locis, filii quibusdam datur ius succeedendi ex testamento, & ab intestato, quibus itidem competit ius agendi contra paternā testamentā. Tertiò huic opinioni suffragatur Iasonis responsum, is inquam in consilio. 202. lib. 2. column. 4. versi. pro prædictorum. scribit de huius clausula interpretacione. diligenter agens, duplice esse successione ex testamento quarum prior ea dicitur, quæ secundum testatoris voluntatem contingit, quoties scriptus hæres hæreditatem cap. posterior est. vbi aduersus testamentum vel querela, vel ius diei nullum admittitur, aliterque succeditur testatori, quām ipse volerit. modò contra eius voluntatem. Atq; hæc dicitur nihilominus iucepsio ex testamento, quia nūquā admittitur, nisi facto testamento. quod senit. gl. in l. vlti. C. unde legi. subdit idem Ias, itidem esse duplē successiōnem ab intestato: vna quidem est, eo autore, quæ contingit ex tacita voluntate illius, cui succeditur & qui nullo facto testamento visus est ad eius hæreditatem vocare illos successores, & hæredes qui iure, & legibus ad testatorum hæreditates vocantur. l. consiliū. ff. de iure codicilij. Alter vero, cū filius agit aduersus voluntatem patris intestati querela, in officijs donationis. ad rescindendas in officijs donationis. iuxta ea, quæ de inofficijs donationib. statuta sunt hæc

Iason. cuius testimonio illud constat, successio-  
nem ex testamento includere etiam successio-  
nem illam, quæ contra testamentum lege datur.

Cæterum hac in re miror profectò quorun-  
dam ingenia, iudiciumque, ex eo potissimum,  
quod facilime propriam dictionum significatio-  
nem euertere pro nihilo pendant, modò ex qua  
cunque verbora n significatione possint, quæ  
semel in animo conceperunt, ex aliquot Iuris-  
consultorum locis deducere. Nam si propriam  
2 + interpretationem sequamur, successio ex te-  
stamento illa tantum erit, ac dici poterit, quæ  
contigerit iuxta voluntatem testatoris, ab his quæ  
in testamento scripta sunt, legitimè deductam.  
Quod si contigat, testamento illorupto, vel in  
iulio, vel in officioso alium admitti ad testato-  
ris hereditatem, vel aliter quam ab ipso scriptū  
fuerit, non est ea successio dicenda ex testamen-  
to, quum detur contra ipsum: siquidem ex te-  
stamento non aliter succedendum sit, quam ex  
voluntate testatoris. argumento deducto à Iu-  
risconsulto in l. 1. ff. de testam. Successio vero  
ab intestato tunc obtinet, cum quis nullo facto  
testamento decessit, aut facto testamento, quod  
ius non admittit. Conitat eisdem hoc discri-  
men ex Iustiniani institutionibus in princ. de ha-  
redit. quæ ab intestato defter. & illic Theophilo.  
deinde tria hæc esse admodum diuersa constat,  
succedere ex testamento, succedere ab intestato,  
& agere contra testamentum. Nam licet fi-  
lius adoptius succendi ius habeat ex testame-  
to, & ab intestato, non tamen habet ius agen-  
di contra patris adoptiū testamentum. I. cùm in  
adoptiū. §. sed nec articulum. C. de adoptio:  
Fratres etiam succedunt fratribus ex testamen-  
to, & ab intestato, non tamen agunt contra te-  
stamentum. I. fratres. C. de inoffic. testa. eadē  
argumentatio conitat ex auth. quibus mod. nat.  
eff. sui. §. si quis vero filius. Ex quo curiali intesta-  
to succedit curia, & fiscus: non tamen contra ei-  
us testamentum. Tertiò hæc tria distingui de-  
bere, & diuersa esse, assuerant Romanus in l.  
vt liberis. 1. &. 3. columnā. C. de coll. & Soc. in  
rubr. ff. de libe. & posth. numero octavo. Quartò  
hanc posteriorem opinionem, qua constanter  
assueramus, sub his verbis: ex testamento, & ab  
3 intestato minime contineri successionem + co-  
tra testamentum, etiam in legitimacionum re-  
scriptis, expressim probabant Alex. consilio tri-  
gesimo. libro quarto. in ratione quam assigaat  
scribens, aliud esse agere contra testamentum,  
aliud succedere ex testamento, aliud succedere

ab intestato. Soc. consilio. 212. libro. 2. columnā;  
3. versi. sexto hoc idem. & Ludou. Gozadinus cō-  
sil. 48. num. 2. 21. & 22. qui primò hanc interpre-  
tationem horum verborum, quam ego proba-  
ui, tradit, & postea subdit, legitimatum illum,  
de cuius iure in eo responso tractat, agere posse  
contra testamentum patris, non ex hac clausula,  
nec ex eius vi, ac potestate, sed ex alijs ipsius  
legitimacionis amplissimis verbis: ex quibus, &  
quia legitimatio illa plenē facta fuit, atque ideo  
multa habet ex iure priuilegia, p̄toprium respon-  
sum Gozadinus confirmat adiiciens, quod si  
huic clausula ex testamento, & ab intestato, fo-  
ret adiecta dictio: tantum: vel ei similis, non pos-  
set legitimato dari successio contra testamentū  
patris nec ius aduersus illum agendi. Quo sit, vt  
hæc verba minime contineant ius agendi contra  
testamentum: quia si id continerent, etiam in  
legitimacionibus, non amitterent eam significa-  
tionem per dictionem, tantum: & ei similes: que  
dubio procul non tollunt significacionem illo-  
rum verborum, quibus adiiciuntur, imò illam  
extendere solent ad similia ob̄ & alienum tantū.  
C. de prædijs minor. & in Clem. exiui. §. cunq̄ue  
autem natura, de verb. signi.

Non obseruant huic sententia, quæ in prioris  
opinionis probationem adduximus. primum et-  
enim opinor, Gregorium Lopez potius respon-  
disse iuxta communem illam, ab omnibusque  
receptam assertionem, quæ dictat, filio legitima-  
to plena legitimacione competere ius succeden-  
di, & agendi contra patris testamentum, quam  
secundam rigorem horum verborum, ex qui-  
bus clausula ita de qua disputamus, concipitur.  
Vnde doctissimi viri auctoritas parum nostram  
conuellit opinionem.

Id vero, quod probare conabamur, scilicet,  
non esse in iure aliam successionem, quam ex te-  
stamento, & ab intestato, id verum est, nec nega-  
ri poterit: nihilominus ius agendi contra testa-  
mentum, nec est successio ex testamento, nec ab  
intestato: & si aliquod istorum esset, non equi-  
dem erit eo modo, vt necessariò ita illic conti-  
neatur, quod concessò iure succendi, vel ab  
intestato, vel ex testamento ei, cui aliqui id ne-  
gatum legibus erat, concessum itidem teneatur  
ius agendi contra testamentum. Etenim post  
quam quis iure egerit aduersus testamentum, &  
in ea actione obtinuerit, tūc consenserit successio-  
nem defuncti, delatam esse successoribus ab inte-  
stato: iuxta disputationem illam, quæ traditur in  
l. filiæ dōte in. & in l. vt liberis. C. de collat. & per  
Albert.

Albert. Brununi in tract. de statutis exclud. fœmi. articulo. 10. quæst. 3. & 4. quidquid enim sit de illa controvèrsia an bonorum possessio contra tabulas ante aditam hæreditatem, vel post in iudicium deducta, deducat successionem ad causam intestati: illud mihi videor iure asseuerare posse, possessionem bonorum contra tabulas ideo dici à Justiniano in. §. sunt autem. Inst. de bono. poss. esse ex testamento, non quod tūc ex testamento succedatur, id etenim satis absurdum est, sed quia ad eius usum præmittitur testamentum, quod ex ea rumpi debet iure prætorio: quasi dixerit Imperator, hāc bonorum possessionem non aliter dari, quam facto testamento: nec tamen ex ea succeditur, sed testamentum rescinditur, ab eaque ex occasione præstatur, & aperitur successione via, eademque ab intestato. d.l. vt liberis. cum his, quæ Bar. notat in. l. illud. ff. de bono. poss. contra tab. tametsi quia facto testamento decedit defunctus, etiam si illud rescindatur iure tamen prætorio, pura. propriaque intestati successio non dicitur: siquidem testator testamentum fecit iure civili validū, quantum quo ad effectum intestato illi succedatur, quum testamentum fuerit prætorio. iure rescissum sic tandem Iurisconsultus in. l. filium. §. legata. ff. de bono. poss. contra tab. hanc successiōnem, quæ datur per contra tabul. bono. poss. ab intestato nominat. Cui accedit, quod qui ita succedit, auocat hæreditatem ab hærede scripto. l. emancipati. in princi. ff. de contra tabu. Fit igitur, aliud esse ius succedendi ex testamento, vel ab intestato, aliud ius agendi contra testamentum: ex hoc siquidem ultimo iure testamentum rescinditur, ex altero succeditur. Quod satis erit ad primam contrariæ opinionis rationē conuelendam. Nam etiam si præmittatur actio contra testamentum plerunque ad aperiendam viam successionis ab intestato, non ex hoc actio ipsa est successio ab intestato, nec includitur necessariò in ipso iure succedendi ab intestato: cum id possit competere absque iure agendi aduersus testamentum.

Secunda ratio, qua vtebamur ad priorem opinionem probandā, parum profecto vrget. Nam licet filii per subsequens matrimoniū legitimatis, & per rescriptum principis, atq; his similibus detur ius agendi contra patris testamentum, non competit ea actio ex eo, quod illi iure sint successores ex testamento, & ab intestato: sed quia ius ciuile illis filiis plena iura filiorum legitimorum concessit: tunc etenim ex iuris ciuilis am-

plissima concessione, & indulgentia, filij alioquin à natuitate illegitimi admittuntur contra patris testamentum: non tamen ex vi, ac potestate illorum verborum, quibus ei datur successio ex testamento, & ab intestato.

Tertia ratio ex Iasonis responsō deducta tollitur quo ad eius priorem partem ex his, quæ paulò antè probauimus, & idem Iason sensit: siquidem ubi agitur contra testamentum dicitur impropriè successio ex testamento in hunc sensum: quia non aliter potest ea actio deduci, quam factō testamento, & eo quod id præmittitur factum, appellatur ea successio ex testamento, non tamen vere succeditur ex testamento: id est ex voluntate testatoris: immo tractatur de eius voluntate rescindenda, & testamento rumpendo, eritque quo ad effectum successio tunc ab intestato. Posterior autem pars non satis constat, quia etiam facto testamento potest contingere, & dari querela contra donationes inofficiosas ad earum rescissionem: tametsi tunc filius illa bona iure portionis legitimæ, quæ sibi debetur, rescissis donationibus obrineat quasi ex causa intestati. Sic sane, vt & hoc iterum repetam, ego existimo distinguendum esse ius agendi siue contra testamentum, siue contra donationes inofficiosas à iure succedendi, priori etenim præparatur via succedendi, posteriori vero suceditur.

Quibus diligenter ex propria dictiōnum significatione obseruatis, appetet, verba hæc ex testamento, & ab intestato hanc interpretationem admittere, vt ex testamento succedatur secundum voluntatem testatoris ab ipso scripto testamento, vel ab eius ultima voluntate deductam: ab intestato vero, quoties defunctus, vel is de cuius hæreditate agitur, nullum fecit testamentum, vel quod fecit non fuit iure validum. Hinc denique deducitur, quod si filius naturalis, vel aliqui illegitimus, rescripto principis dispensationem obtineat, vel ius consequatur succedendi patri ab intestato, non poterit is contra patris testamentum agere: quemadmodum Iason aduersus Paulum de Castro eleganter probat in rubri. ff. de liberis & posthumis. nume. quinto. &. 13.

Vnde originem habuerit  
dictio, Missa, qua pro summo Sa-  
crificio authores Ecclesiasti-  
ci vtuntur.

**V**OCEM ISTAM, Q.VA significantes passim summum sacrificium, in quo adhibita oblatione verum Christi corpus consecratur, & unctionis Sacramenti perficitur, latinam esse quidam ex eo existimauerunt, quod ea dictione vni fuerint Theologi, quan latine, & eleganter eius professionis studia attigerunt. Sed & eadem dictione vtitur Alexander Pontifex maximus eius nominis primus, & a Petro sextus in Epistola*i.* In Sacramentorum, inquit, oblationibus, quae inter Missarum solennia domino offeruntur, passio domini miscenda est, vt eius, cuius corpus, & sanguis conficitur, passio celebretur, vt repulsi opinionibus superstitionum, panis tantum, & vinum aqua permisum in Sacrificio offerantur. Hac Alexader, quae Gratianus resert, de conse. distin. 2. capitulo in Sacramentorum: quod est illius distinctionis primum: multa tamen omittit, quae nos retulimus ex ipsius Alexandri Epistola: & tradit diligentius Burchardus libr. 5. cap. quinto. Post Alexandrum Sextus primus, qui eidem successit, auctore Damaso, instituit, vt Sacerdote incipiente actionem Missarum, a populo cantaretur, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Huius verbi eam quidam arbitrantur esse rationem, quod Missa accipiatur pro missione: quasi peracto Sacrificio dimittatur populus cum diaconus ait, Ite Missa est: id est ite, missio est. Cui equidem interpretationi suffragatur, quod apud Cyprianum libro. 3. Epistola in Epistola. 14. remissa pro remissione acipitur. Qui autem, inquit, blasphemauerit in Spiritum Sanctum, non habet remissionem, sed reus est eterni peccati. Idem Cyprianus in libro de bono patientiae: Dominus Baptizatur a seruo, & remissam peccatorum datus ipse non designatur lauacro regenerationis corpus ablucere. Hanc huius verbis rationem adnotauit beatus Rhenanus in Tertullianum libro quarto aduersus Marcionem, & turpus in libro de corona milit. & adsumitur origo eius rei a Gracis, & Aegyptijs, qui quum Sacris operati essent, Missum populum faciebant, nec abeundi potestas prius cuiquam erat, quam Sacrificulus pronuntiasset: λαοῖς ἀφεσις. id est, populis missio. Quemadmodum constat ex Apuleio libr. vndecimo. de Asino aureo. quo in loco

Beroaldus id ipsum obseruauit. Scribit & ad hac Plutarchus, suo tempore Romanos peractis votis Deos venerari, & in templis sedere, ac permanere consueisse. Redemuny diuina, & ceremoniis peractis Sacerdos, illicet, proclamat, quasi eos diceret iam abiire licere, qui Sacris interfuerint. Quod Gregorius Gyraldus de deis gentium tradit syntagma. 17. & idem ex veteribus obseruauerat Seruius in libro sexto aeneid. Super illud: nouissima verba. Proprios tamē huic obseruationi accedit ritus ille, ac mos, quo veteres Christiani in initio legis Euangelicae, & renascentis Ecclesie vtebantur. Olim etenim post confessionem, canticum, lectionem Euangelij, & exhortationem, ante ipsius hostiae consecrationem, immo & ante praefationem Catechumeni dimittiebantur, quasi indigni forent, vt essent praesentes tanto sacrificio, quem nondum Sacrum Baptisma suscepissent, & vocabatur haec prior Sacrificij pars Missa Catechumenorum, quia ea parte peractamittebantur alta diaconi voce foras. Postea vero reliqua Sacrificij parte expedita post communionem Catholici Christiani dimittiebantur eisdem ferrim verbis diacono dicente. Ite Missa est, id est missio, aut missio est, vobis ire licet. Sicut ex veteribus auctoribus idem Rhenanus explicat in libro de corona milit. \* Extat & dictio, Missa, pro missione apud Papinianum in. l. vim passam. §. nupta prius: fū de adulter. \* Extatque. Quid Grgorij testimonium de ea dimissione Catechumenorum libro secundo. dialogorum capitulo viii. trigesimotertio. & multo verius in Dionysij de Ecclesi. hierarchia capitulo tertio, a quo ceteri accepterunt, quorum meminit Thomas V. Valdensis de Sacramentalibus capitulo trigesimotertio. column. vltima. Idem Sanctus Thomas scribit in tercia parte quæstione. 83. articulo quarto ad quartum ex concilio Carthaginensi. Quarto capitulo. 84. apud Gratianum capitulo Episcopus nullum: de consecratione distinctione prima: Episcopus, inquit, nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei siue Gentili, siue Iudeum, siue Haereticum, usque ad Missam Catechumenorum.

\* Scribit & ad hæc Diuus Augustinus, tractat. in Ioannem. 96. Sacraenta fidelium & in cathecumenis non produntur, non ideo sit quia ea ferrim non possunt, sed vt ab eis tanto ardentius sociificantur, quanto honorabilius occultantur. Constat enim ex eodem tracta. n. loquente de cathecumenis nullum ex eis admitti ad Eucharistiam aut

aut de Eucharistia doceri ante Baptisnum. Idē docet de verbis domini. Sermone. 46. Nam de quibusdam qui cathecumenorum. & nondum Renatorum typum gerebant. Scriptū fuisse ait. Ioan. 2. Ipse autem Iesus. non credebat se illis. Item retulit. Hugo de Sancto. Victore. lib. 2. de Sacra. part. 8. & 14. Constat denique cathecumenis. minime licuisse Eucharistiam sumere. ex eodem August. lib. 2. de pecca. meri. & remi. c. 26. Imo. neque illam intueri. Teste. D. Basilio. de spiritu sancto. ca. 27. tradit Spenceius. lib. 1. de Eucharistia. ca. 2. quanuis panis Benedictus. ac Sanctificatus ex hoc differens. a comuni. cathecumenis daretur ex eodem Augustino. dicto. c. 26. qui quidem panis quandoque ab authoribus. Sacramenti nomine eo honestabatur. eo quod sanctificatus. per Benedictionē esset. de quo tractauerunt. Vvaldensis. de Sacmenta. cap. 177. & Claudio de Sanctis lib. de Eucharistia. Reperitione. 7. post. D. Chrysostomū. in imperfecto super Mattheum. in Missarum solēnitate dari laicis his qui non cōmunicabant. quemadmodum constat. ex decretis. Pij. Papæ. cap. 4. & iuone carnotensi. 2. parte. ca. 37. refutunt. & ex alijs Stephanus Victoriniensis. lib. de Eucharistia. ca. 176. Soto. in. 4. dicti. 12. qua. 1. art. 10. & Genebradus imprefatio. ne. ad ritus Grecorum. in. 4. tomo Bibliothecæ sanctorum. qui tandem vsus. & ad nostra tēporā duxerunt. idque sepe vidimus nos Toleri factū fuisse. & hic panis Benedictus dona Vicisim. à sanctis patribus. in Ecclesia veteri appellaturque Εὐλογία. a paulinō in Epistola ad alipium. & in Canone. 14. Synodi laodicensis. sicut qui dabatur laicis. loco. Comunionis Eucharistiae dicebatur ἀρτὶ λαοῦ. & quanvis apredicta huius dictio. Missa interpretatur. dicebat Antonius Democares. multa tamen. tradit de cathecumenorum exclusionē. libro de Missa. secunda. parte. capitulo. 23. nec me latet olim à Romanis Pontificibus diebus dominicis miti solere presbyteris vrbis Romanæ panem quod fermentum. & Sacramentum appellat. Inocenti. 1. in Epistola ad decentium eugubinum. cap. nono. que quidem vsus de Eucharistia videtur intelligendus ex Eusebio. libr. quinto hist. Ecclesi. cap. 14. id. que tradit post alios idē Spenceius li. 2. de Eucharistia. c. 4. \*

Quibusdam vero placuit. Missam dici quasi transmissam. eo quod per Sacerdotem. cuique ministerium sit hostia oblata. & Missa in eo Sacrificio Sanctissimo. in quo preces. vota. oblationesque Deo transmittuntur. a populis per ipsum Sacerdotem. qui mediatoris vice inter Deū.

& hominem fungitur: quod Hugo. libro vnde. cimo de Sacmentis scribit.

Andreas Alciatus libro parerg. 7. capitulo decimo. fortassis rectius. hanc dictionem. ab Hebreis acceptam fuisse censeret. apud quos Missa oblationem spontaneam. quæ domino offertur. significat. ex Deuteronomio capitulo. decimo sexto. & celebrabis diem festum Hebdomadarum domino Deo tuo Missa. Id est oblationē spontaneam manus tuæ. Mas etenim ab Hebreis dicitur oblatio voluntaria. Siç sane concilium Colonense in Enchiridio Christianæ institutionis de Sacramento Eucharistiae assuerat. vocabulum istud ex lingua Hebreæ mutuatum fuisse. ad significandum quod Græci λατονεγίαν dixerunt. id est ministerium. Sacrificiumque altaris. Quod & Dionysius. alijque veteres Theologi Synaxin appellarunt: id est collectam. quæ sit oblatio spiritualis. quæ mediante Sacerdote quasi collecta. & a lunata pro omnibus Deo offertur. Qui ratione Diuus Ignatius in Epistola sexta ad Smyrnenses. huius dictio. meminit scribens. non licet sine Episcopo neque offerre. neque Sacrificium immolare. neque Missas celebrare. Et quanvis Diuus Ignatius Græcē scripsit: Αρχὴ επιτελεῖν. Latinus tamen interpres optima ratione ductus sanctissimi viri sensum. & mentem hac dictione significauit: cum Græca verba aperiū simē de conuiuij Sacri celebratione solenni. sint accipienda: nam & Lucas capitulo quinto. Αρχὴ conuiuum significat. qua dictio simul. & verbo ad Sacrificium aptissimo. D. Ignatius vsus est. vt nobis & Sacrificij. & oblationis. atque Sacrae communionis celebrationem explicaret. Eandem fortassis rationem habuerunt & veteres Romanæ Ecclesiae. & totius orbis Pontifices. præsertim Alexander primus. cuius superius meminimus. & idem apud Gratianum de consecra. dist. 1. capitul. sufficit. Quibus in locis. primus. quod ipse sciam. eadem dictio. ne vsus est: \* Ex his quos latine scripsisse constat: stat: Nam & Clemens primus ante ipsum dictio. meminit in Epistola. 3. cap. Cunctis fidelibus. 16. q. 1. quæ fortassis ex Græca in latinam linguam & olim translata fuit. Sed & ex latinis vtitur eadem dictione præter Alexandrum. & paulo post Telesphorus Papa. in cap. nocte sancta. de conse. dist. 1. paſsimque authores Ecclesiastici eiusdem Verbi meminerunt: & præsertim Diuus Ambro. libr. 5. Episto. 33. Episto. Diuus item August. sermo. de temp. 251. Damasus in Pontificali. & in Fælice. ac Synod. Mileuitana Canonice. \*

Sed

Sed & inter historicos Paulus Diaconus in Theodosij, & Diui Ambr. historia, Missarum solemnia hisce verbis commemorat. \* Sic & Julianus antecessor in latina nouellarum epitome. cap. 38. quæ Græc Iustinianus dixerat in no vella ut impriuatis locis aut domibus non liceat, τὰ λεγότα πρὸς τῷ θεῷ, editio vulgata authenticorum columna quinta. titu. 12. latine quæ sunt Sacratissima agere aut Sacra ministeria facere. Sacram facere missam trāstulit Juliani verba retulit Ivo cat notensis. 3. parte. capitu. 191. & 6. parte. ca. 424. quod & Antonius Augustinus ad Julian. adnotauit. Sic & idem Julianus no vella. 7. §. 10. Græcam dictionem λεγότα πρὸς τῷ θεῷ, Missam latine transluit. \* Eandem huius vocabuli interpretationem ex testimonio viri doctissimi Reuchlini p. obat Spiegel inductione iuris ciuilis. verb. Missa. qui & illud addit, Ioannem Cassianum lib. 3. capitulo. 7. & sanctum Benedictum in sua regula capitul. 17. non satis eleganter Missam pro tunc, aut completione alicuius rei accepisse. \* Verum post huius operis quartam editionē Matth. Galenus in tract. de Sacrificio Missæ. capitu. 2. hanc istius dictionis ex Hebræa lingua deductionem omnino refellere conatur: sed hac de re iudicium sit penes eos, qui lingue Hebræa maiorem cognitionem habeant. idem vero Matth. Galen. in Cassiano, & regula Diui Benedicti, Missam: dimensionem interpretatur, late probans deductio nis rationem, quam nos ex alijs autoribus hoc in. capi. adduximus ad versi. vsque in quo Alcia ti opinionem retulimus, quæ & Capnionis viri doctissimi autoritati & indicio innitetur: a quo & Reuclinius eam accepisse pat est. \*

Ceterū Albericus, homo alioqui doctus, & diligens falsò assuerat, Missam dictionem esse Græcam, & significare interpellationem. Fallitur etenim Græcae linguae ignorantia.

De his vero, quæ ad hoc Sacrificium ritè per agendum summi Pontifices, & sancti patres instituerunt, quæque Catholica Ecclesia religiosè obseruat, lector poterit Thomam V Valdensem adire, qui de Sacramentalibus. 4. titulo. hoc munere diligentissime fungitur. Cui duo ipse libenter addiderim: primum, apud Gratianum vulgo circūferri Bonifacij Martyris Apophthegma alter, quam ab ipso authore fuerit scriptum, & abs que vlo sensu. in. cap. vaia. de consecr. distin. 1. de quibus, inquit, Bonifacius Martyr, & Episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis Sacramenta confidere, respondit. Quōdam Sacerdotes, non aureis, sed ligneis calicibus yteban-

tur: Est enim hic locus ex ipsius Bonifacij Epistola legendus his verbis. Quondam Sacerdotes a rei ligneis calicibus ytebantur, nunc lignei Sacerdotes aureis calicibus vtūtūr. Quem locum Antonius Demochares, Andreas Alciat. libr. 7. parerg. capitulo. 24. & beatus Rhenanus ad Tertullianum de corona militis, restituerunt, & restituvi potest, vt modò dicebam, ex ipsius Bonifacij Epistola, & ex concilio Triburensi capitulo. 18. atque item Burchardo libro. decretorum. 3. cap. 223. Huius etiam memorabilis sententia meminit Stepha. Vintoniensis Episcopus in eo libro, quem aduersus hereticos, de Sacramento Eucharistiae scripsit obiectione. 54. qui ex Optato, Ambrosio, Chrysostomo, & Theophilastro probat, veteres etiam aureis calicibus vlos fuisse.

Alterum ad ea verba pertinet, quæ ex institutione Ecclesie, & Sanctorum Pontificum græcè pronuntiantur in Missarū celebrationibus dum dicitur Kyrie eleison. Nam & gentiles his verbis vlos fuisse in captandis Augurijs constat ex Ariano libro secundo de epitesto capit. 7. etenim aduerius illos, qui acturi iter auguria captant, inquit. Nunc trementes auiculam tenemus, Deū que inuocantes precamus, κύριε ἐλέησον. Domine miserere, permitte mihi exire. O mancipium cur aliud vis, quām quod sit melius? quid autem melius, quām quod Deo visum fuerit? cur protius vitibus corrumpis iudicem, perueris consiliatorem? Hæc epistetus: quæ cōmemorare voului ex eo, quod locus ille insignis morē gētilium in obseruandis hominibus explicuerit. De his vero dictionibus V Valensis ex diuo Gregorio admonet, à clericis latinis græcè pronuntianda fore: idque satis apparet: quia secundum græcam conjugationem verbū pronuntiatur: & ideo accentu, & pronunciatione græca sunt proferenda: accentu quidem posterioris dictionis in ante penultima, non in penultima, cum id manifeste repugnet græcae pronunciationi: eademque posterior vox ita est proferenda, vt in penultima, sonus seruetur vocalis. i. nam eo modo communis pronunciatione vls fuere olim & græci: sed obtinuit vlos, etiam Græcae linguae doctissimorum viorum vt ea litera, acsi esset. i. longum pronuntietur. Igitur nullo pacto pronunciationē erit Eleison. sed Eleison, per sonum. i. & accentum in antepenultima. Hæc fateor, leuia sunt, sed nihil minus obseruanda quandoque: quia & in his minutissi-

nutissimis video etiam ductos plerunque errare. Nec nimis sunt acriter incusandi qui ex priori dictione ultimam vocalem Euphonie causâ reiciunt, utrunque vocem in morem unicae dictionis pronuntiantes. Id eterum sit ab his qui Græcè pronuntiant, vel scribunt: reiciunt siquidem alteram vocalem plerunque propter sequentem: signaturque hæc dictionis parsio Apostropho, quæ est nota reiectæ vocalis propter sequentem vocalem. Quod græci partim adnotarunt, super consonantem ultimam præcedentis dictionis, quandoque super vocalem, ideoque dictio prior Cyrie potest passionem istam non admittere: atque pronuntianda est absque illa vocalis elisione: potest tandem, & cum abiectione ultimæ vocalis proferri κύριε λέησον, ut ἀλγεθεητε μυρια χαραισ.

## De criminis purgatione vulgari, que fit canden- ti ferro.

### C A P. XXIII.

**E**X TAT HONORII  
Tertijs responsum libro. s. decretalium rubric. de purgatione vulgari. quo damnatur omnino illa criminis purgatio, qua templarij milites, & alij, qui secularem, ac ciuilem iurisdictionem in Lithuania obtinentes, erga eos, qui nuper sacram baptismum suscepissent, vtebantur, compellentes homines sibi subditos, si quando eriminis aliquius suspicio incidisset, ferri cendentis iudicium subire, quibus si qua exinde adustio continget, ciuilem. poenam infligebant. \* Eandem criminis examinationem multò ante Honorium tertium, Stephanus Quintus damnauerat, ut constat ex capit. consuliisti secunda. quæstione quinta. fortassis & de eadem re tractauit lex Caldaria: cuius mentio extat in Cothorum legibus libro sexto. titul. 2. l. 3. Eori. \* Sed & hunc purgationis modum, ad probandam, virginalem Innocentiam. Sponte expertam legimus apud Cuiuspinianum, in egudem uxorem Henrici Imperatoris. Huius nominis 2. idem tradit Albertus Crantius. lib. 4. ca. 5. metropoleos. \* Verum quia rara est apud veteres huius purgationis metio, libuit ad eius

cognitionem, quæ quandoq; apud Sophoclem legissem, adnotare. Etenim cum Creon publico decreto, mortisque poena indicta, corpus Polynices sepeliri prohibuerat & Antigone clam fratre sepulchro tradidisset, custodes regij grauiter, acriterq; inculati à se ipsis, quod culpa unius foret, non omnium, custodia per noctis partes cuilibet distributa: cumque diligenter de ea re inquisitionem fecissent, nuntiū Creonti regi miserunt, qui præter alia, & hæc in eorum excusationem dixit.

κόντεις ενεργής ἀλλ' ἐφευγε δὲ μὴ οὐδένεται.  
πέμψει ἀλλέτοιοι οὐ μόλις ταῖσιν χροῖμ  
οὐ πύρισιέρπειρισθεούσι ὄρκομότερον.  
καὶ σ' οὐτε οἰεῖσται οὐτε τόξη οὐδένεται,  
τὸ περίγμα βουλεύσαντοι, οὐτ' εἴργασμενοι:  
Nemoque deprehensus est nosque latuit.  
Sumus vero parati & candes ferrum manibus tollere,  
Et per ignem serpere, Deo que iurare,  
Nec fecisse, nec fuisse confessos.  
Eius, qui de hac re consilium habuerit, nec eius, qui  
eam fecerit.

Cuius equidem loci interpretatio duplex est apud Shohoelis scholiastas. Prior sane locū illū ad morem illum, & iurandi ritum refert, quo pacientes, & iuraturi tollunt ferrum candens, deosque precantur, foedera, ac iuramenta inviolata manere, donec ferrum illud appareat, idque aut orbis quosdam vel globos ferri initi, & candidis, in mare profundum projiciunt. Cuius rei mentio fit a Callimacho, & a Plutarcho in Aristotle. inquit enim. Aristotle Atheniensium nomine iuratus, ceteros Græcos sacramento adgit, utque rectum foedus firmaret, post execrationes, quas in perfidos fieri nos erat, ignitos ferreos orbis in mare coniecit: ubi interpres ignitos ferreos orbis latine dixit quos μύλοις. dixere Callimachus, Sophocles, & Plutarchus. Posterior vero interpretatio, quæ magis conuenit Sophocli, & huic pontificio responso, ex eo deducitur, quod qui fidem tibi jurantibus haberi aliqua de re graui potularent, consuetissimum ignitum ferrum manibus tollere & super ignem ambulare: putabant enim minimè dolorem aliquem ienitrum eo experimento, qui veritatem dixisset: eratque certa indei, & innocentiae signum maximum, ab eo periculo illorum quemquam euadere. Hæc ex Sophocle, Callimacho, Plutarcho, & ipsis Tragœdia commentarijs. Suidas μύλοι interpretatur ferrum ignitum, eiusque massam candescitam: refertque Anaxagoram philosophum dixisse, solem esse ignitum lapidem, & maiorem Peiopenolo: igitur Anaxagoras

goras asseuerans solem μύλον esse, orbem ignitum intelligit, autore Suida. idem scribit Plutarchus li.2. de placitis philosophorum ca.20. quo in loco Budæus μύλον interpretatur globū ferricandenter, aut laxum ignitum. Hoc ipsum in Anaxagora & Laertius scripsérat. Iosephus vero libro secundo. contra Apionem de eodem agens Anaxagorā. μύλον λιαν πυρόν dixit: nempe, molam ignitam. Herodotus in Clio τὸ γόνον τετραπλάσιον καὶ μεγάλον τοῦ μητρὸς μέτωπον εἶναι τὸ μύλον ἀναφένει. Præter hæc, inquit, globum ferricandenter in mare merlerunt funditus, & iurarunt nō prius in Phœciam ituros, quain globus is ferreus appareret. Sed & purgationis, quæ ferro cādenti sit, ex Annalibus quibusdam meminit Jacobus Cuiacius in Teuda. libro primo. titulo primo. Et Georgius Pachyniates, ut contlat ex eiusdem fragmentis libro primo. \* Meminit & Cicero. in Verrem actione quinta. Laminarum cādētium, & Valerius Maximus libro tertio. capitulo tertio. & eodem in tenui, inter tormentorum, atque carnificum instrumenta, Laminarum mentionem fecere Lucreti. libro tertio. & Plaut. Quæ tamen, ni tailor, minime pertinent ad purgationem, cuius in hoc capit origine in tradere conantur. \* Quintilius. nus idem declamatione, decima octaua. quæ infamis in matrem inscribitur, & alijs quorum meminit. Carolus ligonius. libro tertio. de Iudicijs capitulo decimo octouo. meminit & purgationis per aquam Caldam & ferura Candens. Ioannes Auentinus. libro quarto. annalium quo in loco tradit verbo ruin formam, quæ ut is existimat ferrum & aqua ad han purgationem consecrabantur. \*

### Quæ sint apud Martianum Iurisconsultum principia.

#### CAP. XXIII.

**M**ARTIANVS IURISCONSULTUS in l. officium. §. officium. ff. de militari. inquit, officium tribunorum est principijs frequenter interesse. Quo in loco Accursius dictionis significationem nec intellexit, atque ideo mini-

mè potuit Martiani sensum, ac mentem percipere, à quo plurimum aberrat. Sed Antonius Nebrisensis, qui nostra fere ætate primus apud Hispanos linguae latine nitorem, candoremq; excuit, in Lexico iuris civilis principia interpretatur, tentoria militum, qui à Romanis Principes dicebantur, & locum illum castriū, in quo Principes metabantur, & tentoria sivebant. Huic interpretationi Andreas Alciatus in Princ. de verbo. sig. & in l. urbana prædia. eod. tit. non omnino suffragatur, scribens ex Vegetio principia dici principis tabernaculum, quemadmodum & prætorium dicitur domus Imperatoria. locus est apud Vegetum li.2. cap.7. qui hac dictione alio in sensu vtitur. Nos verò, & si fateamur in alio sensu accipienda fore comici verba. Hic ego ero post principia: quem alij vulgo tradidere, apud Martianū principia interpretaramur, non tentoria militū, qui Principes dicebātur, nec principū tentoria, sed publica tabernacula, aut tētoria, in quibus militares Magistratus iura militibus reddebant, & ubi de rebus publicis castrorū duces cōsilii initio tractabant, atq; ibi aquila, signaq; militaria custodiebātur. Quod Vulphagus Latius de republica Romana adnotauit. Id ipsum & Giel. Budæ. obseruasse videtur in posteriori adnotatione, qui ex aliquod authoribus testimonia quedam adducit, quibus alijs nos verā huius dictio- nis significationē probabimus, vt planè Iurisconsulti, responsum propriā, genuinamq; interpretationē obtineat. Tit. Liuius lib. secundi belli Punicī. Forma, inquit, castrorum Romanorū constabat una ea ipse, quod milites tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis, desectionisq; rati forent, & iura reddere in principijs sinebant, & signū ab eis petebant, & in stationes, ac vigilias ordine ibant. Idem Liuius eod. lib.8. circum euntes enim tentoria, deinde in principijs, prætorioq;. Rursus idē Liuius li. 7. decad. 4. ibi in principijs sermo. 1. inter tribunos militum seceretus oritur. Cicerō ad Brutum est. 10. spes libertatis nūquam. nisi in vestrorum castrorum principijs est. firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Hoc etenim in loco ipse opinor intelligendos sub principijs duces ipsos, non milites illos, qui principes dicebantur. Tranquillus in Othonē capi. 6. ibi, omissa mōra succollatus, & à prelente co mitatu Imperator cōsultatus, inter faulas acclamations, strictosque gladios ad principia deuenit. Idē Suetonius in eodem Othonē ca. 1. Aufus est etiam in Illyrica milites quosdam punire capiū, & quidē ante

principia. Iustinus libro. II. ordines quoque nemino in exercitu Alexandri, nisi sexagenarius duxit, ut si principia castrorum cerneret, senatum te alicuius Reipublicæ cerneret diceret. Quintilianus in declamatione, miles Marianus. Sed neque hoc Roma parens, nec signa militaria, aquilæ que viætrices nec tua summe Imperator, diuina virtus sinit, ut tua quoque sententia quisque vir, & Romanus, & miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est. Veeba sunt hæc Trebonij militis, qui. C. Lusium tribunum militum, imperatorisque. C. Marij ex sorore nepotem occiderat, quod ipse tribunus pudicitiam militi eripere tentasset: authore Plutarcho in Mario. Meminat eiusdem rei & Ciceron in oratione pro Milone. sensit idem in Epistro la vltima ad. Q. Fratrem. Sed de principijs Cornelius Tacitus libro primo prima Vari castra latto ambitu, & dimensis principijs trium legionum manus ostentabant. Rursus idem. Tunc contraria eos in principia, iussosque dicta cum silentio accipete. Idem Tacitus libro quarto. Colique per theatra, & fora effigies eius interque principia legionum sineret. Idem libro decimo septimo legati eorum in squalorem, mœstitudinemque compositi per principia, per contubernia. Idem Cornelius Tacitus libro decimonona. nox proditio nis electa, ut ceteris ignaris soli in principia defectores coirent. Idem statim. At Cæcinna pau-

cos militum in principia vocat, secreta castrorum affectans. Ruris paulò post. Sed ubi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles præscriptum Vespasiani nomen aspexit. Idem auctor libro decimo septimo. de T. Iunno. Prima, inquit, militia infamis. Legatum Caluisium Sabinum habuerat, cuius vxor mala cupidine vi sendi Situm Castrorum per noctem militati habitu ingressa, cum vigiliis, & cetera militia munia eadem lasciva tenuisset, in ipsis principijs stuprum ausa, & criminis huius reus. T. Iunnius arguitur. Quod & Plutarchus in Galba scribit. Oquinum appellans, quem T. Iunnius dixit Tacitus. Duxis uxorem in castra noctu militari habitu vestitam duxit, & in ipsis ægriosis que Romani principia dicunt, corruptit. Aulus Gellius libro decimo quinto. capit. duodecimo. Sed in coniuvio liberi vestri modestius erat, quam apud principia. Ita enim locum istum legit. P. Victorius libro tertio Vatiar. lect. capitu. sexto. extat & locus elegans in. I. iubemus. de ergatione milit. anponæ lib. duodecimo. Codicis. §. si qua tamē. Inquit enim Augustus. Quatenus causa apud deuotissima principia, propositis Sacrosanctis scripturis, inter actuarium, & militē tractetur. \* Extat & de hac dictione locus unus, & alter apud Æmilium Probum in Eumeni. \* Ex quibus sat constat, que sint apud Iurisconsultum principia, & quis sit uerius Martiani sensus.

Finis Libri Quarti.





CAESARAVGVSTAE,  
In ædibus Dominici à Portonarijs de Vrsinis, Sacræ  
Catholicæ Maiestatis, & Regni Aragoniæ  
Typographi.

1583.

## DIDACVS COVARRV-

VIAS A LEYVA ARCHIEPIS.

COPVS S. DOMINICI DESIGNAT. LICEN-

TIATO. ANTONIO COUARRUJAS. FRATRI AMANTISSIMO, &amp; SALMANTICÆ,

IN COLLEGIO SANCTISSIMI SALVATORIS COLLEGÆ ORNA-

TISSIMO; ATQUE YTRIUSQUE IURIS EGR-

GIO PROFESSORI. S.



OST editum à me Variarum Resolutionum opus, Frater amantissime, cum aliquot eius capita relegisset statim percepit, breuius quam fortassis par erat, quorundam veterum, & huius regni numismatum valorem, nondum ab initio petita estimationis ratione adnotasse. Id vero tunc feci, ut operi instituto partim subscriptum, ac deinde, quod mihi satisfecisse videbar, si recta obiter incidenti, testimonia dotis simorum vitiorum, & ex utroque iure Regio, ac Cæsareo loca quedam se legisset, ex quibus iudicarem, posse facililime deprehendi, quibusdam rationibus, quæ illic scripsoram in publicum edere constuerim. Verum dum ipse diligentius rem istam perpendisset, necessarium duxi veterū numismatum valorem, eorundemque rationem, quā cum his, quibusmodò vtimur, vel omnino parem, vel ferè similem habere possunt, iuxta proprias vires explicare. Sic sānè veteres æreos numoscum his æreis, qui modò expenduntur, argenteos cum argenteis, aureos cum aureis conferre curauit: ac sumul exquisiti, quamnam estimationem ex huiusc etatis numis vetera huius regni numismata habere possint: his & de numorum publica mutatione, ac de crimine falsæ monete quādam adiiciens, quæ ab operis instituto nec aliena sunt, nec lectori ob exactam breuitatem fastidio esse poterunt. Scio equidem tractatum istum maiorem diligentiam exigere, quam à me, homine tot negotijs impedito, adhiberi potuit, præterquam quod multorum authorum, & veterum Chronicorum lectione ob publicum munus, & huius Regij tribunalis magistratum priuatus, ea, forsitan prætermilerim, quæ hisce difficultatibus expediendis viam omnino aprire potuissent. Fecit tamen quod potui, libentissimè cuiusque diligentioris censuram subbiturus, quam in his, quæ aetenus edidimus nusquam detrectauimus, nec imposterum detrectare censemus. Te interim, egregie vir, exoratum volumus, ut si ex lectione huius opusculi perceperis, id alicuius futurum esse utilitatis, Andreæ à Portonarijs nobili Salmanticensi. Tipographo Regio, meo nomine Itatim tradas, quo & tuo limatissimo iudicio, eiusque diligenti opera prælo traditum in publicum prodire possit. Vale. E Granata Idibus Aprilis. Anno. M. D. L VI.

## Operis huius Summaria cognitio.

" CAPUT primum, De æreo Numismate Romanorum tractat: ac deinde inibi num  
 " miærei, quibus modo utimur, expenduntur,  
 " Caput secundum, In quo de argenteis Græcorum, Romanorum, & Hebræorum agi-  
 " tur: & de his, qui modò apud nos regia sunt auctoritate percusi.  
 " Caput tertium: vbi aurea numismata latè ac longè examinantur: Aurei & solidi discri-  
 " men perpenditur, multaque de auri & argenti bonitate traduntur,  
 " Caput Quartum, in quo traditur ratio, ex qua libra in iure examinanda sit, item de se-  
 " storio neutrius generis, ac de Talento,  
 " Capitulo quinto: Enel qual se declaran algunas monedas, de que hazen mencio las  
 " leyes Reales, y Coronicas destos Reynos, en especial los Maravedis, y sueldos.  
 " Capitulo sexto, Enel qual se considera el peso, y valor de algunas monedas de oro:  
 " y plata antigua destos Reynos, para entendimiento de muchas leyes Reales.  
 " Caput septimum, de mutatione monetæ quo ad pondus, & quo ad valorem eius: vbi  
 " primo examinantur omnia quæ à Bartolo, traduntur in. l. Paulus. ff. desolu-  
 " tion.  
 " Caput, octauum, tractat de crimine falsæ monetæ, ac de penis ad eius punitionem  
 " statutis.

D I D A C I



# DIDACI COVARRV VIAS A LEYVA TOLETANI,

EPISCOPI SEGOVIENSIS, SUPREMI.

QUE HISPANIARVM SENATVS PRÆSIDIS

meritissimi, Veterum Collatio Numismatum,  
cum his, quæ modò expenduntur, pu-  
blica, & Regia autoritate  
perpensa.

## Ex Capite Sequenti.

S. V M M A R I V M.

- 1 DE NV MIS ærcis, qui percussi fuerūt iussu Regum Catholicorū Fernandi Quinti, & Elisabeth.
- 2 Moneta de Vellon, que dicatur?
- 3 Asses quod pondus habuerint apud Romanos? Et quod nostris Marauedinis conueniant.
- 4 De dupondio, Semissè, quadrante, tridente, Semuncia, & Sextula.

## De æreo Numismate.

### C A P V T. I.



LINIVS AVTHOR est libro Naturalis Historie. 33. ca. 3. Romanos primūm ærea pecunia: deinde melto pōst argentea, ac demū aliquot lapsis annis aurea vlos fuisse. Non enim rude illud seculum, quo

Romanorū integritate maximi Principatus iniua stabilire conabatur, auream pecuniam inuenierat. Sic sane Seruius Tuiles Romanorum Rex æreos numos primus Romæ percussit, quemadmodum idem Plinius asseuerat. Sed & ante Romanoru[m] originem multis quide[m] annis penes alias geates fuit numismatum usus: quod apparet ex Aristotle in Polycitis, Platone, & alijs. præsertim Strabone libro octavo. Plutarcho in Lyandro. Paulania in Laconicis. Vergilio Polydoro de inuentor. terū lib. 2. ca. 20. Georgio Agrico

la libr. 1. de pretio metallorū, & monetis: Stephano Forcatulo in Necyomantiajuriis Dialogo. 48. Carolo Molinē de contractib. q. 100. num. 795. Ludouico Cēlio lib. lect. antiquarum. 6. ca. 2. qui passim testimonia multa ex Hebreis, & Græcis ad huius rei probationem adducunt.

Nos igitur primūm æreos veterum numos ad rationem eorum, qui nostra ætate, vel iussu Regum Catholicorum Fernandi Quinti, & Elisabeth: & Caroli Primi, Romanorum vero Imperatoris Quinti, percussi fuerunt, pro nostro conatu conferemus, quò possit quilibet facilius veterum Historicorū numismatum valorem ad numos, qui hodie expenduntur, deducere, viriisque æreæ pecuniae rationem adsequutus.

Anno deniq; Millesimo Quadringētesimo Nonagesimo Septimo, Reges + Catholicī Fernandus, & Elisabeth cudi iusserunt ærēa monetam, quam de Vellon dicimus, ad hanc rationē, ut ex quolibet Marcho nēpē ex octo vncijs, signarentur CXII. numi ærei, quos blācas appellamus, quarū duę constituant ærēū Marauedinum, quo modo utimur: atque ita secundū hanc computationem ex libra Romana duodecim vnciarū cunctur. clxxxvij. numi ærei blācas dicitur qui redunt centū quadraginta quatuor Marauedinos. Hæc igitur est estimatio præsens vnius. æreæ Romanae libræ, quæ ad numos redacta, publicæ monetæ nomen, ac vices sit sortita: sic u[er]o apparet ex Pragmatica constitutione Regum Catholicorum. l. 118. quæ de monetis: ac re numaria fuit statuta. Hodie est. l. 2. titulo. 21 libr. 5. Recopil.

Postmodū percussi sunt ærei numi, quotū qui libet duorū Marauedinorum valorem habet: & sic quatuor blācas valet. Item percussus est numerus æreus ad rationem quatuor Marauedinorū, qui Quattus dicitur vulgo, & valet octo blācas.

Tom. j. De. Mone. R. 112 Cete

Cæterum huc in parte Marauedinus, non tam est numerus, quam numorum numerus, qui constat ex duabus blancis, aut Coronatis, vel Denariolis decem; quemadmodum in capit. quinto, huius operis tractauimus, quo in loco varia huius regni numismata expeditentes, conabimur veterum historicorū dictiones in hac re numaria ad amissim explicare.

Moneta vero de Vellon dicitur non tantum ea, quæ ex ære percuditur ad mista parte aliqua argenti: sed & illa, quæ cuditur ex argento, cui 2 misita sit tertia †, vel quarta aut sane quinta pars æris: ut asseuerat Carol. Molinae, in tracta de contractib. quæst. 100. num. 783. Ex hac materia nuper expendebamus in hoc regno numos, quos Tarjas dicebamus, quoruñ quilibet nouem æreis Marauedinis æstimabatur.

Vt in hoc tandem libello sèpissimè hoc dicens modo, vt quadrates passim appellem eos numos, quos vulgus Marauedis propria huius regni dictione nominat.

Apud Romanos authore Plinio libro. 33, capit. tertio, libralis, & dupondius appendebatur atque librae autem pondus æris diminutum bello Punico primo cum impensis Respublica non sufficeret: constitutumque, ut asses Sextantario pondere ferirentur. Ita quinque partes factæ lucri: dissolutumque est æs alienum. Postea Hannibale vrgente. Q. Fabio Maximo dictatore asses vnciales facti: placuitque denarium Sedecim assibus permurari: Quinarium octonis: Sesterium quarternis: ita respublica dimidium lucrata est: in militari tamen stipendio Denarius pro decem assibus datus. Mox lege Papyria Semiunciales asses facti. Hæc ferè Plinius. \* Et festus Popenius dictione graue æs, & rursus dictione sextantacij. \* A quo deducuntur plura.

Primum, dupondium numum æreum fuisse duarum euidem librarum: idque M. Varro declarat. Dupondius, inquit, à duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium diceretur. Id ideo, quod As erat librae pondus.

Secundò apparet, hos numos æeos adeò graves fuisse, ut inde dicta sit æris grauis poena, secundum Plinium in dicto capit. 3. Si quidem populus Romanus pro numo, ære graui tributur.

Tertio inde manifestum fit, ante primum bellum Punicum numum assem libralem fuisse, & dupondium bilibrem.

Quarū deducitur in ipso primo bello Punico assem pôdere, non valore diminutū duarum vniciarū pôdere percussum fuisse: & sic Sextantariū.

Quintum colligitur ex his, Hannibale vrgente Italiam assem vncialem factum eiusdem quidem valoris quo ad stipendium militare: cum de nariis pro decem assibus daretur: tametsi quo ad alia valor sit aliquantulum diminutus, pluris sane tercia parte: siquidem denarius decem, & sex assibus permutabatur, ac sestertius quatuor.

Sextum ex hoc constat, frequenter veterum æstimatione decem asses denario argenteo æquales fuisse, & quinque quinario, duos autem, & dimidium sestertio. Quod manifestius probabitur, cum denarij estimationem expendemus.

Septimò, hinc itidem probatur, post varias assium mutationes eos fuisse Semiunciales lege Papyriana, codem quidem valore manente.

Octauò ex hac ratione, censeo, veterē assem 3 quo ad valorem + conferendum esse nostris quatuor quadrantibus, quos modò Marauedinos dicimus. Id etenim probatur, quia si denarius argenteus decem asses valebat, quod satis recipiū est & nos inferius examinabimus saltē iuxta frequenter estimationē & idem argenteus denarius æstimatur huius prælentis monetæ quadraginta æris Marauedinis planè deducitur, veterē Romanum assem merito conferri nostris quatuor Marauedinis. Hac etenim perpenfa ratione viti docti, & qui diligentissimè hanc rem expendere solent, sententiam istam apud Hispanos probarunt, quamobrem & ad eandem rationem veteres alias numos æeos æstimabimus: cum idem iuris sit de illis quippe ad assem sint omnino referendi. Quod si veterum ex æte numismatum pondus consideremus, constabit, etiam asses Semiunciales viginti quatuor ex libra Romana cum solitos fuisse. Quorum valor nostris conferatur non agiota sex Marauedinis. Cum hodie ex libra Romana duodecim vniciarum cudi soleat centum quadraginta quatuor ærei Marauedini, quod mitum non est, siquidem nostra ærea moneta partem quasdam argenti admisitam habet. Etenim argenteus numerus regalis, & dimidius marco cuiilibet æris miscetur: atque ideo hæc p̄fens ærea moneta de Vellon nuncupatur.

Dupondius olim æreus fuit numus, sicuti sane probauimus, qui duos asses continebat: idcirco vetus ille dupondius erit hodie æstimationis octo quadrantum + seu Marauedinorum. Græci autem, ut ex Cleopatra refert Georg. Agri, lib. 2, de externis ponderibus, assem Semiunciale appellauerunt dupondium: quia is duo assaria pen deret. Assarium autem, seu Assarius numerus erat æreus, quorum duō assem efficiebat Semiunciale:

cialern : ut tandem hic dupondius esset præsentis monetae quatuor Maravedinorum : Assarius vero duorum. Sic. M. Varro, lib. 1. Analogie, inquit : & non equum publicum mille assiariorum esse. Sed & Suyda teste, assarium obolus est. Mihi vero, si coniectura nō fallit, Assem significat, ex authoritate Dionysij Halicarnassei libro nono. & T. Livij libr. 2. dum hi authores meminerunt multæ, quæ Menenio Aggri, fuit à populo Ro. indicta. ex Plutar. item in Camillo. & Matthæi interprete. capi. 10. Polybius vero libro. 2. asseuerat, assarium dimidio obolo estimari. Et id iuxta Græcum codicem.

Semis numus erat æreus, qui iuxta hanc rationem duos quadrates valebat: quia dimidium est assis. Qua dictione vtitur. P. Vatinius cùm Ciceroni scribit: Simius non semissis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.

Quadrans quarta erat assis pars, & eiusdem rationis numus æreus, qui præsenti Maravedino æqualis est, quod apud nos passim admittunt vii maxima cruditione prædicti ex denarij argentei estimatione. Item ex Italoru communis usu loquendi: ipsi etenim quadrantem quattrinum nominant: quattrinus vero Icalicus nostro æreo Maravedino ferè similis est. Sed & ex nostris nō recusabo testem citare Florianum Occampium lib. 5. Historiae. cap. 26. Vbi hanc horum numismatum collationem probat: cuius viri diligentiam in hisce, & alijs rebus perscrutandis merito multi faciunt omnes. Quadrans vero vocatus est triuncis à tribus uncias, teste Plinio in dicto ca. 3. Et inde Teruncius, qua dictione vtitur. M. Varro. Teruncius, inquit, à tribus uncias dictus, eiusdem numi meminit Cicero libro. 3. de finibus. & libro. 5. ad Atticum.

Sic & triens numus erat æreus tertiam habens Assis partem: nempe quatuor uncias: qua ratione maior est quadrante, & valet apud nos octo Coronatos, quos vulgus Cornados appellat. Hęc enim est tercia pars quatuor nostrorum Maravedinorum. Huius numi meminit Plin. in d. lib. 33. ca. 3. Iuuenal. Satyra. 3.

*In felix, nec habet, quem porrigit ore trientem.*

Vbi hoc in Sholijs adnotavit Celius Secundus Curio, vir mehercle doctus, ac diligens in hisce annotationibus.

Sextula item erat numus æreus, cuius multi meminere: non equidem sexta assis pars. Sed auctore Varrone minimus erat numus ex ære habens sextam uncias partem. Ex præsentibus numis, aut denariolis non video, cui sextula conue-

nire possit, valeret tamen tres Meajas ac paulo plus. Nam duo coronati efficiunt unciam totius aesis, & hi valent viginti Meajas. Igitur sexta pars harum erit Sextulae valor.

Erat & Semuncia numus æreus, vicesima quarta pars assis: cuius numi mentio fit ab Asconio Pædiano, & Guilielmo Budæo lib. 3. de Asse. Est autem hic numus similis nostro Coronato.

Hinc ipse libenter adnotauerim, falso Celius Secundum ad Iuuenalem in scholijs sensisse, trientem minimam omnium monetam fuisse: cùm multo minor ex ære fuerit quadrans, item Semuncia, & Sextula. Nam quod Donatus censet, obolum fuisse minimam, & ultimam monetam, ad argenteos numos referendum est, de quo alibi tractabitur: etiam si ipse Cælius Donatum hac in parte lapsum fuisse asseueret. Et id iure quidem: cùm ex numis argenteis sint aliquot minores obolo. Etiam si Rheinius Phanius de pōderibus scriperit idem quod Damnatus hoc sanè versu,

*Nam nihil his obolo ve minus maius ve talento.  
Agit tamen de Atheniensium Repub.*

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Argentei numi, quo rēpore primum Romæ signati.
- 2 Argentei numi apud Hispanos signati, quibus modo vniur.
- 3 Libra vetus diuiditur: & expenditur: & insibi de granis.
- 4 Marcha pondus, quid sit?
- 5 Vicia, quorū drachmas appendat?
- 6 Denarius olim cudebatur ex argento puro: quandoque ex mixto.
- 7 Denarij. & Quinarij pondus examinatur.
- 8 De sestertio, libella, & obolo numis argenteis.
- 9 Sicles argenteus apud Hebreos, cuius ponderis fuerit: Et item auricus.
- 10 Examinatur glo. in cap. Si quis aliquando. §. in Leuitico. De pœnit. distin. 1.
- 11 Denarij, & Sestertij Valor traditur, & intellectus l. vlt. C. de donationibus.
- 12 Sterlingus, quis numus fuerit?

## De veteribus argenteis.

N V M I S.

Tom. j. De. Mone. Rrr 3 CA

## C A P V T . II.

**A**RGENTEA PECVNIA ROMÆ PRIMÙ signata est: quinque annis ante primū bellum Punicum anno ab urbe condita. D. lxxxv. Q. Fabio Cōsole, ut scribit Plinius libr. 33. c. 3. quo in loco annorū numerus manifestū errorēt habet, qui leuis non est, quippē qui centū annos addiderit: atque ideo legendū est apud Pliniū. Anno ab urbe f̄ cōdīta. CCCC. lxxxiiij. is etenim annus. Q. Fabij consulatui cōuenit iuxta Chronogiam Henrici Glareani, & Haloandri. constat sācē ex Polybio libr. 1. Solino libr. 1 cap. 2. Aulo Gellio libr. 17. ca. 21. primum bellum Punicum initium habuisse anno ab urbe condita. CCCC. LXXXIX. Nec quicquam vrget in contrarium quod Paulus Orosius, ac Dionysius alio sub annorum numero initium primi belli Punici constituerint: siquidem diversa temporis ratio in paucorū annorum numero penes authores sit, concordi sententia huius belli initiu statuentes intra quingentesimum ab urbe condita annum: quemadmodum diligenter probat Ioan. Vassaeus in priori Chronicorum Hispaniæ parte. Sed & Plinij locum mendosum esse admodum nuerunt Ludouic. Viues ad Augustinum de civitate Dei lib. 2. cap. 13. Et Henricus Glareanus in dicta Chronologia ad Titum Liuium. Igitur primus apud Romanos numi argentei vſus contigit anno ante Christi natale Ducentesimo septuagesimo quarto: aut Ducentesimo septuagesimo sexto, iuxta varias hac de re opiniones.

Argentum autem numismata non tantū apud Romanos, sed & apud Gr̄ecos, c̄: etasque orbis gentes olim in vſu coepit esse. Apud Hispanos vero moneta argentea varie in vſum venit, quod alibi explicavimus: modo etenim tantū expēdimus pr̄sentē argēteam pecuniam, qua utimur, ut ad eius rationem veteres Romanorum argenteos nummos excutiamus eorū valorem tradētes. Et sācē anno Domini. M. CCCCXCVII. pragmatica sanctione Regum Catholicorum. l. 118. l. 2. tit. 21. libr. 5. recepil. cui adde. l. 1. & 2. tit. vigesimoquarto. co. libro statutum est, vt ex quolibet marco argenti percutiantur sexaginta septē nummi argentei quos Regales, seu Reales vulgus appellat: horū autem quilibet valorem habeat triginta quatuor quadratum, quos Marauedis dicitur. atque ad eandem rationē iussum est, vt cu-

derentur argentei minoris numi: nēpē dimidiū argenteus valoris. xvij. quadrantum, quē medio Real dicimus. Item quartus, quem Quartillo appellamus, & est valoris octo quadrantum, & dimidiū. sic & octauus, id est Ochauo de Real, valoris quatuor quadratum, & dimidiū blancæ. Sed non omnes hi numi argentei modo in vſu sunt. Paucos enim expēdimus quartos, & ferē nullos octauos. Frequentissimi sunt ipsi argētei regales integri. item dimidiū, tandem in Hispania, & Messici apud Indos cūduntur Regis Hispaniarū ius- su maiores argentei numi, quorum quidam pos- dus habent duorum argenteorum Regaliū, qui- dam quatuor, alijs trinū: alijs octo: & hi vocales fe- rē sunt. Qui in Hispania percutiuntur habēt alte- ra ex parte insignia Regū Catholicoru: ex altera Hispaniarum, & horū Regnorum signa. Qui ve- ro Messici cūduntur, altera facie scutum habēt Castellæ, & Legionis altera quidē Caroli Regis insignia: duas inquā colūnas cū titulo Plus ultra.

Ceterum quō rectiū veteres numi argētei no- stris cōferātur, oportet prius examinare pōdera, quibus apud nos tabri argētarij vñuntur, & aurifīces in appēdendo argento, & auro: atque itidem an ea sint similia his, quibus Romani vñebantur.

Romanorum libra distribuitur in vñcias duo- decim, vñcia quælibet f̄ habet octo drachmas, drachma tria habet scrupula, quæ grāmata dicun- tur à Gr̄ecis: scriptula rectius alijs appellant, ut Agricola, & Antonius Augustinus adnotarunt. diligenterque admonet Petrus Victorius lib. 5. Va- ri. lect. cap. 13. Scriptulm, seu scrupulum in bi- nos obolos diuiditur. Item Siliquæ, hoc est Cera- tia sex scrupulum faciūt. Grana vero quatuor Si- liquam. Est igitur scrupulū. 24. vñciæ pars: quod & glo. notat in. l. 1. C. de metallarijs. lib. 10. vnde constat, vñciā habere viginti quatuor scrupula sicuti tradidere Antonius Augustinus libro secūdo Emendationum. capit. nono. Et Nebris- sis in Lexico iuris ciuilis. dictione. scrupulum. id quē constat ex Columella libro. 5. de re rusti. capitu. 1. Hoc vñeo in opere nō semel, imo passim ipsos fabros argentarios, simpliciter Argenta- rios appellabo ad faciliorē propositā materię intellectum: nō ignarus apud veteres aliam fui- se potiorem huius dictionis significationem: cu- ius inferius mentionem faciemus.

Duela constat ex duabus Sextulis: sextula ve- ro sexta pars est vñciæ: & ideo duella erit tertia vñciæ pars.

Sicilicus constat ex duabus drachmis atq; ideo adiūmitur pro quarta vñciæ parte. l. liberto, §. Filium.

Filiū ff. de annuis legat, quod norāt. Isidorus lib. pro decimo sexto. Etymologiae. c. vigesimoquarto. & Antonius August. emēd. ca. 8. ex Columellā in dīctō ca. 1. hæc īāne est veteris Romanæ librae ratio, & diuisio presenti tractatiū necessaria: quam deduximus ex Budæo libr. 1. de Asse Leonardo Portio in tracta. de Monetis. Volusio Mexicanus de asse. Rhematio Fannio Poeta de ponde-ribus. Alciato tit. de metallatis libr. c. vndecimo. Georgio Agricola libr. 4. de ponderibus Romanis: à quibus & alij huius rei authores citantur.

Hinc denique illud obiter deduxerim, frumenti grana olim in vsu fuisse ad ponderis iusti rationem, ynde grana quatuor constituunt siliquam: grana viginti, quatuor scrupulum: grana vero septuaginta duo drachmā: quod Alciatus fatetur: adorauit Agricola libr. 3. de pretio veterū moneratum. Idem ipse cursus probat in libro de restituendis ponderibus, atque mensuris ex Græco Nicandri interprete, & Scapione Mauro. Hæc grana Budæus appellat momenta libr. 3. de Asse. & tamen constat, grana frumenti eo, quod robusta differant ab inanibus, recentia à vetustis, non esse certa, nec tuta ad iusti ponderis rationem: si- curi docet eleganter ipse Georgius Agricola libro de restituendis ponderibus. Qua ratione Catholici Reges Hispaniarū Fernādus & Elisabeth anno millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo, pragmatica sanctione centesima vi- gesimateria. l. 3. tit. vigesimo secundo. libr. 5. Re- copulationis. statuerunt, frumenti grana prorsus ab vsu ponderū esse abiecta: atq; grani pondus & quale iuxta rationem vñcia ex orichalco facie- dum, vt legitima, certaque sit iusti pōderis ratio.

Nostrī vero fabri argentarij, & aurifices iā diu ex vetustissimo vsu aliam quam Romanæ librae, 4 ponderis rationem habent: siquidem vtuntur bessē Romanæ librae pro iusto, & summo fecere pondere: quem bessē Regiæ leges Marcum apellat: ilque in vsu est apud cæteras Christiani orbi gentes, à quibus marca Germanico nomine appellatur. quod Budæus libr. 2. de asse. Georgius Agricola libro de restituendis ponderibus, & Ca- rolus Molineus de contractibus. q. 100. n. 780. non semel farentur. habet hæc marca octo vñ- cias Romanæ librae: quamobrem Romana libra proportionem sortitur ad marcum sesquialterā. Erit vero marca ista s libra nostræ volgaris librae decem, & sex vñciarum: quæ quidem libra, habet ad Romanam libram proportionem  $\sqrt{10}$ : id est super rectiam. Ea tamen, quæ de marco di- ximus probantur in l. 1. tit. vigesimo quarto. in or-

dinationibus regis Alfonsi vndecimi Compluti statutis æra. M. ccc. lxxxvij.

Illud plane receptissimum est apud veteres ac iuniores, qui de libra Romana scripsere, Roma- nam libram duodecim vñcias habuisse, ut hinc mirum sit, Guilielmum Budæum, vitum hac in re: vt in plerisque alijs diligentissimis libr. 2. & 3. de asse. absque ullo certo authore scripsisse Ro- manam libram habere ultra duodecim vñcias dimidiā: & sic duodecim vñcias, & quartor drachmas: cuius opinionē multis probatissimis testimonij, & authoritatibꝝ refertur Georgius Ag- ricola. libr. 4. & 5. de measuris & pondetibus exacta ratione deducens, libratū Romanū & Græca mina, atque ita ab Attica libra in hoc dif- feret: quod Græca centum drachmarum sit Ro- manā vero nonaginta sex tantum drachmas ha- beat. Eum legitio, qui de his multa tradit.

Sed & de vñcia nostra plerisque dubitavunt, sit ne æqualis vñcia Romanæ. Nam Leonardus Portius, Alciatus, & Budæus scribunt, vñciā, qua modo utinam, & vtuntur argentarij, & aurifices, cādem esse cum illa veteri Romanorum vñ- cia. Ab his dissentit Georg. Agric: in libro de re- sti. ponde. ea ratione, quod non una eademque sit vñcia apud Christiani orbis gentes. Nos vero quandoque conati sumus tem. istam ad istā pon- deris rationem experimentis quibusdam exami- nare, ex quibus planè deprehendimus multis co- jecturis vñciā, qua modo Hispani argentarij, & aurifices vtuntur, eiudem esse ponderis, cuius erat veteris illa Romanorum vñcia. Habet enim nostra vñcia octo partes: nēpe diuiditur in octo argenteos regales iustissimi ponderis, quibus argen- tarij, & aurifices ad pondus vtuntur. Quilibet autem argenteus habet duas drachmas minores, quarum quilibet triginta sex grana continet. Sic sanè vñcia diuiditur in decē & sex nostras drach- mas, quæ veteres octo drachmas efficiunt: cum veteris drachma habuerit septuaginta duo grana: quæ habent nostre duas drachmas; atq; idēc eiudem ponderis est vñcia veteris Romanorū: octo drachmarum, cuius & nostra vñcia decem: & sex drachmas continens.

His accedit, quod octava nostræ vñcia pars, quo ad iustum pondus exacta, regalem numum efficit, quo aurifices vtuntur, ita cum denario ve- teri conuenit, vt planè maioris ponderis dena- riū si iuxta eam proportionem, quæ ex denarijs septem non attritis, nec corrosis constitutat no- stram vñciā, sicut & veterem Romanam con- stituebat: quam nostri octo Regales numi iusti

Tom. j. De Mone. Rer. 4. pon-

ponderis itidem efficiunt. Vnde pars est, nostram vniuersitatem veteri Romanorum conuenire.

**6** Est tamen illud hac in parte admonendum, veteres Romanorum denarios eudi iolitos ex puro argento, quod vulgo et accedrando dicimus absq; vlla etris mixtura: cuius argenti valor, & estimatione maior est, quam argenti mixti: quod nostri argentarij, & aurifices expedunt: siquidem hoc habet etris, aut etianni mixtam secundum eam proportionem quam ipsi aurifices facilime dijudicare solent.

Sed & veteres Romani postea in eudenda moneta etris octauam partem argento miscuerunt: priusq; id fecit Liuius Drusus in tribunatu plebis teste Plinio libro trigesimotertio. cap. 3. idem Plinius eodem libro. ca. nono. conqueritur, Antonium triumvirum denario miscuisse ferrum. Sic & auro misceri solet argentum, aut es non tantum ad eudendam monetam sed etiam, ut ex eo solidiores, ac fortiores fiant imagines, nulli, & alias, quae essent admodum mollia, si ex auro puro fierent. Hac tamen in re variis hac ratione traditum nos Georgius Agricola libr. primo. de pretio metallorum, & monetis, quorum & nos infra mentionem iterum faciemus.

Argenteus autem regalis, quo vtuntur ad iusti ponderis rationem argentarij, & aurifices, qui que octaua est vnicæ pars, differt ab argento numero itidem regali. Nam numus minoris ponderis est, ad expensas quidem, que sunt in eudenda moneta: siquidem ex Marca percutiuntur sexaginta septem numi: & tamen eadema marca pendet sexaginta quatuor Regales argenteos iusti & legitimis ponderis quo ad aurifices, & argentarios. Sic denique numus argenteus minor est tricesima secunda parte, quam ipse iusti ponderis argenteus regalis, quo aurifices vtuntur, & profecto aliquanto pluris, ac ferè tribus granis.

**7** Primum omnium ad vetera numismata intellegenda, quæ ex argento & cudebantur, est de denario tractandum. Denarius vero est octaua vnicæ pars: siquidem olim ex vncia octo denarij cudebantur: vnde fit: ut drachma Attica, & denarius Romanus eiusdem ponderis fuerint. Hoc probatur auctoritate Plinij, qui libro. 21. capitulo ultimo. inquirit, drachma Attica (fere etenim Attica obseruatione medici vtuntur) denarij argentei habet pondus. Item ex Liuio lib. 34. dum scribit, redemptos fuisse mille, & ducentos captiuos constituto in capita quingentorum denariorum pretio: namque centum talentis stiriisse. Constat vero ex Polluce, & alijs, sex drachmatum millia in talento Attico esse: atque ideo manifestum fit,

Liuum drachmam, & denarium eodem pondere, eademque estimatione accepisse. Hoc ipsum & Plutarchus fecit in Sylla: quippe qui drachmam quatuor numis sestertijs, ut & Denarium estimaverit. Idem multis alijs testimoniis cōprobatur quibus Latini drachmas Graecas, denarios interpretantur: & eodem iure Graeci denarios Latinos in drachmas Graecas transferunt. Sic sententiam istam conantur probare, & ostendere verâ esse Leonar. Port. Budæ. libro. 1. & 2. de Asse. Andre. Alcia. lib. 9. parerg. cap. 2. Qua ratione, si velimus denarios conferre numis argenteis Castellani, quo ad pondus, respondendum erit, denarii Romanum similem fuisse quantum ad pondus argenteo regali Castellano iustissimi ponderis, quo aurifices vtuntur. Et eadem lege denarius hic erit ferè similis numo argenteo regali Castellano: ac denique tanto maior pondere, quanto maior est argenteus regalis, quo aurifices vtuntur, numo argenteo regali: quem paucim ex pendimus. Vnde valor denarij erit itidem constitutus ad rationem numi argentei regalis, & paulò pluris: cū propter iusti ponderis rationē: quia octaua est vnicæ pars tum propter argentei qualitatem: tametsi & olim apud Romanos non omnes denarij argenti puri materiam habuerint: nec item eiusdem fuerint ac legitimi ponderis: quemadmodum statim trademus. Erit igitur iuxta Budæ sententiam denarius Romanus octaua vnicæ pars, & numo argenteo Castellano, qui Regalis dicitur, terè similis pondere ac valore. Unde licet denarius apud Romanos valuerit quadragesima quadrantes, non valebit apud nos quadragesima æreos maravedinos: atque inde consequitur, pluris estimari apud nos æreū maravedinum, quam olim fuerit apud Romanos quadrās estimatus: cum argenteus numus eiusdem ponderis valuerit apud Romanos quadragesima quadrantes: id est decem asse: & idem apud nos modo estimetur triginta quatuor maravedinæ & paulò pluris ob legitimum argentei denarij pondus: immo etiam si denarius constitutus ex argento puro absque vlla mixtura, & valorem praesentem consideremus argenti puri ad rationem duorum mille, & quadringentorum maravedinorum pro quolibet marco, adhuc denarius ille Romanus ex purissimo argento signatus, erit apud nos estimandus ferè triginta octo maravedinos. Hęc tandem obseruatione & illud efficit, ut sexaginta quatuor denarij constituant marcum, non aginta sex libra duodecim vnciatum, & idem erit dicendum de argenteis regalibus, quibus ad pondus legitimū vtuntur

veuntur aurifices, quorum quilibet octauam habet vnciæ partem: aut drachmam veterem vnā.

Ad rationem istam expendi poterit æstimatione numi argentei veteris, qui dictus est quinarius: idem & victoriatus. Hic enim numus pars est dimidia denarij. Item sesterius argenteus numus, erat pars quarta denarij. libella itidem argenteum numisma partem decimalam denarij habuit. Vicesima denarij pars erat semibella, quadragesima Teruncius, qui quidem omnes numi sunt omnino æstimandi ad rationem denarij: atque ideo constituta prænotata æstimatione, & collatione facta cum numis argenteis Castellaniis, facilis erit ad rationem ipsius denarij & reliquos numos æstimare.

Verum aduersus Budæi opinionem quibusdā placuit, denarium Romanū à drachma differe ita quidē, ut licet drachma sit octaua vncie pars denarius tamen sit septima: qua ratione denarij septem vnciam efficiunt integrum. Huius rei testimonium primum adsumitur ex Plinio, qui libro. 3. cap. 9. inquit. miscuit denario Antonius T. iuvir ferrum miscuit æri: alij è pondere subtilia hunc, cùm sit iustum octuaginta quatuor è libris signati. Hæc Plinius. Quod si libra Romana octuaginta quatuor denarios habuit, palam est, quamlibet vnciam ex sexptem denarijs constare. Idem constat testimonio Cornelij Celsi lib. 5. ca. 17. qui hoc ipsum expressim asseuerat, sic & Scribonius Largus in præfatione probat, libram octuaginta quatuor denariorū esse. Sed & auctoritate Appiani Alexandrinili. 2. bellorum ciuilium & Suetonio simul in Iulio Cæsare. Hanc sententiam defendit Georgius Agricola li. 4. & 5. de ponderibus, & mensuris. idem reperit in eo libello, quem scripsit aduersus Alciatum de ponderibus. ad ea vero, quæ Budæus, Portius, & Alciatus tradidere, respondet, drachmam Atticam Græcum numum fuisse minoris ponderis, quam denarius Latinus: sed quia drachmæ pondere, & æstimatione admodum similis est Latinus denarius, consueuisse veteres Authores Latinos, dum Græcorum libros traducebāt, drachmam in denarium vertere: ac rursus Græcos, qui Latinum in Græcam linguam verrebant, denarium drachmam interpretari.

Sed & illud certissimum est, vel Plinio auctore libr. 33. cap. 9. denarios non semper eisdem ponderis fuisse: atque ex Tito Liuio lib. 44. & Nicandri interprete ostendit Georgius Agricola in lib. ad ea quæ Alciatus, denarium pendere drachmam Atticam cum dimidia: & denique denarium legi

timò pondere diminutum leviorum fuisse: ut tandem hic denarius fuerit drachmæ æqualis, idcirco de eo forsè accipienda est Budæi, Alciati, & aliorum sententia: non denario graui, nec illo, qui frequentius ex pondere legitimo tractatur. Etenim post Claudiū Cæsarem Imperatores libra signarunt nonaginta sex denarios, quorum quilibet drachmæ erat æqualis, teste eodem Agricola in lib. 2. de pondere monetarum, & in lib. ad ea quæ Alciatus.

Denarium igitur, iuxta pondoris rationem, quam habuit Plinius in d. ca. 9. ex illico fuisse illum, qui apud veteres Romanos iussi pondoris fuerit septimam habens vncię partem, qui quidem erit septima ex parte maior drachma Attica, & argento regali Castellano, quo aurifices vntuntur ad pondus legitimū. Idcirco hujus denarij æstatio proportione nostri numi habita, erit ferè quadraginta quadrantum, aut præsentium Maravedinorum, si argentei mixti valore consideremus. Nam hoc argentum & nunc, & olim in usu est, ac fuit ad numeros cujendos: quæ admodum ex Plinio probabimus.

Sic denarij Romani quinquaginta sex efficiunt Marcum, qui est octo vnciarum: cùm secundum Budæi sententiam drachmæ, & denarij exaginta quatuor efficerent marcum, qua ratione posset quis facilimè expendere qua ex parte maior sit denarius hic nostro argenteo regali numero: si quidē tanti pöderis sunt quinquaginta sex denarij, quanti sexaginta septem nostri numi aigenti regales, ex quibus constat Marca iuxta Regiam constitutionem l. 5. tit. 21. lib. 5. Recop. Sic etiam deducitur, quota ex parte sit majoris æstimationis denarius Latinus, quam sit noster numus argenteus. Noster enim numus valet triginta quot Maravedinos: ille quadraginta. Imò si ad æstimationem argenti puri denarij constituatur, valebit quilibet quadraginta tres quadrates Maravedinos: quod & Florianus Occampius obice adnotauit lib. 5. Historiæ. cap. 25. Et hæc quidem dicta sint quo ad denarij numi, & drachmæ legitimū pondus, & æstimationem.

Latinus ergo denarius decē assibus olim fuit æstimatus, que inadmodum Plinius, & alij passim testantur.

Quinarius, qui & victoriatus dictus est ab eisdem auctorebus, quinque assibus æstimabatur, erit quæ nostræ pecuniae æstimationis viginti quadrantum, & sic viginti maravedinorum.

Sesterius autem itidem argenteus erat quadrangulum habens denarij + partem, ut tandem sit nostræ

monetæ estimationis decem maravedinorum. Habuit autem duos asse, & dimidium quo ad valorem; & ita decem quadrantes.

Erat & apud veteres libella numus argenteus qui vnius assis estimationem habuit, cum esset decima denarij pars, ut Budæus lib. 1. de Asse probat, & testis est M. Varro. lib. 4. de lingua Latina. idem tradit Georgius Agricola. li. 2. de pondere, & temperatura monetae. Ex Plinio hoc ipsum deducitur li. 33. c. 3. qua ratione libella numus argenteus quatuor efficit nostros arcenos quadrantes. Est & apud Volusium Mætianum alia libella, decima inquam pars leterij que inusta sestertij superiorius traditam estimationem erit modo vnius quadrantis valore censenda: aut vnius maravedini. Huius item libellæ meminit Georgius Agricola lib. 5. de ponderibus Græcis.

Obolus apud Græcos numus fuit argenteus qui erat sexta pars Atticæ drachmæ. Scribit etenim Plutarchus in Lydiastro, apud prius seculū sic omnino habuisse, ut numerū loco ferreis vterentur virgulis: id est obeliscis: pleriq; & arcis, à quibus hoc etiā temporenumorum numerū obolos vocari certū est, & obolos sex vnam cōficere drachmam, quia tot manus ipsa complectetur. Ergo ex Plutarcho apparet, obolum sextā fuisse drachmæ partē: quod & ex Plinio lib. 21. c. vlt. adnotarunt Budæus lib. 5. de Asse. & Georgius Agricola. li. 2. de pondere & temperat. monet. idem lib. 5. de ponderibus Græcis. hoc ipsum docet ex Polluce, Suida, & Xenophonte: quamobrē obolus valet sex ferē nostros maravedinos. Obolū autē olim dictū fuisse phollen, testis est Suidas in dictione.

\* Obolus & dictione, phollis, & in dictione, certamata, & dictione, obolus. Utunturque ea dictio ne ex Græcis Eusebius lib. 10. Hist. Eccles. ca. 6. ex Latinis \* D. Augustinus lib. vlt. de ciuitate Dei. c. 8. vbi Ludouicus Viues, & Alciatus ad duodecimum librum. C. hoc adnotarunt. Obolus ergo sex nostros valet maravedinos: Semiobolus tres: Triobolus decem, & octo. Nostri vero aurifices appellant Tomin quem nos obolum diximus: idque obtinet ad ponderis rationē: nam Tomin hon est numus.

Apud Hebreos erat olim in sua numus argenteus dictus à Iosepho & siclus, ab ipsis Hebreis sicut: que dictio & pōodus significat auri, vel argenti: quod ipse numus appèdit, nempe quatuor atticas drachmas, auctore Ioseph. lib. 3. Antiqui. c. 10. & li. 7. de bello Indaco. c. 26. & Hieronymo lib. 1. ca. 4. Commentariorū in Ezechielem: idē ipse Hieronymus probat in traditionibus Hebraicis

super Genesim. ca. 24. atq; ideo hoc pōodus, aut numus cōtinet vigintiquatuor Græcos obulos. Hebreos autem obolos habet viginti: sicuti constat Levitici. c. 27. Exodi. c. 30. Et Numerorū. c. 3. Hebreus vero obolus maior erat obolo Attico quinta parte. Nam vigintiquatuor oboli Attici efficiebāt Siclū Sanctuarij, quem cōficiūt viginti Hebrei oboli. Cautum etenim erat lege veteri, cuius mentio fit in d. ca. 30. numerorū. Sicili partem dimidiam domino offerendam esse: qua ratione à Cesare Augusto procurante Iudeam Cyriño Præside in tributum Iudeis indicium est, ut singulis annis quilibet binas drachmas solueret; atque ideo Matthæi. ca. 17. didrachmus censemur numus ille, qui pro tributo à Iudeis Cesari reddebatur. Quod & Budæus explicat libr. 5. de Asse. Sed Iosephus scribit in lib. 7. de bello Iudaico. c. 26. à Vespasiano Cesare stipendium Iudeis indicium, ut vbiunque degarent, binas drachmas in ferret quisque in capitolio ita, ut ante Hierosolymorū templo pendebāt: quo in loco palam Iosephus probat dimidium siclum quem Iudei templo pendebāt olim ex lege, cuius mētio fit in d. c. 30. Numero. didrachmū fuisse: & ideo siclus integrer erit quatuor drachmarū. idē siclus ab eodē Iosepho simpliciter dicitur est argenteus lib. 9. 2n. t. c. 2. alibi idem Iosephus siclus interpretatur planē, ac verit. lib. 7. ca. 9. + Sed & Xiphilinus in Vespasiano scribit, ab eiusdē Vespasiani yistoria in dictū fuisse Iudeis, qui Iudaicos mores, & instituta retineret, ut Ioui Capitolini didrachmū quibet anno penderet. + Et hæc de siculo Sanctuarij, cū de eo expressim agatur in locis ex veteri testamento paulò ante adductis: siquidē siclus Sanctuarij à vulgari siculo, quo in cōmutationib. Hebrei vtebātur, in hoc distinguitur, quod siclus Sanctuarij quatuor, siclus vero vulgariis duas drachmas pēdebat: quemadmodū ex magistro Salomonē adnotauit Georgius Agricola li. 2. de pondere monetarū. Et probat Carol. Molli. in tract. de cōtrahib. q. 100. nu. 795. Ex quibus sit satis, siclus Sanctuarij quatuor appēdisse drachmas Atticas. & viginti obolos Hebreos: quod idē & Agricola tradiderat lib. 2. de externis ponderibus qui scribit, obolum illum Hebreum dictū fuisse Gera. quamobrē multa poterunt deduci non omnino vulgaria in huius rei, & numi examine, quæ subservient, & plurimum cōducant ad multatum autoritatum interpretationem.

Primum constat, staterem numum, cuius meminit Matthæus. c. 17. censemendum esse ponderis, & valoris quatuor Atticarū drachmarum, & deinde

nique

nique Sici Sanctuarij : cum is soluendus esset pro Christo, & Petro: & quilibet Caesar soluurus esset didrachmum, id est numum duarū drachmarum: dimidium nempē siculum Sanctuarij: & integrum siculum vulgarem Hebræorum : qui quidē numeros , cum duas habeat pōderis drachmas, cōuenit quō ad pondus, & estimationem ferē duo bus numis regalibus argenteis , quibus modo vtrum ex cōstitutione Regum Catholicorum. l.s. t.i.21.lib.5.recop.cui addc.l.2.ti.24.co.libr, deniq; similis omnino est duobus argenteis regalibus legitimi ponderis, quorum rationē aurifices , & vasculari obseruant: sic didrachmus erat quarta vnciae pars, & eius ponderis numerus argenteus.

Secundo hinc deducitur , siccicū quem diximus apud Latinos quartam fuisse vneā partem se, & nomine similem censeri Hebræorum si- clo vulgari.

Tertio ex hoc sici pōdere , & estimatione po- terit perpendi , cur septuaginta interpretes Nu- mer.ca.3. Et Exod.cap. 38. Siculum interpretentur didrachmum: cum locus ille palam tractet de si- clo Sanctuarij, quē est autoritate Iosephi , Hieronimi & aliorū constat, quatuor drachmas ap- pēdisse. Existimatū enim septuaginta interpre- tes, siculum Sanctuarij, & vulgare pares fuisse pon- dere, & vt unque duarum drachmarum pondus tanū habuisse, vt tandem sicut etiam sanctua- rij fuerit ponderis duarum drachmarum. Eandē sententiam sequitur, & probat Epiphanius Sal- minis urbis Cypri Episcopus , cognomento Ma- gnus, alioqui Constantiaz præsul: nam & Salaminia dicta est , qui omnium tam ponderum graui- tatem, quam capacitatem mensurātū, quae sunt apud septuaginta interpretes & Euāgelistas expli- cat: cuius tamē opinionē tradito vero sici San- ctuarij pondere improbat Georgius Agricola li. 2.de externis ponderibus . Habet etenim sicutus Sanctuarij pōdus drachmarum quatuor Attica- rum. \* Eadē deniq; ratione Philo in libro de spe- cialibus decalogi legibus. vtitur eleganter dū ca. 27. Leuitici sic interpretatur vt sanctuarij sicutum quatuor Atticas drachmis estimauerit. \*

Quarto eadem ratione facilium erit exami- nare pōdus armillarum aurearum, quibus seruus Isaac donauit Rebeccam. Pendebant enim duæ illæ armillæ sicutos decem. Gene.c.24. Nam si lo- cus hic de sicutu Sanctuarij sit accipiens pōdus duarum armillarum erit censendum iuxta qua- draginta Atticas drachmas: vel quinque vncia- rum aut deniq; quadraginta numorum aureo- rum, quos ex cōstitutione Regum Catholicico-

rum.l.4.ti.21.lib.5.Recop.Signatos simplices du- catos appellamus . Quod si de sicutis vulgaribus intellexerimus locum præcitatū pondus armil- larum erit viginti drachmarum Atticarum, atq; ideo viginti numorum aureorum, quos diximus ducatos simplices. Hieronymus tandem in tradi- tionibus Hebraicis super.d.c.24.locum illum de sicuto Sanctuarij palam intellexit. Nam & hic fre- quentissimus est in Sacra veteris testamenti Hi- storia. \* Illud tamen obseruandum esse censeo , q; diligēter probare conatur Stanislaus in lib. de Ta- lēto , & Siclo. Sribit enim apud Hebræos, Sicutū auri dimidium pondus habuisse Sici argentei. \*

Quinto ad eiusdem loci congruam interpre- tationem est idem obseruandum pondus inauriū quas idem seruus Isaac Rebeccaz donauit, inquit enim rex.sacer protulit, vir, inaurēs aureas appen- dentes sicutos duos. Vnde apparet, vtranque inau- rem sicutos duos appendisse: id est octo drachma- les aureos, quib' vtimur, & quos simplices duca- tos appellamus: denique vnciam auri. Et hęc iux- ta vulgarem editionem , & valorem sici Sanctua- rij: cum pondus inauriū secundum vulgarium sicutorum rationē esset quatuor drachmarum: atque ita quatuor autcorum drachmalium, qui- bus Castellani vtimur. Quod si editio illa sit ob- seruanda , quae ex Hebræo sermone traditur in hūc modum: protulit inaurēm auream, dimidiū sicuti pondus eius: quemadmodum D.Hierony- mus traduxisse videtur, & probat Eugubinus, ac Georgius Agricola.lib.3. de pretio veterum mo- netarum.admodum dissentit inauriū pondus: si quidem est cenlendum, ac reducendum ad duas drachmas Atticas habita ratione sicuti Sanctuarij. Quo fit, vt Aloysius Lippomanus in catena su- per Genesim.ca. 24. existimet, septuaginta inter- pretes nō discrepare in eius loci translatione ab Hebreis dicētibus inaurēm auream fuisse ponde- ris semissis , vel dimidiū sicuti, etiam Sanctuarij, si apud interpretes septuaginta exponatur, & adsu- matur a'nā drachmī distributiuē , vt sit sensus, quod quilibet inauris erat pōderis vniū drachmæ. Sic etenim vtraque inauris erit ponderis di- midij sicuti Sanctuarij: nempē duarum drachmarum. Cui rationi accedit, quod septuaginta inter- pretes Sanctuarij sicutū semper, & vbiq; didrach- mum interpretantur: quemadmodum superius probauimus, & manifestum fit, Numeros.c.3. Et Exodi.ca.38.idcirco existimantes cum Hebreis, vtramque inaurēm appēdisse sicutum sanctuarij, & earum quilibet dimidium sicuti , interpretati- fuerint distributiuē cuiuslibet inauris pondus esse cen-

## Veterum Collatio.

esse censendū ad rationem vnius drachmæ & ita dimidij sicli Sanctuarij. Sic sanè fallitur doctissimus Eugubinus dū in.d.ca.24. miratur, quòd septuaginta interpretes siclū vetterint drachmam: siquidē ipsi septuaginta interpretes nō interpretantur, siclū dhrachmam esse: cùm vbique eū di-drachmū esse censuerint: sed existimarent, Hebræos cuiuslibet inauris pondus tradidisse ad rationē dimidij sicli, quē interpretes constituerūt integrū ex duabus drachmis, & dimidiū ex vna tantum drachma. Sed adhuc discriben constat, si Hebræi de siclo Sanctuarij, & pōderis quatuor drachmarū intellexerunt locum illum, etiam si vtriusq; inauris pōdus fuerit ab eis significatum ex dimidio siclo: quia septuaginta interpretes siclum integrū solent cōstituere ex duabus drachmis: Hebræi vero ex quatuor. Sic multo maior est differentia, si dixerimus ab Hebræis pōdus cuiuslibet inauris ad dimidiū siclum constitutum: nam vtraque inauris erit quatuor drachmarū ex pōdere integri sicli Sanctuarij: qua ratione vt Aloisij Lippomani sénitiam probemus, oportet dimidiū siclum apud Hebræos accipere pro pondere cuiuslibet inauris, & de siclo duarū dhrachmarum intelligere. Etenim tūc iuxta interpretes septuaginta quælibet inauris appendebat drachmam vnam, & secundum Hebræos dimidium siclum. Quòd si dixeris, Hebræorum Codicem intelligendū fore de siclo Sanctuarij quatuor drachmarum: & vtriusque inauris pōdus ab eis significatū ex dimidio siclo: tunc interpretes septuaginta nota notari possent ex hoc, quòd dimidiū siclum duabus appēderit drachmis, quo podere ipsi censem soleant integrum siclū. Editio vero vulgaris, & quæ ab Ecclesia Catholica constitutissimā habet autoritatem, vt cōueniat editioni Hebraicæ, que pondus significauit sicli dimidij, erit intelligenda de siclo vulgari: vt tandem quælibet inauris ex Codice Hebræorum appenderit dimidiū sicli Sanctuarij quatuor drachmarum, & vtraq; integrū siclū: sicque quatuor drachmas vel duos siclos vulgares, quorū quilibet didrachmus erat.

Sexto hinc planè deducitur sibi nō cōstare doctissimū Eugubinū, qui Leui.c.27.scribit, siclū apud Hebræos est quælibet sestertiū masculini generis apud Latinos. Est enim hic manifestus error. Nā siclus, etiam si eis esset vnius drachmæ, habet ferè quatuor sestertios Latinos, & multo plures, si is duas drachmas, aut quatuor pendebat.

Septimo appetit inde, an certum sit quod D. Hierony. in dicto capitulo vigesimoquarto Genesios tradit, scribens, siclum Hebræum esse v-

ciam, & vnciam vnam pendere. idem afferit Isido. libro decimosexto Etymolo. capitulo vigesi moquarto. Nam hoc incertū fit vel ex eo, quod idem Hieronymus fatetur, siclum pendere quatuor drachmas: & tamen vncia constat ex octo drachmis. Vnde verius dixissent hi autores, siclū esse semunciam. Quod ex autoritate Isidori tradit Anto. Augustinus libro secundo, emendationum. capitulo octavo. cùm ipse Isidorus afferat, siclum vnciam esse. Igitur vt cunque sit, siclus Sanctuarij quatuor Atticas drachmas appendit: & ideo semuncia est. Rursus Iosephus libro septimo antiqu. c.8. scribit, minam pendere quadraginta siclos. Quod siue intelligas de mina Hebreæ, si ue de Attica, satis differt ab his, quæ superius ad notauimus. • Non me latet Stanis laum in tract. de Talento & Siclo, multa de Siclo, cuius mētio fit in Scriptura tradidisse. Quæ, ea ex parte, quæ à prænotatis differunt, lector poterit diligenter cū his conferre, expendere, & certiora eligere. \*

Ostatio expēdi poterit ex his numus ille, cuius mentio fit apud Xenophontē libr.1.de Cyri ascē su ad Babylonem. Is enim dictus est siclus, & vt ex eodem Xenophonte deducitur, pendit septē obolos Atticos, & dimidium. Sed & Hesychius tradit, siclum numum esse Persicum, aut Sardanicum & valere octo obolos Atticos: pendit ergo hic numus drachmam vnam, & tertiam alterius partem, idem probat Agricola libr.2.de pondere monetar.

Nono hinc erit examinanda + gloss. in capi. si quis aliquando. §. in Leuitico. depōenit. distin. i. vbi mentio fit sicli Hebraici. Ioannes etenim Theutonicus hæc confixit carmina.

*Tres siclos obolus obolos tres drachma: sed octo  
vncia fert drachmas duodena dat vncia libram.  
siclus habet drachmas septem obolo minus uno.*

Hæc sanè carmina parum sibi constat. Nam si obolus habet tres siclos, fieri non potest, quòd siclus habeat septē drachmas obolo minus uno. Idcirco Antonius Augustinus in dict. lib.2.emendation. cap.8. docte, & diligenter probat, pri-mum carmen aliter legendum esse: ita euidem.

*Tres siliquas obolus: obolos sex drachma.*

Item admonet, siclum viginti pondere obolos Hebræos: quod nos paulo ante probauimus. Superest tamen adhuc error: etenim si ex Anto-nio Augustino legendum est in primo carmine: obolos sex drachma, qua ratione fieri potest, vt siclus habeat septem drachmas uno dempto ex his drachmis obolo: haberet siquidem siclus qua draginta, & vnum obolos quod satis refragatur eidem

**Item** Anto. Augustino, atque ideo nec ipse sibi  
tontat. **Nos vero arbitramur auctorem horum**  
**carmium non satis percepisse rationem, & vim**  
**huius numismatis: nec item intellexisse drach-**  
**ma pondus: tametsi primum carmen, vñ & alia**  
**conveniant sit ita legendum.**

**Tres siliquas obolus, obolos tres drachma.**

Ita enim sit, ut siclus habeat septem drachmas  
obolo minus uno: id est viginti obolos: quos li-  
cet Hebreos verè siclus habet. Hic dubio pro-  
cul est huius autoris sensus, etiam si plurimū ab  
scopo errauerit: dum drachmam efficerit trium  
obolorum, & ipsa verè sex obolos appendat. Sic  
etiam decipitur dum viginti obolos Græcos ex  
his, quos drachma Græca pendit, tribuit siclus,  
qui viginti quatuor Græcos obolos pendit: dein  
de tñculū existimat habere septem drachmas:  
cum omnium sententia maior siclus qui dicitur  
Sanctuarij ponderis sit quatuor drachmarum.

Cæterū, licet ea, quæ de pondere denarij, ac  
sestertijs scripsimus, + ita recepta fuerint, vt inde  
possimus horum numismatum valorem ad no-  
stram argenteam monetam conferre absque in-  
signi æstimationis, & pretij errore: de valore ta-  
men, quem hi numi apud veteres habuerint, ma-  
xima est cōtrouersia. Nam etsi ab initio denar-  
ius decem valuerit asses, & Quinarius quinque.  
Sestertius duos, & dimidium: sunt planē qui ex-  
istimēt, paulò post valorem istum mutatum fuisse,  
& de cœtiōne æstimatum esse decem & sex assi-  
bus: Quinarius in octo: Sestertium quatuor. Hoc  
enim apparer ex Plinio libro trigesimoterio. ca-  
pitulo tertio. qui id contigisse scribit Hannibale  
vrgente Rempublicam. Q. Fabio Maximo dicta-  
tore. Eiusdem sententie autores sunt Volumius  
Mætianus in lib. de asse. Et Vitruvius libro. 3.  
de Architecutra. quorum autoritatem sequutus  
Antonius Augustinus lib. 2. Emendationum. ca-  
pit. 7. à Budæi, & aliorum sententia discedit. Hu-  
ius opinionis accedit locus insignis apud Corne-  
lium Tacitum libr. i. quo in loco, ubi agitur de se-  
ditione Pannonica, cōqueritur Pannonicus mi-  
lites, quod decem asses, non denarium acciperet:  
constat igitur apud Tacitum denariū pluris quā  
decem assium æstimari. Nam & ex Plinio in di-  
cto ca. 3. apparet, in stipendio militari semper de-  
narium decem assibus æstimatum fuisse, & idcirco  
eo decem asses militi dari solitos pro denario,  
qui erat diurnum stipendum: sed & Plinius ipse  
palam asseuerat, eius ætate denarium æstimari  
decem & sex assibus, & sestertiū quatuor. Vo-  
lūsius item Mætianus in dicto lib. de Asse. qui Iu-

isconsultus fuit, & floruit sub Antonino Pio,  
Adriano, & Antonino Philosopho, manifeste;  
& eo tempore hanc fuisse horum numismatum  
æstimationem scribit: vt hinc satis probatum es-  
se videatur aduersus Budæum, & alios, quæ fue-  
rit vera sestertiij, ac denarij æstimatio. Sic sanè in-  
telligenda est Iustiniani Cæsaris constitutio in. l.  
vltima. C. de dona. Verba ( inquit ) superflua,  
quæ in donationibus ponī solebant id est sestertiij  
numi vnius: assium quatuor, penitus esse reij-  
cienda censemus. Etenim ad interpretationem  
sestertiij, nè quis ea verba intelligeret de sestertiio  
neutrius generis, adiectum est assium quatuor:  
cuius valoris erat sestertijs, secundum Mætianum.  
Quæ quidem interpretatio placet Antonio  
Augustino. Cui libenter addiderim, illa ver-  
ba ( sestertiij vnius ) in donationibus ideo esse su-  
perflua, quod cum verè donatio fieret, simula-  
tē vnius numi premium apponebatur, vt videre-  
tur venditio, quæ vnius numi pretio appositō  
facta iudicabatur. I. Si quis antè conduxerit. ff. de  
acquirenda possessione. & ex Suetonio in Cæsa-  
re: & Valerio Maximo. libro quinto. adnotauit  
Budæus libro primo. de Asse. Et in rubri. ff. de in-  
diem adiectione.

Vt cunque tamen sit: etiam si à Budæo Mæ-  
tianum sequuti discedamus, iterum admoneo,  
non esse admodum incertam denarij, & sestertiij  
æstimationem ad nostræ pecuniae rationem,  
& pondus, ex quo certa poterit constituiri, & dif-  
finiiri æstimatio. Sed & illad planē constabit, ad  
Hannibalis tempus, &c. Q. Fabij Maximi dicta-  
turam denarium decem assibus æstimatum fuisse:  
sestertiūque duobus, & dimidio: tametsi  
postea contigerit maior horum numismatum  
æstimatio. Quod si quis adhuc sequi Budæi sen-  
tentiam velit, ac existimet, frequentiore fuisse  
in Republica Romana denarij æstimationem  
ad rationem decem assium, & sestertiij ad ratio-  
nem duorum & dimidij: denique Mætiani æsti-  
mationem opinetur temporiam fuisse habet  
profecto graues autores Varronem lib. 4. de ver-  
bo. origine. Priscianum lib. 6. & Sextum Pompeium,  
qui censem, denarium decem asses va-  
luisse, quinarius quinque, sestertium duos, &  
dimidium: tametsi admodum vrgeant autores  
in contrarium citati, ex quibus apparet, hanc  
æstimationem fuisse receptam ad. Q. Fabij dicta-  
turam, & post eam denarium pluribus assibus  
æstimatum esse.

Fortassis, vt & hoc obiter adnotemus argen-  
tei, quibus Christus diuenditus est, non erant de  
narij,

narij, sed numi didrachmi : ut censem Budæus lib.  
5. de asse, ex numo quodam illorum, qui apud  
Gallos in Sacratio Ecclesiæ cuiusdam maxima  
cum veneratione seruatur. Sic sanè erant illi nu  
mi siclii vulgares Hebræorum.

<sup>12</sup> Fit deinde mentio + aliquot in locis Sterlingo  
rum quorundam: erat vero Sterlingus numus ar  
genteus Anglicus ex vicesima sexta parte vnciæ:  
nam viginti sex numi argentei Sterlingui vnciæ  
pendebant autore Virgilio Polydoro in historia  
Anglica. libro. 16. dictus autem est hic numus, ut  
idem autor tradit, Sterlingus, quod Sturnus a  
uis, Anglicè Sterling. vulgo Stornino, in altera  
parte numiesset impressa. Erit igitur quilibet Ster  
lingus paulò maior leſterio Romanorum: siqui  
dem viginti octo leſterij vnciam apud Roma  
nos efficiebant, quam apud Anglos itidem con  
ſtituunt viginti sex Sterlingui: atque ideo erit  
Sterlingus tercia nostri numi regalis argentei pars:  
aut numus paulò minor tercia Castellani argen  
tei parte. Horum Sterlingorum mentio fit in ca  
pitul. constitutis. de procur. & in capitulo tertio,  
de arbitris.

## Ex Capite sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 *Aureus numus apud Romanos, quo tempore fuerit percussus.*
- 2 *Dē aureus numis; quos signari iuſſerunt Reges Ca  
tholici Fernandus & Elizabēth, corumque nepos  
Carolus inuicissimus.*
- 3 *Solidus aureus, cuius mentio fit à Iustiniano quod  
pondus habuerit.*
- 4 *Solidus, qua ratione sic dictus fuerit? Et inibi de tre  
misiſibus, & ſemiſibus.*

## De veterum aureis.

N V M I S.

## C A P V T. III.

<sup>1</sup> **A**V R E V S N V M V S  
apud Romanos + coepit post  
annum sexagesimum secundū  
quām argenteus, teste Plinio  
libr. 33. capitulo tertio. Nem  
pē anno ab urbe condita quin

gentesimo quadragesimo sexto, ante Christum  
tale anno ducentesimo duodecimo, Graeci illi  
dem numis aureis vni fuere: quemadmodum  
passim constat ex Historicis, Græcisque auto  
ribus: tamenſi Lycurgus numo aureo, & argen  
teo expuncto, ferreum solum viendum impera  
uerit, ſicuti Plutarchus scribit in eiusdem Lycur  
gi vita.

Reges autem Catholici Fernandus, & Eliza  
beth anno. M. CCCCCXCVII. l. quinto titulo,  
21. libro. quinto Recopil. eudi iuſſerunt + mo  
netam auream in his Regnis ad hanc rationem,  
ut ex quolibet Marchio percuterentur sexaginta  
quinque numi aurei, & tertia alterius numi pars.  
Sic etenim ex libra auri duodecim vnciarum  
percuſſi fuere numi aurei nonaginta octo. Hi  
vero nomi ex ipſa Regia conſtitutione appelle  
llantur excellentes, eiusque ponderis dupli  
fuere uem signati alij numi aurei, quos Doblo  
nes vulgus appellat, & demum alij, qui quin  
que, decem, viginti, aut quinquaginta numos  
excellentes penderent: quos ſepiſſimè & nos  
vidimus: atque ita cautum extat pragmatica  
conſtitutione. 118. Hac denique deprehensa ho  
rum numismatum ponderis ratione, appetat,  
quemlibet horum, numorum, quos Ducatos  
dicimus, & qui excellentes Regia lege nuncu  
pantur drachmalem esse, & ferē habere Atticæ  
drachmæ pondus. Nam drachmæ Atticæ ſex  
aginta quatuor Marcum efficiunt: nonaginta ſex  
Romanam libram duodecim vnciarum. Quam  
obrem ex aureis his drachmalibus integri pon  
deris hexaginta quatuor, tot detrahuntur grana,  
quæ efficiunt numum aliud, & alterius tertiam  
partem: sic ex nonaginta ſex tot grana subtra  
huntur: quæ duos numos aureos excellentes  
conſtituunt. Drachmam autem hac in parte in  
telligo Atticam, quæ appendit septuaginta duo  
grana: quæ quidem Attica drachma duas con  
tinet drachmas vulgares, quibus aurifaces vtun  
tur. Valer autem quilibet numus aureus ex his  
vndecim Regales argenteos huius regniumnos,  
quotum præcedenti capite meminimus, & ul  
tra unum Maranedinum ærem: atque ideo va  
let. CCCLXXV. æeos Maravedinos.

Expendebatur in his Hispaniarum Regnis ab  
hinc decem, viginti, & triginta annis aureus di  
ctus Castellanus, cuius pondere & nunc aurifi  
ces, fabrique argentarij vtuntur. Erat vero is nu  
mus probi quidem auti, & pendebat octo To  
mines, quorum quilibet pendit duodecim gra  
na: duoque efficiunt Scriptulum: sic sanè numus  
Aureus

Aureus Castellanus, appendit Atticam drachmam, & scriptulom vnum: habetque sextam vocis partem: qua ratione quadraginta octo Castellani efficiunt Marchum vnu pondere qui dem iusto & sex vnciam: quemadmodum ex ipsis numismatis vero pôdere satis appetat. \* Atque hæc constant, si vncia, qua modò utimur, eiusdem ponderis est, cuius Romana, sed quia maior quibusdam videtur: ad exactam huius mutationem alia est eligenda via, iuxta quam ex Marcho quinquaginta Castellani eunduntur, aut eudi solent. \* Huius numi aurei Castellani valor est plane quadrigitorum octuaginta quinque Marauedinorum, quorum in primo capite meminimus.

Demum Carolus Cæsar, Hispaniarū Rex percusi iussit aureos nummos, qui Coronati, aut Coronæ dicuntur. Hi modo frequentiores sunt, quorum sexaginta octo faciunt Marcum: octo & dimidiis vnciam: triginta quatuor pendunt vncias quatuor: centum, & duo efficiunt libram Romanam duodecim unciam. Valor cuiuslibet numi ex his censetur ad tercentum quinquaginta Marauedinos. Denique numerus hic aureus deceni regales argenteos nummos & decem æreos Marauedinos in estimatione reddit: sicuti statutum est ab ipso Carolo in Pintiano totius regni conuentu anno. M. D. X X X V I I. l. 104. l. 10. tit. 21. lib. 5. Recopi. cui adde. l. 13. eiusdem tituli. Habet autem aureus hic numerus pondus sexaginta octo granorum, conficiturque, & signatur ex auro non ita puro, & pretioso, vt est illud, ex quo excellentes aurci numi signabantur.

Olim à Romanis numus + percussus fuit, qui ex auro signatus simpliciter aureus dicebatur, cuius numi passim mentio fit à Iurisconsultis, & veteribus Historicis: sed quia ab eisdem traditur plerisque numus aureus, qui dictus est solidus nondum satis constitutum est, imo adhuc controvèrtitur, an aureus & solidus eiusdem pondoris, & valoris fuerint. Ipse vero post rot egregios authores rem istam breviter examinabo, rationes utriusq; opinionis, & authoritates adducens: ne videar temerè alteram ex his sententiam elegisse, & vt palam sit, posse vituperque habita ratione temporum verè, & constanter asseverari.

Primum enim illud sit absque controversia, solidum aureum, cuius metio fit à Iustiniano, & alijs paulò ante Cæsaribus, sextam fuisse vnicæ partē: atq; idem appendere drachmam Atticā, & scrupulum vnu: quo sit, vt sex solidi efficiat vnciam: & septuaginta duo libram. Quod constat ex Iu-

doro lib. 16. Etymologiarum. c. 14. Constantino Harmenopulo lib. 3. Epitomes tit. 7. text. ad hoc insignis in. l. quoties. C. de susceptorib. & Arcarijs. lib. 10. cuius literā, & contextū subijciam ex ipso Codice Theodosiano, vt lector percipere possit facilimè quantum differat à vulgata lectio ne, & aliqua Accursiū adnotasse, quę plane subtis cuisset si integrā constitutionē legisset. Extat igitur constitutio hæc lib. 12. Codicis Theodosiani. l. 13. titu. de susceptoribus, pr̄positis, & Arcarijs.

## Idem. A. A. ad Germanianum Com. S. L.



Votiescunque solidi ad largitionum subſidia perferendi, sunt, non solidi pro quibus adulterini ſaſe subduntur, ſed aut idem in massam, redacti ſi aliunde qui ſolui potest habere materiam auri obryza dirigatur, pro ea ſcilicet parte, quā vnuſquisque defendit: ne diutius vel allecti, vel proſequoreos vel largitionales adulterinos ſolidos ſobrogando in compendium ſuum fiscalia emolumenta conuertant. Illud etiam cautionis adiçimus, vt quotiescunque certa ſumma ſolidorum pro tituli qualitate debetur, & auri massa transmittitur in ſeptuaginta duos ſolidos, libra feratur accepto, &c. Data. 6. Idus Ianuarias Rome Lupicino, & Iouine Consulibus.

HÆC in Codice Theodosiano nuper typis tradito Ioānis Tillij Angolimensis diligētia, & opera: tametsi in Iustiniani Codice tantum apposita sit ultima huius constitutionis pars: his equidem verbis.

Quotiescunque certa ſumma ſolidorum pro tituli qualitate debetur, aut auti massa transmittitur, in ſeptuaginta duos ſolidos libra feratur accepto.

Huius constitutionis authores fuere Valens, & Valentinianus Imperatores, ac Cæsares. Unde manifestum fit, ſolidum aureum, ſextam fuisse vnicæ partē: & ideo ſex ſolidos vnciam, ſeptuaginta duos auri libram duodecim unciam efficer. Hanc ſententiam etiam probant, & admittunt, praeter Iſidorum, & Constantiū Guilielmus Budæus libro quinto. de aſſe. Georgius Agricola libr. 2. de pondere, & temperatura monitarum. & Alciatus lib. 3. diſputationum. cap. 9.

Solidus autem ideo dictus est, quod nihil illi deesse videatur. Solidum enim antiqui integrū dicebant, ſecundum + Iſidorum, & probatur in. l.

in. l. ergo. §. creditoribus, ff. de fideicommissis libertat. testis item est & Horatius scribens: aut partem solidi demere de die. Idemque Nebris-sensis adnotauit in Iuris civilis lexico. Ea vero dictio, de qua modo agimus etiam aureis conuenit, & in usum accessit ad discrimen consti-tuentium inter aureos integratos, & semisses, ac tremisses; cum semisses ex dimidia aurei parte, tremisses ex tertia constarent: sicuti apparet ex Aethio Lampadio in Alexandri Seueri vita, & in. l. iubemus. C. de erogatione miliaria. annona libro. 12. & titul. de veste militari. l. 3. codem li-bro quo in loco inquit Archadius, & Honori-us. Fortissimis militibus nostris per Ilyricum non binos tremisses pro singulis Chlamyibus, sed singulos solidos dari præcipimus. Sic volu-sius Mærianus de asse, libram integrum Solidū appellat: prima, inquit diuisio Solidi, id est, li-bræ. Ex quibus deducitur, non ex eo dictum fuisse solidum, quia de solidi, & puro auro factus fuit, à soliditate: ut falso existimat gloss. in. l. vni-ca. C. de veteris numisma. potestat. libro. 11. Nam & ex his quæ hoc in capite nos adnotabi-mus, constabit, aureos veteres, & solidos fre-quentissime percussos fuisse ex auro mixto, nō ex puto, & obryzo. Tametsi Ouidius aurū hoc Solidum dixerit. libr. 3. Amorum elegia. 7. Erui-mus terra Solidum pro frugibus aurum. Soli-dus tamen hic numus aureus. xxiiij. Siliquas ap-pendit: & ideo octava eius pars tres habet Sili-quas: vt probat Antonius Augustinus ex Nou-el-la Græca constitutione. 130. De usuris Naupicis, non dum typis tradita, etiam si falso alij contra-rium scriperint, quorum error manifestè depre-henditur ex eo, quod sexta vnicæ pars, quam ap-pendit Solidus, constat ex drachma Attica, & scriptulo: drachma vero ex obolis sex, & sic de-cem, & octo Siliquis: scriptulum ex duobus obo-lis: atque ita ex Siliquis sex, quemadmodum in ca. præcedenti probauimus: vnde Solidus. xxiiij. habet Siliquas.

Hinc tandem fit, ut solidus hic numus aureus, qui sextam habet vnicæ partem, omnino simi-lis sit numo auro Castellano. Et hoc quidem obinet quo ad pondus: nam de valore & pre-tio ipsius Solidi paulò post in hoc ipso capite di-cimus, tametsi hæc ferè iam olim tradiderimus libro. 1. Var. Resol. capitulo. 11. Hæc igitur sunt planè accipienda, & absqueulla controversia de solidi auro, cuius mentio fit in ipsis Iusti-niani Codice & in eiusdem Cæsaris constitutio-nibus.

## Ex. §. Sequenti.

S V M M A R I V M

1. *Aureus, quod sexta fuerit vnicia pars, multa proba-tur rationibus.*
2. *Rursus traditur, aureum à Solido differere, ex qua-tam efficere vnicæ partem.*
3. *Quæ fuerit haec tenuis auri ad argenteum, argenti de-ad aurum proporcio?*
4. *Auri bonitas traditur, ex qua ratione cognosci se-potest.*
5. *Aurum obryzum, quid?*
6. *Argenti bonitas itidem distinguitur.*
7. *Argentum pustulatum; quid?*

## S. Primus.



E A V R E O S A N E

quidam opinantur, cum na-mum pondere similem fuisse solidum: atque ideo sextam fuisse vnicæ partem. Hæc sen-tia placuit aduersus Budzum Emilio Felio Feretto Inst. de pœna + temerè litig. Antonio Augustino lib. 2. Emendat cap. 9. Eandem probat veriorem, ac certiorem esse censem: Ioānes Arce ab Otalora olier in hoc Gra-natensi Prætorio Regius consiliarius, qui nunc Pintor eodem munere fungitur, ut equidem ob singularem eius eruditionem ab omnibus, sed à me præ ceteris suspiciendus. Is inquam in elegantia opere, quod de nobilitate Hispana pu-blicum fecit, parte. 2. cap. 4. scribit, Solidum, & aureum idem esse, nec ponderet, nec valore differre. Horum authorum rationes exponantur, ut facilius deprehendi possit, quò tendat huins controversiae status.

Prima eorum ratio adsumitur ex. d. l. quoties-qua constat, numum aureum, qui solidus dictus est, sextam fuisse vnicæ partem. Idem probatur authoritate Isidori, & Constantini Harmenopo-li, quorum modo minimeius. Igitur satis appa-ret aureum numum apud veteres, & Iurisconsul-to sexam fuisse vnicæ partem, & sic omnino si-milem extitisse Solido pondere quidem, & idem numo auro Castellano.

Secunda ratio adducitur ex. l. Vnica. Quid col-lat. æris. lib. 10. Ea etenim constitutione quilibet aureus Solidus estimatus vicenis libras id est, in-

## Numismatūm, Cap. III.

1007

est, interprete Antonio Augustino, centum vi-  
giorū testertij. Sed si solidus minoris ponderis es-  
ter, quam aureus, verisimile non fit, eum pluris  
admitavi: cum aureus centum tantum sestertijs  
fuerit estimatus. Consequitur ergo, cum con-  
sideres solidi certo pondere, idem pondas & au-  
reum habuisse.

Tertio idem probatur in. l. si vero. §. Prætor  
it. ff. de his, qui deiecer. vel effud. poena etenim  
ibi statuta est iure Pandectarum decem solidi-  
rum, quæ per Iustinianum expressim traditur no-  
mine decem aureorum. in. §. Item is, versi. cui si-  
nulis est. Insti. de obliga. quæ ex quasi malefici-  
na-  
scuntur. Ex quibus duo libet adnotare. Primum  
apud Iurisconsultos in Pandectarum libris men-  
tionem fieri solidorum: quæ itidem fit in. l. quia  
vulgo. ff. de ædilit. edict. Secundum, prouiseuè à  
Iurisconsultis, & Iustiniano accipi solidos, & au-  
reos ut idem omnino sint.

Quarto, hoc ipsius stabilitur ex. l. prima, in principio. s. de his, qui deiecer. vel effud. quo in loco pena constituitur quinquaginta aureorū: quam sub eadem quantitate; & eodem auctorū nomine repetit loquuntur in dicto. s. Item is. versi. ob hominem vñ hinc plane constet. Influiat. um. veterem auctorū monetam minime mutasse, sed manifesto argumento comprobasse, eam solidoparem esse cum in eadem materia, quæ per veteres leges tradita fuerit sub promiscuo auctorū. & solidorum vsu, ipsam et quandoque solidorum, quandoque auctorū mensuram fecerit: a cuius.

Septimo hoc ipsum probari potest. quia in quibusdam Regis constitutionibus mentione solidorum sit in his casibus, in quibus apud ipsos Iuris consultos aureorum a omen exponitur. Nam &

antei, quorum meminere Iurisconsulti in. l. 3. §. 1. & §. 2. de sepulchro violat. Solidi nominantur in. l. 1. & 2. lib. 4. fori.

Octavo eadem opinio comprobatur autho-  
ritate Accursij Bart. & doct. in. d. l. quoties. & in. l.  
quicunque. C. de fernis fugit. Abb. & Felin. in ca-  
pit. conquerente. de officio erd. quorum. & alio  
rum communi consensu dec. sum extat ab eum  
Iurisconsulorum. & solidum Iustini abi. eiusde  
valoris. & ponderis fuisse.

Nono & his rationibus ipse aliam adjicione, certe sciens quantum ea sit roboris habituta. Et enim cum Regiae Partitarum leges plerunque ac frequentissime aureos & solidos veterum Iurisconsultorum & Iustiniani in eandem monetam Hispaniarum trastulerint, satis est probabile, doctissimos illos vitos, qui Partitarum operi strenuum dedere operam, planè existimasse: eiusde ponderis, & valoris aureum, & solidum fuisse.

Verum ex contrario alijs visum est, auroum  
veterē à solidō + Codicis Iustiniani differti pro-  
portione fescupla, ita quidem, ut aureus sit leſcu-  
plo maior pōdere ipso quidem solidō. Atq; ideo  
quatuor aurei vntiam efficiunt: quadraginta o-  
rō auri librae duodecim vnciarum & triginta  
duo Marchium octo vnciarum. Sic etenim cen-  
tent, & opinātur Guillēlmus Budēus lib. 3. & rur-  
sus lib. 5. de aſc. Leonardus Poniſſ lib. de mo-  
netis, & ponderibus. Alciatus lib. 3. dispuncta &  
Georgius Agricola lib. 2. de pondate, & tempe-  
rat monē, quorū sentētia multis probari potest.

Primo ex ipsifmet numis aureis veteribus quo  
rum viginti quemor restatur Budensis iii. & libri  
3. expendisse; atq; ex iusti pondere iste ramus de-  
prehendisse, ipsos appendere sex per vincias scri-  
bit tamen aureis viginti quatuor addidisse, duas  
drachmas, & grana quadam, ex quibus pertinat  
rem ad æquilibrium. Sic factum est. At exigunt  
quatuor aureis duæ drachmas, & exactum respon-  
dus deficeret drachmæ. Idque mitum non est  
eorum vetustatem, ex qua consumpta, & corro-  
si aliqua ei parte fuere. Igitur huius doctissimæ vi-  
ti diligentia probabilius est, auro haec quartæ suis-  
tæ vincia partem: cum vigintiquatuor sex vincias  
appendenter diebus propter veritatem eorum  
deficientibus drachmis, et mitibus, juxta

Secundo: aq[ue]nicipsum & locu[s] Plinij conducit lib[ri] 33/cap[itu]l[i] 3. Etenim ex emendatione Leonardi Portii Agricole, & aliorum ita s[ecundu]m scriptis. Auteus nuchiis post annum sexagesimum secundū percussus est: quani argenteus, ita: vi scrupulum valeret: sesteriis vicensis: quod efficit in libras: ta.

tione festeriorum, qui tūc erant. V.D.C.C.L.X.  
festerio. Posthęc placuit quadraginta duo signa  
ri ex auri libris: paulatimque Principes imminue-  
re pondus, minutissimē vero ad xlviij. Hęc Plinius,  
ex quo apparet, aureos quatuor vnciam fe-  
cisse, & aetate ipsius plinius ex auri libra Romana  
percussos fuisse aureos quadraginta octo.

Tertio his accedit Iuli Pollucis authoritas, is  
etenim libro quarto. de vocabulis ad Commo-  
dum Cęsarem inquit, aureus numus duas drach-  
mas Atticas habebat. Vnde par est, vt quemad-  
modum denarios Romanus ferè drachmalis pō-  
dere fuerit, ita & aureus Romanus duas drach-  
mas habuerit: vnde manifestum sit, aureū quar-  
tam fuisse vncia partem: cùm vncia ex octo  
drachmis constet. Erit igitur hic aureus Roma-  
nus iuxta pondus istud similis ferè habita ratio-  
ne ponderis aureo numo duplo, quem vulgus  
Doblon appellat. Et enim duplus hic numus au-  
reus ponderis ferè duarum drachmarum: siqui-  
dem dupli aurei Castellani, quos cudi iusserunt  
Reges Catholici Fernandus, & Elisabeth. I. pri-  
ma. tūculo. vigesimo primo. libro quinto Recopi-  
lationis. triginta duo efficiunt Marcum addito  
alterius dupli aurei besse, aut duobus adiectis tre-  
missibus, atque ideo quatuor ex his vnciam ferè  
constitutis.

Quarto ad hanc rem diligentius expenden-  
dam oportet prænotare, aureum illum veterem,  
qui absq; vlla contiouersia vigintiquinque de-  
narios argenteos valuit, si is foret solido similis  
sta, v; drachmam, & scrupulum appenderet, ma-  
xime dissimilem constitueret proportionem, &  
analogiam auri ad argentum, multumque di-  
uerßam ab ea, que Cęsarum temporibus & mul-  
to ante Romę habita fuerit. Qua de re illud est  
constitundom, quod olim cum Romę fuit au-  
reum, autore Plinio, ea fuit proportio auri  
ad argentum que est quindecim ad vnum, dra-  
chma etenim auri quindecim argenti drach-  
mis estimabatur. Erat ergo quindecuplex auri  
ad argentum analogia, seu estimationis propor-  
tio. Quod palam deducitur ex Plinio, qui libro  
trigesimo tertio, capitulo tertio. scribit, scrupu-  
lum auri vicosos festerios valuisse: sed vigin-  
ti festerij quindecim argenti scrupulos contine-  
bant: nempe appendebat quaque drachmas,  
aut denarios, quorum quilibet, si denarius om-  
nino drachmę similis est, tria scrupula pendit:  
igitur ex Plinio deducitur, tunc auri ad argentū  
esse proportionē quindecuplam: atq; ita Budęs  
Plini locū lib. 3. de aſſe inducit, & interpretatur.

Deinde apparet, Romę vnam auri partem de-  
cem argenti partibus aliquando estimaram fuisse.  
Cui rei testis est Liuius libro trigesimo octauo.  
agens de conditionibus pacis, ad quas Aetœ  
li conuenierant cum Romanis, inquit enim: de  
pecuniae summa, quam penderunt, pensionibus  
que eius nihil ex eo, quod cum consule conuenie-  
rat, mutatum, pro argento si aurum dare mallet  
dare conuenit, dum pro argenteis decem aureus  
vnuſ valeret. Idem & Iulius Pollux libro nono.  
de vocabulis ad Commodum affirmit ex Ma-  
nandi comœdia, quæ depositum apud argenta-  
rium dicitur. Huius loci Budęs, & Georgius A-  
gricola meminete. Et licet Carolus Molinæus.  
de contractibus. quæſtione. 100. numero. 779.  
existimet, parum caute Liuij locum ad rem istā  
adduci, opinor ipse optimè hoc ex eo probari:  
cùm sit vero simile, de aureo, & argenteo eiusdē  
ponderis actum fuisse.

Herodotus tamen in Thalia vnum auri ta-  
lentum taxauit tredecim argenti talentis. \* Et fe-  
re quindecim Diodorus Siculus libro. 16. \* Ro-  
mę vero Sergij Galba temporibus vna auri por-  
tio estimata fuit argenti portionibus duodecim,  
& dimidia: quod ex Tranquillo, & Cornelio  
Tacito in hunc modum dedit Georgius A-  
gricola. Scribit enim Suetonius Tranquillus in  
Othonē Syliuio. Nullo igitur officio, aut ambi-  
tionis in quemquam genere omisso, quoties  
eōna Principem acciperet, aureos excubanti  
cohorti viritim diuidebat. De eadem quoque  
largitione ita loquitur Tacitus eo paulatim pro-  
gressu, vt per speciem conulij, quoties Galba  
apud Othonem epularetur, cohorti excubias a  
genti viritim centenos diuideter. Nam cum cen-  
tumnum festerij efficiant quinque, & viginti  
denarios & aureus duorum denariorum pon-  
dus habeat, vna quidem auri pars, argenti parti-  
bus duodecim, & dimidia estimata fuisse vide-  
tur. \* Sed, & Dion. libro. 55. aſſeueraſt, aureum a-  
pud Romanos fuisse valoris vigintiquinq; drach-  
marum Atticarum. \*

Hipparchus apud Platonem aperte aſſeueraſt,  
vnam auri portionem esse pretium duodecim  
argenti portionum. Sic etenim constat ex Plato-  
nis Dialo, cui titulus Hipparchus, vel de luci cu-  
piditate.

Deinde Vespasiani temporibus, vnam auri  
portionem, argenti portionibus duodecim esti-  
matā à Romanis fuisse deducitur ex Plinio, qui  
libro. 19. capitu. 1. Proximus, inquit, Byſſino, mu-  
licum maximē deliceis circa Elin in Achaias ge-  
nito:

ito, quaternis denarijs scripula eius permutata quondam, ut auri. Habent enim quatuor denarij pondus duodecim scrupulorum seu scripulorum. Et que paulo maior auri ad argentum propositio, si denarium maiorem drachma constituamus, nempè si septem denarij efficiant unciam, quæ constat ex viginti quatuor scrupulis, tunc sene quatuor denarij pondus habebunt ferè quamdecim scripulorum: atque ideo auri ad argentum propotione hec erit constituenda, ut una pars auri ferè quatuordecim argenti partibus sit estimanda. Sic denique tempore illo, quo Romæ solidus sextularis erat, auri portio una, quatuor decim argenti portionibus estimabatur: quemadmodum ex. l. prima. C. de argenti pretio. libr. io. deducitur, & adnotarunt Carolus Molinæus de contractibus questione. 100. numero. 779. Antonius Augustinus lib. 2. Emendatio. capitu. 8. Hoc ipsum & multo ante obtinuerat, ut ex Plinio modo probauimus, & ex Suetonio, ac Tacito paulo autem citatis idem obseruandum erit, si ex septem denarijs unciam, & ex duabus drachmis aureum veterem constituamus: siquidem viginti octo drachmæ, & aliquid plus constet ex vigintiquinque denarijs. Et igitur satis manifestū, ohim Romæ tempore, quo solidus erat in vītu ex sexi vniuersitate parte, & item eo, quo aureus publica percudiebatq; auctoritate, auri ad argentum eam fuisse proportionē, quæ est unius ad quatuordecim. Eadem ratione tradit Antonius Contius libro. 2. Subsecuua. cap. vii. scribens, hanc rationē argenti ad auri exacte deductam, esse sic obseruandam, ut auci libra contineat argenti libras xiiij. & duas libras quintas partes, ex dicta. l. prima. Ideo Carolus Molinæus adnotauerat: paulo aliter. Antonius Augustinus, qui ex eadem lege assuerat, libram auri fusse estimatam. xiiij. argenti libras secundum Sicilia, & Sicilico. Nos exactiorē rationē missam fecimus olim illud tantum obseruantes, aut libram ad rationē xiiij. argenti estimatom suisse. \*

Quod si haec vera sunt, nec unquam pluris fuerit aurum Romæ estimatum, quam ad rationē unius pro quindecim argenti partibus: fieri non potest nec est vero simile aureū pendentē drachmam, & scrupulum, & sic similem pondere. Iustiani solidū, valuisse viginti quinque denarios argenteos: cùm esset tunc ea propotione auri ad argenteum, quæ est unius pro unde viginti, quod nullib; legi, et si diligenter inquisierim. Et haec quidem si denarius pondere drachmæ similis constitutatur. Quod si denarius, Plinio auctore, se-

prima est uncia pars: multo maior erit auri ad argentum estimationis analogia, & proportionē: quia una pars auri estimanda est una & viginti, argenti partibus. Hanc sane rationem ipse quandoque probauit pro Budæi, Leod. Rostri, & aliquotum sententia, quantum velutius exponeat, illud primum prefatus, nomine controversum esse, apud veteres aureum vigil longioris denarios valuisse: quod minime negant Antonius Augustinus, & Ferretus: idemque nos inferimus, videater ostendemus. Nam ita vero præceps una quidem auri pars undecim argenti partibus, aliquando duodecim estimatur, & pluris qd; auri in opiam, vel eius estimatione moris eo contingenter, quod aurum sit purum absque ylla argenti, vel etiis mixta.

Hæc autem tam varia estimationis auri præcep rationem illam, quæ ab eius inopia sumitur, poterit contingere ex ipsius auri, vel argenti, qualitate. Hæc tandem qualitas inde consistat, & quod quanto purius est ipsum aurum, vel argentinum, tanto est maioris estimationis: sic & minoris estimandum erit, si minus sit alterius metalli, materiali portioni. Auri etenim bonitas in viginti, qua tuorum carassis indicatur, pro ratione Marchi consummatur. Nobis sequitur autem estimatio & argenti fabrik ad legem, & bonitatem auri, indicandam, & comprehendendam, utrumq; carassis, quam dictio est à Ceratio verbo Graeco deflexere. Est enim Ceratium, minuti ponderis, rotundulum, a grano siliqua ductum, quinque statim in arboris psc dolcis digitorum hominis longitudine, & 80 libris latitudine. Hispani Ceratias diciuntur in Hispania sunt grana, & que cetera sicutuntur, nominantur, familib; communicato. Sic Columba libra testio: Siliquam, in quois Ceratia, quidam affinitatum appellant. Hac nam in parte corporis, quod ad pondus vertitur, sive siliqua, referratur, est, sed ad aurum indicatur, quod in Budæi, id est in libro tertio, de aissu. Nam aurifex, Misenorum dividunt in viginti, quatuor pars, id est 880 vulgo quilates & vocamus, cibilib; auro, & auro conuenientia tria cararia, aut tres quilates: quæ ratione cum diecius. oro de. xiiij. quilates, in celli gittas aurum purum, & obryzum, quod nullum habet mixtum, & alterius metalli, nec argenti, nec arii. Hinc sane sit quod aurum illud est omnino purum, quod totum legitimum unciam, vel Marchæ pondus, id est in Marchio. xiiij. caracta, habet ex vero auro, nullo ad mixto metallo, nec argento, nec ari. Quod si Marchæ auri sit admixta vicecima quarta ariis, vel argenti pars, dicetur au-

rum istud viginti trium caractorum: nos dicimus vulgari sermone, oro de xxij. quilates. Sic si in auri Marcha sit duodecima portio argenti, vel æris, dicetur aurum hoc viginti duorum caractorum, id est, oro de xxij. quilates. Hæc vero auri bonitatem faciliter comprehendunt artifices, lydio lapide aurum probantes. Nam & Plinius libr. 33. capitulo octavo, de eodem lapide lydio tractans inquit. His coticulis periti cùm è venâ, vt lima rapiente experimentum protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argentii, vel æris: scrupulatæ differentia mirabiliter ratione non fallente. Hæc Plinius, qui scrupulum dixit, quod nos quilate dicimus. Hæc tamen Castellana dictio quo adponens quatuor habet grana vulgaria.

Hæc ergo planè intelligitur constitutio Regum Catholicorum, cuius in hoc capite memoriæ, & est. l. prima. tit. 21. lib. 5. Recopidum habet aureos nummos, quos Excellentes appellat, ex auro percuti, quod aurum sit de ley de xxij. quilates, & tres quartos. Est enim hoc aurum non omnino purum, sed quod habet argenti, vel æris admixtam non negligimam sextam partem: sic habet aurum istud æris, vel argenti quartam unius caraci partem in auri Marcho, vel in octo uncis. Eadem ratione constat intellectus ad. l. 104. Caroli Cæsaris, Hispaniarū Regis anno xxxvij. f' 18. Rer. Afric. Recop. Pintia latam, qua constituta est, ut monni autem percurentur & hi Corofia dicantur, ex auro quidem xxij. caractorum, id est, de xxij. quilates. Habet enim hoc aurum in quilibet Marcho duodecimam argentii vel æris diffinitam portionem: & sic vnde uncie duas partes habet. Dicitur atra istud apud Latinos duas & vicenariū: quia duodecima parte ab auro purissimo deficiat, & habent viginti duo caracula: sedem ferme modo aurum dicitur vicenarium quod est viginti caractorum. Et item aurum duo decenarium quod habet xviij. caracula: & id differt à purissimo quarta parte: quemadmodum Budæus diligentissime explicat libro. 31. de ase scribens rasa rato ex auro purissimo fieri ideo, quod illud aurum visuram non fert, nec arrestationem sive magno intertimento: idcirco consueto temperatur. Et idem sit in aquanilis, catellis, spissisque, & mundo muliebri, ne facile frangatur aut torquatur, testatur & ipse Budæus apud Gallos numeros aureos percuti ex auro, quod vne tamum ceratio deficiat in ipsa indicatura: cum constet ex viginti tribus caractis.

Sed & hinc aperitur sensus Suetonij Tranquilli, qui in Casare scribit. ca. 54. in Gallia fana, tem-

plaque Deū donis referta expilauit, vrbes diruit & prius ob prædam, quam ob delictum: unde statum, vt auro abundaret, ternique nullibet numerum promercale in Italia, Provincijsq; dividet. Etenim in hoc Suetonij loco manifestum est, aut libram estimaram fuisse ad rationem ferre unius auri partis pro argenti octo partibus: cum de fæstertijs numis sit Suetonius intelligendus: unde coniectare possumus, aurum illud, scimus vascularium, fuisse duodecicenarium, & à purissimo auro quarta parte deficere, vt tandem fuerit aurum de xvij. quilates, quod & ipse Budæus admonet.

Hæc quidem de auro puro adnotamus, & de mixto, aurum vero & purissimum passim obryzum vocatur: atque iude obryzati solidi dicuntur in. l. Universos. C. de veter. Numismatis potest. & in. l. i. C. de oblatione votorum. lib. 12. qui ex purissimo auro fuerint signati. Plinius ad hæc lib. 33. capitulo tertio. Auri, inquit, experimento ignis est, vt simili colore rubeat quo ignis, atque ipsum obryzum vocant. Sic & ad bonitatem auri, & ad eius pondus examinandum iubet lex eto stituimus publicum iudicem, quem Zygostatem appellat: nos Contraste dicimus. l. secunda. C. de pöderatori. & auri illustrione libro decimo. Olim Romæ lege lata à Mario Cratidiano statutus est ludus, id est schola, probandi numismatis, vt ceteri fallere possent numi adulteratores, teste Plinio libr. 33. capit. 9. Commemorat ad hæc Georgius Agicola lib. primo. de pretio metallorum. Ex Herodoto libro quarto: \* Dariū regem Persarū cùm cuperet tale monumentum sui relinquere, quale nullus Rex reliquisset, ex auro, quod quæ fieri potuit purissimum excoxit, numeros percussisse, qui Darici vocati sunt. Daricus autem hic unus pendebat duas drachmas: unde similis erat duplo auro numero, quæ percuti possent: Reges Catholici Fernandus, & Elisabeth, quæ ad modum ex dicto pondere constat, quod proprium huius Darici numismatis fuisse ex Xonophante, & Aristophanis interprete docet idem Agricola libr. secundo. de pondere, & temperatore, aduersus Budæum qui existimat, Daricū octo drachmarum pondus habuisse. Erat ergo Daricus pondere similis auro Romano iuxta posterioriem sententiam: habebatque ex altera parte imaginem Darij, ex altera Sagittarium incisum, authore Plutarcho in vita Artaxerxis. Tyberius item Imperator, qui Iustino successit, Chilpericum Regem Frâcorum aliquot putis aureis ad cum missis donavit, quorum quilibet libram pendet.

pendebat, & altera cuiusq; pars ex primebat im-  
aginem Imperatoris cum hac inscriptione: Ty-  
berius Constantini perpetui Augusti; altera cur-  
mug tradigatum cui insidet auriga cum hac  
prefaci inscriptione: Gloria Romaeorum cu-  
mari meminit Georg. Agricola libro primo de-  
pictione metallorum: atq; item Sabellicus Aenea-  
des libro quinto. Sed & Paulus & Emilius de re-  
bus Francorum libro. idem inscribit adhuciens,  
hec summos fuisse quia aquaginta tamētū non ferri  
perit, eos fuisse ex auro, putissimū signatos. Au-  
rum vero hoc punissimū obryzum vocatur qua-  
nū Ophirizum, aut Ophirizum auctore Hierony-  
mo ab Ophir insula, Ethiopia, vnde putissimū  
aduocebatur. Latini autem, & pro obryzo obrus-  
sum dixerit, ut Seneca Epistola 13. hæc, inquit, est  
eius obrussa: id est, summa bonitas: ut interpre-  
tur Andeg. Alciatus libro quinto. Parergon. cap.  
9. Qui etiam ceaseri hiac deduci prouerbium, ad  
obrussam, id est, ad summum perfectionis: quo  
Gioero in Bruto vñit. Expurgandus est, Inqui-  
sermo, & adhibenda ad obrussam ratio, quæ mu-  
tari non potest. Avii item numi obryzati memi-  
nit Agathias Historicus. Locus sanè Dñi Hiero-  
nymi, cuius simplicitet Alciatus meminit, est, ni  
fallor, in Commentariis in Hieremiam libro se-  
cundo, capitulo decimo, super illa verba Argentum  
iniquolutum, sine podoctum de Tharsis af-  
fertur, nuncum de Ophaz opus arescens, & manus  
eratij, Hieronymus ita inquit: septem homini-  
bus apud Hebreos appellatur aurum, quorum  
vñū Ophaz dicitur, quod nos dicere possumus  
Obryzum. Idem adnotauit doctissimus Beroaldus  
apud Suetoniū in Nerone capitulo quadra-  
gesimoquarto, ex Fortunato interprete Ecclesia  
sticarum dictiōnum. Quæ tamētū verba minime  
probant, Hieronymum voluisse obryzum autū  
inde deducere, quasi Ophirizum ab Ophir. Nā  
etsi dixerit, aurum ex Ophir propter eius sum-  
marū bonitatem posse dici à Latinis obryzum,  
nob̄. tamen significat, obryzum dictū ab Ophir,  
quasi ophirizum. Potuit sanè obryzū dici quasi  
drachon, id est, syncerum, delicatumque. Dictio  
autem, obrussa, agnoscitur ab Erasmo in adnota-  
tionibus ad Senecam ex ratione auti obryzi. A-  
pud Ciceronem in Bruto vulgata lectio hec est.  
Expurgandus est sermo, & adhibenda quam ob-  
trusa ratio, quæ mutari non potest. Sed & Petrus  
Victorius in annotationib; obrussam ex veteri  
Codicē agnoscit, existimans in utraque lectio-  
ne subesse mendum. Et & auti obryzi mentio  
Danielis capitulo decimo, ubi Hieronymum ex

Aquila, aurum Ophaz interpretatur. Suetoniū  
item in Nerone c. 44. eiusdem auti obryzi men-  
tionem fecit.

Argenti lex, & bonitas non ex caractis, sed ex  
deparijs, & granis à fabris argentijs dislingui-  
tur. Accipitur enim hic, denarius non ad pon-  
dus, sed + potius ad bonitatem. Idcirco est duode-  
cima pars integræ, seu totius puritatis materie  
cuiuslibet massæ: ut explicat eleganter Caro Mol-  
lin. de contrastibus, quæstio. 100. numeri 82, 80  
189. Nos tamen ad Marchum, in præxi denarios  
hos deducemus, si quidom Marchab ab eo q; eod-  
em denarios; quorum quilibet duodecim grana-  
na, xxiiij. Summa igitur bonitas in argento occidit  
ve Marchus quilibet habet duodecim denarios  
argenti: atque ita Marchus totus circa genitum  
quod nullam habet æris, tantum habet in oblongo  
Quod si Marcha habuerit duodecimam partem  
æris mistam argento, tunc argenteum hoc erat  
vnde enim deniorum, quia duodecim dena-  
rius non argenti, sed æris est, aliciusve metalli.  
Sic sanè constitutio Regia in Præmarib; dum  
statuit numeros argenteos esse cuderis ex argen-  
to, que sea de ley de onze díleros, y q; d'atra grana, est  
ita intelligenda, ut autem argentei, percutiendis  
ex argento, cedrantur mixta sicut æris; ergo Alter  
rius metalli pars duodecima minus sexta pars;  
atque ita vnius denarii quinque partes ex ipsius  
denarii sex: denique habet argentum hoc in su-  
ram alterius metalli ad rationem deinceps quatuor  
partes, & paulo pluris. Quilibet igitur Marchas  
huius legis & bonitatis habet ab initia metalli  
quatuor Atticas drachmas, & fere dimidiam vel  
semunciam, & plus: ne tempe dimidiam ferme At-  
ticam drachmā. Hanc vero rationem bonitatis:  
auti, & argenti preter Budæum, & Catolam  
Molineum tradidit optime Albertus Brunus, in  
tracta de augmento & diminutione, conclusio-  
ne ultima.

Ex argento purissimo numeros percussit Ari-  
ades, quem Cambyses Egypto prefecit, qua-  
re Herodotus etiam temporibus argentum Ariadi-  
cum fuit purissimum: meminit huius nominis  
Georgius Agricola libro primo de pretio me-  
tallorum ex Herodoto libro. 4. Romanus vero de-  
narii, etiam qui tempore Consulam percussi fue-  
re, non sunt ex puro argento + confecti. Siquidem  
æris habent partem octauam, quam Liuius Deu-  
sus Tribunus plebis miscuit argento, qui ab Im-  
peratoribus signari lunt maiorem habet æris po-  
sitionem: quod eleganter ac diligentissime tradidit  
Georgius Agricola libro secundo, de ponderib;

& temperatura mone, qui & in dicto libro. i. de pretio metallorum, & monetis, vix inque rationes adducit, an expedita reipublice, numos ex auro vel argento purissimos percuti: an potius utile sit, auro, & argento misceri etis partem aliquam ad numismata cedula. Ipse vidi multos Caesarum denarios argenteos, quorum aliquot signati videbantur ex argento, cui mixta erat decima, vel duodecima etis pars; aliquot autem ex minoris bonitatis materia: nempe ex argento, cui fuerit mixta sexta, vel quinta etis pars. Nec diffiteor apud Romanos & Graecos, & apud Hispanos varias ob causas saepissime ex reipublice institutorem istam numismata mutationem in argenti, & auri materia accepisse. Denique in auro, & argento ratio iudicatur communis est, ut quod excoquissimum sit, vel aatum, vel argenteum; id sit à mixtura alterius metalli purgatissimum. Argentum purissimum, quod Hispani Accordiando dicimus, à Latinis pustulatum nuncupatur ex autoritate Suetonij in Nerone. capitulo quadragesimoquarto. & Iurisconsulti in Iurisnave Sauphe: si locat quo in loco Budaeus hoc adnotabit, & Philipp. Beroaldus ad Suetonium in dicto capitulo. 44. Carellianus Coira in dictione. Argentum Hoc ipsum Aulus Gellius appellat libro. 6. cap. 5. argentum purum, putum. Qua de re multa tradidere Alciatus libr. sexto Parerg. capitul. quarto. Carolus Molinet in tract. de contractibus. questione. 100. numero. 785. & Stephanus Forcatus in. Nec somantia iuris Dialogo. 6. Quibus non omnino placet dicio pustulatum, apud Suetonium, nec apud Iurisconsultum, apud quem in Pandectis Florentinis legitur, Pustulatum fortassis à pustula, & que tumor est ab igne factus apud Plinium, & Collumellam: tamque lectio nostra defendit Turnebus libro vigesimoquarto. Aduersar. capitulo secundo. verum apud Collumellam libro septimo. capitul. quinto. pustula dicunt sacer ignis, eo quod tumores efficiat: apud Plinium libro vigesimosexto. capitulo octavo. & libro vigesimo septimo: capitulo nono. vulgo legitur, pustula. \* Sed à multis proditum est aurum & argentum non posse ita excoqui, quin aliquam habeat, etiam summa diligentia excoctum, alterius metalli portionem. Secundum hos in auro est summa bonitas ad quartum, & vicesimum certum ad quadrantem absolutum: idest ut quadrans tantum certum in tota massa, aut Marchio aureus sit, aut argenteus. Sic equidē aurum illud cuius meminit præcitatā Regia constitutio, erit iuxta hanc rationem purissimum, & obryzum.

Argentum autem ex hoc illud erit purgatissimum, cui tantum missus est alterius metalli denarij quadrans: nepe quadragesima quætaba totius massa pars. Verum Gaillie. Budæus lib. 3. de aſſe conſentienti huic opinioni veterum, & aſſeversans, aurum & argentum ad preſcriptam bonitatem sumam censerit. nihilominus ex iudicio, & testimonio peritorum huius ſeculi probat, argentum indecoqui poſſe, vt nihil percurſus piater merum argenti supersit: autum vero adeo poſſe igniparati, vt ad bonitatem absolutam, & sumram non sit in eo aris, aut argenti quicquam praeter decimam sextam unius carati portionem. Et ſane huic auro, ut vere sit vigintiquatuor carati orum de ea inq. quiliates: ſolum deficit unius carati decimam sextam pars, nempe totius massa portionis trigesima octauaginta quarta.

Quæ omnia ideo hoc in loco addiximus, quod existimemus fore necessaria, aut aliam via libia eſſe ad cognitionem eius tei: quam hoc in opusculo tractadum fuſcepimus. Scrubū & praeterea hæc Plinius libro trigesimo tertio. capitulo quarto. Omni auro in eſt argenti vario pondere alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte. In uno tantum Gallice metallo, quod vocant Albitatenfe, trigesimam excta portio inuenitur: ideo caratis praest. Haedenes Plinius.

His ergo rationibus probari poterit Budæi, & aliorum ſententiarum que afferit & diſſiniuit, aureum veterum Romanorum quartam fuſſe tricic partem, & à ſolido, ac numero auro Iuſtiniani, & aliorum Caſarum fescupla proportione diſtingui.

### Ex. §. Sequenti.

S V M M A R I V M.

1. *Aureus apud Romanos non fuit ſemper eiusdem ponderis, nec eiusdem bonitatis, quanu[m] multo tempore fuerit quarta uncia pars.*
2. *Aureus, quo tempore fuerit diminutus ad sextam uncia partem.*
3. *Aureus diſlus est ſolidus, etiam eo tempore, quo erat quarta uncia pars.*
4. *Intellectus. l. uncia. C. de collat. aeris. libro de. cimo.*
5. *Solidi aſſimatio, & valor.*
6. *Intellectus. l. uncia. C. de argenti pretio. libro. 10.*
7. *Intellectus capitul. qui ſubdiaconum. 17. q[uo]d questionari quarta.*
8. *Argen-*

8. Argentei Turonenses, qui fuerint? Et intellectus Cle  
men. 2. De magistris.  
9. Intellectus capit. Conquerente, de officio ordinaryj.  
10. Siliquam Accursius falso solidum interpretatur:  
qui nos solidos decem.  
11. Solidi aurei in Sacris Biblijs: & inibi de siccis au  
reis.  
12. Stater aureus varius ubique.

## S. Secundus.

**N**ON ME LATET, rem hanc difficultem esse: cum & in ea viri diligētissimi in variis ierint sententias, quarum modo mētionem fecimus: cōnebor tamen quibusdam expositis assertionibus huius questionis nodum pro viribus explicare: ut hinc constitutissimum sit, habita ratione temporum utrunque sententiam defendi posse.

Prima conclusio. Aureus apud Romanos nō semper eiusdem  $\frac{1}{4}$  ponderis fuit nec eiusdem bonitatis. Prior assertionis pars constat ex autoritate Plinij libro. 33. ca. 3. cuius verba proximo. §. retulimus. Nec hoc poterit negari, nisi ab eo, qui Plinium nonquam legere, id est tradidere Leonardus Port. libr. 1. de secessio. Budaeus libr. 3. de aſſe. & Georgius Agricola libro. 1. de monetis, & pretio metallorum. Posterior vero pars itidem ab eisdem probatur: cū ex eis appareat, à Principibus Romanis auro numismatico duodecimam partem argenti, vel  $\frac{1}{12}$ is, quandoque maiorem quandoque minorem misitam fuisse: quod admodum & hodie fit. His accedit Pomponius Iurisconsultus in. l. Numismatum. ff. de vſuſtu. ita enim inquit, Numismatum aureorum, vel a genteorum veterum, quibus pro geminis vti ſolent, vſuſtus legari poterit.

Secunda conclusio. Aureus Romanorum multo quidem tempore fuit quarta uncia pars. Hæc deducitur ex Plinio in dicto capitulo. 3. eius etenim tempore, & sic sub Cæſaribus Vespasiano, & Tito aureus hoc pondere habuit, ut quarta fuisse uncia pars. Idem cōstat ex numismatis à Budę appensis ad usque temporat. M. Antonij Philoſophi, Aurelij, & Seueri. Iulius item Pollux, qui ad Commodum Cæſarem de rerum vocabulis scripsit, testis est, & aureum quartam fuisse uncia partem. Sunt & Aureliani Imperatoris aurei quidā, qui duos denarios appendunt quorum aliquot

hodie extant: ut commemorat Georgius Agricola lib. 2. de pondere, & temperat. monet.

Tertia conclusio. Aureus Romanus sub Constantino Imperatore, aut sub Julianō ita pōdere diminutus est, ut  $\frac{1}{4}$  sexta eſtecerit uncia pars. Hanc propositionem multis sanè cōiectoris, & fortassis certis testimonijs probare quis poterit, si consideret, proximè cōstitutas conclusiones veras esse. Etenim sub Cæſaribus, qui hos præcesserunt, aureus quarta fuit uncia pars ab his vero Imperatoribus ut sexta uncia pars iudicetur, & expendit: igitur conſtat, horum Cæſarum Imperio autorum pōdū diminutum fuisse. Quod & Georgius Agricola itidem affuerat in. d. l. 2. idem deducitur ex aureorum pretio habita analogia, & proportione aurei ad argenteos rēmos: sicuti proximo paragrapgo quarta ratione colligebamus. quamobrem ſatis certum fideliter sub Consulibus, & denique sub Cæſaribus ante Conſalīnum, aureum fuisse quartam uncie partem.

Quarta conclusio. Aureus etiam in tempore quo quartam appendit uncia pars, dictus est solidus tunc primum cū Alexāndrē Seuerus Imperator ex auro tremisſes, & ſemilles percuti iuſſit. Ad huius assertionis probatio rem. Elij. Lāpridi verbis utar, qui in Alexāndro Seuerō raſcrit: vētigalia publica in id cōtraxit, ut qui de cem aureos sub Heliogabalo præſtarent, tertiam partem aurei præſtarent: hoc est tricēſiām partem. Tuncque primum ſemilles aureorum formati sunt: tunc etiam cum ad tertiam partem aurei vētigal decidisset tremiſſes, dicendo Alexandro, etiam quartarios futuros, quos minus non posset: quos quidē iam formatos in manu aſſe, tenuit expectans, ut ſi vētigal contrahere posuſſet, & eodem ederet. Sed cum non poſuſſet, per publicas necessitates, conflari eos iuſſit, & tremiſſes tantum, ſolidosque formari, formas biennias, ternarias, & quatenarias, & denarias etiam aliquā amplius uſq; ad bilibras quoq; & centenas, quas Heliogabalus inuenierat, resoluī præcepit. nec in viu cuiusquam versati: atque ex eo, hi, maiorē nō men inditum est cum diceret, plus largiendi hanc esse Imperatori causam, ſi cū plurimos ſolidos minores dare poſſit, dans decē vel amplius una forma triginta, & quinquaginta, & ceniū dare cogeretur. Hec Lampridius, a quolibet deducere, aureos, quorum quilibet appendebat quartā uncia partē, ſolidos ex eo dictos fuſſe, quod integri aurei eſſent, non ſemilles, nec tremiſſes, qui tunc primum percussi fuere. Semilles quidē ex dimidia aurei parte, tremiſſes ex tertia. Sed &

## Veterum Collatio.

sub Alexandro Seuero, aureum etiam habuisse quartam vnicæ partem, constat ex proxima conclusione, & ex his, quæ ad eius intellectum adduximus. Item deducitur ex eodem Lampadio, aureos veteres tunc ex ea ratione solidos dici ceptos. Nam & hac dictione iuxta significationem istam autem id temporis apud Latinæ linguae authores ratus fuerat usus. Aureos vero duorum drachmarum: ideo minores solidos appellat Lampadius, quod distinguerentur ab his, quos binarios, id est quatuor drachmarum: ternarios sex drachmarum: quaternarios octo: denarios virginis: bilibres centum nonaginta duarum, centenarios ducentarum drachmarum Heliogabalus condi fecerat. Sic Vlpianus, qui sub hoc Cæsare Alexander floruit, in l. Quod vulgo. ff. de Aedili. edi. & in l. Si vero. 6. Prætor ait. ff. de his, qui deiecer, vel effude. Prætorum, & Aedilium vetera edicta referens pro aureis solidos apposuit, ex eo forsan, quod & scieis dictio non fuerit apud veteres frequens usus: usi tamen ea quandoque fuerint veteres prætores, & Aediles: vel ex ea ratione, quod Iurisconsultus ipse dictiōnem tunc in usum deducitam veteri substituerit: cum frequenter sit mentio aureorum in ipsis veterum Prætorum, & Aedilium edictis.

Eadem ratione, & ipso quidem tempore, quo aureus, siue solidus sextam appendebat vnicæ partem, percussi fuere aurei numi semisses, & tremisses. Tremisses autem numerus aureus tertiam pendebat solidi partē: ita, ut solidus ex tribus tremisis constaret: tremisses vero ex octo siliquis. Fit mentio de tremissibus in l. 3. C. de militari veste. & in l. iubemus. C. de erg. mil. anno. li. 12. & in Nouella. 28. & 29. Sed & de solidis aureis Iustiniani, & de tremissibus expressim meminere Gothorum incliti Reges, qui apud Hispanos leges olim tulere ante Roderici Regis calamitem: ut patet ex Foro juzgo maxime li. 7. ultima. & li. 8. tit. 4. contextus etenim Latinus illarum legum solidi aurei, passim meminit, item & tremisses numi, cum expendens ad tertiam solidi aurei partem: Extant sane leges ista & nunc coquidē sermones, atque idiomate, quo fuere olim scriptæ nempte Latino, & rursus è regione Hispano, quanto Goths vtebantur, quo & aunc paululum antiquitatis, nouatisque dictiōnibus, utimur:

Quinta conclusio ex premisis hunc in modum deducitur. Quanuis aureus à solido, nec re, nec nomine in effectu differat, nec usquam ei dissimilis fuerit, numerus tamē hic sub consulibus, & Cæsaribus fere ad Constantinum usque maior

pondere fuit quam qui sub Constantino & successoribus fuerit postea signatus. Hæc ideo probatur, quod iam dixerimus, aureum, etiam ponderis duarum drachmatum, & qui quartam habet vnicæ partem, dictum esse solidum. Deinde quia numus hic qui olim appèdit quartam vnicæ partem, postea sub Constantino, & Iustiniano sexta fuit vnicæ pars. Qua ratione nos libro primo Variarum resolutionum. capitulo. 11. asseruimus, & nunc constanter assertimus, aureum veterum Iurisconsultorum ab aureo Codicis Theodosiani & Iustiniani ex eo differre, quod aureus ille veterus quarta fuerit vnicæ pars: aureus autem, vel solidus Iustiniani, & aliorum Cæsarum, qui à Constantino imperium obtinuerunt, sextam tantum appenderit vnicæ partem. Atque ideo rem istam obiter tetigisse videntur, qui discribent hoc hac in controversia nondum constituere.

Superest nunc his satisfacere rationibus, quæ pro contraria sententia fuere adductæ. Non enim obstat tex. in dict. l. quoties. C. de susceptor. præp. & arc. ea siquidem constitutio edita fuit à Valentiniano, & Valente Cæsaribus, ut constat ex lib. 2. Codicis Theodosiani titu. 6. quo tempore aureus, vel solidus iam erat pondere diminutus, maximeque à veteri dissimilis, quippe qui sexta esset vnicæ pars. Errant ergo, qui eam constitutionem Alexandro Seuero, vel Iustiniano tribuendam esse censem. Non igitur quidquam nostram opinionem diuellit, quod ibidem solidus sexta vnicæ pars censeatur: sicut Isidorus & alii scripsere.

Secunda ratio ab Antonio Augustino collecta ex l. vnic. C. de collat. æris. lib. 10. + nō admundum vrget, quod ostendere conabimur, prius statuentes rationem ipsius inductionis, qua virile doctissimus vtitur. Is enim existimat, ab eadē constitutione libra æris viginti solidi uno estimati, atque ideo solidum valere centum viginti sestertios: cum quilibet æris libra efficiat viginti quatuor ases semunciales ex quibus constituitur valor sex sestertiorum ad rationem quatuor assium pro quolibet sestertio: unde deducitur, solidum ea lege valuisse centum viginti sestertios: & sic triginta denarios. Hinc sane Antonius August. existimat, solidum eius fuisse ponderis, cuius fuerit aureus: cum tanti sit valoris, imo pluris estimetur. Posset equidem pluris hæc inductioni fieri, si vtamur lectiōne, secundum quam dicta l. Vnica. legitur in. C. Theodosiano libro vnde cimo. titulo vigesimo secundo, l. secunda. his equidem vrbis.

# Numismatum, Cap. III.

1015

*Arcadius, & Honorius. A. A. Hilario.*

Æris pretia, quæ à Prouincialibus postulan-  
tur ita exigi volumus, ut pro viginti quinque li-  
bris æris solidus à possessore reddatur. Dat. V. Ca-  
lend. Ianuar. Mediolani. Arcad. IIII. & Hono-  
r. III. A. A. Et Conf.

Hinc vides, Lector candide, Iuxta Antonij  
August. rationem, vnum solidum aureum æstimari  
cētum quinquaginta sestertijs: denique tri-  
ginta septem denarijs, quam æstimationē maxi-  
mē iniquam esse satis cōstat, si legitima propor-  
tio auri ad argentum obseruetur: idcirco non  
possum ipse mihi persuadere, solidum aureum  
tanti vñquam æstimatū fuisse, vt triginta se-  
ptem argenti denarios valuerit: id etenim nec  
memini, me alicubi legisse, nec Budrus, Al-  
ciatus, Leonard. Portius, Agricola, ipseve An-  
tonius Augustinus tantæ æstimationis mentio-  
nem fecere. Nam et si solidus, vel aureus quar-  
ta fuerit vnicæ pars, ac duas appenderet drach-  
mas, si tanti æstimaretur, esset proportio auri  
ad argentum ad rationēm vnius pro decem, &  
octo partibus. Quod si solidus constituatur ex  
sexta vnicæ parte, vt ad dict. l. vnicam. con-  
stituendus est, profecto esset hæc proportio ad ra-  
tionem vnius portionis auri pro viginti & octo  
argenti portionibus. Quod adeo absurdum est,  
vt facilimè refelli queat. Sed et si lectionem cō-  
munem admittamus, quæ vulgo recepta est, &  
authoritatem publicam habet, minimè permit-  
tam, nec concedam ex dicta. l. vnicæ. adnotari  
solidum vnum valuisse tempore illo centum &  
viginti sestertijs: id est triginta denarios: non  
enī est credendum, autum eo tempore, quo  
maiorem habuit æris, aut argenti portionem,  
quam olim habuerit, plūrīstunc quam olim æ-  
stimari, cum eius esset in Italia penuria. Præser-  
tina hæc æstimatione admittenda non est vel ex-  
eo, quod multum dissimilis sit, & iniqua pro-  
portio auri ad argentum, sic sanè non verebor  
asserere, solidum aureum sub Arcadio. & Hono-  
rio Cæsaribus nequaquam tanti fuisse valoris,  
quanti ipse Antonius Augustinus inductione di-  
bagenti opinatur.

Ipse vero coniecuris quibusdam, & his à iusti-  
tia restitutis deriuatis cōtendam, solidum au-  
reum; tercia parte veteris aurei diminutum, isti dē-  
& tertia æstimationis, ac t̄ pretij parte à veteri de-  
ficere; qua ratio ac cum vetus ille aureus value-  
rit viginti quinque denarios argenteos, solidos  
Iustiniani, & aliorum Cæsarum à Constantino.  
erit æstimandus denarijs argenteis ferè decem &

septē: hæc enim æstimatione congruit proportio-  
ni auri ad argentū, quæ eo tempore iusta cense-  
batur, sicuti nos superius tradidimus. Et proba-  
tur in l. i. C. de argenti pretio. libr. ro. vbi libra ar-  
genti, quæ constat ex octuaginta quatuor dena-  
rijs, quinque aureis solidis æstimator. Eandem o-  
pinionem probauimus libr. i. Variar. Resoluti-  
c. ii. quo in loco deduximus Iustiniani solidum  
ad hunc, quem modo exponimus valorem.

Ceterum quod aureus olim habuerit hanc æ-  
stimationem centum sestertiiorum, aut viginti  
quinque denariorum tradidere Guillielmus Bu-  
dæus, Alciatus, Georgius Agricola, & alij hanc  
rem tractantes, nec negat ipse Antonius Augu-  
stinus. Sed & hoc manifestum fit ex Tranquillo,  
in Othonē, & Cornelio Tacito, quorum supe-  
rius inemimicos ad probandam eius eratis pro-  
portionem auri ad argētum. • Dion itē li. ss. scri-  
bit, aurū, quo olim vtebantur • Romani valuis-  
se viginti quinque drachmas argenteas: idem &  
Xiphilinus in Augusto fatetur: vterq; sanè id ex  
consensu Grecorū assuerans. Sed & quod de de-  
narijs diximus, idem & Leonardus Portius pa-  
lam & aperiè assuerās. • Latini vero authores cā  
æstimationē ad denarios retulerūt. • Nam & tot  
doctissimorum virorum sententia, qua valor au-  
rei constitutus est ad centū sestertios, etiam cum  
erat quarta vnicæ pars: omnino euerteretur ex d.  
l. vnicā. si Antonij Augustini interpretatio foret  
admittenda: cūm ex ea aureus æstimādus sit cen-  
tum viginti sestertijs numis, & tamen erat iūc au-  
reus ponderis eius, quod constat ex sexta vnicæ  
parte: idcirco ipse, ni fallor, existimatē certius  
esse, Cæsares ipsos Arcadiū & Honoriū in tri-  
butis, exigendis à Prouincialibus, quanlibet æris  
libram minoris æstimasse, quam ea redacta ad  
numos æreos publica autoritate percussos Ro-  
mæ æstimaretur. Idque factū est, ac fieri potuit,  
vt Prouinciales minus grauarentur in exactione  
tributorum: & inuitarentur ad soluendū aurum  
pro ære, si de æris exacta æstimatione aliquid ea  
ratione remitteretur: item quia vilior erat æsti-  
matio æris in Prouincijs, quam Romæ, & in Ita-  
lia. Ex quibus statutum est, vt in tributorum ex-  
actione, ærisque collatione satis esset pro viginti  
æris libris aureum solidum conferri. Qui quidē  
solidus æstimationis erat decem, ac septem dena-  
riorum: quia sextam vnicæ partem pendebat: at-  
que ita pro qualibet æris libra soluebantur sester-  
tijs m̄es, & ferē dimidijs, secundum ea, quæ paulò  
ante adnotauimus.

Huic interpretationi, quam ad dict. l. vnicam.

Sff 5 addu-

adduximus, accedit & altera constitutio in l. vni  
ca. C. de argenti preio. libro. 10 qua statuum est  
6 in publicis p̄sitationibus posse pro qualibet ac-  
gēti libra quinq; solidos aureos solui. Et est hēc  
constitutio Imperatorum Arcadij, & Honorij ad  
Euthychianum p̄fectum p̄tectorio extatque in  
Codice Theodosiano libro decimotertio. titulo  
secundo. Nam si solidus quilibet estimaretur se-  
stertijs centum aut centum viginti: & sic viginti  
quinq; denarijs, & aut triginta: ut c̄set Antonius  
Augusti. esset profecto iniqua commutatio, & in  
juriosa his, qui tributa soluere tenentur: cum pro  
octuaginta quatuor denarijs, ex quibus argenti  
constat libra, soluerent ipsi centum viginti quin-  
que denarios: quos efficiunt quinque aurei soli-  
di aut sanè centum quinquaginta denarios iuxta  
ipsius Antonij Augustini estimationem. Quod  
si solidus quilibet constans ex sexta vnciae parte,  
estimetur, vt estimari debet, decem & septem  
denarijs ferè, tunc planè coactas, quinque soli-  
dos efficere octuaginta quatuor denarios, ex qui-  
bus libra argenti conficitur. Hēc ergo Cæsaream  
constitutio ita intellecta plurimum iuvat eam g-  
estimationem, quam nos constituimus ad solidū  
aureum, cuius mentio sit in Codicibus Theodo-  
siano, & Iustinianzo, ex quo, ni fallor secunda  
ratio tollitur.

Tertia ratio non obseruit nostrę opinioni, si ex a-  
cte considerentur cōclusiones, quas hoc in para-  
grapho constituimus. Non enim negamus, solidum  
aureum cuius à Iustiniano mentio sit, sextā  
esse vnciae partem: aureum vero veterem quartā  
fuisse vnciae partem constanter affueramus. Iu-  
stinianus autem, ut moris est apud legillatores,  
cū vellet veterum Senatusconsultorum, p̄-  
torum, & Iurisconsultorum responsa lege noua  
cōficiare, aut interpretari monetam, & numeros  
priorum legum, aureos quidē, aut solidos, sive  
ponere numis aureis exposuit, & significauit, licet  
pondere fuerint diminuti. Liberū enim est hoc  
legillatori, voluit sanè Iustinianus deinceps poen-  
nas legum antiquarum expendendas esse ad ra-  
tionem numerorum, quib' eius Principatu Roma-  
ni vebantur. Probatur hoc apud eundem Iusti-  
nianum in §. sed nostra Inst. de success. libert.  
vbi agens ipse Imperator de libertis Centenarijs  
Papiam legem referens, que de centum mille se-  
stertijs loquebatur, eius quantitatē ad centum  
aureos deducens ita scribit: ut pro mille sestertijs  
vnus aureus computetur. Non enim volunt Iusti-  
nianus, mille sestertijs vnius aurei tantum esti-  
mationem efficere, id quidem falsum esset, siue

accipiamus aureum veteris ponderis, siue solidū  
Iustiniani, qui est sexta vnciae pars: sed veterem  
summā ad minorē deduxit: vt tandem centenarius  
libertus olim ex lege Papia centū lessertia in bo-  
nis habens, hodie dicatur is, qui centum solidos  
habuerit aureos ex Iustiniani constitutionibus.  
Atque ita locū illum Iustiniani explicatū Engui-  
narius Baro ibi: Budęs libro secundo. de ass. Al-  
cia. libro tertio. dispunct. capitulo nono. Anto-  
nius Augusti. libro secundo. Emendatio. capitu-  
lo septimo. sic regia Partitatum lex. 10. ti. 22. par.  
4. cum esse censei libertam centenarium, qui ha-  
beat in bonis cētum aureos Marauedinos: quos  
ipse interpretor numeros aureos nostra ferè etate  
dictos Castellanos, & similes aureo solidū Iusti-  
niani, qui sextam adpendit vnciae partem.

Quarta ratio eodem iure tollitur, siquidem le-  
ges veteres, quo ad poenam aureorum veterum  
reducuntur ad novos aureos, seu solidos, qui  
sub Iustiniano Cæsare expendebantur.

Quinta contrarie opinionis probatio eandem  
adsequitur solutionem. Nam Iurisconsultorum  
responsa intelligenda sunt de veteribus apercis,  
quorum quilibet quartam habuit vnciae partem.  
Decisio vero Iustiniani est accipiēda de solidis,  
& apercis eius temporis, quorum quilibet sextam  
appendebat vnciae partem. Hic rāmen ex hoc se-  
quitur, aureum veterem & eum, qui sub Iustinia-  
no percutebatur eiusdem ponderis fuisse: siqui-  
dem poenam veterem aureorum, cum hi non es-  
sent tunc in usu, nec eius ponderis percuteretur,  
translatis Iustinianus in aureos & solidos mino-  
ris ponderis, qui tunc percutebantur, & publice  
signati expēdebantur. Sic sanè nos fatemur test.  
in dicto. §. vltimo. Inst. de poena temere litigant.  
esse intelligendum de solidis, quorum quilibet  
sexta erat vnciae pars. Nec in libro primo. Varia.  
resolu. capitulo. II. contrarium scripsimus. Imo  
nec usquam mente cogitauimus, quippe qui pa-  
lam, & apertissime aureum veterem distinxerimus  
à solidū Iustiniani, cuius est præcitata deci-  
sio; & Iustiniani solidum non semel sextā vnciae  
partem fecerimus.

Sexta ratio poterat profecto urgente aliquantu-  
lum, si in dict. cap. qui subdiaconum. mentio fa-  
cta fuisset de aureis, cū in lege Regia partitarū  
eadem decisio sermone Hispano sub mentiore,  
& nomine solidorū expressa fuerit. Etenim tunc  
probaretur, aureum, & solidum idem esse, & hos  
numeros eiusdem ponderis fuisse. At cū in dicto  
capitulo. Qui subdiaconum. de solidis mentio  
fiat: sicuti & in dict. I. Regia, nullo quidē modo  
probatur

res maravedinos decem Denarios vero Turonē minoris valoris est, quā noster hic numerus ētens maravedinus vulgo dicitur. Quamobrē poterit non temere ad hos solidos Turonenses deducī decisio à Gratiano ex capitularibus tradita in dicto capitulo, qui subdiaconum. Eosan & ad eosdem referenda est compositio, qua soluti certis solidis iniungitur in capitulo, cūque deuotissimā.

12. questione secunda. Ex Epist. Greg. Pap. 3. libro quarto. ad Constantiam Reginam Gallie.

Cuius item memipit Burchardus lib. II. cap. 2.

Percussi etiam olim fuere Turonis numi argentei, dicti Turonen. argentei, quorum metius sit in Clementina secunda, de magist. ad consti- tuendum modum expensarum, & sumptuum, qui fieri solebant in dignitate doctorali suscipiēda. Hi numi varie quidem ab interpretibus estimantur, sed in extraua. priua. de censibus inter communes. Porro, ita examinantur, ut dodecim argentei Turonenses efficiāt Florenum. Florentinum aureum. Hic tamen Florenus Florentinus aureus maior videtur octaua ex parte Flore- no Aragonio ex. l. sexagesimā secunda. Henrici.

3. Regis Secundi. Tautistatuta æra. M. cccevij. At Florenus Aragonius &c. fere valet argenteos numos regales Castellanos: ex quo, & ex his, quæ simul tradidere Barro. in. A. Paul. ff. de so- lut. colūna prima, & Alciatus libro tertio. dispu- dio. capitulo, & poterit Florenus predictus Flo- rentinus duodecim argenteis numis Regalibus Ca- stellaniſ ſtimari. Sic ſanè argenteus Turonensis, cuius mentio fit in dicta Clementina secunda, erit minor, fere quarta ex parte, numo argenteo regali Castellano, qui drachmam argenti appen- dit: qua ratione vnde cīm ferme argentei Turo- nēles efficiunt vnam argenti integrā vnciam: & ideo quilibet Turonensis argenteus ſtimabi- tur viginti quinque nostris ſtimis maravedinis, id circa Pator. in dict. Clc. 2. tria millia Turonen- ſium argētorum, de quibus illic traditur, ad du- centos, & quinquaginta Florenos de camera de- ducit existimans, hanc esse verā illorum ſtimationem. Quamobrē iuxta illam constitutionem nemo poterit in doctorali gradu, & honore adj- plicendo expendere vltra ducentos simplices au- reos, & ducatos Castellæ, quorum quilibet vnde cīm numis argenteis regalibus ſtimatur.

Quod si quis solidos capitularium Caroli Mag- ni, de quibus in dicto capitulo, qui subdiaconum. interpretari velit argenteos Turonenses: non admodum refragabor. Nam & tunc satis sufficiens erit compositio.

Solidi autem quorum mentio fit in capl. viii de rerum permixtis, non sunt ad solidos laſtiniani nead aureos veterum Romanorum referendis, sed ad solidos Vngaricos argenteos, ut Spinor, qui percussi fuere Regis Vngaricæ authoritates & ideo in. d. a. vlr. Solidi regales dicuntur, ut inde non temere opinentur, eos numeros non esse veteres Romanorum: nec Imperatoris auctoritas te, imo Regia fuisse percussos. capl. I. cap. 1.

De his solidis, qui referuntur in capitulo: con- querēte. de off. ordi: maior est dubitatio. Siquis dem glo. in capl. Placuit. 10. q. 3. scribit, solidos illos pares esse, & simplices autēis, & solidis Iuſtiniani. Qod mihi multis ex casis placet. Pri- mo, quia Bracharensē Conciliū Secundū in quo statuitur, Episcopos nomine Cathedratici non posse exigere ultra duos solidos a qualibet Eccle- ſia. c. placuit. modo citatum celebratum fuit sub rege Sucuorum Theodemiro, & rege Gothoru Athanagildo. anno Domini DCLXVII. id est fuit ex D. Isidoro in Historia Sucuorum, & Gothori ut interim, & obiter admoneat legatum in libro Conciliorum, qui vulgo circuſferrur p̄ceptis celebrati huidis concilijs Bracharensē ſcritis re- ratum esse. Est enim inibi ita scriptum: Anno Se- cundo Regis Ariamiri, æra D C X. sub Honori- ro Papa p̄dictio. Est equidem ita legendum. An- no Secundo Regis Theodemiri, æra D C XI. sub Ioanne Papa Tertio. Quius rei testis est fidus Isi- dorus, ilque maxime authoritatis authoritatis te- poribus proximus, qui in Historia Sucuorum ſcri- bit: Theodomirum eccepisse regnare anno Domini. DL XIII. Et cum eius Regis Secundo ap- pro congregatum fuerit hoc Bracharensē Conciliū secundū, apparet, eius certum tempus tribuen- dum esse anno Domini. DL XIII. æra D C II. quo tempore ſumum Pontificatum obtinebat Ioānes Tertius. Nam Honorius electus est mal- to pōst anno quidem Domini D C X XII. Hoc autem Bracarensē concilium iuxta hanc ratio- nē planē cōigit Iuſtiniani Cesaris ētate: & ideo mirum nō est quod ad eius numos: id est ad ſolidos aureos referatur. Secūdo, quia hęc eadē deci- ſio de duobus solidis ab Episcopo exigendis pro- iure Cathedratici traditur à Gratiano in ea inter- cetera. 10. q. 3. Ex concilio Tolentino quaria, ſed potius ex cōcilio Tolentino. 7. c. 4. ut admouit Anto. Demochares, quod Cōcillum celebratum est, anno Domini D C XLVI. quot tēpore, ac postea Re- ges Gothoru vtebātur proprijs in legibus, & cō- ſtitutionibus ſolido auteo Romanorū: quemadmodum iam ſemel aduoluimus & modo iterū admo-

# Numismatum, Cap. III.

1019

admonemus ex Foto iugro lib. 7. ca. vlt. & libr. 8. tit. 4. Tertio ex eo in hanc accessimus sententiam quod sub Iustiniano Pelagius Papa primus paulo ante hoc Bracharese concilium statuerat, duorum tantum solidos exigendos esse ab Episcopo iure Cathedratici: ut apparet ex. ca. illud & cap. alti. 10. quæst. 3. de quo est sanè constituendum cum intellectu de solidis aureis, quibus eo tempore Romani, apud quos summum agebat Ponificem, vtebantur, & de quibus leges tunc latet 10 ab Imperatoribus, erant intelligendæ. Quod nō lauit virum illum doctissimum Martinum Bracharensem Episcopum, qui huic præfuit Secundo Bracharensi concilio, quique à Pelagi Papæ decreto Canonem Concilij deduxit.

Septima ratio ad leges Fori Castellani pertinet, quarum authoritas penderat ab usu, & praxi, iuxta quā varia semper fuit in hoc regno, solidorum æstimatio. Sed & apud leges istas hac in specie nihil aliud legimus, quam quod poena legibus Romanorum statuta sub aureorum mentione, sit item repetita sub eadem solidorum quantitate, quod & Iustinianus fecit, & fecere viri illi doctissimi, qui partitarum leges Alphoni decimi iussu & autoritate concinnarunt. Nec tam id opinioni Budæi refragatur: quemadmodum superius adnotauimus, & statim repetemus. Præsertim quia Regia lex partitarum. 12. tit. 9. part. 7. dum leges illas de sepulchro violato refert, non appellavit aureos Iurisconsultorum solidos, sed marauditos aureos, lex autem. 14. tit. 23. part. 1. statuit non minoris æstimandam iniuriam sepulchri violati, quam centum marchis: cum de centum aureis hoc ipsum dixerit. 13. ff. de sepulc. viola. & dict. 1. 12. titul. 9. pár. 7. quod discutere conabimur inferius.

Ocauz rationi responsurus illud profecto præfabor, me multum in qualibet dubia concertatione Accur. Bart. Bal. & huiuscem classis authoribus tribuere, quonies de perscrutando vero iurisconsultorum sensu, aut de cognitione earum distinctionum, quæ huius nostræ professionis propriæ, & peculiares censentur, agendum sit. At ubi de veterum latinatum dictionum interpretatione tractetur, existimo nos ita certam esse corrum auctoritatem. Temporis siquidem vitium fuit, nō ita proprie ab his authoribus, aliquot latine lingue dictiones acceptas fuisse. idcirco tūm hac in parte tractemus de veterum numismatum pondere & estimatione potius credendum erit Graecæ, & Latinæ lingue eius temporis vetustissimis scriptoribus, & nostræ etatis hominibus, qui ma-

gnō cum labore collatis veteribus numis rem istā diligentissimè explicarunt. Quod si quis de verborū significatione credendum omnino Ac cursio, Bartolo, & alijs censuerit, planè percipiet ex Budæo, Alciato, Nebris. Anto. Augusti. & his similibus, quod passim errores ille necesse sit probet, & admittat. Quis enim ut interim alia omittamus, crederet Accursius qui in. l. vñica. C. de argenti pretio. libro. 10. quinos solidos aureos in collectione pro singulis + argenti libris solvendos decē interpretatur, maximo, & ferè puerili errore ad intellectum ipsius constitutionis plurimum conduceat. cum illic quinque potius solidi fuerint intelligendi. in eundem errorem labuntur ipse Accur. in. l. nā & si for. §. vlt. ff. si cert. pcta. in. l. si ita stipulatus fuerit, si Titius in princ. ff. de verbo. oblig. in. l. vt agendi. C. de cursu publico. in. l. qui textrini. C. de marilegulis. lib. 11. in. l. sciendū. ff. de legat. idem Accur. in Proœmio Digestorum verb. denarum. & in. l. stipulatio ista. §. Eū qui ita. ff. de verb. obli. Alberi. & Iaso. in. l. vlt. ff. de in ius vocan. Bart. in. d. §. Eum qui ita. quo in loco scribit, etiam in legibus penalibꝝ dena viginti significare: quod adeò manifestum esse censem, ut nullus indigat benigniori interpretatione. Sic sanè Bar. lege lata, ut bini digiti amputentur falsi crimen committenti, facillime iudicaret, quatuor digitos illi fore amputandos. Qua ratione ob errorum gratuitum in re ferè Elementaria quis contra legem duos admitteret digitos.

Quis item obsecro ferat? hac in re preludium facere opinionem Accur. in. l. vñica. C. de imponend. lucra. descrip. quem illic perpetram Pyrrhus sequitur, dum siliquam solidum interpretatur: cum siliqua sit solidi vicesima quartapars: sicuti ex adnotatis superius deducitur: at que in specie probant Budæus lib. 5. de Aſſe. id ī. 4. qua vulgo. ff. de Aſſili. edi. Alci. in. l. frumenta. ff. de verb. signifi. Anto. August. libr. 2. Emenda. c. 8. & cap. 9. Georgi. Agricola. lib. 5. de ponde. Etenim cum solidas habeat drachmam vñā, & scrupulum, planè cōstat siliquam, quæ est sex. ta scrupuli pars, esse vicesimam quartam solidi partē. Nam & drachma decē, & octo siliquas appendit, & sc̄tria scrupula. idem explicat eleganter Caro. Molin. de contract. q. 1. nu. 64. & 68. hoc ipsum & Isidorus scripsit, cuius mentionē fecit idem Accursius in auth. nullū eredito. agricola. colla. 5. verb. Solidum. vt hinc magis miremūr vīlo eo auctore Accursiū roties hallucinatūr fuisse. Ex quibus itidē intelliges quāti sit & stimanda siliqua aurea in auth. Sed hodie. C. de Episc. & cīc. & in auth.

auth. de sanctis. Episc. §. Sportularum erit equidem vicesimaquarta pars aurei numi Castellani, cuius speciali hoc nomine superius meminimus: atque ideo siliqua numus aureus estimabatur nostris viginti etatis marauedinis. Hec longius adduximus, quam ab initio constitueramus ut admoneremus, numismatum & veterum Latinarum dictorum interpretationem non ab Accursio, & eius adieclis, sed ab alijs probatissimis authoribus petendam esse. Cui rei, & negotio egregiam dedere operam quo ad iuris ciuilis libros Guiliel. Budaeus, Alciat. Zasios, & noster Nebrisen. & Anto. Augustinus, atque alij plerique.

Nona ratio facilime tollitur: siquidem viri doctissimi, qui Partitarum leges edidere, sequuntur Iustinianum, eiusque constitutiones, quibus solidus sexta unciae pars censemur, omnes veteres aureos absq; ullo discrimine parcs fuisse solidis Iustiniani existimarunt. At ideo veteres leges, & Jurisconsultorum responsa, quibus mentio aureorum facta est, ad moneram deduxere eandem, nempe ad aureos marauedinos, vnde non magis obstant Partitarum leges, quam Iustiniani responsa. Nam etiam si conditores legum Regiarum notam habuissent distinctionem veterum aureorum ab his, quorum meminit Iustinianus: attracta videatur veteres aureos in huius Regiae normis: itidem aureos tunc usque publico percussos commutasse: quemadmodum fecit ipse Iustinianus. Quod si viri illi eruditissimi opinati sunt, eiusdem ponderis fuisse veteres aureos & Iustiniani solidos, scerabimus in hoc regno eorum sententiam regia auctoritate diffinitam in iudiciis, & alijs actionibus: non tamen inde certum erit, aureum veterem sextam, ut Iustiniani solidum, fuisse unciae partem. Cum harum legum auctoritas extra Castellum Regium minime sit admittenda: nec ex ea iure possimus Budaeum, Portium, Alciatum, & Agricolam convincere. Non tam pretermittam in hoc ipso libello aliam regiarum legum interpretationem quantum ad numismatum estimationem distinctius tradere, quippe qui videam operae pretium me facturum, si huius negotio operam qualecumque praestiterim: vel in hoc, et doctiores ansam hinc capiant rem istam in publicam utilitatem diligentius tradendi, & examinandi.

Igitur oportet Jurisconsultorum veterum respondere, & Iustiniani constitutiones aliorumque Caesarum constituta ratione temporum omnino distinguere ad propriam, ac veram aureorum, & solidorum estimationem. Sic Budaeus libro. 5.

de Asse, hanc aurorum, & solidorum differentiam testatur, se comprehendisse appensis aureis numismatis Caesarum ab Augusto Octavianus ad Commodum, & Mamcam Alexandri Severi matrem, quæ quartam appendebant unciae partem: rursus aureis numis Constantini Magni, Iuliani Magnentij, & Iustiniani, quorum pondus sextam efficiebat unciae partem. Sic sane autem qui fuit temporibus Iustiniani, sublescopulus fuit ad antiquum aureum. Et tertia parte minor, qui in Codice Iustiniani solidus vocatur, teste Francisco Gonnano libro secundo Comment. capitulo nono.

De aureis item solidis & metio fit in sacra Scriptura. 1. Paralipomenon capitulo vigesimo nono. Polliciti sunt itaque Principes familiarum & proceres tribuum Israel. Tribuni quoque, & Centuriones, dederuntque in opera domus Domini auri talera quinque millia, & solidos decem milia, de eadem re tractans Iosephus liber septimus antiqui. capitulo decimoquinto. inquit, oblata sunt auri quidem talera quinque millia, & statres decem millia. Etenim qui solidi in Sacris Bibliis dicuntur à Iosepho stateres appellantur: ut planè intelligamus, solidos istos aureos fuisse quatuor drachmarum: nempe siclos Hebreos Sanctuarij, de quibus superius in capitulo secundo latiorem mentionem fecimus. Nam licet Atticus stater didrachmus fuerit, frequentius tamē stater non tantum est, quam pondus quatuor drachmarum, quod ex Cleopatra, Epiphaneo, Hieronymo, & Hesychio adnotavit Georgius Agricola libro secundo de externis ponderibus. Idem probat Budaeus libro. 4. & 5. de Asse. Solidus igitur hic Sacrorum Bibliorum erit quatuor drachmarum, & idem qui ab Hebreis siclus dicitur: atque ideo stater hic seu solidus aureus appetit nostros quatuor aureos drachmales feret, quos Ducados senzillos dicimus. Stater vero & argenteus, & aureus fuit: cum certum pondus & sepe eius ponderis numerus significet.

Erat & olim aureus numus stater Croesus dictus, cuius pondus & par erat numo anteo, & statre Darico, quem duas drachmas habuisse, superius ostendimus. Croesus igitur aureus duatum drachmarum Atticarum pondus habuit: sicut ex Aristophanis interprete probat Georgius Agricola lib. 2. de pondere monet. Qua ratione Croesus hic par erit aureo veteri Romanorum, & auro nostro duplo: quem vulgus Doblon appellat.

Stater item Cyzicenus aureus numus erat: qui valebat viginti octo drachmas Atticas argenteas:

## CAPVT. IIII.

reas: ut appareat ex Demosthenis oratione ad  
Phormionem: idcirco habita proportione au-  
ri ad argentum probari videtur, aureum istum  
appendisse duas drachmas, & dimidiam, ac for-  
tasse plus ad rationem unius drachmæ auri pro  
decem argenti: quod ferè Budæus, & Agricola  
farentur.

Eiusdem fere ponderis erant auri, seu stateres Macedonici, & Regum, qui Alexandro Magno successerunt: ut idem Agricola censet libro secundo, de pondere monetar. Budaeus tamen libro s. de asse restatur, se vidisse numum aureum Lysimachi Regis, quem non potuit appendere, & tamen suspicatur, cum quatuor drachmarum pondus habuisse.

Illud sanè prætermittendum non est quandoque aureum staterem quo ad pondus quatuor drachmarum, dictum esse eiusdem ponderis numisma. Quia & minæ, hoc est libras pondus, dictum fuisse staterem, scribit Iulius Pollux de rerum vocabulis, ut quidam interpretantur. Ipse vero censco, minam, & libræ, & numi nomē fuisse: atque ideo apud Pollucem mina, ut numus, stater dicuntur, quod Ludoui. Cælius adnotauit libro sexto. lectio. antiqui. capitul. secundo. qua ratione stater aureus minam æquabat, & uterque numus erat. Sic & Josephus libro secundo. antiqui. capitulo tertio, argenteos nummos, quorum mentio fit: Genesim capitulo trigesimo septimo. minas appellat, intelligens; ut opinor, stateres argenteos quatuor drachmarum: & sic Sanctuariorum sicos Hebreos.



**S**VANDO QVE L E-  
gibus auri, vel argenti libra iu-  
re multæ indicatur, aut ratio-  
ne poenæ ab crimen aliquod  
exponitur: quod passim con-  
stat: & ideo oportet inquire-  
re, qualiter sit in hisce legibus libra estimanda, &  
expendenda. Etenim ubi libra, ut pondus auri,  
vel argenti, indicatur, erit referenda in tot argen-  
teos denarios, vel aureos numos, quot Romana  
lege, Regia, vel † Prouinciali ex duodecim vncis  
auri, vel argenti percutiuntur. Quæ quidem ratio  
facillime haberi poterit ex his, quæ hoc in tracta-  
tu tradidimus. Sic sanè est interpretanda deci-  
sio, l. 2. C. de Episco. audi. l. ab exequutione. C.  
quorum appellat. non recip. quibus equidem le-  
gibus temere appellanti pcena imponitur quin-  
quaginta libraturum argenti & quandoque cen-  
tum indicta est. l. ciuitas. C. de officio rectoris  
Prouincie. Argenti etenim libra quælibet duo-  
decim vnciarum estimatur nonaginta sex numis  
argenteis Regalibus iustissimi ponderis: nempe  
drachmalibus: aut centum ex his, qui publica,  
& Regia percussi autoritate in commutationi  
bus expenduntur: quemadmodum ex cap. 2. de-  
duci facillime poterit.

Eodem pacto est accipienda poena triginta librarum argenti, quæ Sacrilegis infertur in capit. quisquis. 17. q. 4. Ex Ioanne Papa octavo, & Iuane Carnotensi lib. 2. tit. de Sacrilegio. Quanvis in hac specie quia hæc poena indicitur ex argento purissimo, quod vulgo Plata accendrada dicimus, maior erit estimatio facienda cuiuslibet argentei nummi: cum hi nummi, quibus utimur in commutationibus, etiam si argentei sint, habent tamen aliquam æris partem admistam.

Ex his, etiam constat interpretatio .I. Prope-  
radum .9. sin autem vtraque .C. de iudic. & .I. vni  
ex .C. de ratio .oper. publico .quibus constitutio-  
nibus poena infligitur librarum + auri certo quo-  
dam distinctio numero. Est enim quaelibet libra  
ex his referenda in septuaginta duos solidos: seu  
aureos nummos Iustiniani , vel quadraginta octo  
aureos veteres Romanorum: aut duplos aureos  
in his regnis signatos authoritate Regum Ca-  
tholiorum Fernandi, & Elisabeth. I. prima .titu-  
.lo .21. libro quinto Recopilatio. Hoc ipsum no-  
tandum est ad .I. Si quis sepulchrum .C. de sepul-  
chro violat .

## Ex Capite Sequenti.

S V M M S K I V M.

- 1 Argenti libra, qualiter intelligatur?
  - 2 Auri libra, quo nam modo estimetur in iure?
  - 3 Libra quandoque non pondus, sed numerus est.
  - 4 Sestertium generis neutrius expenditur, aliquoisque loquendi modi traduntur.
  - 5 Talenta varia examinantur ad rationem valoris,  
Ex ponderis.

## Qua nam ratione sit

## **EXAMINANDA**

libra in iure.

Quan-

Quandoque libra non pondus sed numerus est, qui hoc nomine censetur: aut sane hoc libra nomine paucorum nemis matrum numerus significatur. Quod Budæus explicat libr. 4. de Asse.

Ex quo refert Carolus Molina de contractibus. questione centesima. numero. 781. Circa tempora Iustiniani libram staterem fuisse aureum non magni ponderis: atque inde dedit, etiam olim libram fuisse numeralem longe minorem justa & ponderali duodecim unciam. Quod inde forsitan procedit, quia Iulio Pollice auctore, cuius in cap. praecedenti meminimus, stater aureus mina dictus sit: minam autem Graciam distinctionem plerique libram Latine interpretantur: tametsi ad exactam libram, & minorem rationem discrimen sit inter hæc duo pondera: constiuentur: sicut probat Georgius Agricola libro de ponderib. & mensuris. Quamobrem stater pondus quanto drachmarum libra dici potuit, & ea ratione numerus quatuor drachmarum aurum, & numerus item aureus quatuor drachmarum dici potuit tunc libra numeralis. Quod mihi admodum attridet ad plerasque Iustiniani Codicis leges intelligentias: praesertim ubi pena gravissima videri ipotest, si aurum libra ad rationem duodecim unciam iudicetur. Hoc denique existimat Carolus. Ultima. C. de cupressis. libro. viii. decimo. non de libra auri ponderali, & sic duodecimi unciam, sed de libra auri numerali, aut numaria fore intelligenda. Statuum enim est, in dicta ultima. Quod plantanti singulas noctis cupressi luco Daphnensi, vel littore Antiocheno dengit singulis auro: ri librae: qui vero vel unam cupressum est sylva. tulet, in poenam quinquaginta libras auri soluat. Nam si aurum libra illa ponderalis intelligatur: quæ sepiuaginta duos solidos aureos appendit, nulla esset nec pretij, nec penitus proporcio: quæ ratione videtur, non esse hanc constitutionem intellegendam de libra ponderali, sed de numerali, vel numaria: quanvis incertum nobis sit, quanti hæc fuerit prejus, vel estimationis: siquidem quod de libra auri quatuor drachmarum diximus, non est ita certum, nisi eam sententiam ad libram quis se tulerit, quam explicuimus in vitiis praecedentis capituli verbis. Id equidem admonemus: obseruandum esse ad plures leges iuris civilis: quarum aliquot in initio huius capituli tradidimus: item & ad. l. addictos. C. de Episcop. audient. Sunt tamen qui in dicta: l. ultima. C. de cupressis. non quinquaginta libras, sed quinque libras auri legant: id que magis conuenit. l. 1. C. cont. atque ita in Codice Gregorij Haloandi legitur.

Apud Gallos in usu est, & à quingentis annis in usu fuisse legitur libra numaria, quæ valeret viginti solidos Turonenses, quorum: quilibet valeat duodecim denarios Turonenses: ut scribit Carolus Molinæus in dicta questione centesima: numero. 781. Septem autem solidi Turonenses didrachmum efficiunt, ut ex Budæo explicavimus in capitul. precedent. §. viii. mo. number. 7. atque ideo hæc libra numaria, quæ valeret viginti solidos Turonenses, valebit sex regales numeros argenteos, quos drachmales esse apud nos probavimus in cap. 2. aut paulo plus propriæ pondens diminutionem.

Andreas item Alciatus libro tertio. disputatio. capitulo nono. alterius Italitæ librae numeralis meminit, quæ nostris conuenit centum æreis Maravedinis, scribit etenim, sellarium-neutrius generis valere centum libras monetas Bononiensis, aut Italicas. Hoc autem sellarium valeat, & iusta proprietatis eius estimationem continet mille numeros sellarios, vel ducentos, ac quinquaginta denarios. Unde predicta libra valet duos denarios & dimidiū, sic sanè. decem numeros. Sellarios.

Habent & Valentini in Hispania Tarragonensis suam numariam, & numerale libram, qua passim videntur. Que quidem libra valeret viginti solidos itidem Valentinos: quemque quilibet valeat decem & octo æreos nostros Maravedinos. Id circa valet hæc libra decem regales numeros argenteos, quibus modo videntur, & viginti æreos Maravedinos. Poteritque libra ista estimari decem argenteis drachmis, & dimida.

Ceterum quod modo diximus, sellarium neutrum genere valere mille sellarios numeros, probatur à Gulielmo Budæo aliquo auctoritatibus libr. 1. de auct. eiusdem sententia sunt Leonardus Portius lib. 4. de sellario. & Alcja. libr. 3. disput. ca 9. & libr. 5. Parerg. cap. 27. Quamobrem sellarium neutris generis valeret, ac appendit ducentos quinquaginta denarios argenteos Romanos: atque ideo apud nos estimabitor decem millibus æreorum Maravedinorum, seu quadratum, quibus videntur. Erit autem ponderis Marcharum quatuor, & dimidiæ, atque insuper uncia dimidiæ. Sed Georgius Agricola lib. 2. de pondere & temperat. moneta. existimat, sellarium neutrius generis non differre à sellario masculini generis, atque ideo sellaria eiusdem valoris esse possunt, cuius sunt & sellaria: ut plane secundum hanc opinionem sellarium fuerit quartæ vnoius denarii pars. Et profecto is auctor iure videretur dissentire à Budæo, dum is censet, sellarium ita dictum esse

esse genere neutro, quod duas efficiat argenti libras, & dimidiā nēpē ducentos, ac quinquaginta argenteos denarios. Nā libra non constat ex centum denarijs, nec adhuc ex centum drachmis: quemadmodū ipse Agricola diligentissimē omnium ostendit lib. 4. de ponderibus Romanis, nisi quis velit deductionem Budæi probare ab ea opinione, quæ denarium ferè drachmę equalē facit, ac deinde libram centum drachmis constare: quæ quidem sententia defendi nequit, si rem exactè ad propriam rationem, & verum pondus deducamus. Quòd si res ista sit ad pondera non ita exactè equalia referenda, poterit ipsa Budæi deductio admitti, aut tandem assuerabimus sestertium ita dictum tuisse, quod constet ex ducentis denarijs, & dimidia alterius centenarij parte: quasi habeat duos centenarios numeros, & dimidium. Sed & his omissis nos potius admittimus discrimen à Budæo traditum inter sestertia, & sestertios, ut tandem sestertium generis neutrius mille sestertios, aut mille numeros complectatur argenteos, quorum quemlibet ad valorem decem Maravedinorum superius constitutimus. Hæc verò estimatio constat ex multis veterum authorum locis, quorum aliquot hoc in loco subiçiam. Nam præter Plutarchum in Fabio Maximo, & Martialem libro primo. Epigrammate de Gauro in Prætorem. apud Ciceronem actione. 3. in Verrem, ducenta quinquaginta sestertia dicuntur (emel, quæ paulò ante significata fuerant ducentis quinquaginta milibus sestertiiorum. Repente, inquit, recitatut uno nomine sestertiū ducentia quinquaginta milia iussu prætoris data, de eadem pecunia redita à Verre paulò post loquutus inquit, sumerantur illa ducenta quinquaginta sestertia Syracusanis. Ad hoc ipsum & Tranquillus in Othonem inquit, ante paucos dies pro impetrata dispensatione seruo Cæsaris decies sestertium excusserat. Hoc subsidium rati cepti fuit, ac primo quinque spicatoribus commissa res est, deinde decem alijs, quos singuli binos produxerant: omnibus dena sestertia representata, & quinquaginta promissa: per hos solicitati reliqui. Hæc Tranquillus. Idem manifestum sit ex Plinio, & Macrobi. Nam Asinium celerem nullum pescem sestertijs octo emisse, scribunt quidam, cum Plinius libro nono, capitulo decimo septimo. memoriz tradiderit, Asinium nullum emisse octo millibus numum, & de eodem. Macrobius libro tertio. Saturnaliorum capitulo decima-sesto. testatur, nullum emisse septem millibus

numum, audi tandem de Crispino Iuualem Satyra. 4.

*Mullum sex millibus emit*

*Æquante sanè paribus sestertia libris.*

Etenim nullus sex millibus emptus numis, & sic sestertijs masculini generis pendebat libras sex pro numero sestertiiorum generis neutrius, quibus emptus fuerat. Et apud eundem Iuualem Satyra prima satis apparet, sestertium generis neutrius multo pluris esse æstimandum, quam sestertius numerus æstimetur. Alioqui ridiculus esse: tantus Poetæ conatus qui aliam maximoperè vituperat, ac reprehendit ex eo, quod p. cunig maxima quantitas in ea perdatur. ita enim inquit.

*Et quando vberior vitiorum copia. Quando  
Maior auaritie patuit sinus? Alea quando  
Hos animos? Neque enim loculus comitantibus itur  
Ad c. sum tabulae, posita sed luditur arca.*

*Prælia quanta illic dispensatore videbis*

*Armigero: simplex ne furor sestertia centum  
Perdere, & horrenti tunicam non reddere seruo?*

Quòd si, ut opinatur Agricola, sestertium generis neutrius quarta esset, ut sestertius, denarij pars, furor hic ludentis posita arca, nec tunica seruo redditis ad viginti quinque referendus est denarios argenteos, quos vel quilibet loculus caperet, quorumque summa est adeò modica, ut solus hic Iuuensis locus conuincat Agricolam sententiam. Præsertim quia ipse multa authorum loca medium habere censcat, que nostram hanc rationem potissimum adiuuant: cum, & notam sestertiij cum nomine numerali distributio aliter interpretetur, quam sit consonum congrua interpretationi. Sic enim H. S. deni: ab eo decem sestertiij intelliguntur: at sestertium de na millia ex hisce notis H. S. dena: intellexit, multaque adducit testimonia ex Cicero, Plinio, & Suetonio, apud quos nos sestertia interpretamur: non sestertium in genitivo casu pluralis numeri. Sic Tranquillus in Caligula. Compererat Provinciale locupletem ducenta H. S. namerasse vocatoribus. Ducenta enim sestertia interpretamur. Item apud Plinium libro viii simonio. capitulo primo. Dum is scribit, multos prætereo medicos, celeberrimosque ex his Cassios, Carpitanos, Aruntios, Albutios, Rubrios. ccl. H. S. annua mercede his fuere apud Principes: intelligimus ducenta quinquaginta sestertia: Sic denique apud Tacitum Annalium libro. 2. qui ita scribit, daturum liberis eius ducenta H. S. singulis, qui sexus virilis essent. Du-

cena sestertia, non dueena sestertium accipimus, etiam refragante Agricola, qui in estimatione constituenda omnibus his summis non dissentit à nobis: cùm & si intellexerit, ducena sestertium: nihilominus interpretatur bis centum mille sestertos, que efficiunt ducentia generis neutrius sestertia: quam summam & nos admittimus. Et igitur, vt sestertium generis neutrius valeat mille sestertos generis masculini: quod & Antonius Sabellicus in Suetonium adnotauit. Quin & Andreas Alciatus in adnotationibus ad Cornelium Tacitū lib. 11. legit inibi, denuo sestertia, & assertit ea estimari decem millibus sestertiiorum generis masculini.

Illud verò non prætermittam, quod Budæus, & Agricola scripsere: nempe maximum esse discrimen inter hæc duo: decem millia sestertium, vel numum, sestertiiorum inquam, vel numerū & decies sestertium, vel sestertiiorum. Nam decē millia sestertium, significant decem neutrius generis sestertia: at decies sestertiom idē est, quod decies centena millia sestertiiorum, id est, mille sestertia. Hoc ipsum tot probatur authoritatib⁹, vt possimus easde in hic omittere. Nā quemadmodum cum à numis sestertijs ad sestertia genere neutrō sit transitus, numerus millies multiplicatur, ita cum ad eam loquutionem ventū est, quæ per aduerbia numeralia enuntiatur, sestertia singula conduplicata crescunt, si genitio in casu sestertiiorum mentio fiat. Etenim si centum sestertia dicam, centum millia sestertiiorum intelligere debeo, quod si centies sestertium dicam, nō iam centum sestertia: sed centies centena sestertia sub intelligenda sunt. Est apud Martiale locus satis hac de re insignis lib. 1.

*Si dederint superi decies mihi millia centum  
Dicebas nondum Scœnula faclus eques.  
Qualiter o viuam, quād largè, quāmque beatō  
Riserunt faciles, & tribuere Dei.  
In ius, o fallax, atque infiator eamus,  
Aut viue, aut decies Scœnula redde deis.*

Plutarchus hoc idem testatur in Antonio ita scribens. Romani quinque, & viginti myriades drachmarum, decies nominat. Constat etenim sestertiiorum decies centena millia efficere denariorum. Drachmatū verò ducenta quinquaginta millia: aut viginti quinque denariorum myriadas. Nā Græci myriada dicunt decem millia. Sed & hanc loquutionem præter Budæum, & Agricola m, ita explicarunt Andreas Alcia. in adnotationibus ad Cornelium Tacitū lib. 13. & Baptista Enatus ad Tranquillum in Augusto: & in Caio

Cæsare. Eandem significationem ipse Budæus lib. 1. de Asse. per casum ablativum singularis numeri pronuntiat, & insinuat in hunc modum: decies sestertio, à quo dissentit Agricola. ubiq; legens. decies sestertiū: non decies sestertio. Decies igitur sestertiū significat decies centum mille sestertio: aut mille sestertia, quæ summa efficit apud nos decē computos: vulgo dicenius: diez cuentos.

Quanto a que vno sea obligado a arraygarse por pobre la ley primera . titul . 5 . libr . 2 . Fori , dize : que el que tuuiete cien marauedis de hacienda no sea obligado a arraygarse , estos marauedis entendio Montalvo cada vno por diez de los de agora , yo por otra cuenta estimo cada vno en seys de los presentes , y eran en aquel tiempo cien marauedis mucho mas , que agora son cincuenta ducados segun las cosas corrian en baxos precios .

Ansi mismo quanto a que por pobre no pueda ser vno accusador la ley . i . tit . 1 . part . 7 . dize , que aquel es pobre que no tiene cinqüenta marauedis de hacienda , ésta ley fue sacada de la . l . Nonnulli . ff . de accusat . la qual pone cincuenta aureos para este efecto , los quales cōforme a la opinion comú en derecho , que las monedas cōtenidas en las leyes antiguas se han de estimar conforme al tiempo , que las leyes se hizieron : y teniendo

niendo lo que yo proue en el ca.3. se há de appreiciar por peso de oro cada aureo en vn dobló, o en la quarta parte de vna onça de oro : en plata por veinte y ocho reales y mas : pues valia cada aureo sin cōtradicciō alguna veinte y cinco denarios : los quales hazia tres onças y media de plata y algo mas. En moneda cobreña, o de velló cada aureo valia mil quadrantes, o quatrines, q vienen quasi a ser otros tantos marauedis de los que agora corren en Castilla. Esta mesma declaraciō que es la propria, y verdadera de la l. Nonnulli. se applica a la ley de las Partidas, si entendemos : que los authores de ellas no quisieron hacer nouedad : pero porque su intencion fue declarar el aureo antiguo por el mesmo precio , y valor, que el sueldo de Iustiniano , hemos de estimar y reducir la dicha summa a cinquenta Castellanos de oro y a su valor conforme a lo que arriba deixamos notado.

La illaciō decima es cerca de la l.41.ti.1. part.3.donde interpretando al authen. nisi breuiores. C. de sentē. ex pericu. recitādis. dize que las causas de diez marauedis a baxo son y han de ser tenidas por breues, dear te , que no sea necesario poner la demāda pōrescripto esta quātidad no estaua tassada por derecho comun: como paresce por lo q se nota en el dicho authentico. Portanto hemos de tener entendido , que la tassa es conforme a la moneda de marauedis principiales, que corrian al tiempo que la ley se hizo, que son de los buenos segun vna cuēta a diez de los presentes cada vn año : o segun otra a seys de manera , que eran cien marauedis, o sesenta , los quales en aquel tiempo por los baxos precios de las cosas montauan , tanto como agora dos duca-dos , y mas.

La onzena illacion esta bien manifiesta

quanto a la ley .9.titu.4.parti.5.de la donaciō que se pueda hazer sin insinuar se hasta en quinientos marauedis de oro, esta ley esta sacada de la l. Sancimus. y la ley penultima. C. de donatio. donde se haze mención de quinientos saellos, los quales eran cada uno en aquel tiempo de peso de vn Castellano , o la sexta parte de vna onça de oro. Y ansí la ley de la Partida se ha de entender en esta medida estimaciō: que cada marauedi de oro sea vn Castellano : como lo tractamos en el libro.1. de las Varias Resoluciones capit. vndecimo.

Dozena illacion, se deduze para entendimiento de la ley .2.titul.ii.parti.3.donde en las causas de diez marauedis a baxo se ha de deferir el juramento: quando ay prouanza de solo vntestigo. Esta quantidad de xo el derecho comun en aluedrio de los juezes. Por tanto no sera inconveniente entender algunas veces estos marauedis por los sueldos de Iustiniano, que son Castellanos de oro, aunque el proprio entendimiento viene a ser por los marauedis del tiempo en que reynaua el Rey don Alonso Decimo, que eran seys de peso de vn Castellano , como tenemos tratado en lo que hasta aqui esta declarado.

Trezena illacion se de duze y saca para entendimiento de las leyes .5. 7. 8. y otras quattro siguientes. titulo veinte. y de las leyes .13.15. tit. decimonono. part.3. donde se haze mención de marauedis tassandolos de rechos, q se han de pagar por priuilegios y otras cartas en corte, y por los sellos, estos marauedis entendiendo de los que se usauan en tiépo del Rey dō Alonso Decimo, y algunos años antes en tiépo del Rey don Hernando su padre : y no han de entenderse por monedas de oro, ni de plata , como lo dice la misma ley .15. titul.19. partid.tercera ,

que y an si se han de estimar, como hemos estimado los maravedis de las leyes de las Partidas, que no tralladan moneda cierta de derecho comun y de las leyes de los Reynos, ni tratan de maravedis de oro.

La quatorzena illacion pertenece a la ley. 14. titulo sexto. partid. tercera. la qual usando el salario de los abogados, dice q d mayor salario, no exceda de cinc maravedis, estos maravedis se han de estimar al respecto que lean de oro y de peso cada uno de los aureos antiguos, coniue a saber vn doblon, o dos ducados senzillos como esta ya dieciose porque esta ley se saco de la ley. i. si cui. ff. de vatijs & extraordina. cognit, o por lo menos se ha de estimar cada uno en vn Castellano, segun estatractado sobre la ley segunda. tit. i. parti. septima.

Haze se mencion en algunas Historias de Castilla de vna moneda llamada Franco. Esto Franco era de oro, y valia diez Reales de plata del mesmo peso, que tienen los que agora corren y hazen ocho y na onça. Era el Franco menor que la dobla Castellana de aquell tiempo que examinamos en este Capítulo, y la sexta parte como se deduze y puede bien sacar de vna ordenanza, que hizo el Rey don Iuan Primero en Biruiesca, Año de M. ccclxxxvij. Demahera que el Franco pesaua algo mas que vn ducado de los que al presente corre. Ansi mesmo en priuilegios y leyes de estos Reynos se haze mencion de pedidos y monedas en materia de pecherias. Y ha se de entender que cada una de estas monedas moutan cinquenta cornados, que son ocho maravedis de los que agora corren y dos cornados. Lo qual se prueua por escripturas de algunas hidalguias y repartimientos, de las quales resulta la dicha estimacion.

## Ex Capite Sequenti.

*Numismata, an possint pluris estimari, quam mercaria, ex qua fuerint signata.*

2. Aristotele locus expenditur ad intellectum Iuris. consulti in. l. 1. ff. de contrahen. empt.

3. Pecunia, an possit pluris estimari in priuatis commerciis, quam publice sic estimata.

4. De cambio ad pecunie per mutationem, ex de cam-

bioribus.

*Numismata, an sine cudenda publicus expensis,*

6. Princeps aut possit mutare pecunia Valorem.

*De mutatione monetarum.*

QVOD AD PONDVS & valorem eius.

## CAPUT. VII.

BITER SUPER IV S non semel diximus, in his His-  
paniarum regnis numismatū pondus & valorem mutatum  
fuisse regia quidem auctorita-  
te. Idcirco queritur an ea mu-  
tatio licita sit & iuste fieri possit? Et sane quoties  
mutatio moneta sit quo ad pondus, & eius valo-  
rem, plene omnino licita est, nec in hoc aliquid  
potest controverti. Etenim si numismatum au-  
reorum pondus augetur vel minuitur, sequim-  
erit quod & valoris, ac estimationis sit diminu-  
tio, vel augmentum. Erit igitur huius questionis  
controversia in hoc, an numismata pondere eodem  
possint quahodoque pluris estimari & vale-  
re auctoritate principis? Cui questioni & illa ac-  
cedit, an moneta cudenda sit expensis Reipubli-  
cae, vel Principis?

Et quibusdam videtur esse, numismata non plu-  
ris esse estimanda regia auctoritate, quam esti-  
metur, & valeat ipsa massa autem vel argenti, aut  
pondus ex quo constant, notatur in. l. prima. ex  
Accurso ibi. ff. de contra. empt. ubi de pecunia  
iuris consultus inquit. electa materia est cultus pu-  
blica ac perpetua estimatio difficultatis per-  
mutationem & qualitate quantitatis libuenerit.  
eaque in materia forma publica percussa. usum do-

minimū que non tam ex substantia prebet, quam ex quantitate: nec ultra merx vtrumque est sed alterius pretium vocatur. Hactenus Iurisconsultus, de cuius intellectu paulo post tractabitur, ut videamus, an illic probetur opinio Accursij.

Secundo ad hanc rem adducitur text. in. l. prima. C. d: veteris numism. potest. quo in loco appetet, numismata esse vbiq; cedula & expedita debitum pondus habentia. Sed ea constitutio nihil aliud probat, quam quod numismata publica percussa authoritate, debeant esse iusti ponderis, & debiti: nempe eius ponderis quod legē publica fuerit diffinitū: non tamen sequitur ex hoc quod numi sint habituri eisdem valorem, quem valet ipsa materia, ex qua sunt signati.

Tertio in idem tendit text. in. l. secunda. C. co demittit, de vete. numisma, potest. iuxta Accursij interpretationē, que videtur probare, quod diminutis numismatis quo ad pōdū quidē, etiā eorū estimatio diminuenda sit, sed nec hic text. quicquam vrgit: est enim eius sensus secundū Bart. quod minuta estimatio solidi minuitur estimatio rerum quae venduntur ad solidā. sicut itidem contingit, vbi estimatio monetæ augetur & crescit: nam eadem ratione crescent pretia rerum omnium, quae eadē monetae emi solent: quem admodum notant Angel. in. l. Paulus. ff. de solutio. Purpurat. in. l. cum quid. ff. si cert. pēta. na. 17. quod verum est, & procedit, vbi omnes inonetæ minores pari proportione augentur, vel minuantur, tunc enim pretium augetur vel minuitur omnium rerum uniformiter diminuta, vel auata, estimatione omnium monetarum: atquē ideo pretium rerum, cum sit uniformiter variatum æquipollit veteri pretio. Quod si una tantum species aurei, vel numismatis minuantur, reliquias monetis manentibus in statu suo: tunc pretia rerum manet in priori statu respectu aliarum monetarum stantium: respectu autem aurei minuti non minuantur, immo augmentur rerum pretia. Sic è contrario in aumento unius numi respectu aliorum, qui non fuere aucti, pretia rerum manent in eodem statu respectu vero illius aucti numismatis pretia rerum minuantur, quemadmodum eleganter considerat Carolus Molina. de contractibus. quæst. 93. num. 716.

Quarto hoc pertinet. l. tertia. co. tit. C. de veteris numisma, potest. qua decimum extit, numismatum pretia vbiq; debere eandem estimacionem habere, denique & uniformem. Sed & haec constitutio eo tendit, vt vbiq; eadem sit estimatio, idem sit valor eiusdem numismatis: non ta-

men sequitur ex hoc, quod rāndū numerū mandus publica autoritate, quantum est in materia, ex qua conficitur.

Quinto hæc ipsa opinio deducitur ex ca. quanto de iure iur. quo in loco apparet, Princeps rāndū omnino monetū cedere, & publicari facere ea legē, vt valer iuxta pōdū ei constituantur: aliqui si Princeps posset pro sua libidine pteriu constitueri numis quodcumque pondus auri, vel argenti habentibus instrumentum istud, quod rāndū comatu Romanus Pontifex illestat in esse censet, minimē foret villa ex parte reprobrium agere: ideo factōr, hanc Decretalem decisionē admodum vrgere aduersus Principes, qui hanc legem nequaquam obseruare in numismatis cedendis.

Cæterū contrarium sententiam plurimum comprobat ratiō ab Aristotele deducta libro Ethic. cap. quinto. & libr. primo Politic. cap. 6. inquit enim numum lege consistere ac suam vim fetinere, nō natura. Siquidē ipse Princeps, ipsa respublica, denique ipsa lex numini constituitur atque ideo numisma dicitur, quasi numisma *nomo*, idest, legē, à qua pretium, & valorem certū accipit: cuiusque libera potestas est, numos semel percussos imitiles efficiē, ac reddire. Hæc Aristoteles, à quo libet non tenere argumentati. Nam si non natura ipsa, sed à Princeps numismata vim, & potestatem accipiunt: ab ipsoque legem reuocante inutilia effici possunt; profecto non tanti estimatur materia ipsi auri, vel argenti, quanti numerus ipsi: cum si tanti estimaretur natura ipsa non legē, pretium, & vim numus haberet. Huic rationi Plut. suffragatur in Phocionis vita scribēs, numos eos esse præstantiores, quo in minori materia plus valoris, ac pretij complectantur. Simile ferè ratione suffragatur text. in. l. Titiae. ff. de auro, & arg. leg. vbi Iurisconsultus respondet, legatis alicui decēm pondo auri, satis iuste legatum solui, si vel aurum, vel pretiū auri præstetur idem probatur in. l. prima. §. vltimo. ff. co. tit. Etenim si pecunia qua aurum ipsum estimatur, aurea quidē tanti ponderis esset: quamvis ipsum aurum, nulla subesset ratio, cur hæc vt diuersa ab ipso Iurisconsulto nominentur: siquidē nullo discrimine constant. Sed nec iste rationes aduersus Principum censores vrgent. Locus equidem Iurisconsulti diuersa censit aurum, & pecuniam, vel numos aureos, & merito: quia numi propter formam: & characterem publicum à massa & materia tudi distinguuntur: quicquid admodum statim probabitur.

Sic locus Aristotelis recte intellectus cum sensum

sum habet, ut plurimum intersit sit ne massa metalli informis, & rudit, an in numos redacta. Hoc enim & ipse Aristoteles explicat eleganter in dicto ca. 6. Nam cum, inquit, quaeque necessaria non facile possent vltro, & citro comportari publico gentium consensu constitutum est ad permutationes faciendas, ut tale quidam inter se daret, & acciperet, quod cum esset ipsum ex genere rerum accommodatarum ad usum vitae facile tractari posset: cuiusmodi est ferrum, & argentum & si quid aliud eius generis habetur, quod initio magnitudine, ac pondere simpliciter erat definitum, postremo etiam charactere fuit percussum, ut homines liberi essent a sollicitudine examinandi, nam charactere quantitas numi significatur. Hec Aristoteles. Ex quo primum adnotandum est, auctoritate publica effectum fuisse: ut numi certam habeant & ponderis, & estimationis rationem, quae & ipso charactere, & forma constet abque alio examine, quod quidem necessarium foret, si massa auri, vel argenti daretur absque publica forma pro aliqua alia re ad humanum usum necessaria. Quod sit, ut licet numus eiusdem ponderis sit, cuius & ipsa materia, ex qua constat, atamen admodum utilis fuerit numismatum usus, ut absque alia hominum sollicitudine constet ex publico charactere, quanta sit eius materiae estimatio: quod manifestissime Aristoteles explicat. Deinde constat ex eodem, numum ipsum auctoritate publica constare non tam ex substantia, quam ex quantitate: ita enim ipse legendum esse censio in. I. i. ff. de contrah. empt. Etiam si Budaeus ibi ex qualitate legerit. Est enim sensus quod in numis iam ipsa substantia materialis non consideratur, sed qualitas id est valor impositius publice, & perpetuo constitutus: quam, equidem quantitate, publicam & perpetuam estimationem vocavit paulo ante idem Iurisconsultus. Quantitas igitur ab eodem appellatur publica illa numismatum estimatione, quae intelligitur & significatur, quanto numismata quodlibet locabile sit. Hinc sane deducitur illius questionis definitio, an aliquot aureum numisma possit permutari, aut vendi pro numis argenteis, pluribus tamen quam lege, aut publica estimatione & fuerint definiti? Et quia istae estimationes numismatum publica sunt, & pretia, cuiusque rei publica lege constituta, non licet peruertere: quibusdam usum est, non posse vendi pecuniam carius, quam lege valeat, nisi excessus ille recipiat ratione officij, vel consuetudinis, vel eius, quem intensit ipsius recipiet illius excessum ratione danjum emergentis, vel pro-

batissimi lucri cessantis. Sic etenim censet doctissimus Ioannes à Medina de restitutione: ubi de cambijs agit. Folio. 157. sed ut hæc quæstio facilis intelligatur, aliquot subiectam conclusiones.

Prima conclusio. Pecunia dupli ratione in pretio habetur: scilicet tanquam res & tanquam signatum numisma. Probatur hæc assertio, quia valorem metalli, nec perit, nec mutatur propterea, quod sigillum publicum impressum habeat: siquidem estimatione publica in id tendit, ut ea observanda sit quoties illud aurum, vel autem massa ut numismata expenditur. Hanc denique conclusionem eleganter exponit Domi Sot. lib. 7. de Iusti. & iur. q. 2. cui suffragatur locus insignis apud Iurisconsultum in. l. numismatum. ff. de usufructu: quo in loco veteres numi ex auro forsan purissimo percussi, ut geminae & pretio læres ita eruantur, & custodiuntur, ac estimantur, quod usus fructus potest in eis constitui; sicuti & in rebus viu non consumptilibus. \* Et de Peregrinis numis vendi solitis, ut & aliae merces multa tradit Brissonius lib. 1. Selectarum ca. 8. ex Volusio Metiano lib. de ass. Et Plinio lib. 33. c. 3. Sic, intelligens Iurisconsultum in. l. 9. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falsis. tametsi parum recte, ni fallor, adduxerit Constantini constitutionem in. l. 1. C. de veter. numismata. potest. lib. II. \*

Secunda conclusio. Secundum metalli naturam poterit iuste numisma aureum, ut aurum permutari, aut vendi maiori pretio, quam sit illi a Republica pretaxatum modo augmentum illud sit exiguum. Hanc opinionem tenuerunt Sylvestri & iur. 4. §. 3. Domi. Sot. in. d. q. 2. Caieta licet duobus in tractatu de Cambijs. c. 6. Hucus casus erit exemplum quoties numismata aurea dantur, & venduntur ad deaurandum, ad ornamentum, ad annulos, in aures, torques, & his similia conficienda. In hac etenim specie locus non est publico pretio, quod tantum obtinet, ubi numismata ut numera sunt permutantur, & in commercijs expenduntur. Quare ratione tollitur Ioannis Medinae opinio, que contraria huic sententiam potius admittit. Quod est maxime notandum. His adde Aymone Craveiram cons. 6. numer. 15. & sequenti, qui hac de re non nihil agit.

Tertia conclusio. Licitum nihilominus est, numismata ut numera sunt, & ea ratione, permutare, aut cambire, nonnullo & ab alterutra parte concilio alteri pretio. Hæc probatur. Nam licet primus, & proprius vius pecuniae sit ad eum: nondum, & vendendum, ut sit alterius rei pretium iuxta. l. primam. ff. de contra. empt. Aristotelem. libro pri-

# Veterum Collatio.

mo. Polit. c. sexto. & quo ad hanc partem nulli licet transgredi eius estimationem à lege taxatā: est tamen & alter pecunie v̄sus improprius nempe vt permuteatur pecunia cū pecunia & ad hoc non habet à lege taxatam certam quantitatem, nec valorem: vt docent S. Thomas libro secundo. de regimine princip. ca. 14. Syluest. verb. v̄sura. 4. q. secunda. &. 3. sic sanè licet proprius v̄sus calcei sit ad tegendum pedem: alter tamen eius v̄sus improprius est, vt cum alia re permuteatur si cuti ex eodem Aristotele deducitur in dicto ca. sexto. & ca. septimo. Hoc ipsum hac in re & Caieta. adnotauit in tracta. de cambijs. ca. 5. deinde commutatio ista pecuniae admodum v̄tilis est Republice, dura numularius auream pecuniam dat pro minuto argento, aut vice versa minutum argentum pro aurea pecunia. Contingit enim se p̄fissimē, v̄tiliores esse alicui minores nummos argenteos ad faciliorem v̄sum, & expensas, quam aureum numisma: atque itidem alteri erit v̄tilius numisma aureum ad translationem, quam argentei minati numi. Qua ratione ob faciliorem, ac commodiorem v̄sum est v̄tilis valde isthac in republica permutatio ideo mirum non est, si permittatur, mercedem aliquam dari his, qui labore proprio, & industria paratos habent nummos aureos, & minutos argenteos ad huiusmodi Cambia, modo pretium hoc tenue sit, nē fraudibus locus aperiatur.

Præsertim constat, hoc licere publicis cāpsori- bus mainistris reipublice, ab eaq; constitutis. His etenim hoc licere, assuerant nostri doctores pas sim, quorū meminit eos sequutus Laurētius Rodolphus in. c. consuluit. de v̄suris. in repet. q. 26. Ioā. Lupi in. c. per vestras. notab. 6. §. 9. nu. 13. de donati. interv. & vxo. Florentinus. 2. partit. 1. c. 7. §. 47. Conradus de contractibus. q. 99. quorū opinio cōmuniſ est, secundum Sylvestrum verb. v̄sura. 4. §. 7. Qui tamen & si præmittant, se tractare rem istam quo ad publicos cāpsores, non tam negant expressim, idem licere priuatis personis. Sed Caiet. in tract. de cambijs. c. 5. in specie asserit, non esse hoc cambium licitū priuatis, sed tantū his, qui ab ipsa republica sunt ad id munus electi: cuius cōtrarium Sylvester in dict. ver v̄sur. 4. §. 7: probare mihi v̄sus est, & idem tenet maxima ratione Dominicus Soto in dicta quest. 2. Etenim si h̄c permutatio genere suo pecunia æstimabilis est, vt constat nihil vrget, cur non sit licita cuicunque, etiam priuato: quod equidem v̄rum est ex ipsa natura rei: nisi lex huius cambijs v̄sum priuatis interdixerit: tūc etenim nō pos-

terit officium hoc exercere, nisi is, qui à republi- ca fuerit electus. alioqui mortale crimen is com- mitteret, & teneretur ad restitutionem lucri ex ea re percepti, sicuti ipse Domini. Soto probat in dicta quæstione secunda. sic lege Reg. 1. ti. 8. libr. 5. ordi. interdictum est officium istud priuatis, & omnibus, nisi in curia Principis habētibus ab co- speciale commiſſionem & licentiam: in alijs vero ciuitatibus, & locis permittitur his, qui à col- legio decurionum fuerint nominati, & electi.

Hac sanè ratione dicti sunt ab initio cāpsores hi, qui paratas habebāt pecunias ad permutedū minores pro maiorib⁹, & vice versa maiores pro minoribus seruata cōpensationis equalitate. Ha- buit vero h̄c dictio originē à verbo cābio, id est permuto: & inde vetera illa: cāpsi, cāplum, & cam- pso, campas: eadē significatione authore Prīciā no li. 10. c. 2. qui ex Ennio citat. Leucatē cāplant: id est, permutant, tradit André. Tiraquellus li. 1. de retractu. §. 30. in principio. inde cāpsores. Cā- bium autē dictio non est à Latinis recepta: tamen si v̄tatur eadem libri feudorum author in ca. 1. §. si quis dominus. quo tempo. miles. & in c. 1. §. cū autē. de contro. inuestit. vbi Bald. notat, Cābium esse permutationem noti statū speciei ad specie; que propriè est permutatio: sed & speciei ad ge- nus: vt domus cū frumento: & etiā generis ad ge- nus: notat Iasō in. l. 1. col. vlt. ff. de rer. permut. sic & Regia Partitarū lex. 1. ti. 6. par. 5. permutationē cābiū appellat. Illa vero merces, que cāpsori da- tur pro permutatione pecuniarū dicta est à Græ- cis collybus: & inde cāpsores collybistæ: quod Budæus adnotauit in. l. vltim. ff. de pigno. actio- ne. dicti etiam fuere numularij. Sed & argenta- rij, qui trapezitæ, & mensularij appellantur, non tantum pecuniarum permutationi dedere operam maiorem: siquidem simul negotiatio- nem exercebant. Nam pecunias custodiendas accipiebant, propriasque, & alienas fœnori da- bant. Vnde apud Plautum argentarij profœ- neratore accipitur. His solebant in publico ad longum tempus tabernæ locari. l. quā tabernas argentarias. ff. de contra. empt. quo in loco la- bitur Accursius, dum interpretatur argentarias tabernas in quibus argentum venditur. Idem ar- gentarij menias publicas, & officinas Romæ in foro habebant prope Castoris ædem, ex P̄luto in Gurgulione: in Perſa: & in Asinaria. Terentio item in Phormione. Qua ratione argentarij foro cedere dicebantur, cū tabernis, id est mensis suis cedentes, alio fugientes habitatum migra- bant falcebantque ereditores: quod longius ex- plicat

plicat Guilielmus Budæus in. l. si hominem. ff. depositi. §. quoties, vbi Iurisconsultus huius loquutionis meminit, dicti etiam fuere argentarij collectarij à colligendis numis in. l. quisquis. C. si certum peta. vti explicat Alciat. in lib. 4. disputatio. c. 22. ex Suidi. Horum autem argentariorū officium, & ministerium causam publicam habebat. l. argentarius. in princip. ff. de edendo. Nam & alij rationes conficiebant. ad quarum fidem recurrebatur. l. prætor ait. cum. l. sequenti. ff. de edendo. notat & de his aliqua Carolus Molinæ. de contractib. numer. 59.

Ad propositam ab initio quæstionem rursus accedens illud ex multis adnotabo, præ maxima authoritate text. in. c. quanto. de + iure iurant. numismata expensis publicis esse cedula nec pluris fore æstimanda, quam materia ipsa absque publico charactere æstimaretur. Hanc sententiam probat glo. in. d. l. l. ff. de contra. empt. Bart. in. l. Paulus. ff. de solut. 2. col. itē Bart. in. l. qui falsam. ff. de fal. & in. l. t. §. vlt. ff. de aur. & argē. legat. cuius opinionem communem esse asseuerat Curti. Iunior in. l. 2. §. mutui. num. 12. ff. si cert. pet. vbi Bar. eandē opin. probat, & tenet: quam etiam sequitur Matth. Afflīct. decis. 90. & Petr. Velluga, in speculo principum. tit. de mutatione monetæ nu. 7. Nihilominus contraria exponimus conclusionem, qua constanter asserimus, posse Principem in cedula numis eam obseruare legem, vt aliquid lucri percipiat pro ratione expensarum, quæ fiunt in ipsa moneta signanda. Non enim tenetur Princeps proprijs expensis numeros percurrere. Idcirco poterit à Principe numismatum pretiū taxari ultra ipsius materiæ estimationē: quod cōsuetudo iam diu toto in orbe Christiano recepit, secundum Innoc. Abb. nu. 11. Imol. col. 4. & ibi docto. in. d. c. quanto. de iure iuri. Imol. in. d. Paulus. ff. de solu. imo & de hac consuetudine Bart. ipse testatur in dicta. l. secunda. §. mutui, ac Martinus Lauden, in tractat. de monetis. col. i. Petr. Vellu. in. d. nu. 7. Boerius decis. 327. nu. 3. & Albertus Brunus in tracta. de augm. & dimin. cōclusio ne vlt. col. 1. qui eadem approbat, vbi luctum id sit exiguū. Ego vero hac in re non video admodum vrgere cōtra Principes tex. in. d. c. quanto. potuit enim in ea specie detrimentum in numismate contigisse eo paeto, vt præter valorē materiæ, & modum legitimum expensarum pretiū foret constitutum: quod illicitum est deinde consultius est, numismata expensis publicis percuti, & cundem habere valorem quem ipsa habet materia: & tamen consuetudinem, cuius paulò ante

meminimus, non ita contrariam iuris opinamur vt admittenda non sit. Ea etenim Principes ipsos excusabit omnino. Sic in his regnis apparebat ex pragmaticis constitutionibus, quarum in primis huius operis capitibus mentionem fecimus, consuetudinem istam plane seruari in numis argenteis, & auris: tametsi modo ob auri penuria plures æstimemus, & faciamus aurei numismatis materia, quam numus ipse lege regia sit æstimatus: atque ita hanc sententiam quam recepit consuetudo, crebriorem esse asserit Carolus Molinæ de contractibus. q. 100. nu. 793. quam probare videatur Gabriel. in. 4. sententia. distin. 15. q. 9. col. 2. quin & idem Innocen. Abb. & ali, in. d. ca. quanto. hoc principi licere arbitrantur ultra expensas necessarias, quæ fiunt in cedula numis, si ipse Princeps sit in aliqua inopia constitutus. Nam ad subueniendum publicæ necessitati, publicisque impensis poterit pluris monetam æstimare, quā numismatum materia æstimetur. Imo & hoc ipsum quandoque utile Reipublicæ est: ne pecunia aurea, vel argentea extra regnum aut extra Provinciam exportetur: quēadmodum admonet ipse Inno. & Guid. Papa. in. d. c. quanto. col. 3. constat sanè ex constitutionibus Henrici Regis Secundi, & Ioannis primi, ob publicas necessitates ab ipsis Regibus numismatum pretia augmentū accepisse. Sed & consensu populi, aut ciuitatum Regni etiam absque publica inopia poterit idē Princeps efficere, secundum Innocen. Panormita. & alios in. d. c. quanto. Romæ itidem hoc factum olim fuisse ob publicam inopiam ab ipso Senatu. testatur Plinius libr. 33. ca. 3.

Hinc denique poterit & alteri quæstioni responderi: an Princeps possit mutare pecuniæ valorem, & estimationem? + qua in re Aristoteles inquit lib. 1. Polit. c. 6. & 5. Ethico. c. 5. esse in potestate Reipublicæ, & Principis numismata item signata mutare, & reddere ac efficere inutilia. Mutata siquidem voluntate videntium numis, vt numum valorem nolint, ipse numus, vt numus est, inutilis efficitur. Hic enim est sensus Aristote. tametsi Michael Ephesius in dicto capitul. quinto. aliter interpretetur locum illum: scilicet ex vi permutationis. Ita equidem inquit. Nā si voluerimus ea, quæ habemus dare, & quæ nō habemus accipere, inutilis prorsus usus numi euadet, ipse tamen opinor, non esse hunc sensum proprium Aristoteles: sed eum, quem modo tradidimus.

Mutatio vero pecuniæ, si fiat ex consensu populi erit plane licita utique fiat cum accedat consensus eorum, quibus præiudicium ex ea mu-

tatione sit: quod f. tentur Hostiens. in tit. de censibus. §. ex quibus. Innocen. & doct. in dicto capitulo. quanto. Albert. Brunus in tract. de augmendo. conclusi. vltim. columna secunda. qui expreſſim admittunt mutationem monetæ ut licitam. quoties ea fit ex iusta cauſa: nempe quia materia numismatum facta est vilior vel pretiosior communi hominum aestimatione: vel quia nō habet iustum estimationem seruata proportione materiae. ex qua ipsa constat. quod & Andre. Iser. scribit in. c. i. quæ sint regalia. nu. 18. & sequentibus. qui nu. 24. etiam probat. licere Principib⁹ pretiū monetæ augere tempore publicæ necessitatis. modo ea cessante fiat subditis restitutio damni illati ab ipso Principe, qui posset id restituere. Quod si mutatio monetæ fiat absque iusta causa pro Principum libidine, id est omnino illicitum secundum omnes, quos modo citauimus, quam obrem dum Ioannes Fab. in Princi. Instit. quib⁹ mod. tolli. oblig. & Boerius decisione. 327. nu. 6. scribunt posse Principem absque consensu populi mutare monetam: est id intelligendum, modo fiat ex iusta causa: vel absque populi præjudicio. Qua ratione Sæc. Thom. in tract. de regim. Princip. lib. 2. c. 13. admonet Principes, ne numismata pro libidine propria mutent. de eadem re multa tradit Carol. Molinæ. de contr. q. 92. & 93. qui numer. 696. conatur improbare communem modum loquendi: dum pecuniae bonitas distinguitur in extrinsecam, & intrinsecam: bonitas enim intrinseca dicitur substâlia ipsa metallorum tam in bonitate, quam in quantitate, seu pondere: bonitas vero extrinseca appellatur valor imposititus. vt scribunt omnes in d. l. Paulus. ff. de solut. & in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in dicto capit. quanto. Etenim existimat Carolus, bonitatem intrinsecam pecuniae esse publicam illam aestimationem, & valorem imposititum: quia est eius propria, specifica, substancialis & formalis bonitas, & essentia, quæ dat ei esse, quæ sublata, publica videlicet approbatione remota, definit esse pecunia. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhiben. bonitas autem extrinseca secundum eum dicitur ipsa numerorum materia: scribitque is author, ita loquitos fuisse olim Azonein, Iacob. de Bello vi. Odo fredum. ac Cin. in l. in minorū. col. 4. C. in quib⁹ cau. in integr. testi. non est necessaria. Et tamen ad intellectum eorum, quæ in hac materia tractantur, obseruandus est communis dicendi modus: quæ etiam sequitur Albertus Brunus in dict. conclu. vltim. columna. 5.

## Ex. §. Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Obligatus soluere in certa numorum specie an posse in alia soluere.
- 2 Pecuniae bonitas intrinseca: an sit consideranda iuxta tempus contractus, vel solutionis?
- 3 Numismatum bonitas extrinseca, quomodo sit observanda quo ad solutionem debiti?
- 4 Mutatio pecuniae post moram, an noceat, vel proficit creditori.
- 5 Promissio solutionis in certa pecunia sub certa estimatione: quo pacto sit obseruanda?

## §. Vnicus.



V P E R E S T M O D O  
ex Bartol. in dicta. l. Paulus. aliquot conclusiones deducere, vt breui quodam examine quæ ipse adnotauit explicentur: saltem iuxta communem aliorum traditionem.

Prima conclusio. Quoties obligatio concepta fuit sub certa specie + monetæ non tenetur creditor recipere quamlibet aliam monetam, etiam probam, ad monetæ promissæ aestimationem, si sit alterius materię. Hanc conclusionem quidam probat ex eo, quod aliud pro alio inuito credito re nō soluitur. l. secunda. §. primo. ff. si cert. pet. & l. eum à quo ff. eod. titul. denique in specie assertionem istam tenent Bart. in dicta. l. Paulus. nu. tertio. idem Barto. in l. i. §. vlt. ff. de auro, & argent. legat. Idem Bart. Alexan. Areti. & alij in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Imol. & doct. in d. l. Paul. Antoni. & Abb. col. vlt. in d. c. quanto. Bald. in l. si quis argentum. in Princip. C. de donationi. & in l. libera. C. de sent. & interlo. omni. iudi. Boerius decisione. 327. col. 3. qui tamen vñanimi consensu fatentur, consuetudine contrarium receptum esse. Quod etiam asserit gloss. in d. l. si quis argentum. Curti. Senior in tract. monetarum. supr. l. cum quid. q. 9 ff. si certum pet. Affict. decisione. 90. de qua consuetudine scribit Carolus Molinæ. de contract. q. 92. nu. 709. non omnino obligare eam: cū ex ciuitate, & benignitate creditorum processerit, non ex necessitate nisi in his casibus, in quibus nihil interest creditoris: quod est notandum ex multis, quæ tradit Albert. Brunus in

nus in dicta conclusione vlt. col. 7. Hanc tamen consuetudinem iure procedere, conatur probare Curtius Iunior in. d.l. cum quid. nu. 25.

Secunda conclusio. Etiam vbi obligatio concepta fuit sub certa i specie monetæ, cogitur creditor monetam diuersæ formæ, & characteris recipere, modo eiusdem materiae sit, & ad eandem æstimationem, quæ debetur, solutio fiat. Hoc ex pressim Bart. & omnes paulo ante citati probant ex. d.l. Paulus. quæ est secundum hanc conclusionem intelligenda.

Tertia conclusio. Pecunia mutata in bonitate intrinseca: nēpe in materia, vel pondere sonluēda est secundum eam bonitatem, quam habuerat tempore contractus, nō autem secundum illam quam habet tempore solutionis. Probatur ex ratione. l. cūm quid. ff. si cert. pet. vbi eam t. nēt. Do & o. & in ca. olim. de censib. notant Barto. & alij in. d.l. Paulus. col. 3. t. ex. ad idem in. c. cum Canonis. de censib. quam opinionem fatentur communem esse Penor. in. cap. quanto. de iure iurian. col. pe. Iason in. l. 2. q. 36. C. de iure emphyteu. Soci. Iunior conf. 145. libro. 1. nu. 94. idem fatentur omnes, qui hanc materiam tractauerunt, præser- tim Curti. Iunior in. l. cūm quid. ff. si cert. pet. nu. 2. Gratus conf. 12. nu. 30. & col. 1. & 14. 1. vo- lu. Albert. Brunus in tract. de augm. & dimi. con- clusione vltim. ver. His sic præmissis. qui late hāc materiam examinat & Bocri. d. cisi. 327. eandem sententiam constat communem esse ex his quæ latissime tradit Andræ. Tiraquell. lib. 10. de vtro- que retract. §. 1. gloss. 18. nu. 26.

Contrariam in hoc opinionem tenet Ioan. Fa- ber in anthen. Hoc nisi. C. de solutioni. Idem in principio. Quibus modis tolli. obligat. ad finem. eiisque sententiam pluribus rationibus conatur defendere Carolus Molinæ. in tracta. de contra- etibus. q. 100. quem legito. Nam pulchre expendit intellectum text. in dicto capitulo. olim. & capitulo. cum Canonis. de censibus. & el. ganter, atque crudite probat solutionem debitæ pecuniæ recte fieri. si fieri ex pecunia probat tam in ma- teria quam in forma, quæ ex publico decreto va- let summam, & quantitatem debitam etiam si certa species pecuniae, aut monetæ debeatur. Ete- nīm. si centum Castellani deberentur ex contra- etu, vel alias. & si forent publica autoritatē dimi- nuti in materia, vel in pondere, nouique percuisi eiudem valoris & preti publica autoritate co- stituti: satis esset, centum numos aureos ex nouis soluere: nec teneretur debitor centum Castella- nos veteris ponderis creditori dare. Sed & hanc

sententiam aduersus communem latissimè ampliat, & limitat ipse Carol. sicuti & communem diffuse explicat Albert. Brunus in dicta conclu- sione vltima.

Quod si veteres numi essent non tantum in pondere, & materia mutati, sed simul & in valo- re, ac pretio publico: tunc conueniunt omnes, es- se omnino distinctos numos nouos à veteribus: & ideo soluedos esse veteres numos, aut eorum propriam, ac veterem æstimationem. Quod est rationi adeò congruum vt temerè contrarium admittatur. Etenim hēc est propria species, & ca- sus capituli. cum Canonis. de censibus. Vt ipse Carolus probat eleganter: cūm inibi diffinitum sit, non teneri debitorem soluere creditori iuxta nouorum numis in æstimationem, sed iuxta veterum qualitatem, & valorem, quoties veteres extrinsecus & intrinsecus fuere mutati. Quod Io- an. Faber notat in Princip. Insti. quibus modis tollit. obligat. ad finem.

Quarta conclusio ex Barto. hunc in modum colligitur. Quoties pecunia eodem pondere, & materia manetibus, vel augetur vel minuitur ex- trinsecus quo ad eius pretium, & æstimationem, ea mutatio ante moram & nocet, & prodest cre- ditori. Hēc conclusio communis est, & probatur ab his, qui proximā probauere paucis exceptis, quorum statim mentionem agemus. Bart. etc- nem & omnes alij expressim eam veram esse cen- sent in locis paulo ante citatis. Nam simul has duas conclusiones iuris vtriusque interpretes ex ponunt, & explicant. Igitur in hac specie satis erit creditori, quod debitor ei soluat cētum Castella- nos, quos in conuentionem deduxit, etiam si hi numi modo publice minoris æstimentur, quam tempore contractus. Eademque ratione debitor tenebitur centum Castellanos reddere credito- ri, etiam si hi modo pluris publico decreto æsti- mentur, quam tempore obligationis fuerint esti- mati: atque ita omnium consensu receptum est, prædictum eorum, qui citantur ab Andræ Tira- quello in dicta glossa octaua numero vigesimo- septimo. & Alberto Bruno de Augmento & di- minut. conclusione vltima. limitatione prima, & alijs.

Cæterum Caro. Molinæ. de contra. q. 92. do- etissimè profecto hanc quæstionē examinat mul- tis ad huius conclusionis probationē, ad eiisque impugnationem adductis, quæ subtilia sunt tanti quæ viri iudicio, & ingenio signa. Tandem pro-positis pluribus quæstionibus in specie. nēpe in mu- tuō, in dote, testamento, & contractu emptionis,

ac venditionis existimat, vbi nullum aderat tempore contractæ obligationis periculum crebræ mutationis monetae, variationisque sordidae, minime admittendam esse communem sententiam, imo mutationem pecuniae quo ad bonitatem ex trinsecam nocere, & prodesse, etiam ante morā ipsi creditor. Sic sane iuxta opinionem ista qui teneretur soluere creditori centum aureos Castellanos, & hi essent post contractam obligacionē extrinsecus diminuti, tenetur omnino soluere creditori aestimationem illam, quam tempore contractus habebant centum Castellani, & sic numerum augere. Quod si Castellanorum valor esset auctus, satis esset, & satis fit creditori, si debitor soluat pauciores Castellanos, qui iuxta nouū augmentum æquipollent centum illis in obligationem deductis. Quam sententiam veram esse opinantur, præter Carolum latissimè eam probantem, Anto. & Abb. in d. c. quanto. col. penul. Curti. Senior. col. 3. & Iunior. num. 23. in l. cum quid. ff. si cert. peta. in eamq; inclinat Anto. Burgen. in. c. cū dilecti. de emptio. nu. 39. quos omnino legito: siquidem hi latissimè rationes vtriusque partis expendunt longiori profecto examine, quā locus hic nostri. tractatus ex postulet. In pecunia tamen tradita ex mutuo, vel dote, simili ve causa semper aduerte ad id, quod notat ipse Carolus in. d. q. 92. nu. 701. & q. 97. nu. 737. Hac vero in re olim in his Castellæ regnis latæ fuere leges quædam ab Henrico Secundo Tauri, Æra Mccccxj. & à Rege Ioanne Primo Biruiescæ, anno domini M ccclxxxvij quibus, ut opinor, legibus plurimū comprobatur opinio ista posterior aduersus Barto. & communem.

**Quinta conclusio.** Mutatio pecuniae promisæ, & in obligationem deductæ contingens post 4 moram, ipsi + omnino nocet, qui in moram inciderit, probatur in l. 3. in fin. ff. de action. empt. quam conclusionē in hac specie Bart. & alij probant in. dict. l. Paulus. col. 3. & in. d. l. cum quid. Doctor item in. dict. capi. quanto. imo licet Bartol. ipse, & plerique alij, hanc conclusionem veram esse censeant, vbi mutatur moneta maior, quæ per minorem estimatur: contrarium probantes, vbi mutata fuerit moneta ita minuta, quod per aliam minutorem estimari non possit, Etenim tunc minime nocet variatio ei, qui est in mora. Nam cum moneta hæc minuta per aliam estimari non possit, licet mutetur eius valor non dicitur mutata respectu aestimationis suæ, quia non habet aliquid, quo estimetur. Idcirco creditor lucrum amitteret, non autem pateretur dam-

nū: qua ratione debitori moroso non imputatur amissio lucri creditoris. l. si sterilis. §. cū per venditorem. ff. de actio. empt. nec oberit. l. numis. ff. de in litem iuran. vbi constat in numis dari interest extrinsecum. Quia id obtinet in dāno, nō in lucro. vnde qui esset debitor certæ quantitatis soluenda in pecunia minuta, & post moram continerit mutatio huius monetae minutæ, nihil obest debitori: quia pecunia nō censetur effecta deterior. Hæc sane sunt Bart. verba in dicta. l. Paulus. nu. octauo. quem inibi, & in. d. l. Cū quid. sequuntur doctor. magis communiter: vt constat ex Alberto Bruno in dicto tract. de augmentatione. conclusione vltima. limitatione. l. Qui tamē contrariam opinionem existimat veriorem esse sequutus Antoni. Abb. & Imolā in dicto capitulo. Quanto. Curtium Seniorem in dicta. l. cum quid. secunda quæstione. & Marti. Laudensem in tracta. monetarum. questione. decimaquarta. & profecto nulla cōgrua ratio cōstitui vere potest quæ Bar. opinionē probet: siquidem pecunia minuta potest. vt plane constat, per monetam maiorem estimari: cum eti vnum numus minor non possit estimari per plures numeros maiores, nec per vnum equidem plures tamen numeri minores possunt per vnum maiorem estimari. Quod sat is est: vt constituamus interesse damni. Quin & vnum numus minor respectu maioris quo ad cōmutationem potest pluris, vel minoris estimari. Et ideo damnum proculdubio contingit in mutatione pecuniae minutæ. Quod palam Bartoli rationem euertit. Vnde non est prædicta quinta conclusio ex Bartoli distinctione restringenda, præsertim quia ratio lucri quo ad interesse obseruanda est: quoties id lucrum est certum: vt in hac specie: vel verisimili, secundum ea, quæ traduntur in. l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod interest. per gloss. Bart. & Doctores. in. l. 3. §. vltimo. ff. de eo, quod cert. loco. Sed quod attinet ad intellectū l. numis. ff. de in litem iurand. non vacat modo examinare, licet illic Jurisconsultus cēscat, in numis non esse locum iurijurando in litem ea quidem ratione, quod dum in numis ex Aristotele, & eodem Jurisconsulto in. l. 1. ff. de cont. emp. v. uniformis & perpetua durat estimatio, non potest affectio contingere, nec aliud interesse intrinsecum: quod si numeri mutantur, non potest controuerti, nec ambigi, contingere posse in numis interesse iuxta ipsius mutationis qualitatē non tamen affectionis rationem habendam. ex dicta. l. numis.

**Sexta conclusio.** Mutatio numis inatum quæ modico,

modico, & breui tempore durauit, nullo pacto consideranda est, nec eius erit habenda ratio. Hac tenet Bart. in dicta I. Paulus. col. pen. quem communiter alij sequuntur, vt Panor. fatetur in dict. ca. quanto. colum. pen. tex. optimus in l. prætia rerum. ff. ad leg. Falcid.

Septima conclu. Quoties ab initio in contractu, vel in alia quacunque dispositione ob metū mutationis monetarum, sit cautum de pecunia sub certa æstimatione soluenda: ea pactio plane seruanda erit: nec + mutatio numismatum cōtra hentibus nocebit, nec proderit. tex. optimus in l. penulti. §. si mancipia. ff. solu. matrimo. notant Barto. in dict. I. Paulus. in fine. ff. de solutioni. Imol. & Alexand. in dicto. §. si mancipia. & plures alij, quos refert Albertus Brunus in tract. de augmen. & dimi. vlt. conclusi. versi. octauo fallit. Eadem opinionem scribit communem esse Carolus Molinæ. de contractibus. q. 97. num. 735. quid quid ipse Barto. scripsiterit in dict. §. si mancipia. Erit sanè huius conclusionis duplex exemplum constituendū. Primum quidem quoties ita concepta sunt verba. Promitto soluere centuni numeros aureos Castellanos ad æstimationem quadringentorum octuaginta quinque Maravedinorum pro quolibet Castellano. Etenim eti creuerit, vel diminutus fuerit valor Castellani publica auctoritate, nil ulominus solutio fieri debet secundum æstimationem taxatam ab initio contractus: atque ita exemplum hoc aptat Carolus Molinæ. in dict. nu. 735. Est & alterum exemplum, quod Bartol. scilicet, depono apud te centum libras in Floreni hoc pacto, quod reddas in Floreni sub eadem æstimatione. tūc enim soluenda sunt centum libras in Floreni iuxta veterem æstimationem, quæ tempore depositi vigebat. Et ne quis in exponendo hoc Barto. exemplo quandoque h̄ sitet, illud r̄ius aperiam ex ipsius authoris mente in hunc modum, vt tot Floreni sint soluendi omnino, quod iuxta veterem æstimationem efficiant centum libras: licet modo tempore solutionis pauciores Floreni efficerent centum libras, vel qui olim tempore contractus efficiebant centum libras, tempore solutionis non efficiunt octuaginta. Hic sane sensus ex Bartol. comprehenditur per perspicaciam his, quæ in questione precedenti scripsiterat; quæ statim examinahimus. quo fit, vt in specie, huius conclusionis augmentum, & diminutio numismatum cedat damno, vel lucro ipsius creditoris. qua ratione hic idem sensus non obtinet in primo exemplo: vt patet ex traditis per ipsum Carolum Molinæ, quia in illo aug-

mentum, & diminutio Castellanorum cedit lucro, & damno debitoris. Sensus autem exempli traditi à Bartolo planè ita explicatur per Albertum Brunum in dicta conclusione ultima. limitacione. 8. col. 3.

Ostaua conclusio. Obligatio soluendi certam quantitatem in certa numerorum specie nulla constituta illorum æstimatione, ita intelligenda est, vt illa quantitas soluatur in numis nominatim designatis sub incerto numero, iuxta eam æstimationem, quæ vigeat tempore solutionis. ita sane visum est Bartol. in d. I. Paulus. ad finem. Cuius opinio communi omnium sententia probata videtur. notat Albert. Brunus in d. 8. limit. 2. column. Et in eadem conclusione ultima. §. ampliatione.

Nonā conclusio. In contractibus, & alijs similibus actionibus hæc verba: centū libræ tradūtur in Floreni: vel ista centū millia maravedinorum in Castellani: eā significationem habent, q̄ illi numi aurei Castellani, aut illi Floreni traditi, aut depositi, nec pluris, nec minoris æstimātur, nec unquā æstimandi sunt, quā centū libris, vel centum millibus maravedinorū. Hęc est opinio Bart. in d. I. Paul. pen. q. cuius sententiam magis communem esse fatetur Albertus Brunus in dicta limi. 8. Tradit multa de hac re Menochius consl. 49. & probatur ex his, quæ notantur in. I. Si stipulatus sim decem in melle. ff. de solutioni. Et ideo his conceptis verbis tot illi Floreni, vel Castellani, quot traditi fuere tempore contractus, & obligationis, pro illis centū libris, vel centū millibus maravedinorū, venditi videtur ad estimationem tot librarū, vel maravedinorū. Et ea ratione fatis erit quocunque tempore reddi centum libras, vel centū millia maravedinos, etiam si Floreni, vel Castellani tempore solutionis pluris æstimētur, quam eo tempore, quo traditi sunt, fuerint æstimati contrahentium conuictione. Atque ita est accipienda hæc communis conclusio.

Décima conclusio. Quoties certæ speciei numismata non sunt in obligatione sed in facultate soluendi, & sic in solutione, debitor liberatur ista numismata reddens, etiam in pretio, & æstimatione diminuta. Hęc conclusio traditur per Curti. Iuniorem consilio vigesimoquarto. numero sexto. & Socin. consilio sexto. libro primo. Angelum in l. Si stipulatus sim decē in melle. ff. de solut. Albert. Brunum in dicta limit. 8. vbi ipse, & Curti. Iunior hoc conantur dēducere ex Bartol. in dicta I. Paulus. questione penultima. quasi vellenti docto. quod in casu proxime cōclusionis sit in

sit in facilitate debitoris soluere Florenos, vel Castellanos sibi traditos secundum eam estimationem, que solutionis tempore vigebat, & viget, addit. que Brunus, hanc esse communem opinionem, que etiam obtineret, ubi numi certae speciei essent in obligatione iuxta conclusionem etiam paulo ante expositam, que tamen obtinet, ubi numismatum incertus numerus est promissus: quasi secus sit, quoties certus numerorum numerus, & certae speciei est in obligatione.

Sed & his omnibus addere lector peterit Aretin. in consilio vndecimo. & consilio. iii. Antonii Rubeum in consilio septuagesimo quinto. gl. in regul. Cancel. 23.

## Ex Capite Sequenti.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæ dicatur falsa moneta?
- 2 Numi falsi Latine, & Græce quibus distinctionibus significantur?
- 3 Quæ sit hius Criminis pœna?
- 4 Pœna expendentis falsam monetam.
- 5 Fandens monetam, radens, aut eingens quadrilaterum patitur.

## De falsa moneta, & eius authoribus puniendis.

### CAPUT. VIII.

**P**O STREMO DE CRIMINE FALSA MONETÆ PAUCIS AGA; veluti coronidem huic operi adjiciens; ut & prauam, infra memque numismatum mutationem itidem perstringa. Est enim falsa moneta illa, que eruditur ab eo, qui non habet publicam cūdēdi authoritatem: quod Bart. notat in l. qui falsam: iff. de falsis. Nā authoritas reipublicæ, vel Principis vites tribuit numis secundum Iurisconsultum in l. prima. ss. de contrahenda emptione in Principio. Aristotelem libro quinto Ethicæ. ca. 5. & libr. i. Polit. ca. sexto, qua ratione obtentum est, ad Principem, & Rem publicam pertinente hoc ius cūdendi monetam. ca. primo. & ibi doct̄. quæ sint regalia. l. prima. partita secunda. l. prima. titulo quinto. libro quarti.

to. ordination. Hodie. l. prima. titulo. vigesimo. libro quinto Recopilatio. Quod adeo iure receputum est, vt minime sit ulterius necessario probandum. Igitur nemo preter Principem monetam cūdere potest: & idcirco falsi censendi sunt numi, qui non fuerint Regia authoritate percussi. tex. optimus in l. penultima. titulo. 7. parti. 7. dicuntur item numi falsi qui ex adulterina materia fiunt etiam si facti sint, & signari ab his, qui huic fabricæ, & muneri sunt à Rege præpositi, & instituti. Sicuti & hi, qui non habent formam a lege, vel principe statutam: & hi, qui pondus legitimū non appendunt, ex Baldo in Margarita Innoecia. verbo. moneta. Ange. in: l. i. C. de falsa moneta. Platea in: l. i. C. de veteris numismata, post Matthæum Afflit: in constitutioni. Neapol. lib. 3. titul. 40. colimna secunda.

